
EX SCIENTIA SPES
JULIUS S. HELD

# P. Ouidij Naſonis
# METAMORPHOSEON
## LIBRI XV.

RAPHAELIS REGII VOLATERRANI luculentiſſima explanatio, cum nouis IACOBI MICYLLI, uiri eruditiſſimi, additionibus.

*Lactantij Placiti in ſingulas fabulas argumenta.*

ERVDITISSIMORVM VIRORVM COELII RHODIGINI, Ioan. Baptiſtæ Egnatii, Henrici Glareani, Giberti Longolii, & Iacobi Fanenſis, in pleraque omnia loca difficiliora annotationes.

*Index omnium rerum memorabilium atque fabularum, quibus, pro faciliori ſtudioſorum intelligentia, figuras etiam nouiter appoſuimus.*

Antonij Brunecti Canonici Penitentiarij Cathedralis Mfinasconi

VIRTVTE DVCE, COMITE FORTVNA.

Venetiis, apud Ioan. Gryphium, 1565.

1660

# CLARISS. VIRO IACOBO SPIEGELLIO
## I. V. D. &c. CONSILIARIO REGIO,

*IACOBVS MYCILLVS. S.*

EDidi ante annos complures, Clariſs. Spiegelli, Annotationes quaſdam in Genealogias Boccatii, eo quidem tum conſilio, ut quæ uir ille in his noſtris ſtudiis alioquin diligenter ac multum uerſatus, ſiue temporum ſuorum iniquitate, ſiue etiam ſcriptorum penuria, proſequi minus potuiſſet, ea ipſe ex Græcorum cõmentariis ſupplerem, aut latius ſaltem explicarem. Cum enim uiderem non poetarum modo, ſed & aliorum quorundam ueterum ſcripta, ſine fabularis iſtius hiſtoriæ cognitione, intelligi ſatis, aut recte non poſſe, operæpretium facturum me putabam, ſi quæ ipſe hactenus longo uſu, neq; paruo labore aut ſtudio collegiſſem, ea quaſi quendam ἔρανον in communem conferrem ueterumq; auctorum, præcipue autem poetarum ſtudioſis impartirem. Qua quidem in re quantum aliis profuiſſe uidear, neſcio, illud utiq; non dubito, noſtra hac opera, noſtroq; labore quoſdam fretos, alacriore aliquanto animo ad poetarum lectionem acceſsiſſe. Ceterum quia ad eandem rem illam, multorum utriuſq; linguæ diuerſos ac uarios commentarios euoluere, ac perluſtrare neceſſe haberem, accidit interea ut non ea tantum, quæ propoſito argumento conducerent, ſed & alia quædam poetarum cognitioni non incommoda, aut aliena obſeruarem. Inter quæ & talia nonnulla fuere, ex quibus Ouidij loca non pauca, præſertim quæ in Metamorphoſi. illius obſcura & inexplicata hactenus iacuere, aliquanto clariora fieri, atque illuſtrari poſſe uiderentur. Proinde cum amicus noſter ſummus ac uetuſtiſsimus Ioan. Heruagius, ad reliquos bibliothecæ ſuæ auctores, quos ille diuerſo ab aliorum moribus more, antiquis ferè, eoq; etiam utiliſsimos ſubinde typis ſuis interpolare, atque in lucem mittere ſolet, Ouidij quoque poemata additurus eſſet, eaq; de re a me contenderet, ſiquid haberem, quod uel ad cõmendationem, uel ad interpretationem auctoris illius aliquo modo pertineret, id ſibi ut communicarem, non potui hominis amiciſsimi precibus ac poſtulationi quicquam denegare. Præſertim cum hæc res eidem illi inſtituto conſilioq; noſtro, cuius gratia ſuperiorem operam in Boccacio ſumpſiſſem, inſeruire uideretur. Nam ut hoc, quod alii de Ouidio multis paginis agunt, breuiter & quaſi uno uerbo complectar. Eſt hic poeta, in eo præcipue uolumine, quod de Transformationibus compoſuit, omnium poeticarum hiſtoriarum ac rerum, ueluti cella quædam penuaria, aut ut plenius dicam, quaſi quoddam Copiæ cornu. Quem ſiquis unum diligentius paulo memoria atque animo comprehendat, is multorum aliorum inſtar atq; exemplum habebit. Immo ne cæteros quidem unquam ſatis intelliget, niſi qui huius lectione informatus atque eruditus antea fuerit. Verum enim quia in eundem auctorem multorum aliorum commentationes extarent, præcipuamq; in eo quod ſupra memoraui opere, operam nauaſſet, Raphael quidam Regius cognomento, imprudentiæ ac temeritatis, ut nequid grauius addam, cuiuſdam fore arbitratus ſum, ſi quæ alij, ſuo & illi quidem labore ac ſtudio, inueniſſent, ea noſtris quaſi quibuſdam ſuperfœtationibus eliſa atque oppreſſa uiderentur, Quod igitur apud Homerum Iuppiter alibi feciſſe fingitur, ut precantium uotis partem annueret, partem autem negaret, idem ego mi hoc loco faciendum putaui, uidelicet, ut non totum hunc poetam, neque totum etiam poema illius aliquid explicandum mihi ſumerem, ſed in parte ſubſiſterem, & ceu duces in bello aliquando ſolent, certam ſtationem certumq; locum tuerer. Quamobrem relictis integris iis, quæ a Regio compoſita atque edita habentur, quorum ille pleraque (ut & hanc fidem commentariis illius faciamus) ex Pauſania, & Tartheo, ſeu quiſquis alius Apollonij interpres ille fuit, quædam etiam ex Diodoro tranſumpſit, ego ſi qua a me aliunde animaduerſa, quæ uel ab illo præterita, aut alias parum ſatis explicata uiderentur, ea quaſi quãdam appendicem interpretationibus illius ſubieci. Non quidem ut hinc iam totum illud opus pro expedito atque explanato haberi uelim. Quis enim hoc præſtaret in tanta Græcorum auctorum, unde pleraq; a latinis translata, penuria ac paucitate? ſed tamen, ut ea ſaltem quæ explicari poterant, pro obſcuris & incertis diutius ne iacerent, ad quam quidem rem, neque illud negarim, recentiorum quorundã annotationes interim me adhibuiſſe, quorum tamen nominibus edendis in hoc abſtinui, ne uel gratiam illorum ambiiſſe uiderer, ſiquid bene atque utiliter dictum probaſſem. aut contra reprehenſionem atque odium eorundem quæſiſſe, ſiquid ſecus ab illis prolatum arguiſſem. Nam ipſe quidem, ut mihi detrahi, in his quæ recte facio aut dico, nolim, ita rurſus neque diſsimulari, ſiqua perperam, aut minus intellecta pro ueris ac genuinis tradidero, magnopere deſiderarim. Sed de noſtris inſtitutis ac rebus hactenus. Vt igitur ad te aliquando ueniam, Iacobe Clariſsime, quia uero iam olim optaui occaſionem aliquam mihi dari, qua uoluntatem erga te meam declarare poſſem, commodum in mentem mihi uenit, hunc noſtrum laborem tibi dedicare, tuoq; ſub nomine in uulgus emittere, Non quia tantopere gratificaturum me tibi munere iſto tam leui putarem: ſed cum turpius nihil ſit ingrato, ut hoc uelut indicio, & ceu pignore quodam certo memorem ac gratum me tibi probarem. Ea enim officia in me tua

extant, quibus cum Heidelbergæ eſſemus, plurimis ac maximis me tibi deuinxiſti, ut niſi perpetuo illorum reminiſcar, excors atque amens uidear. Atque huius quidem rei cum teſtem haberem ampliſs. Ioan. Locerum, uirum in re medica excellentiſsimum, deinde autem & de omni litterarum genere plurimum atque optime meritum: antea quidem apud hunc meminiſſe illorum ſatis habebam: propterea q̃ honeſtius putarem, in uulgus ac publice tacere, quàm parũ luculente ac ſplendide de illis dicere. At uero poſtquam & hunc uirum tantum, paucis abhinc annis mors abſtulit, aut uerius terris inuidit, ego quæ apud illum, amicus uidelicet apud amicum, de te abſens prædicare ſolebam, ea nunc coràm, & quaſi ſub oculis teſtata tibi relinquere decreui. Neque dubito, quæ tua in cæteris rebus erga omnes penè homines humanitas eſt quin uoluntatem atque animum in hac re meum magis, quàm factum ipſum ſpectaturus ſis. Quanquam etiam quod ad argumentum ſcripti huius attinet, id uero neutiquam tale eſt, ut te illius pœnitere debeat, quandoquidem neque ſummis principibus in eodem uerſari, aliquando parum uiſum fuit. nam de Tiberio imperatore ita ſcribit Suetonius, hiſtoriæ fabularis notitiam eo uſque curauiſſe illum, ut grammaticos interim huiuſmodi quæſtionibus experiretur. Quæ mater Hecubæ, quod nomen Achilli inter uirgines, & quid Sirenes cantare ſolitæ fuiſſent. Quod igitur ſeuerum ac tetricum iſtum, & in cæteris, ut de eodem accepimus, omnia citius quàm iocum aut feſtiuitatem præſeferentem, feciſſe legimus, in eo nos quoque operam aliquam poſuiſſe, nemo opinor reprehendet, niſi qui promiſcue ac pariter unaq; ueluti pertica (quod prouerbio dicitur) cuncta huius generis damnanda ac reiicienda exiſtimabit. Huc accedit, quòd & ipſe olim in eodem ſtudio eademq;, ut ita dicã, palæſtra uerſatus es. Non quidem ut tu fabulares iſtas narrationes atque hiſtorias perſequereris, ſed ut ueris ac geſtis rebus lucem adderes, & quæ poetarum fictionibus, ac numeris inuoluta ac tecta eſſent, ea interpretando atque explicando ipſe illuſtrares. Neque ego hoc loco dicam, quantum tibi Richardus ille tuus debeat, quantum Ligurinus, quantum alij item multi, tanta cura, tantaq; diligentia a te explicati. Neque etiam hoc nunc addam, quantum ipſe nominis ac famæ tibi pepereris, quantamq; apud uiros haudquaquam poſtremos iam olim in hoc genere laudem conſecutus ſis. Illud magis mirari ſoleo, te inter tot negotia, quibus regum ac principum aulæ perpetuo deſtinentur atque agitantur, tantum in te laboris atque oneris ſuſcipere potuiſſe. nam ut alij aliis, ſed ſinguli tamen ſingulis negotiis ac rebus alicubi fortaſsis præeſſe recte poſſunt: ita contra haud quaquam facile, neque cuiuſuis hominis eſt, tam diuerſis ac uariis ſtudiis, pariter eodemq; modo uacare poſſe. Atque ad hanc ingenij facultatem, aut ut uerius dicam, felicitatem, non modo natura, aut uis tua, quæ tamen eadem in te ſumma ſemper fuit, adiuuiſſe, ſed & domeſtica exempla, ipſaq; adeo patria tua excitaſſe te uidetur. Cui enim nõ notus auunculus ille tuus Vuinphelingus? aut quis neſcit quanto idem ille ſtudio ad litteras prouehendas, rudi adhuc & impolito illorum ſeculo progreſſus fuerit? Deinde autem cui non aliquando Maij nomen auditum? quem tecum ex eadem matre natum, eadem domus, ijſdem ſtudiis, uelut auitis ac familiaribus quibuſdam ſacris initiauit. Atq; ut te imperatoria maieſtas aliquando, ita illum Regis aula iam pridem conſiliis atque arcanis ſuis præfectum uelit. Vt interim taceam Arnoldum, Rhenanum, Sapidum, Schurerum, aliosq; ſummos atque doctiſsimos uiros, qui omnes ex eadem patria, eademq; urbe non minus multi, quàm olim ex equo Troiano duces præclari ac memorabiles prodierunt. Quare cum ad hæc ſtudia non factus modò, ſed natus, non uſu aut exercitatione tantum prouectus, ſed iam inde a maioribus tuis procreatus, hanc uelut hæreditariam quandam poſſeſsionem acceperis, nihil equidem alienum, aut ingratum uideri tibi exiſtimo, quicquid huius generis a quoquam ad te proficiſcetur. Quid enim homini docto, & inter ipſas Muſas uelut educato, magis peculiare ac proprium cenſeri debet, quàm id ipſum quod ex litteris natum adeo, atque acceptum ſit? Facis igitur priſtinæ atque agnatæ humanitati tuæ cónſentaneum, ſi patiaris noſtras has commentationes tuo ſub nomine in uulgus commendari. Ac ut cetera pleraque fauore conſtant; ita nos quoque ad ſimiles poſt hac labores ſuſcipiendos, alacriores ipſe reddes, ſi eam de te ſignificationem dederis, ut hunc qualemcunque laborem noſtrum, quem in præſentia offerendum tibi duximus, non omnino ingratum aut etiam moleſtum fuiſſe tibi uideamus. Vale. Francoforto, ad X. Calend. Feb. Anno Chriſti domini noſtri. M D XLIII.

## RAPHAEL REGIVS PHILIPPO CYVLANO MAIORI AGRIENSIS ECCLESIAE PRAEPOSITO, *ab Vngariæ rege ad Venetiarum principem oratori, felicitatem.*

APelles ille Cous, qui omnes ante, ac poſt ſe genitos, ut in naturali hiſtoria Plinius narrat, pingendi arte ſuperauit: Magnoq; Alexandro gratus adeo fuit, ut ſe ab alio pingi, uel edicto uetuerit, abſoluta opera, proponere ante pergulam ſolebat, & ſiquid uitij a quoquam in eis notaretur, latens auſcultare, plus fidei uulgi iudicio adhibens, quàm ſuo. Is igitur cum a ſutore neſcio quid in crepidis reprehenſum emendaſſet, atque poſtero die circa crus eundem pridianæ correptionis caſtigatione tumide cauillari animaduertiſſet, é pergula caput proferens: ne ſupra crepidam ſutor aſcenderet, non immerito prohibuit. Hac mihi lepidiſsima pictorum eminentiſsimi conſuetudine delectato, cum & alia quædam opuſcula, & in Ouidij Metamorphoſin breues ſanè enarrationes, quas adoleſcens compoſueram, paucis ante annis emiſiſſem, nonnihil ſubauſcultare libuit, quid de illis ſentirent ſtudioſi. Ac eruditorum quidem iudicio comprobatæ, quorundam ſutorum ac potius ueteramentariorum calumnias effugere non potuerunt, qui uel ea quæ minus percipiunt, uel quæ iam mihi quoque fuerunt emendata, carpere nunquam ceſſant. Neque enim diffiteor me & in quibuſdam lapſum fuiſſe. Homines enim ſumus, & nonnulla quoque, cum opus edidi, ignoraſſe, quorum quidem pleraq;, ut poſtea ex uaria ſcriptorum & Græcorum & Latinorum lectione percepta correxi, ſic paucula quædam nondum inuenire quiui, ut in ipſis quoque enarrationibus ſum teſtatus. Quod quidem ingenue fateri eo minus me pudet, quod ex Quintiliani ſententia inter grammatici uirtutes habetur, fabularum aliquid ignorare: & ſuperfluus in ſtudiis longior eſſet labor, ſi non daretur præteritis inuenire meliora. Poſteaquam autem Enarrationes noſtræ uulgatæ ſunt complures, cum alios auctores Græcos, tum Pauſaniam poeticarum hiſtoriarum diligentiſsimum expoſitorem perlegi, ex quibus & multa prius editis enarrationibus adieci, & quædam quæ minus recta uidebantur, facile correxi, præſtantiſsimorũ auctorum ueſtigia ſecutus. nam & Hippocrates, & Cicero, & Quintilianus, & diuus Auguſtinus, & plerique alij præclare feciſſe uidentur, quod errores quoſdam ſuos, ne poſteri in eoſdem inciderent, ingenue damnarunt. Homines enim ſeſe eſſe meminerunt, qui multo plura ignorant, quàm ullo unquam tẽpore percipere poſsint. Quare tãtum abeſt ut ab iſtis alienorũ operum obtrectatoribus a ſcribendo deterrear, ut eo magis magiſq; in dies accendar: quod nos quoque non nihil ſtudiis contuliſſe uidemur. nam Ouidii Metamorphoſis, præclarum in primis opus, poſteaquam enarrationibus noſtris fuit illuſtrata, ſic, ubicunque Romana eſt in uſu lingua lectitatur, ut in quinquaginta millia exemplarium & amplius iam dicantur fuiſſe deſcripta, cum antea uix a quoquam propter

fœdas deprauationes ac obſcuriores locos in manus ſumeretur. Quo autem maiore in uſu habetur, eo mihi honeſtior hic caſtigationes noſtras adiiciendi uiſus eſt labor. nam ea quæ frugifera ſunt, nullo unquam tempore ſatis excoli poſſunt. Hanc uero lucubrationem, atque recognitionem noſtram, ut tibi dicarem, tuoq́ acerrimo iudicio ſubiicerem, cum aliæ diuinæ uirtutes tuæ, tum excellens doctrina, & ſummus litterarum, ac eloquentiæ in primis amor effecit. Ea nanque a teneris uſque annis laudatarum artium ieciſti fundamenta; ita Bononiæ te Philippo Beroaldo eruditiſsimo facundiſsimoq́ humaniorum ſtudiorum profeſſori excolendum tradidiſti, ut in primis doctus & diſertus in patriam repetaris. Id uero cum ſapientiſsimus Pannoniarum rex Vladislaus facile animaduertiſſet, ſimulq́ te ſingulari & prudentia, & fide, & conſtantia, & integritate, & continentia, & benignitate, & pietate, & religione præditum eſſe perſpexiſſet, primum a ſecretis delegit, deinde opulentiſsima præpoſitura honorauit, & ad inclytum Venetiarum principem grauiſsimumq́ Senatum te oratorem ſæpius iam legauit. Qua quidem in legatione adeo prudenter, adeo modeſte, adeo grauiter, adeo benigne, adeo ſplendide te geris, ut omnium oculos in te conuertas, omnesq; deniq; ad te amandum colendumq́ pellicias. Me certe tua ſingulari humanitate ita cepiſti, ut te non felicitate modo, uerum immortalitate quoque dignisſimum eſſe exiſtimem. Illa uero ſi te donare poſſem. nullum equidem quamuis magnum laborem recuſarem: quod autem poſſum, hanc lucubratiunculam noſtram tibi dicaui, quo nomen tuū una cum Ouidii Metamorphoſi per totum orbem Chriſtianum ubicunque latinus auditur ſermo, celebretur, atq; lectitetur. Sed ne ſine appendice hæc epiſtola ſcripta eſſe uideatur, breuiſsimam eorum ſubiiciamus Apologiam, quæ iſti in aliena opera lynceis, ut aiunt oculis inquirentes, in ſuis autē cæcutientes reprehenderunt, quo & ipſos ſuorum errorum pudeat, nec alii in eoſdem deducantur. Vale eximium humanitatis, & religionis Chriſtianæ ornamentum.

Venetiis VIII. Cal. Iun. MDXIII.

# OVIDII VITA.

POuidij Naſonis uitam huic operi præponere placuit; quòd ad eruditionem facere, & ſtudioſis gratiſsimum fore uidebatur. Fuit igitur Ouidius Sulmonenſis, quod ipſe ſic teſtatur in triſtibus, lib.4.eleg.9.

*Sulmo mihi patria eſt* claris uberrimus undis,*
gelidis *Milia qui nouies diſtat ab urbe decem,*

& in Faſtis: ubi etiam a Solemo Sulmonem denominatum dicit, lib. 4.

*Huius erat * Solemus Phrygia comes unus ab Ida,*
Solymus *A quo Sulmonis mœnia nomen habent.*
*Sulmonis gelidi patriæ Germanicæ noſtræ.*
*Me miſerum Scythico quàm procul illa ſolo eſt.*

Eſt autem Sulmo in Pelignis: quod ipſe ſic in 1.Amor eleg.1.

*Hæc quoque compoſui Pelignis natus aquoſis*
*Ille ego nequitiæ Naſo poeta meæ.* & in 2. eleg. 15.
*Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo,*
*Pelignæ gentis gloria dicar ego.*

Fuit ex equeſtri natus familia, ipſo dicente in 4. de Triſt.

*Si quid id eſt, uſque a proauis uetus ordinis hæres,*
*Non modò fortunæ munere factus eques.*

& Faſtorum ſexto.

*Sancte pater patriæ, tibi plebs, tibi curia nomen*
*Hoc dedit: hoc dedimus nos tibi nomen eques.*

idem ait & in Ponto, epiſt. 8.

*Si genus excutias, equites ab origine prima*
*Vſque per innumeros inuenie mur auos.*

Patrimonium ſatis amplum habuiſſe conſtat, quod ab eodem in Ponto ſic oſtenditur;

*Non meus amiſſos animus deſiderat agros;*
*Ruraq; Peligno conſpicienda ſolo;*
*Nec quos pomi feris poſitos in collibus hortos*
*Spectat Flaminiæ Claudia iuncta uiæ.*

item domum nõ longè a Capitolio: ait enim in 1. de Tri.eleg.3.

*Hanc ego ſuſpiciens, & ab hac Capitolia cernens,*
*Quæ noſtro fruſtra iuncta fuere lari.*

Fratrem præterea habuit, natu maiorem duodecim menſibus, & quod mirum eſt, eodem, quo ipſe, natum die. uterque enim quartodecimo kal. Aprilis Mineruæ quinquatriis natus eſt. quod ſic ipſe in 4. de Triſt. eleg. 9.

*Nec ſtirps prima fui, genito ſum fratre creatus,*
*Qui tribus ante quater menſibus ortus erat.*
*Lucifer ambobus natalibus affuit idem:*
*Vna celebrata eſt per duo liba dies.*
*Hæc eſt armiferæ de feſtis quinque Mineruæ,*
*Quæ fieri pugna prima cruenta ſolet.*

Natus eſt autem Hircio & Panſa coss. qui bello Antoniano apud mutinam perempti ſunt, ut ipſe in 4. de Triſt. eleg. 9.

*Editus hinc ego ſum, nec non, ut tempora noris,*
*Cùm cecidit fato conſul uterque pari.*

Cùm autem Romæ una cum fratre ſub clariſsimis & grammaticis, & rhetoribus plurimum profeciſſet, legibus, cogente patre, qui humanitatis ſtudia inutilia eſſe contendebat, cœpit incumbere, & profecit legibus, & honoribus functus eſt. ſed cùm forum diſpliceret, quòd eſſet maius onus eius uiribus, relicta curia, & lati claui ſeruitute ad maſuetiores muſas rediit; poetasq; omnes illius temporis natu maiores aſsiduè coluit, atque a minoribus æquè cultus ipſe eſt. Quæ omnia in 4. de Triſt.eleg. 9. elegantiſsimè ſic ſcribit;

*Protinus excolimur teneri, curaq; parentis*
*Imus ad inſignes urbis ab arte uiros.*
*Frater ad eloquium uiridi tendebat ab æuo,*
*Fortia uerboſi natus ad arma fori.*
*At mihi iam puero cæleſtia ſacra placebant,*
*Inq; ſuum furtim Muſa trahebat opus.*
*Sæpe pater dixit: Studium quid inutile tentas?*
*Mæonides nullas ipſe reliquit opes.*
*Motus eram dictis, totoq; Helicone relicto,*
*Scribere conabar uerba ſoluta modis.*
*Sponte ſua carmen numeros ueniebat ad aptos:*
** Quidquid conabar dicere, uerſus erat.*
Et quod tẽtabam ſcribere. *Interea, tacito paſſu labentibus annis,*
*Liberior fratri ſumpta, mihiq; toga eſt;*
*Induiturq; humeros cum lato purpura clauo,*
*Et ſtudium nobis, quod fuit, antè manet.*
*Iamq; decem uitæ frater geminauerat annos,*
*Cùm perit, & cœpi parte carere mei.*
*Cepimus & teneræ primos ætatis honores,*
*Deq; uiris quondam pars tribus una fui.*
*Cura reſtabat: claui menſura coacta eſt.*
*Maius erat noſtris uiribus illud onus.*
*Nec patiens corpus, nec mens erat apta labori:*
*Sollicitæq; fugas ambitionis eram.*
*Et petere Aoniæ ſuadebant tuta ſorores,*
*Otia, iudicio ſemper amata meo.*
*Temporis illius colui, fouiq; poetas:*
*Quotq; aderant uates, rebar adeſſe deos.*
*Sæpe ſuas uolucres legit mihi grandior æuo,*
*Quæq; nocet ſerpens, quæ iuuat herba. Macer.*
*Sæpe ſuos ſolitus recitare Propertius ignes,*
*Iure ſodalicij, qui mihi iunctus erat.*
*Ponticus Heroo, Battus quoque clarus Iambis,*
*Dulcia conuictus membra fuere mei.*
*Detinuit noſtras numeroſus Horatius aures,*
*Dum ferit Auſonia carmina culta lyra.*
*Virgilium uidi tantùm: nec auara Tibullo*
*Tempus amicitiæ fata dedere meæ.*
*Succeſſor fuit hic tibi, Galle, Propertius illi:*
*Quartus ab his ſerie temporis ipſe fui.*
*Vtq; ego maiores, ſic me coluere minores:*
*Notaq; non tarde facta Thaleia mea eſt.*

In ſecundo de triſtibus ſe & cauſsidicum fuiſſe ſcribit, & in priuatis cauſsis arbitrum, his uerſibus;

*Nec malè commiſſa eſt nobis fortuna reorum*
*Vſque decem decies inſpicienda uiris,*
*Res quoque priuatas ſtatui ſine crimine iudex:*
*Deq; mea faſſa eſt pars quoque * uicta fide.* iuſta

Benignus etiam adeò fuit, ut nullus unquam opus, quod ipſe compoſuerat, carpſerit. quod ſic ipſe teſtatur in quarto de Triſt. eleg. 9.

*Nec, qui detractat præſentia, liuor iniquo*
*Vllum de noſtris dente momordit opus.*

Fuit & moribus ornatiſsimus. nam & uinum multa aqua dilutum bibebat, & a deteſtando puerorum concubitu abhorrebat, eratq; purus omnis ſceleris. ſic enim ipſe 1.de Ponto epiſt. 11.

*Paruus in exiles ſuccus mihi peruenit artus,*
*Membraq; ſunt cera pallidiora noua.*
*Non hæc immodico contraxi damna Lyæo:*
*Scis mihi, * quàm puræ penè bibantur aquæ.* quòd ſolæ
*Non epulis oneror: quarum ſi tangar amore,*
*Eſt tamen in Geticis copia nulla locis.*
*Nec uires adimit Veneris damnoſa uoluptas:*
*Non ſolet in mœſtos illa uenire toros.*

item in ſecundo de Arte amandi ait;

*Odi concubitus, qui non utrinque reſoluunt:*
*Hoc eſt, cur pueri tangor amore minus.*

in ſecundo autem de Ponto epiſt.7.ſic ſcribit;

*Vita prior uitio caret, & ſine labe peracta eſt,*
*Auxilij miſero nil tulit illa mihi.*

Habuit uxores tres: quarum duas repudiauit: cum tertia uerò coniunctiſsimè, & amantiſsimè uixit: item filiam, & alios liberos, ſed ex filia & auus factus eſt. quare in quarto de Triſt. ait, elegan. 9.

*Penè mihi puero nec digna, nec utilis uxor*
*Eſt data, quæ tempus perbreue nupta fuit.*
*Illi ſucceſſit, quamuis ſine crimine, coniux,*
*Non tamen in noſtro firma futura toro.*
*Vltima, quæ mecum ſeros permanſit in annos.*
*Suſtinuit coniux exulis eſſe uiri.*
*Filia me mea bis prima fecunda iuuenta,*
*Sed non ex uno coniuge, fecit auum.*

in primo autem libro de Triſt. eleg. 3. ſic;

*Sæpe eadem mandata dedi: meq; ipſe fefelli,*
*Reſpiciens oculis pignora cara meis.*

& in tertio eleg. 11. ſic;

*Vtq; ſit exiguum pœnæ, quòd coniuge cara,*
*Quod careo patria, pignoribusq; meis*

Cùm autem Auguſtum Cæſarem imprudenter, & inſcius, ut ipſe ait, offendiſſet; ad Euxinos ab eo relegatus eſt, annos natus 50. quare ait in 4. de Triſt. eleg. 9.

*Poſtq; meos ortus Piſæa uinctus oliua*
*Abſtulerat decies præmia uictor eques:*
*Cùm maris Euxini poſitos ad læua Tomitas*
*Quærere me læſi principis ira iubet.*

Deſcribit autem diſceſſum ſuum ex urbe, & uxoris, & ceterorum ſuorum lacrymas, duramq;, & periculoſam nauigationem ſuam primo de Triſt. longa epiſtola, quæ incipit;

*Cùm ſubit illius triſtiſſima noctis imago, &c.*

præterea primo de Ponto in epiſt. ad Rufinum, eo in loco ſe exulare, ubi ſemper maxima forent frigora, ſummaq; inopia bonorum omnium, his quæritur uerſibus;

*Orbis in extremis iaceo deſertus arenis,*
*Fert ubi perpetuas obruta terra niues.*
*Non ager hic pomum, non dulces educat uuas:*
*Non ſalices ripa, robora monte uirent.*
*Ne'ue fretum laudes terra magis, æquora ſemper*
*Ventorum rabie ſolibus orba tument.*
*Quocunque aſpicias, campi cultore carentes,*
*Vaſtaq;, qua nemo uendicet, arua iacent.*
*Hoſtis adeſt dextra, læuaq; a parte timendus,*
*Vicinoq; metu terret utrunque latus.*
*Altera Biſtonias pars eſt ſenſura ſagittas;*
*Altera Sarmatica ſpicula miſſa manu.*

ſui autem exilij duas fuiſſe ait cauſſas: quarum alteram ubique fatetur, alteram ſemper ſupprimit. ait enim 2. de Triſt.

*Perdiderint cum me duo crimina, carmen, & error;*
*Alterius facti culpa ſilenda mihi eſt.*

Perſæpe igitur & libros de Arte amandi compoſuiſſe dolet, quòd propterea Auguſto odio eſſe cœperit, & aliquid uidiſſe per errorem, ut ob id in Scythiam relegatus fuerit offenſo Cæſare. ait enim in 2. de Ponto epiſt. 9.

*Ne'ue roges, quæ ſit ſtultam quam ſcripſimus artem,*
*Innocuas nobis hæc uetat eſſe manus.*
*Et quid præterea peccarim, quærere noli,*
*Vt pateat ſola culpa ſub arte mea.*

& paullo inferius epiſt. 10.

*Naſo parum prudens artem dum ſcribit amandi,*
*Doctrinæ pretium triſte magiſter habet.*

& in tertio ad Amorem eleg. 3.

*Nec ſatis hoc fuerat, ſtultus quoque carmina feci,*
*Artibus ut poſſes non rudis eſſe meis.*
*Pro quibus exilium miſere mihi reddita merces,*
*Id quoque in extremis, & ſine pace locis.*

in eodem ſic Amorem ſibi reſpondentem inducit in ſomnis

*Vtq; hæc, ſic utinam defendere cetera poſſes:*
*Scis aliud, quod te læſerit, eſſe magis.*

& in quarto ad Carum epiſt. 13.

*Ille quidem dixit: ſed me iam, Care, niuali*
uidet, *Sexta relegatum bruma ſub axe * tenet.*
*Carmina nil proſunt: nocuerunt carmina quondam,*
*Primaq; tam miſeræ cauſſa fuere fugæ.*

ſecundo item de Triſt. ait;

*Cur aliquid uidi? cur noxia lumina feci?*
*Cur imprudenti cognita culpa mihi eſt?*
*Inſcius Actæon uidit ſine ueſte Dianam;*
*Præda fuit canibus non minus ille ſuis.*

& in eodem in fine;

*Carminaq; edideram, cùm te delicta notantem*
*Prateriij toties irrequietus eques.*
*Ergo quæ iuueni mihi non nocitura putaui,*
*Scripta parum prudens, nunc nocuere ſeni.*
*Sera redundauit ueteris uindicta libelli,*
*Diſtat & a meriti tempore pœna ſui.*

& in tertio eleg. 5.

*Inſcia quòd crimen uiderunt lumina, plector:*
*Peccatumq; oculos eſt habuiſſe meum.*
*Non equidem totam poſſum defendere culpam:*
*Sed partem noſtri criminis, error habet.*

ubique igitur exilii cauſſam tum libros de Arte, tum errorem fuiſſe commemorat, quis uerò ille error fuerit, nunquam aperuit, ne magis Auguſtus ſibi iraſceretur. uerum quia (ut ipſe ait)

*Nitimur in uetitum ſemper, cupimusq; negata,*

quidnam id fuerit, plurimi ſcire conati ſunt, & conatur ſemper aliquis. quapropter ſuſpicati ſunt quidam, turpe aliquod Auguſti ſecretum caſu uidiſſe Ouidium. quod non placet, quia toties obiiciendo ſcelus. immitiorem reddidiſſet Cæſarem. quem lenire, & placare ſtudebat. alii uero quòd Auguſti filiam falſo Corinnæ nomine amauerit, quæ, ut Plinius, & Tranquillus ſcribunt, flagrauit adulteriorum infamia, & damnata eſt. qua de re ſic Sidonius poeta;

*Et te carmina per libidinoſa*
*Notum Naſo tenet, Tomosq; miſſum,*
*Quondam Cæſareæ nimis puellæ*
*Falſo nomine ſubditum Corrinnæ:*

quod non uidetur: quia ſi ita eſſet, grauiter, & ſcienter in Auguſti maieſtatem deliquiſſet Ouidius. non, ut ubique ipſe ſcribit, per errorem, & inſcienter. præterea, quam ficto nomine Corinnam appellauit, potitum ſe teſtatur in Amoribus libro primo eleg. 5. dicens;

*Singula quid referam? nil non laudabile uidi:*
*Et nudam preſſi corpus aduſque meum.*
*Cetera quis neſcit? laſſi requieuimus ambo.*
*Proueniant medij ſic mihi ſæpe dies.*

quare ſi ea uel filia, uel neptis, uel ancilla Cæſaris, uel quæcunque alia fuerit ſic illi cara, ut propterea Ouidium relegauerit; non error, ſed ſcelus fuiſſet; non inſcius uidiſſet crimen, ſed ſciens feciſſet. adde, quòd in eum errorem incidit iam ſenex: Corinnam uerò iuuenis amarit. ſic enim de ſeipſo quarto de Triſt. eleg. 9.

*Carmina cùm populo primùm iuuenilia feci,*
*Barba reſecta mihi bis'ue, ſemel'ue fuit.*
*Mouerat ingenium totam cantata per urbem*
*Nomine non uero dicta Corinna mihi.*

nec puto hic ea. quaſi gaudens, nominaſſet, ſi eius miſeriæ, & exilii cauſſa fuiſſet. Credendum certè eſt, aliquid ab Ouidio per errorem uiſum, cognitumq;, ut propterea ab offenſo Auguſto ſub Artis amatoriæ culpa Tomos relegatus ſit. ſed quidnam illud fuerit, cum ſciri ipſe noluerit, ne quidquam quærimus, præſertim cùm, ne quæratur, ſic ipſe iubeat;

*Et quid præterea peccarim, quærere noli,*
*Vt pateat ſola culpa ſub arte mea.*

Exulas autem in locis aſperrimis, & perinhumanis, ſæpe ut ſaltem in mitiorem locum relegaretur, petiit. quanquam uel ueniam impetraturum ſe ab imperatore ſperabat. qua propter, eo mortuo, in 4. de Ponto epiſt. 6. ſic dolet;

*Cœperat Auguſtus deceptæ ignoſcere culpæ;*
*Spem noſtram, terras deſeruitq; ſimul.*
*Quale tamen potui, de cælite, Brute, recenti*
*Veſtra procul poſitus carmen in ora dedi.*
*Quæ proſit pietas utinam mihi, ſitq; malorum*
*Iam modus, & ſacræ mitior ira domus.*

& in eodem epiſt. 9. numen Auguſti rogat, ut ſibi ignoſcatur, preſertim cùm de illo nouo Deo facto libellum ſcripſerit. ait enim;

*Tu certè ſcis hæc ſuperis adſcite, uidesq;*
*Cæſar, ut eſt oculis ſubdita terra tuis.*
*Tu noſtras audis inter conuexa locatus*
*Sidera, ſollicito quas damus ore preces.*
*Peruenient illuc & carmina forſitan illa,*
*Quæ de te ſcripſi cælite facta nouo.*
*Auguror his flecti tua numina; nec tu*
*Immeritò nomen mite parentis habes.*

Scripſit ante exilium Heroidum epiſt. plurimas; de Amoribus ad Corinnam libros 5. quos poſtea diligentius recognitos in tres redegit. quod ſic ipſe in 1. eorundem;

*Qui modò Naſonis fueramus quinque libelli,*
*Tres ſumus: hoc illi prætulit auctor opus.*

de Arte amandi, libros tres; de Remedio amoris, libros duos; Tranſmutationum, libros quindecim: quos, quia non emendauerat, tum iratus, ut ipſe ait, ſtudio, carminibusq; ſuis, cum Tomos relegaretur, ſua manu combuſſit, cum aliis quibuſdam placituris. ſed quia excripti fuerant antè plurimis exemplis, omnino aboleri non potuerunt: propterea ſic ipſe primo de Triſt. eleg. 6. ait;

*Grata tua eſt pietas: ſed carmina maior imago*
*Sunt mea: quæ mando qualiacunque legas.*
*Carmina mutatas hominum dicentia formas:*
*Infelix domini quod fuga rupit opus.*
*Hoc ego diſcedens, ſicut bona multa meorum,*
*Ipſe mea poſui mæſtus in igne manu.*
*Vtq; cremaſſe ſuum fertur ſub ſtipite natum*
*Theſtias, & melior matre fuiſſe ſoror:*
*Sic ego non meritos mecum peritura libellos*
*Impoſui rapidis uiſcera noſtra rogis:*
*Vel quòd eram Muſas, ut crimina noſtra, peroſus,*
*Vel quòd adhuc creſcens & rude carmen erat.*

Quæ

*Quæ quoniam non ſunt penitus ſublata, ſed extant,*
*(Pluribus exemplis ſcripta, fuiſſe reor)*
*Nunc precor, ut uiuant, & non ignaua legentem*
*Otia delectent, admoneantq; mei.*
*Non tamen illa legi poterunt patienter ab ullo,*
*Neſciat his ſummam ſiquis abeſſe manum.*
*Ablatum medijs opus eſt incudibus illud:*
*Defuit & ſcriptis ultima lima meis.*
*Et ueniam pro laude peto: laudatus abundè,*
*Non faſtiditus ſi tibi, lector, ero.*
*Hos quoque ſex uerſus in prima fronte libelli,*
*Si præponendos eſſe putabis, habe:*
*ORBA parente ſuo quicunque uolumina cernis,*
*His ſaltem ueſtra detur in urbe locus.*
*Quoque magis faueas, non ſunt hæc edita ab ipſo,*
*Sed quaſi de domini funere rapta ſui.*
*Quidquid in his igitur uitij rude carmen habebit,*
*Emendaturus, ſi licuiſſet, *eram.*
erat. item in 3. eleg. 14.
*Sunt quoque mutatæ ter quinque uolumina formæ,*
*Carmina de domini funere rapta ſui.*
*Illud opus potuit, ſi non prius ipſe periſſem,*
*Certius a ſumma nomen habere manu.*
*Nunc incorrectum populi peruenit in ora,*
*In populi quidquam ſit tamen ore* meum eſt.*

mei. Scripſit & Medeam tragœdiam, de qua maximè & a Quinctiliano, & a Cornelio Tacito laudatus eſt. ait enim Fabius; Ouidii Medea oſtendit, quantũ uir ille pręſtare potuerit, ſi ingenio ſuo temperare quam indulgere maluiſſet. Summo etiam eum fuiſſe iudicio oſtendit Seneca in 2. Declamationum ſic inquiens; Rogatus aliquando ab amicis ſuis, ut tolleret tres uerſus, petiuit inuicem, ut tres exciperet, in quos illis nihil liceret. Conſcripſerant illi, quos tolli uellent ſecretò, hic quos tutos eſſe uellet. In utriſque codicillis iidem uerſus erant. ex quibus primum fuiſſe narrabat Albinouanus Pedo, qui inter arbitros fuit;

*Semibouemq; uirum, ſemiuirumq; bouem.*

ſecundum,

*Et gelidum Borean, egelidumq; Notum.*

ex quo apparet ſummi ingenii uiro non iudicium de fuiſſe, ad cõpeſcendum licentiam carminum ſuorum, ſed animum. aiebat enim decentiorem eſſe faciem, in qua aliquis næuus ineſſet. De Medea tragœdia ipſe ſic meminit ſecundum de Triſtibus;

*Et dedimus tragicis ſcriptum regale cothurnis:*
*Quæq; grauis debet uerba cothurnus habet.*

Compoſuit & librum in malos poetas, qui non extat, item in exilio Epiſtolam conſolatoriam ad Liuiã Auguſti de morte Druſi; de Triſtibus etiam libros quinque; de Ponto libros quattuor; in Ibin; Faſtorum libros 12. ex quibus ſex tantum ad noſtra tempora peruenerunt; de quibus ſic ipſe 2. de Triſt.

*Sex ego Faſtorum ſcripſi, totidemq; libellos,*
*Cumq; ſuo finem menſe libellus habet.*

ſcripſit & triumphum Cæſaris, de quo 3. de Ponto epiſt. 4. ſic meminit;

*Vtq; ſuo faueas, mandat, Ruphine, triumpho,*
*In ueſtras ueniet ſi tamen ille manus.*
*Eſt opus exiguum, ueſtriſq; paratibus impar:*

& lingua Getica libellum de laudibus Cæſaris, quem etiam recitauit. cuius meminit 4. de Ponto ad Carũ epiſt. 13. ſic ſcribẽs;

*Quale tamen cunque eſt, ut tueare, rogo.*
*Ah pudet, & ſcripſi Getico ſermone libellum:*
*Structaq; ſunt noſtris barbara uerba modis.*
*Et placui (gratare mihi) cœpiq; poetæ*
*Inter inhumanos nomen habere Getas.*
*Materiam quæris? laudes de Cæſare dixi.*
*Adiuta eſt nouitas numine noſtra dei.*
*Nam patris Auguſti docui mortale fuiſſe*
*Corpus, ad æthereas numen abiſſe domos.*
*Eſſe parem uirtute patri, qui frena rogatus*
*Sæpe recuſati ceperit imperij.*
*Eſſe pudicarum Veſtam te, Liuia, matrum:*
*Ambiguum nato dignior, an ne uiro.*
*Eſſe duos iuuenes firma adiumenta parentis,*
*Qui dederint animi pignora certa ſui.*
*Hæc ubi non patria perlegi ſcripta Camœna,*
*Venit & ad digitos ultima charta meos:*
*Et caput, & plenas omnes mouere pharetras,*
*Et longum Getico murmur in ore fuit.*
*Atque aliquis, Scribas hæc cùm de Cæſare, dixit,*
*Cæſaris imperio reſtituendus eras.*

De Piſcibus opus non perfecit, de quibus poſtea Oppianus, Ouidium imitatus, Græcè ſcripſit ad Antoninum imperatorem. Extant præterea multa opuſcula ſub huius poetæ nomine, ut de Nuce & Medicamine faciei, ac aurium, de Pulice, de Somno, de Cuculo, de Aurora, de Philomela, de Limace, de Vetula, de Quattuor humoribus, de Ludo latrunculorum. quæ omnia, præterquã de Nuce & de Medicamine faciei, quæ fortaſſe puer compoſuit, ridicula ſunt, nec digna, ut diuino Naſonis ingenio non iuuenis modò, uiri ue, ſed ne pueri quidem attribuantur. Deſperans tandem ad urbem reditum impetrare a Cæſare, ſic ad uxorem 3. lib. de Triſt. eleg. 3. ſcripſit;

*Oſſa tamen facito parua referantur in urna;*
*Sic ego non etiam mortuus exul ero.*
*Non uetat hoc quiſquam: fratrem Thebana peremptum*
*Suppoſuit tumulo rege uetante ſoror.*
*Atque ea cum foliis, & amomi puluere miſce,*
*Atque ſuburbano condita crede ſolo.*
*Quoſq; legat uerſus oculo propter ante uiator,*
*Grandibus in tumuli marmore cæde notis.*
*HIC ego qui iaceo tenerorum luſor amorum*
*Ingenio perij Naſo poeta meo.*
*At tibi, qui tranſis, non ſit graue, quiſquis amaſti,*
*Dicere; Naſonis molliter oſſa cubent:*

Miſſus autem fuit in exilium anno imperij Auguſti ſecundo & quinquageſimo, uel circiter: quinto autem Tiberij Tomis apud Getas diem obiit. ex quo colligi tuæ exulaſſe annos octo, & menſes aliquot. Sepultum etiam iuxta oppidum Tomos tradit Euſebius.

# F I N I S.

# INDEX EORVM QVAE QVOQVE in libro Metamorphoſeos Ouidii continentur.

## LIBRI PRIMI Metamorphoſeos.


Chaos in quattuor elementa pagina 2
Cælum & terram quinque diſtingui zonis. 4
Quattuor uentorum regiones. 5
Hominis origo. 6
Quattuor ætatum deſcriptio. 7
Gigantum ſanguis in homines crudeles. 8
Lycaon in lupum. 14
Lactei circuli deſcriptio. 11
Iouis oratio. 11
Diluuij deſcriptio. 15
Lapides in homines. 19
Terra in uarias animalium figuras. 19
Pythonis ſerpentis cædes. 21
Pythij ludi. 21
Cupidinis ſagittarum deſcriptio 21
Daphne in laurum. 25
Tempe deſcriptio. 26
Io in uaccam. 27
Argi oculi in caudam pauonis. 30
Syrinx nympha in calamum. 30
Io uacca in humanam formam. 31
Phaetontis Epaphiq; contentio. 31


## LIBRI II.


Regiæ ſolis deſcriptio. 35
Quattuor anni partes. 36
Solis currus deſcriptio. 38
Equorum ſolis nomina. 39
Terræ incendium. 42
Telluris querelæ. 42
Phaetontis caſus. 43
Heliades in populos. 44
Cygnus rex Ligurum in olorem 44
Caliſto Lycaonis filiæ in urſam 47
Arcas cum caliſto matre in ſydera. 48
Coruus ex candido niger. 49
Coronis in cornicem. 49
Erichthon ſine matre natus. 49
Nictimene in noctuam. 50
Ocyroe Chironis filia in equam. 51
Apollo in paſtorem. 52
Battus in lapidem indicem. 52
Agraulos Cecropis filia in ſaxum. 64
Inuidiæ domus deſcriptio. 55
Inuidiæ effictio. 55
Iupiter in Taurum. 65
Europa ex Phœnicia in Cretam auecta. 66


## LIBRI III.


Draconis dentes in uiros armatos. 62
Cadmus Bœotiæ conditor. 62
Actæon in ceruum. 64
Bacchus ex Semele Cadmi filia
Iuno in anum. 46
Bacchi educatio 46
Tireſias in fæminam. 67
Tireſias in marem. 68
Narciſſus in florem. 70
Echo in uocem. 68
Tyrrheni nautæ in delphinos. 72
Bacchus in puerum. 72
Penthei deſcriptio. 73


## LIBRI IIII.


Bacchi nomina. 78
Decretis Babyloniam in piſcem. 80
Semiramis in columbam. 80
Nais in piſcem. 81
Mora ex albis nigra Pirami & Thiſbes ſanguine effecta. 82
Veneris cum Marte adulterium. 83
Leucothoe in thuris arborem. 85
Clythie in heliotro herbam. 85
Daphnis Ideus in ſaxum. 85
Scython in fæminam. 85
Celmus puer in adamantem. 86
Crocos cum Smilace in flores. 86
Salmacidis fontis natura. 86
Hermaphroditus cum Salmacide nympha copulatus. 88
Mineides in ueſpertiliones. 89
Ino Athamantis uxor in deam. 90
Viæ ad inferos deſcriptio. 90
Iuno ad inferos. 91
Melicerta in deum marinum. 92
Comites Inus in ſaxa & aues. 92
Cadmus cum uxore in anguem. 93
Iupiter in aurum. 94
Perſei geſta. 94
Guttæ ſanguinis Meduſæ capitis in ſerpentes. 95
Atlas in montem. 95
Andromeda ceto expoſita. 96
Virgulta in coralia. 97
Andromedæ Perſeiq; nuptiæ. 97
Pegaſus equus alatus è ſanguine Meduſæ. 98
Meduſæ capilli in ſerpentes. 99


## LIBRI V.


Cephenei Perſeum oppugnantes in ſaxa. 102
Cephenum tumultus deſcriptio. 102
Phineus Cephei frater in ſtatuã. 103
Prætus in lapidem. 106
Polydectes in ſaxum. 106
Hippocrenes fontis deſcriptio. 107
Pyrenei ſacrilegium. 107
Muſæ in aues. 107
Pierides in picas. 109
Gigantomachiæ deſcriptio. 109
Iupiter in arietem. 109
Apollo in coruum. 109
Bacchus in caprum. 109
Diana in felem. 109
Iuno in uaccam. 109
Venus in piſcem. 109
Mercurius in Ibim. 109
Cereris laudes. 109
Proſerpinæ raptus. 110
Perguſæ lacus deſcriptio. 111
Cyane nympha in ſtagnum. 112
Puer temerarius in ſtellionem. 113
Arethuſa nympha in fontem. 114
Aſcalaphus in bubonem. 114
Sirenes in aues. 115
Lyncus rex Scytharum in lyncem feram. 118


## LIBRI VI.


Arachne in araneam. 121
Arachnes cum Pallade certamẽ. 122
Pallades in Vetulam 121
Telarum Paladis Aracnesque deſcriptio. 123
Hemus & Rhodope in montes. 123
Pygmæa in gruem 123
Antigone in ciconiam. 123
Cynaræ filiæ in ſaxa. 122
Iupiter in taurum, 123
Iupiter in aquilam. 124
Lupiter in cygnum. 124
Iupiter in ſatyrum. 124
Iupiter in amphitryonem. 124
Iupiter in aurum. 124
Iupiter in ignem. 124
Iupiter in paſtorem. 124
Iupiter in ſerpentem. 124
Neptunus in iuuencum. 124
Neptunus in Enipeum fluuium. 124
Neptunus in arietem. 124
Neptunus in equum. 125


Ne-

Neptunus in delphinum. 125
Apollo in paſtorem. 125
Apollo in accipitrem. 125
Apollo in leonem. 125
Bacchus in uuam. 125
Saturnus in equum. 125
Niobe in marmor. 129
Niobes filiorum mors. 128
Amphionis exitus. 128
Lycij ruſtici in ranas. 131
Marſias in fluuium. 132
Eburneus Pelopis humerus. 132
Tereus in upupam. 138
Progne in hirundinem. 138
Philomela in luſciniam. 138
Orythyiæ raptus. 140
Zethes & Calais alati. 140

## LIBRI VII.

Draconis dentes in homines armatos. 148
Iaſonis in Colchos expeditio 141
Phinei calamitas 147
Medeæ amores 147
Tauri ignem efflantes. 147
Peruigilis Draconis ſopor. 147
Aeſon ex ſene iuuenis. 152
Aridus oliuæ ramus in uiridē. 152
Guttæ aquæ in flores. 152
Nutrices Bacchi ex uetulis iuuenes. 152
Aries ſenio confectus in agnum. 153
Peliæ cædes. 153
Cerambos in auem. 154
Draco in ſaxum. 154
Iuuencus in ceruum. 155
Coæ mulieres cornutæ. 155
Telchines uiſu omnia mutantes. 155
Hyries filius in cygnum. 155
Hyerie in lacum. 156
Combe in auem. 156
Fungi in homines. 157
Phineus in auem. 157
Periphas in auem. 156
Polyphemonis filia in auem. 157
Medea ad Aegeum. 158
Cerberi ſpuma in aconitum. 159
Theſei geſta. 159
Scironis latronis oſſa in ſcopulos. 159
Minois bellum in Athenienſes. 161
Scithonis in monedulam. 162
Aegina inſula quæ & Oenona. 161
Aeaci filij. 162
Formicæ in homines. 164
Peſtis deſcriptio. 154
Cephalus Procris maritus in aliam figuram. 166
Vulpes & canis in ſaxa. 167
Procri mors. 168

## LIBRI VIII.

Niſus in halietum auem. 174
Scylla in Cyrin auem. 174
Muri uocales. 174
Labyrinthi cretenſis deſcriptio. 174
Ariadnæ corona in ſidus. 175
Dædali uolatus. 176
Talus puer ſerræ circiniq; inuentor in perdicem. 177
Dædalus ad Cocalum. 177
Apri Calidonij deſcriptio. 179
Atalantæ forma. 180
Althæ fratres a Meleagro cæſi. 183
Stipes in quo Meleagri uita. 184
Meleagri mors. 184
Meleagri ſorores in aues Meleagridas. 184
Naiades in Echinadas inſulas. 186
Peremele nympha in inſulam 186
Oppidum in ſtagnum. 186
Iupiter cū Mercurio in homines. 187
Caſa in templum. 188
Philemon cum Baucide uxore in arbores. 189
Proteus in uarias formas. 189
Metra Eriſichthonis filia in uarias figuras. 192
Eriſichthonis impietas. 190
Famis patria. 190
Famis deſcriptio. 190
Fœdus Eriſicthonis exitus. 191
Achelous in uarias figuras. 192

## LIBRI IX.

Acheloi Herculiſq; lucta. 193
Achelous in anguem. 193
Achelous in taurum. 194
Copiæ cornu. 194
Neſſi centauri cædes. 195
Tunica a Deianira ad Herculem miſſa. 198
Herculis labores. 199
Licas in ſcopulum. 200
Hercules in deum. 202
Galantis in muſtellam. 203
Dryope in arborem. 203
Lotos nympha in arborem. 204
Iolaus ſenex in iuuenem. 205
Callirhoes pueri in iuuenes. 206
Deos quoque fatis obnoxios eſſe. 206
Miletus Mileti urbis conditor. 206
Byblis Mileti filia in fontem. 210
Caunus Byblidos frater, Cauni urbis conditor. 210
Iphis puella in marem. 213

## LIBRI X.

Orphei Eu idiceſq; nuptiæ. 215
Orphei ad inferos deſcenſus. 215
Atys in pinum. 218
Cypariſſus in cupreſſum. 218
Orphei carmen. 217
Iupiter in aquilam. 219
Hyacinthus puer in florem. 220
Gyacinthia feſta. 220
Propetides in ſaxa. 221
Ceraſtæ in tauros. 221
Statua eburnea in uirginem. 222
Myrrha Cinyræ filia in arbo. 226
Adonis in florem. 227
Hippomenes in leonem. 230
Atalanta in leænam. 230
Mynte nympha in mentam. 230

## LIRBI XI.

Serpens in ſaxum. 234
Orphei cædes. 234
Bacchæ Thraciæ in arbores. 235
Midæ ſtoliditas. 235
Contacta a Mida in aurum. 235
Arena Pactoli in aurum. 236
Midæ aures in aſininas. 237
Cannæ uocales. 237
Apollo cum Nept. in homines. 238
Hæſiones Laomedontis filiæ liberatio. 238
Thethis in uarias formas 239
Ceyx in auem 240
Dædalion in accipitrem 240
Lupus in ſaxum 241
Alcyone in auem. 248
Somni domus deſcriptio 246
Dei ſomni effictio 246
Morpheus in homines. 247
Phobetor in animalia bruta 247
Phantaſos inanimata 247
Morpheus in Ceycem 247
Aeſacus in mergum. 249

## LIBRI XII.

Serpens in ſaxum 251
Iphigenia Agamemnonis filia in ceruam 252
Famæ deſcriptio 253
Proteſilai cædes 253
Cygnus puer in auem 253
Cœneus in auem 254
Cænis puella in marem 256
Pirithoi, & Hippodamiæ nuptiæ 257
Lapitharum Centaurorūq; prœl. 257
Periclymenus Nelei filius in uarias figuras 263
Achillis mors. 265

libri

LIBRI XIII.

Aiax in hyacinthum florem 277
Armorum Achillis iudicium 277
Aiacis oratio 278
Artificioſiſſima Vlyſſi oratio 279
Hecuba in canem 280
Polydori cædes 280
Polyxene immolati 281
Polymneſtoris Thraciæ regis excæcatio 281
Memnonis cineres in aues 281
Aeneæ in Latium nauigatio 182
Anij filiæ omnia ſuo tactu in frumentum, uinum, oleumue conuertentes in columbas 283
Duo iuuenes ex rogi fauilla 284
Index in ſaxum 284
Siciliæ deſcriptio. 285
Scylla in monſtrum. 285
Acis in fluuium 285
Polyphemi cantilena 286
Glaucus in deum marinum 289

LIBRI XIIII.

Scyllæ inguina in canes 292
Cercopes in ſimias 292
Sibylla in uocem 294
Socij Vlyſſis in porcos 295
Socij Vlyſſis in priſtinã formã 295
Picus in auem. 299
Pici comites in feras 300
Canens Pici uxor loci nomen 300
Diomedis ſocij in aues 302
Apulus paſtor in oleaſtrum 302
Aeneæ naues in nymphas 303
Nauis in ſcopulum 303
Ardea in auem 303
Aeneas in deum indigetem 303
Albani reges 304
Vertumnus in uarias figuras 305
Vertumnus in Vetulam 305
Anaxarete puella in ſaxum 307
Vrbis Romæ conditores 308
Aquæ frigidæ in calidas 308
Romulus in deum 309
Herſilia Romuli uxor in deam horam 309

LIBRI XV.

Calculi nigri in albos 313
Numa ad Pythagoram 314
Pythagoræ dogmata 315
Pythagoræ ſermo 316
Pythagoræ metempſychoſis 316
Pythagoras in Euphorbum 316
Omnium rerum uiciſſitudinẽ eſſe 317
Annus in quattuor partes 317
Quattuor hominis ætates 317
Sperma hominis in hominem 317
Ex quattuor elemẽtis omnia fieri 317
Omnia in quattuor elementa reſolui 317
Terra in mare 318
Mare in terram. 318
Mira Lyci fluminis natura 318
Eraſinus fluuius 318
Caicus fluuius 318
Amaſenus fluuius 318
Anigrus fluuius 319
Hypanis fluuius 319
Inſulæ in continentem 319
Ex continenti inſulæ 319
Helice Buraq; urbes ſubmerſæ 319
Ex planicie montes 319
Mira aquarum natura 319
Crathis & Sybaris in fluuij 320
Salmacidis fontis natura 320
Aethiopiæ lacus 320
Clitorij fluuij natura 320
Lynceſtus fluuius 320
Arcadiæ lacus 321
Ortygia inſula ex mobili immobilis 321
Symplegades inſulæ olim inſtabiles 321
Aetnæ montis incendium 321
Homines in aues 321
Scythicæ mulieres in naues 321
Apes ex uitulis 321
Crabrones ex equis 322
Scorpius ex cancro 322
Tineæ agreſtes in papiliones 322
Limus in ranas. 322
Informis caro in urſum 322
Apes ſine pedibus 322
Aues ex oui medio 322
Hominis ſpinæ medulla in anguẽ 322
Phœnix ex ſeipſo 322
Hyenam feram modo marem modo fœminam eſſe 323
Mira chamæleontis natura 323
Lyncurium ex lyncum urina 323
Coralium ex molli durum 323
Gentium uiciſſitudines 323
Troiæ ruina 323
Sparta 323
Mycenæ 323
Athenæ 323
Thebæ 323
Romæ origo 323
Hominem ex anima & corpore conſtare 223
Numæ regnum 323
Hippolytus in Virbium 323
Egeria Numæ uxor in fontem 326
Gleba in puerum 326
Haſta Romuli in arborem. 327
Cippo Cornua. 327
Aeſculapius in anguem 328
Aeſculapius Romam aduectus 332
Iulius Cæſar in cometen 335
Auguſti laudes 335
Metamorphoſeos commendatio. 335

FINIS.

# APOLOGIA RAPHAELIS REGII CONTRA QVOSDAM CAVILLATORES.

## APOLOGIA PRIMI LIBRI.

QVod igitur primum quidam cauillantur, contendentes non Metamorphoſeos, ſed Metamorphoſeon opus inſcribi debere, ne refellendum quidem uidetur, cum omnia & uetuſta & noua exemplaria, in quibus Metamorphoſeos legitur manifeſtum faciant omnibus recto ſanoq; iudicio pditis, Metamorphoſin unitatis numero ab Ouidio fuiſſe inſcriptam. at multi Metamorphoſeon ſcriptores Græci fuerũt. quaſi uero quiſquam id neget, ac non cuiq; uel leuiter Græcis litteris imbuto, paſsim legere ſit ſaltem apud Stephanum, auctores quoſdam citari in primo uel ſecundo Metamorphoſeon. ſed Ouidius uanam iſtam obſeruationem neglexit, totumq; opus in quo tranſmutationes deſcribuntur, non aliter Metamorphoſin inſcripſit, quàm Saluſtius hiſtoriam, Virgilins culicem, Quintilianus inſtitutionem oratoriam, & Plinius naturalem hiſtoriam. id uero Quintiliani quoque noſtri auctoritate facile comprobatur, qui in quarto inſtitutionis oratoriæ uolumine ita ſcribit: Illa uero frigida & puerilis eſt in ſcholis affectatio, ut ipſe tranſitus efficiat aliquam utique ſententiam, & huius uelut præſtigiæ plauſum petat, ut Ouidius laſciuire in Metamorphoſi ſolet, quem tamen excuſare neceſsitas poteſt, res diuerſiſsimas in ſpeciem unius corporis colligentem. quid? quod Ouidius ipſe alibi id approbare uidetur, cum inquit, Sunt quoq; mutatæ ter quinque uolumina formæ: ac ſi diceret Metamorphoſeos. nam Metamorphoſis ad uerbum formæ mutatio interpretatur.

Tertia poſt illam ſucceſsit Ænea proles. tametſi ſucceſſit quoque legi poſsit, ut ſequens diphthongus ſoluatur, ſucceſſerat tamen ut in uetuſto ſcriptum eſt exemplari, magis mihi probatur: id quod ab iſtis in alienos libros ingenioſis nondum eſt animaduerſum.

Ingentes animos, dignas Ioue concipit iras. quidam hunc uerſum ita inuertunt, ut legant non animos, ſed animo hac copula & appoſita, cum & uetuſta exemplaria animos habeant, non ſolum noua, & niſi animos legamus, a Pleonaſmo defendi non poſsit hic ſenſus: qui ut in ſoluta oratione eſt fugiendus, ſic in uerſum niſi neceſſario non eſt admittendus. Quare animos tuemur eſſe legendum.

Inueniunt & in his quædam modo cœpta per ipſum naſcendi ſpatium. iſti quidẽ admonent, nata in quibuſdam exẽplaribus legi: ſed utrum nata an cœpta legendum ſit, mirum agunt ſilentium, perinde atque ſi id iudicatu difficillimum foret. nos uero & ex ſenſu & uetuſto exemplari cœpta innata mutauimus, ac ita Ouidiũ ſcripſiſſe contendimus.

Confitaq; arboribus Lycæa reliquerat arua. tum ex Pauſania, tum ex uetuſto exemplari nos quoque Lyncea & correximus, & expoſuimus.

Talia dicenti ſtellatus ſummouet Argus. dicentem quidam inuertunt, & ſaniorem lectionem eſſe aiunt, hos uero ita dicenti adhæremus, ut dicentem penitus a candido poetæ ſenſu abhorrere ſentiamus, cum præſertim uetuſtũ exemplar noſtræ ſententiæ aſtipuletur, quamuis non dicenti ſed quærenti in eo legatur.

Talia uerba refert. tibi nubere nimpha uolentis. Votis cæde dei, reſtabat plura referre. ſic quidem ferè in uulgatis legitur exemplaribus, ac ego quoque ſic ante & legi & expoſui, neque cenſores iſti ex ſuis codicibus uetuſtis mendum fœdiſsimum annotarunt, quo duo illi uerſus ita inquinantur, ut ab ineptiis poeta eminentiſsimus defendi non poſsit. nos uero ex punctis duobus hemiſtichiis nuper eas ita ſuſtulimus, ut hunc locum priſtino candori reſtituiſſe uideamur, ſed non ſine uetuſti exemplaris aſtipulatione, in quo ita ſcriptum eſt, Talia uerba refert. reſtabat uerba referre.

Quos potuit ſolos tendens ad ſydera uultus. id quod iſti quoque uiderunt, ex uetuſto exemplari noſtro tollens, legendum eſſe præcepimus.

## SECVNDI LIBRI.

Nec pöſitas uariare comas. Decipiuntur, qui poſitu, non poſitas putant eſſe legendum, cum & in uetuſtis exemplaribus poſitas ſcriptum eſſe uideamus, nec poſitu uarientur comæ, ſed aut inſertis floribus, aut reticulo, aut uitta uerſicolore.

Vna moras quærit dubitanti adempta eſt. quidam cunctanti, quod ne Latinum quidem eſt uerbum. neque enim cunctor, ſed contor recte ſcribitur, in uetuſtis codicibus ſuis melius legi autem. ego uero dubitanti ab Ouidio ſcriptum eſſe contenderim, & ita in uetuſto legitur exemplari.

Mens antiqua manet, facta quoque manſit in urſa. tamen loco illius uerbi manet, & nos repoſuimus, ut eſt in antiquo codice ſcriptum.

Eſt uero cur quis Iunonem lædere nolit. qui cenſent caſtigatius legi in uetuſtis codicibus, eſt aliquid cur quis, falluntur in re apertiſsima, non animaduertentes, illam indignatæ Iunonis ironiam perire, ſi aliquid legatur. quare antiqui illi codices, qui ab iſtis citantur & deprauati ſunt, & indigni, quibus quicquam fidei adhibeatur. in meo quidem, Eſt uero cur quis, rectiſsime legitur, nec aliter quàm poeta ſcribit.

Seruandam dederat, ſed inconfeſſa quid eſſet. tametſi hic uerſus monoſyllabæ illius particulæ, ſed ratione poteſt a trochæo defendi, ego tamen ex uetuſto exemplari ita correxi, ſed inconfeſſa quid eſſet. quidam uero audaciores ex cerebro inuertunt.

Sed non confeſſa quid eſſet. qua compoſitione nihil aſperius fingi poteſt.

Timidas uocat una ſorores.

Aglauros, nodoſq; manu diducit & intus. uarie quidẽ ab auctoribus Græcis huius puellæ nomen ſcribitur. nam Pauſanias in Atticæ deſcriptione, niſi mendum ineſt, Aglauron ut Latini illam uocat. alii uero Græci, quos quidem ego uiderim, Agraulon. itaque correxi, quamuis Hellanicum, qui in eruditionis oſtentationem a quibuſdam citatur, cum nuſquam extet, nondum legerim.

## TERTII LIBRI.

Fortunamq; dies habuit ſatis. quamuis fortunam in omnibus legatur exemplaribus, & recte quidem legatur, inſciolis tamen quibuſdam probabilior uidetur lectio: fortunæq; dies habuit ſatis.

Excipiunt laticem Nipheq; Hyaleq; Rhaniſq;. quidam non inuenientes quid carpant, quæ recta ſunt, impudentiſſime deprauant. cum enim mihi Niphe & ſcriptum ſit, & expoſitum, iſti non Niphele ſed Nephele aiunt eſſe legendum, cum Niphe in exemplaribus noſtris emendate legatur.

Ille etiam matri cum bracchia tendere uellet. hunc uerſum nos quoque ex uetuſto exemplari aſcripſimus.

## QVARTI LIBRI.

Stagna Palæſtini credunt mutaſſe figura. Vt in emendato codice legitur, coluiſſe correximus.

Te quoque nunc adama. quondam fidiſsime paruo Celme Ioui. Celme in uetuſto exemplari caſtigate legitur: neque Celmi, ut quidam putant, eſt legendum.

Largoq; ſatos Curetas ab imbri. cum in omnibus exemplaribus ita legatur, neſcio qua ratione quidam moti, nouam inuexerint lectionem. Tactaq; ſatos Cureta ab Ida. nam & ſi Steſimbrotus extaret, qui nimium ambitioſe citatur: non continuo tamen poetæ uerſus fuerat mutandus, cũ perquam uariæ priſcorum poetarum de iſtiuſmodi fabulis fuerint opiniones.

Quinti

### QVINTI LIBRI.

Atria complentur nec coniugalia feſta. Connubialia quidam inepte ſcribunt. nos coniugalia tuemur.

Legit nec poſuit ſtudioſus altera caſſes. quamuis recte legatur: quidam tamen corrupte legi fingit, ac deinde corrigit, nec aliter quàm in noſtris exemplaribus eſt ſcriptum.

### SEXTI LIBRI.

Memnoſynen paſtor. Varius Deolida ſerpens. Et ex uetuſto exemplari, & ex ſecundo Euſebii de præparatione Euangelica lib. aſſerui Deoida eliſa, l, littera eſſe ſcribendũ: Quam emendationem a doctis uiris in ſuis operibus approbari, uel eorum ſcriptorum, qui nuſquam inueniuntur, auctoritate, nuper animaduerti.

Gignis & Aloidas, Aries Biſaſpida fallis. Hunc uerſum quidam corrumpunt ſe corrigere putantes. cenſent enim Æolidas eſſe legendum, nec animaduerterunt in uetuſtioribus libris citra illam & copulam, Gignis Aloidas ſcriptum eſſe.

Quo quidem modo ſi legatur, nec ſyllaba claudicabit, nec hiſtoria quamuis ex aliis nondum examuſsim percepta, repugnabit.

Paſcere crudelis noſtro latona dolore
Paſcere ait, ſatiaq; meo tua pectora luctu,
Corq; ferum ſatia dixit. per funera ſeptem.
Efferor. in uetuſto exemplari ſic deſcripti ſunt hi uerſus, præter quam quod ſatura ſecundo in loco ſcriptũ eſt. Corq; ferum ſatura. quod ſi minus limati eſſe uidentur, meminerimus opus ab auctore ſuo non fuiſſe caſtigatum, eoq; nihil temere mutandum.

Stabant cum ueſtibus atris,
Ante toros fratrum. quidam hunc quoque locum deprauant, putantes magis rogos quàm toros eſſe legendũ, cum toros ita exigat ſenſus, ut rogos nullos prorſus modo agnoſcat. nondum enim rogi fuerant extructi, & unus omnibus ſatis eſſe poterat.

### SEPTIMI LIBRI.

Ophias effugit natorũ uulnera Iambe. Cõbe legendum eſſe argumento ſunt uetuſta exemplaria, quamuis ab eo, qui Metamorphoſin in græcam uertit linguam, Iambe legatur.

Iiſſe ſub Aſopidos quondam amplexus Æginæ. caſtigate legitur hic uerſus in antiquo exemplari hoc modo, Iiſſe ſub amplexus Aeginæ Aeſopidos olim.

Copula detrahitur canibus, quos illa frequentes
Effugit, & cœtum non ſegnior alite ludit. Alter horum uerſuum a quibuſdam corripitur, ne pauca notaſſe uideantur. neque enim effudit, ut fingitur, ſed effugit legitur. Prior autem deprauatus nihil corrigitur. nam ſequentes, ut eſt in uetuſto exemplari, non frequentes ſenſus expoſcit.

### OCTAVI LIBRI.

Actorideq; parens. niſi in uetuſto exemplari hoc modo eſſet ſcriptum, facile eorum ſequerer opinionem, qui aiunt parens legendum eſſe, ut Mænetius & Irus fratres intelligantur Actoris filii.

Emicat ex oculis, Spirat quoq; pectore flammas. emendate in uetuſto codice. non lux micat, ut quidam aiunt, eſſe ſcriptum, ſed micat legitur & flamma, ut tam ex oculis quam ex ore flammam emiſiſſe aperte uideatur.

Nam de matre manus diri ſibi conſcia facti.
Exegit pœnas acto per uiſcera ferro. cum hi duo uerſus non in uetuſtis modo, ſed nouis quoque exemplaribus rectiſsime legantur, neſcio quare moti quidam, priorem fœdiſsime deprauantes, immutarint hoc pacto. nam mater manibus diri ſibi conſcia facti. qui uero ſubiicitur uerſus nihilominus deprauatur.

Contremuit gemitumq; dedit decidua quercus. quibuſdam magis placet, ut Dodonia quàm decidua legatur, propter uerbi, ut aiunt, inſolentiam: quaſi uero incædua ſylua eleganter dicitur, ſic decidua recte non componatur. neque tamen inficior in uetuſto codice, non decidua, ſed de uulnere ſcriptum eſſe, quæ lectio mihi maxime probanda uidetur. Et pariter frondes pariter palleſcere glandes.

Cœpere & longi pallorem ducere rami. auidi nouitatis quidam alterum quoque horum uerſuum recte & in nouis, & in ueteribus libris ſcriptum inuertere nihil dubitant, legentes. & longi ſudore madeſcere rami. quo nihil putidius mihi eſſe uidetur.

Editus & medio ſonus eſt de robore talis. cum uetuſtis quoque exemplaribus, non ſolum in nouis, ita deſcribatur hic uerſus, ut nullo uitio inquinetur, uereor ne iſti de ſuis cerebris potius, quàm ueteribus libris depromant non correctiones, ſed corruptiones. ita nanque aiunt eſſe legendum eum: ſonus auditur medio de robore talis.

Non tamen icirco ferrum Dryopeius illa. Triopeius a Triopa Eriſichthonis patre legitur a quibuſdã; etſi in uetuſtis quoq; exemplaribus Dryopeius recte ſcriptum ſit, quo quidem nomine & barbarus ſignificatur Eriſichthon & a religione alienus: denique hoc loco Dryopeius ſic uocatur, ut paulopoſt Theſſalus appellatur.

### NONI LIBRI.

Dat manus raptæ uelut irritamen amoris. adeo cupidi ſunt quidam mutationum, ut quamuis in hoc uerſu nihil mutent, præterquàm quod irritamen per duplex r imperite ſcribunt, ſed tamen aliquid immutaſſe putent, dicentes ſic melius legi, Dat munus raptæ uelut irritamen amoris, ut amatorium deſignet.

Excedam tectis? an ſic nihil amplius obſtam? uerſus hic ſenſa adeo candida perſpicuaq; complectitur, ut nihil immutatione indigere uideatur. quidam tamen, ipſum in deterius mutant, legentes. ac ſi nihil amplius optem.

Fœminæusq; dolor uulgata pellice teſtor: ex uetuſto exẽplari & nos pro uulgata repoſuimus iugulata & teſter.

### DECIMI LIBRI.

Laberis Oebalide. qui affectant, ut multa uidiſſe uideantur; in fœdiſsimos interim errores labi, uel hinc conſtat, quod quidam ut oſtentent ſe Lucianum legiſſe, aiunt & hic Oebadide, & apud Martialem Oebadius eſſe legendum, quod ex Luciani ſententia Oebades Hyacinthi fuerit pater. quaſi uero ſecutus ſit Naſo Martialem, cuius auia nondum erat nata. ſed tanti eſt iactare uulgo ſe in alienis operibus multa notaſſe.

Atque utinam pro te uitam tecumq; liceret.
Reddere quod quoniam fatali lege tenemur. quod ante mutare non ſum auſus, lecto exemplari uetuſto non tenemur, ſed uetamur monui eſſe legendum.

Vſque genu ueſtem ritu ſuccincta Dianæ. Recte in antiquo codice ſcriptum eſt: Nuda genu, itaque correximus.

### VNDECIMI LIBRI.

Dumq; ubi ſunt digiti, dum pes ubi petit & ungues. quærit etiam ſi uetuſtus codex non aſtipuletur, legendũ eſſe conſtat, ne tribrachus in heroico uerſo quintam occupet ſedem, ſi petit legatur.

### DVODECIMI LIBRI.

Neſcius aſſumptis Priamus pater Aeſacon alis Viuere. ne dubitandum quidem fuerat, utrum Aeſacon an Aeſalon ſcripſerit Ouidius; cum & Græci & Latini Aeſacon legant. quidam tamen hoc quoque in dubium reuocant.

Quæ mihi tunc primnm, tunc eſt conſpecta uolucris. Labuntur & fœdiſsime quidem qui hunc uerſum aliter, atq; eſt in uetuſtis quoque exemplaribus ſcriptum legunt: Quæ mihi tunc primum, tunc eſt conſpecta ſupremum. quaſi uero illam auem ſemel tantum Neſtor uiderit, & quod iſti aiunt, Cænea, in auem non ante uiſam, mutatum fuiſſe, ex priore uerſus parte lucidiſsime non colligatur. quod ſi iſta admitteretur deprauatio, ſibiipſi Ouidius repugnaret. id quod quæ ſubiiciuntur a poeta, ita declarant, Cæneum in aquilam conuerſum, quamuis id me alibi legiſſe non meminerim. ſed cui Ouidii auctoritas ſatis non eſt, eum ualere ſinamus.

TERTIIDECIMI LIBRI,

Expilatq; genis oculos. qui putant omnino, expellit eſſe legendum, ii mihi neque ueteris ſcripturæ; neque naturæ fœmineæ ullam habuiſſe rationem uidentur. nam & in antiquis codicibus expilat ſcriptum eſt; quod quidem uerbum tam infirmitati fœmineæ conuenit, quàm illud expellit repugnat. Acubus enim Hecuba Polymneſtori oculos eruiſſe fertur. quare expilat ut fuit ab Ouid. ſcriptum, ita prorſus eſt legendum.

E quibus imbriferos uerſa eſt Pachinos auſtros. illud eſt uerbum, librariorum imperitia tranſpoſitum, in ſuum locum repoſuimus, ut legatur, e quibus imbriferos eſt uerſa Pachinos ad Auſtros.

Vt uix circumeant diſtentum cruribus uber. ſunt quibus uerior lectio uideatur, ſuſtineant quàm circumeant. ſed in hoc quoque falluntur. nam circumeant ita ſenſui quoque conuenit, ut & Ouidium ita ſcripſiſſe, nec aliter in fideliorib us exemplaribus legi contendamus.

QVARTIDECIMI LIBRI.

Naufragumq; fretum. I uocali aſcripta nauifragum legendum eſſe notius eſt, quàm ut ſit admonendum.

QVINTIDECIMI LIBRI.

Sic exhortari ſortemq; euoluere fati. Seriem ex uetuſto codice repoſuimus. quod uero quidam iactat ſe inſeruiſſe hunc uerſum, Hæſit in aduerſo grauis haſta minoris Atridæ, liquido falſum eſt, cum in omnibus, quæ ego uiderim exemplaris, ſit deſcriptus.

Fulmina proſiliunt, aut excæcata, reſidunt. qui ex ueteре ſcriptura, quæ aut nulla eſt, aut certe corrupta, legunt exiccata, non animaduertunt, ſe iis, quæ a poeta inferuntur, repugnare. nam quæ ſubiiciuntur flumina nequaquam exiccantur; cum iterum exilire dicantur.

Indicii ne metu magis offenſa ne repulſa.

Arguit immeritumq; pater proiecit ab urbe. quamuis in quibuſdam exemplaribus ſcriptum ſit, Indicii ne metu magis offenſa repulſa. damnauit meritumq; nihil pater eiicit urbe, Tamen cum idem ſenſus colligatur, utrocunque modo legatur, nihil exiſtimaui eſſe immutandum. cum utro modo ſcripſerit Ouid. per quam difficile ſit diuinatu, & utroque modo forſitan ſcriptum reliquerit. neque enim opus emendauit.

Finiat Auſoniæ, certant adicere ſortes. In uetuſto exemplarí meo addicere ſcriptum eſt, per duplex d, ſicq; eſſe legendum potius, quã quo modo quidam putant. Certant ita dicere ſortes, facile contenderim, ut loco ſuo copioſius expoſuimus.

## AVCTORVM QVI IN HOC OPERE CITANTVR, NOMINA.

*Acceſiodorus*
*Acuſilius*
*Agroetas*
*Androdis*
*Androtion*
*Ariſtocritus*
*Aſtynomus*
*Auguſtinus.*

*Baptiſta Pius.*

*Calaber*
*Codrus*
*Chœrilus*
*Commentaria in Euripidem.*
*Commentaria in Pindarum*
*Commentaria in Theocritum*
*Commentaria in Apollonium.*

*Demetrius Scepſius*
*Diodorus Siculus*
*Dioſcorides*
*Dionyſius Myleſius.*
*Duris Samius.*

*Eumelus Poeta*
*Euphorion*
*Euripides.*

*Florus*

*Gaza.*
*Gellius*
*Gæoponici libri.*

*Hegeſander*
*Hellanicus*
*Heraclides Ponticus*
*Horatius*
*Herodotus*
*Heſiodus*
*Hipperochus Cumanus ciuis*
*Homerus*
*Higinus.*

*Ibicus*
*Iſtrus*
*Iuſtinus.*

*Lactantius.*
*Liuius.*

*Macrobius*
*Mela*
*Micyllus.*

*Nicander*
*Nicocrates.*

*Palæphatus*
*Parmenides*
*Parrhaſius*
*Parthenius*
*Phanedicus*
*Philochorus*
*Pauſanias*
*Planudes*
*Plinius*
*Plutarchus*
*Pollux.*

*Raphael.*

*Sceptius Grammaticus*
*Simonides*
*Solinus*
*Sophocles*
*Statius.*
*Stephanus*
*Steſichorus*
*Strabo.*

*Traſyllus Mendeſius*
*Tarrhæus*
*Trogus.*

*Varro*
*Virgilius*
*Vibius Equeſter*
*Victruuius*
*Volaterranus*
*Zenodotus.*

# IACOBI MYCILLI IN TITVLVM LIBRI METAMORPHOSIS ANNOTATIO.

Epigrathe eſt, ſiue Titulus operis, continens generalem propoſitionem totius argumenti. Significat enim μεταμόρφωσις Græce, idem quod Latinis transformatio: ducta uoce a Græco uerbo μεταμορφοῦσθαι quod Latinè transformari, aliamq; figuram, ac faciem inducere ſignificat. Deſcribit enim in his libris Ouidius, pleraſq; transformationes cum rerum, tum perſonarum, quæ iam inde ab initio mundi uſque ad ipſius tempora, accidiſſe fabulis traduntur. Quo quidem opere exemplum Parthenii Chii poetæ imitatus dicitur, qui idem argumentum iam antea Græco poemate tractaſſe fertur. Sic & Virgilius, Homerum, Heſiodum, & Theocritum: Horatius, Pindarum: Valerius, Apollonium, itemq; alii alios imitati ſunt. Tanta autem huius operis gratia etiā apud Græcos fuit, ut idem ex Latino ſermone, in ſuum uerſibus tranſtulerint. Neque ullum ferè poema inuenias, quod tanta facilitate fluat, adeo ut dum ingenio ſuo poeta indulget, ſibique ipſe habenas permittit, a multis eam ob rem nimiæ etiam laſciuiæ notetur. nam de eruditione quid attinet dicere? quæ tanta tamq; uaria abſtruſa in his libris eſt, ut multa in iiſdem loca ne a doctiſsimis quidem hactenus explicata, aut etiam intellecta ſatis fuerint, omninoq; Delio quodam, ut prouerbio dicitur, natatore indigeant. Sed hæc hactenus. Diſputant autem quidam, utrum ſingulari numero Metamorphoſis Ouidii, dicendum ſit, perinde ut Thebais Statii, Aeneis Virgilii &c. an uero pluraliter libri Metamorphoſeon græcorum more, apud quos eodem numero ac modo quidam citantur, quando non una eademq; de re in hoc opere, ſed de multis ac uariis mutationibus tractatur. Atque ego quoque in ea ſenteutia ſum, ut poſteriorem titulum non minus, quam priorem probem. Sed tamen quia ueterum exemplorum ſcriptura, quam Regius allegat, deinde & Fabii auctoritas repugnat, apud quem libro quarto ſingulari caſu, Ouidii Metamorphoſis dicitur, cum de toto opere intelligatur, priorum editionum inſcriptionem retinuimus. Nam quod item Rhegius hos uerſus ex tertio Triſtium, allegat,

> Sunt quoque mutatæ ter quinque uolumina formæ,
> Carmina de Domini funere rapta ſui.

Huic contra opponi poterat, quod apud eundem poetam in primo Triſtium legitur:

> Carmina mutatas hominum docentia formas,
> Infelix domini quod fuga rupit opus.

Et quòd Plinius libros ſuos Hiſtoriam naturalem: Virgil. item Culicem, ſingulari numero inſcripſit: ei rurſum opponitur, quod idem Virgil. alios libros Georgica, Flaccus ſuos Argonautica, Ouidius quoſdam Heleutica, eodemq; modo alii alia inſcripſerunt. Sed hanc rem aliorum iudicio diſceptandam relinquemus.

## *AD LECTOREM.*

*Memineris, ſtudioſe Lector, quæcunq; in hiſce Metamorphoſeos Raphaelis Enarrationibus, ſub Mycilli nomine, uel ſignis huiuſmodi [ ] ſunt incluſa, recens a Mycillo in communem ſtudioſorum uſum eſſe adiecta. Vale.*

*fol.* 15. *carmen* 10. *ſic legito,*
Eſſe quoque in fatis reminiſcitur, a flore tempus,

# P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

## LIBER PRIMVS.

### ARGVMENTVM LACTANTII PLACIDI.

Chaos, uti Heſiodus indicat in uolumine, quod deorum originem continet, fuit mutua rerum confuſio, quæ poſtea in ſuas ſpecies diſtincta, & diſtributa eſt; ita ut leuiſſimum corporum, ęther igneus, & hunc infra aer frigidus, ceteraq; ſidera ſublimem partem peterent: per quæ ſolis ſplendor ac lumen uagaretur, grauiſſimum autem, humus, liquorq; in ima parte ſubſiderent.



In noua fert animus mutatas dicere formas
Corpora. dij cœptis (nam uos mutaſtis & illas)
Aſpirate meis; primaque ab origine mundi
Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.
Ante mare & terras, &, quod tegit omnia, cælum,

RAPH. {IN NOVA fert animus} conſueuerunt Heroici poetę in principiis ſtatim operum ſuorũ proponere primum, quibus de rebus ſint in toto opere tractaturi, deinde inuocare, tertio loco narrare. quanquam Gręci ferè propoſitionem cũ inuocatione coniungant. Eam conſuetudinem Ouid. quoq; in huius operis initio ſeruat. nam & breuiſſime ea, de quibus eſt ſcripturus, proponit; & deos, ut ſibi adeſſe uelint, rogat, & narrationem ab ipſo mundi primordio orditur. {In noua} eſt, inquit, mihi animus deſcribendi mutationes corporum in nouas figuras. Hac autem præpoſitione, quæ ſummam eorum continet, quæ in toto opere tractantur, & dociles & attenti lectores efficiuntur. {Fert animus} cupit. nam ferre inter alia ſignificata, eſt etiam cupere. {Mutatas formas} hoc eſt, corpora in nouas formas figuraſq; mutata. eſt enim hypallage, poetis frequentiſſima. Eleganter aũt operis inſcriptionem expreſſit poeta. nam Metamorphoſis transformatio, ac formæ mutatio interpretatur. {Dii cœptis} deos inuocat, qui earum mutationum auctores fuerunt, ut ſibi ita fauere uelint, ut quæ a principio mundi uſq; ad ſua tempora factæ ſunt mutationes, perpetuo carmine complecti poſſit. {Nam uos mutaſtis & illas} parentheſis eſt, cauſſam inuocationis continens. cum enim dii huiuſmodi mutationem fuerint auctores, facile eas memoriæ ſcribentis ſuppeditare poſſunt. Eſt autem ordo. Nam & uos mutaſtis illas. ac ſi diceret, uos, & non alii, fuiſtis auctores huiuſmodi transformationum. eſt enim emphaſis, qua plura innuuntur, quàm exprimantur. Minime uero imperitorum quorundam expoſitio eſt admittenda, putantium deos in uarias figuras eſſe mutatos, a poeta ſignificari, eoq; ſic eſſe ordinandum: Nam uos mutaſtis & illas. quo quidem modo ſenſus ex eleganti inſulſus efficeretur. periret enim illa emphaſis pulchra, quæ per copulam, Et, aperte demonſtratur. ſed huiuſmodi acuti ſenſus ab iſtis detractoribus ſtolidis, ingenioq; carentibus non percipiuntur. Hac autem expoſitione omnes, non deorum ſolum, ſed aliarum quoq; rerum tranſmutationes comprehenduntur. {Aſpirate} ſpiritum ac fauorem immittite. Eſt autem a uentis ſumpta translatio, qui dum nauiũ uela implent, aſpirare proprie dicuntur. Virg. Aſpirat primo fortuna labori.

{Primaq; ab origine mundi} a prima mũdi creatione & conſtitutione. ſic autem a prima origine accipiendum eſt, non ꝙ ſecunda fuerit, ſed a prima originis parte, ut dicimus in prima platea, in prima parte plateæ. nam a Chao ſumit exordiũ, quod in quattuor, ait, fuiſſe transformatum elementa. Platonem uero, ac Stoicos ſequitur, qui ſentiunt mundum initium habuiſſe, a Deoq; genitũ fuiſſe: quod Ariſt. negat. Mundus autem eſt (ut ait Poſidonius in Meteoris) qui conſtat ex cælo & terra, & terrenis cæleſtibuſq; naturis: ſiue qui conſtat ex diis & hominibus, iiſq; rebus, quæ horũ gratia conditę ſunt. Ab ornatu uero tam latini mundum, q̃ Græci κόσμον appellant: ut Plin. ait. {Ad mea} uſque ad mea tempora. nã præpoſitio, uſq;, cum facile ſubintelligatur, eleganter in ſoluta quoque oratione, non ſolum in carmine, ſolet prætermitti. {Deducite} producite, protrahite. proprie autem (ut inquit Fabius) deduci carmina dicuntur, cum ſcribuntur. {Perpetuũ} continuum, ſic ut nulla tranſmutatio prætermittatur, alteraq; alteri concinne, apteq; connectatur. id quod facile a diis impetrarat poeta. ita nanq; fabulam fabulæ annectit, ut una ex alia naſci uideatur. Sed quidam non minus inſulſus q̃ temerarius, quarundam ineptiarum interpoſitione ea in multis exemplaribus ſeparare conatus eſt, quæ deorũ benignitate tam eleganter fuerant copulata. Id uero flagitium, quo totũ opus inquinabatur, in primis curaui tollendum. {Ante mare & terras} hæc eſt narratio, quam a prima mundi origine poeta ſic repetit, ut deſcribat primam omnium mutationem. nam ex Heſiodi ſententia, quem potiſſimum hoc loco ſequitur Ouidius, primum omnium fuiſſe Chaos ait, hoc eſt quandam rerum omnium ſine ulla forma confuſionem, quæ materia prima a phyſicis uocatur. ex qua primum elementa quattuor, ac totum mundum effectum eſſe ait, cum antea nihil foret diſtinctum; ſed omnia ita eſſent confuſa, ut neque terra ab aere, neque aer ab aquis, neque aquæ ab æthere ſeparatæ eſſent. Primum itaq; deſcribit Ouidius Chaos ipſum: deinde narrat quemadmodum in quattuor elementa, ætherem, aerem, aquam, terram fuit cõmutatum, ſicq; diſcretum, ut æther ſummum locum propter leuitatem apprehenderit, proximum aer, aqua tertium, in infimum terra propter grauitatem detruſa fuerit.

prima origo mũdi.

Vnus erat toto naturæ uultus in orbe,
Quem dixere Chaos, rudis, indigeſtaque moles,
Nec quicquam, niſi pondus iners, congeſtaq; eodem,
Non bene iunctarum diſcordia ſemina rerum.
Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan:
Nec noua creſcendo reparabat cornua Phœbe:
Nec circunfuſo pendebat in aere tellus
Ponderibus librata ſuis: nec brachia longo
Margine terrarum porrexerat Amphitrite.
Quaque erat & tellus, illic & pontus, & aer.
Sic erat inſtabilis tellus, innabilis unda;

MICYL. [Verſus Heſiodi, de quibus hic meminit Regius, ſunt in Theogonia, hi uidelicet,

Ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα
Γαῖ' εὐρύστερνος πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί.

Fuit autem hæc cõmunium antiquorum ac ſapientum opinio, ut mũdum initiũ habuiſſe, et a Deo creatum dicerẽt: nõ, ut Ariſtoteli uidebatur, ab ęterno extitiſſe. hinc & Ariſtophanes comicus in Auibus q̃q̃ ludens, inquit,

Χάος ἦν καὶ νὺξ ἔρεβός τε μέλας καὶ τάρταρος εὐρύς.
Γῆ δ' οὐδ' ἀὴρ, οὐδ' οὐρανὸς ἦν, &c.

ac ueriſimile eſt, ſemp̱ fuiſſe inter patres certas quaſdam ſentẽtias de Deo, de creatione mundi, de diluuio, & ſimilibus rebus, ac mutationibus grauioribus, quas a primis hoĩbus acceptas, poſteri quaſi per manus alii aliis tradiderũt; atq; ita has a Iudęis primum ad Ægyptios, mox ab Ægyptiis ad gręcos, atq; inde ad alias gentes permanaſſe. quibus poſteriora ſecula & homines, ut quique a primis remotioribus fuere, ita ſubinde alia atq; alia affinxerunt, donec res ipſas totas uideri fabuloſa factum eſt.] {Et qđ tegit omnia cęlum} hoc eſt ante mundi conſtitutionem. nam mundus, ut inquit Plinius, alio nomine cęlum dicitur, omnia continens, extra qđ nihil prorſus eſſe poteſt. ſed cęlum proprie eſt extrema circu ferentia, in qua diuinum omne fixum ac locatũ eſt. cęlum autem dictum eſt, ut Plin. & alii quidam ſentiũt, ꝙ uariis ſideribus ſit cęlatum. Varro autẽ dicit a concauitate, quaſi κοῖλον dictum, eoq; per œ ſcribitur. De mundi autem origine uariæ ſunt priſcorum opiniones. ſed Ouid. ut dixi, Heſiodum ſequitur, qui in Theogonia Chaos deſcribit: ex eoq; omnia fluxiſſe aſſerit. quam quidem opinionem ſecutus eſt etiam Euripides, Anaxagoræ phyſici diſcipulus, ut ſcribit Diod. in Menalippo nanque tragœdia, Cęlum & terram olim miſta fuiſſe ait, ex hisq; ſeparatis ſingula eſſe generata, arbores, uolucres, feras, ac mortaliũ omne genus. {Vnus uultus} aſpectus unus, nulla penitus uarietate diſtinctus. {Naturæ} parentis & auctoris omnium rerum. natura.n. uis eſt quædam qua omnia naſcuntur: quã Seneca nihil aliud eſſe, q̃ Deum ſentit. natura etiam rei cuiuſque proprietas dicitur, ut cum dicimus diuerſas eſſe animaliũ, lapillorum'ue naturas. pro ingenio quoq; accipitur natura, ut cum rhetores aiunt, Eloquentiam tribus cõſtare, natura, arte, exercitatione. {Quẽ dixere chaos} ſi eſſet ſoluta oratio, quod, etiam eleganter diceretur. quale eſt illud Salluſtianũ, Eſt locus in carcere, quod Tullianum appellatur. Chaos aũt ἀπὸ τοῦ χαίνειν, hoc eſt ab hiando uenit, ut ſcribit Sext. Pompeius, qui ex ſententia Heſiodi ait, Chaos eſſe confuſam quandam ab initio unitatem hiantem, patentemq; in ꝓfundũ, ex eo ꝙ gręci χαίνειν, nos hiare dicimus. unde Ianus detracta aſpiratione fuit nominatus, eo ꝙ fuerit oĩum primus, cui primo ſupplicabãt ueluti parenti: a quo rerum oĩum factum putabant initiũ. a chao uero, oĩum rerum principio, inchoare deriuari uidet̃.

MICYL. [Alii aũt a uerbo χεῖσθαι deducunt χάος, peculiariterq; hoc noĩe accipiunt, τὸν μεταξὺ γῆς καὶ οὐρανοῦ κενὸν τόπον, hoc eſt aera. is.n. circũ terram undequaq; funditur.] {Rudis indigeſtaq; moles} hoc eſt impolita, indiſtinctaq; magnitudo, & maſſa. {Niſi pondus iners} pigrum & immobile, omniq; arte carẽs. {Cõgeſtaq; eodẽ} hoc eſt ſemina & primordia rerũ male coniunctarũ, inter ſe diſſidentia, in eundem locũ conducta & congregata. ſemina uero oĩum rerum ſunt quattuor elemẽta, q̃, ut Lucretius ait, et materiem, & genitalia corpora, & rerum ſemina, & corpora prima appellare ſolemus. {Nullus adhuc mũdo} quale eſſet illud primũ chaos, apertius iis declarat, quibus mũdus poſtea fuit diſtinctus. nã neq; ſol, inquit, ullus erat, q lumen funderet, neq; ulla luna, q̃ modo creſceret, modo decreſceret, nulla terra, nullum mare, nullus aer uidebatur, ſed omnia unum chaos erant. uocatur hæc a rhetoribus diſtributio. {Nullus Titan} nullus ſol. nam Diod. lib. 4. antiquitatum ſcribit, Cęlum ex pluribus uxoribus ſuſcepiſſe filios quinque & quadraginta, ex quibus decem & ſeptem ex Titea ortos ꝓprio nomine ſingulos, cõmuni aũt omnes a patre appellaſſe Titanas. ſol aũt & luna, ut Heſiodus ait, Hyperionis Titanis et Rheę filii fuerunt. ut ĩ̃o ſol et Titã et Titan' uocat̃, ſic luna Titanis appellatur. [Verſus Heſiodi ſunt,

Θεία δ' ἠέλιόν τε μέγαν, λαμπράν τε σελήνην
Ἠῶθ' ἣ πάντεσσιν ἐπιχθονίοισι φαείνει,
Γείναθ' ὑπευνηθεῖς ὑπερίονος ἐν φιλότητι.

Ceterum alii ſolem, peculiari noĩe Titanem dici uolunt, ſiue ab extendendo, ꝙ ſplendorem ac lumen ſuum quoquo uerſum extendit, ſiue etiam a trahendo (nam utrunque uerbum τιταίνειν, græcis ſignificat) quoniam uapores e terra excitet, ſurſumq; trahat.] {Noua Phœbe} noua luna. ſingulis enim quibuſq; menſibus luna renouari uidetur. ut autem Phœbus pro ſole, ita Phœbe pro luna ponitur, quòd ſit pura & nitida. nam φοῖβος purus interpretatur. {Reparabat} renouabat, inſtaurabat. Cornua uero lunæ aſcribuntur ex aſpectu. illa nanque habere uidetur primis diebus, quibus a coitu ſolis digreſſa conſpicitur: propter quod ab Ægyptiis lunæ, quam Iſidem uocant, bos ſacrificatur. {Nec circunfuſo pendebat in aere tellus} hoc eſt, nec terra ſuis ac propriis ponderibus ſuſtentata in aere ſuſpenſa erat, quemadmodum nunc eſſe uidetur. nam terra iccirco mundi centrum eſſe dicitur, quia in medio elementorum omnium eſt. ſola autem elemẽtorum immobilis permanſit. {Circunfuſo in aere} perite. nam terrã undiq; aerem habere phyſici demonſtrant. aer autem παρὰ τὸ ἄειν, hoc eſt, a ſpirando deducitur. nam illius motus uentos generat. {Ponderibus librata ſuis} hoc eſt ſua grauitate ſuſtentata ſic, ut nulla ex parte ſurſum uerſus trudi poſſit, ſed in imo ſemper ſidat. {Nec brachia longo} hoc eſt nec ullus Oceanus mediterranea maria effecerat, quæ Oceani brachia eſſe uidentur. [Simplicius tamen eſt, ut brachia aquas Oceani intelligas, quibus ille ueluti brachiis quibuſdam terram amplectitur.] {Porrexerat} extenderat. {Longo margine} longa extremitate terrarum. nam margo uniuſcuiuſq; rei dicitur extremitas. eſt autem incerti generis nomen. {Amphitrite} ſic eſt legendum, non Amphitrites, ut quidam aſſerentes pro Neptuno poni. nam Amphitrite Oceani fuiſſe filia ab Heſiodo dicitur, quæ cum perpetuam uouiſſet uirginitatem, Neptunum, qui ipſius maritus eſſe cupiebat, aſpernata, ad Atlantem confugit. miſſus autem delphin, qui poſtea in cęlum translatus eſt, ut ſcribit Hyginus, ei Neptuni nuptias perſuaſit. Claudianus de Proſerpinæ raptu, Et iam Nereia Glauco Neptunum gremio cõplectitur Amphitrite. ponitur hic pro Oceano, uniuerſam terram circumeunte. Dicitur autem, ut ait Orion grammaticus, ἀπὸ τοῦ τρεῖν, hoc eſt a terrendo, quod mare nauigantes, ἀμφοτέρωθεν. i. ab utroque latere terreat. [Quaq, erat & tellus, illic & pontus & aer.] quidam legunt, Quaq; fuit tellus, Porphyrio autem etiam, Illic & pontus, ut ęther. ut ſit ſenſus, illic erat pontus, ubi ęther. quoniam, & apud Horatium eodem modo, ut, pro ubi legatur, ut lib. 3. Car. Ode 4. Vtcunq; mecum uos eritis, pro, ubicunque. ſed de hac lectione alii uiderint. ego uero in poſteriore parte uerſus nihil uideo, cur quicquam immutandũ ſit, in priore autem, quoniam copulatiua, &, ocioſe poni uidetur: ſiquis, fuit, magis quã erat, ſublata coniunctione, &, legendum contendat, non ualde equidem repugnabo.] {Sic erat inſtabilis tellus} mobilis. ſignificat autem nulli elementorum in illo chao propriam fuiſſe naturam.

Nulli

Lucis egens aer : nulli ſua forma manebat,
Obſtabatque aliis aliud : quia corpore in uno
Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis,
Mollia cum duris, ſine pondere habentia pondus.
Hanc Deus, & melior litem natura diremit.



Nam cælo terras, & terris abſcidit undas,
Et liquidum ſpiſſo ſecreuit ab aere cælum.
Quæ poſtquam euoluit, cæcoq; exemit aceruo;
Diſſociata locis concordi pace ligauit.
Ignea conuexi uis, & ſine pondere cæli
Emicuit, ſummaque locum ſibi legit in arce.
Proximus eſt aer illi leuitate, locoque.
Denſior his tellus, elementaque grandia traxit,
Et preſſa eſt grauitate ſui, circunfluus humor

KAPH. NVLLI ſua forma manebat} hoc eſt, nullũ elementorum ꝓpriã habebat figurã atq; naturam. {Obſtabatq; aliis aliud} hoc eſt, inter ſe elementa pugnabant, q̃a contrariæ qualitates in eodẽ erant ſubiecto. qđ nunc fieri non poteſt, ut in eodẽ contraria ſimul exiſtant. neq;.n. idem ſimul calidũ & frigidũ, aut molle & durũ, aut graue & leue eſſe poteſt. {Hanc Deus} narrat quẽadmodũ chaos illud, qđ hactenus deſcripſit, in quattuor elemẽta a Deo fuit trãſmutatũ. itaq; diſtinctũ; ut æther oĩum leuiſſimus ſupremũ occupauerit locum: proximus aeri ceſſerit: aqua & terra ꝑꝑ grauitatẽ in imo reſederint. Deus ãt ex Stoicorũ ſnia, ut eorum interpretatione utar, q̃ Diogenẽ Laertiũ uerterũt, eſt aĩal immortale, rõnale, ꝑfectũ, ſiue intellectuale, beatum, a malo oĩ remotiſſimũ, prouidẽtia ſua mũdũ, & q̃ ſunt in mũdo, diſponẽs oĩa. nõ tñ ineſſe illi humanæ formæ lineamẽta aiunt, ceterũ eſſe quidẽ opificẽ immenſi huius operis, ſicuti & patrem oĩum. Apuleius quoq; de Deo, uetus, inq̃t, opinio eſt, q̃ in cogitatione oĩum hoĩum penitus inſedit, deũ originis nõ habere auctorẽ, deũq; eſſe ſalutẽ & ꝑſeuerantiã earum, quas effecerit, rerum. neq; ulla res eſt tã ꝑſtantibus uiribus, q̃ uiduata dei auxilio ſui natura cõtenta ſit. hanc opinionẽ uates ſecuti, ꝓfiteri auſi ſunt omnia Iouis eſſe plena. Cicero etiam ut ſcribit Lactan. deũ hoc modo diffinit: Nec uero Deus ipſe, q̃ intelligitur a nobis, alio modo intelligi põt, niſi mẽs ſoluta quædã & libera, ſegregata ab omni cõcretione mortali, omnia ſentiẽs & mouẽs. [Quæ definitio neq; a noſtra religione aliena eſt. nã licet ſecundũ illud, deũ nemo uidit unq̃, ſubſtantiã, & naturã dei definire nõ poſſimus: ex effectis tñ, & operibus illũ cognoſcimus, nẽpe patrẽ & opificem rerum omnium, ingenitum, immortalẽ, cuius nutu cũcta mouentur & regunt.] {Et melior natura} meliorẽ naturã Deum uocat, q̃ mẽs & cã a Plat. appellat. nã Plat. quoq;, ut Diogenes Laertius ait, duo rerũ principia poſuit, deũ & materiã, quã informẽ & infinitam eſſe ait. eamq; in quattuor elemẽta, ignem, aerem, aquam & terrã a deo ſiue mente fuiſſe conuerſam aſſerit. hoc idẽ & Stoici ſenſerũt, q̃ unũ eſſe deũ aiũt, ipſumq; (ut Seneca ſcri.) & naturã & mentẽ & fatũ & Iouẽ, multisq; aliis nominibus appellatũ, ex informi materia primũ quattuor elementa genuiſſe. Nihil aũt aliud eſt natura, ut idem Seneca ait, q̃ Deus & diuina quædã ratio toti mũdo & partibus eius inſerta. [Proinde & particulam, Et, expoſitiue hic accipiunt grãmatici, quaſi dicat Deus ſiue natura, uel, ut uulgo loquuntur, Deus. i. natura.] {Diremit} diſſoluit. proprie aũt dirimi dicuntur lites & prelia, cum diſſoluũtur atq; tolluntur. Alludere aũt ad id uidetur Naſo, quod Empedoc. ait, ex illa rerum cõfuſione primum omnium litem extitiſſe, mox amicitiam atq; cõcordiam, qua omnia fuere copulata.

CONST. F. Hanc Deus & melior} Et, pro. i. hoc loco minime accipiẽdum. reſpicit. n. Ouid. hoc uerſu eorũ philoſophorũ opinionem, q̃ naturam deo ſuperiorẽ ac potentiorem eſſe falſa du⸗

ctti ratione cẽſebãt. in quã 9. etiã huius operis *lib. Iphin introducit loquentem. ait. n. Diiq; mihi faciles, quicq̃d ualuere, dederunt. Quodq; ego, uult genitor, ſocer & uult ipſe futurus: At nõ uult natura, potẽtior omnibus iſtis. {Ab aere ſpiſſo} craſſo. in quo & nubes generantur & pluuiæ. liquidum aũt cælum pro ęthere poſuit. nam ęther & puriſſimus eſt, & ab omni ꝑturbatione alienus. [Quidã codices ꝑꝑeram, ut apparet, ſcriptũ habent ꝓ aere, ęthere: nã & epitheton, ſpiſſum, repugnat. non. n. ſpiſſus ęther, recte dr̃, ſed aer ſpiſſus.] {Liquidum} purũ, clarum, limpidum, ab omni corruptione remotũ. {Secreuit} ſeparauit atque diſtinxit. {Quę poſtq̃ euoluit} poſteaq̃, inquit, Deus quattuor elemẽta explicuit, & ex illo aceruo, qđ chaos dicũt, eduxit, q̃uis locis diſiũcta forent, quadã tñ cõcordia ea copulauit. nam, ut aiunt phyſici, elementa primis quattuor qualitatibus partim inter ſe cõueniũt, partim a ſe inuicem diſſident. ignis. n. cum ſit calidus & ſiccus, aeri q̃dẽ caliditate copulatur: ab eodem uero ſiccitate, qua terræ ſimilis eſt, ſeparatur. aer cũ humidus ſit & calidus, humiditate aquæ rñdet, caliditate repugnat. nã aqua humida eſt & frigida: & frigiditate q̃dem ſibi terrã conciliat, humiditate uero eandẽ ab ſe alienat. nã terra frigida & ſicca. ita hac pace tã cõcordi elemẽta inter ſe uidẽtur fuiſſe copulata. {Ignea uis} periphraſis eſt ętheris atq; ignis, q̃ ſupremum ꝑꝑ leuitatem ſibi locum uendicauit. [Vtitur aũt diſtributione, quã uocant, poeta, ſeorſim uniuſcuiuſq; locũ deſcribendo.] {Sũma arce} excelſa & alta. nanq; arces in eminentioribus urbiũ locis exędificari ſolent. {Legit} elegit. {Proximus eſt aer illi} aer, inquit, & leuitate, & loco proxime ad ignem ętheremq; accedit. nam aer ſi terrę, aquæ'ue comparetur, leuis eſt; ſi ętheri, grauis. {Denſior his tellus} hoc eſt, craſſior & grauior, {Elementaq; grandia traxit} hoc eſt, partes magnas, & grauiores ex illo aceruo ſecũ traxit. proprie autem illo uerbo, traxit, uſus eſt poeta. nam ui quadam naturali omnia grauia & ponderoſa deorſum trahuntur. elementa uero pro partibus poſuit. nam elemẽtum eſt, ex quo primo prodeunt, quæ fiunt; & in quod extremũ reſoluuntur. {Et preſſa eſt grauitate ſui} hoc eſt, ob ſuam grauitatem in infimum locum deſcendit. omne enim graue natura deorſum tendit. Videtur autem quibuſdam Ouid. tertium ab igne locum terræ aſſignare, cum in ultimum detruſam fuiſſe propter grauitatem, immobilitatemq; conſtet. ſed Ouid. ſcite recteq; loquitur. non enim infima loca, ſed ultima terrarum, ab aquis occupata fuiſſe ait. neque uulgi opinionem hoc loco ſequitur, ut quidam aiunt, qui aquam ultimum elementum eſſe putant, quia totam inundari terram ab aqua non uident. ſed aqua icci̇rco ab inundatione totius terræ arcetur, ut terrenis animalibus in primisq; homini loca non deſint. quod ſi hoc non fuiſſet: aqua non minus, q̃ aer undiq; totam terram complecteretur. id quod innuit Ouidius, cum inquit:

in ex⸗ tremo.

Vltima poſſedit, ſolidumq́ue coercuit orbem.
Sic ubi diſpoſitam, quiſquis fuit ille deorum,
Congeriem ſecuit, ſectamq́ue in membra redegit:
Principio terram, ne non æqualis ab omni
Parte foret, magni ſpeciem glomerauit in orbis.
Tum freta diffudit, rapidisq́ue tumeſcere uentis
Iuſſit, & ambitæ circundare littora terræ.
Addidit & fontes, & ſtagna immenſa, lacusq́ue;
Fluminaq́ue obliquis cinxit decliuia ripis:
Quæ diuerſa locis partim ſorbentur ab ipſa,
In mare perueniunt partim; campoq́ue recepta
Liberioris aquæ, pro ripis littora pulſant.
Iuſſit & extendi campos, ſubſidere ualles,
Fronde tegi ſyluas, lapidoſos ſurgere montes.
Vtq́ue duæ dextra cælum, totidemq́ue ſiniſtra
Parte ſecant zonæ, quinta eſt ardentior illis:
Sic onus incluſum numero diſtinxit eodem
Cura Dei, totidemq́ue plagæ tellure premuntur:
Quarum quæ media eſt, non eſt habitabilis æſtu:

RAPH. SOLIDVMQVE coercuit orbem} hoc eſt, continuit ſolidum & durum terræ orbem. coercere enim eam nō poſſet, niſi undiq; ipſam complecteretur. mediam nanque omnium elementorum terram eſſe phyſici, in primisq; Stoici affirmant. unde & mundi centrum eſſe perhibetur. {Sic ubi diſpoſitam} hoc loco & quattuor deſcribit elementa, & ea quibus unumquodque ipſorum eſt inſtructū. {Quiſquis fuit} innuit ſe ignorare, quis nam deorum ille fuerit, qui quattuor elementa diſtinxit. [Hoc eſt, utrum Deum, an naturam meliorem uocet, ut ſupra. illud autem intelligit, maiorem ac potentiorem aliquem fuiſſe, quā quos uulgus pro diis haberet.] {Secuit} ſeparauit ac diuiſit. {In membra redegit} in partes diduxit. {Principio terram} poſteaquam, inquit, Chaos in quattuor elementa diſtinxit, effecit ut undiq; terra foret rotunda, uariisq; rebus inſtitueretur. [Eſt autem noua diſtributio, quæ terram primo, mox cetera elementa ſeorſim unumquodq; deſcribit.] {Ne non æqualis} hoc eſt, ut æqualis undiq; eſſet. duæ enim negationes affirmationem conſtituunt. {Glomerauit} effecit in ſimilitudinem magni globi & pilæ, quæ ex omni parte ſibi eſt æqualis. glomerare enim eſt glomum, globumq;, qui undiq; rotundus eſt, efficere. a glomo autem, ac potius glomere (nam utroq; modo declinatur, ut ait Priſcianus) glomero uerbum deriuatur. {Tum freta diffudit} hoc eſt, maria mediterranea immiſit. nam freta proprie dicuntur maria anguſta inter duas terras exiſtentia, a feruendo deducta, quos Græci porthmos uocant. {Tumeſcere} inflari, in tempeſtatem erigi. {Rapidis uentis} rapacibus, omnia ſecum rapientibus. {Iuſſit} uoluit, ut Terentius, Iubeo Chremetem ſaluere. iubere autem proprie eſt imperare. {Ambitæ terræ} undiq; a mari circundatæ. litora autem proprie maris dicuntur. nam litus eſt, ut Celſus diffinit, quouſq; maximus fluctus a mari peruenit. idq; M. Tullium ait, primum conſtituiſſe, cum arbiter electus foret. {Stagna immenſa} maximas paludes. {Cinxit} circumdedit. {Obliquis ripis} non rectis. ripæ autem ꝓprie ſunt fluminū. unde ripariæ hirundines dictæ, quæ in fluuiorum ripis nidos faciunt. {Flumina decliuia} prona ac deorſum labentia. {Quæ diuerſa locis} fluminum naturam deſcribit. nam quædam ab ipſa ſorbentur terra, [ut de Euphrate ſcribit Pomp. Mela. hinc Lucan. lib. 3. ſed ſparſus in agros Fertilis Euphrates phariæ uice fungitur undæ] quędam in mare deferuntur. {Campoq; recepta} campus eſt terræ planicies, ſed hoc loco pro æquore ponitur. {Pro ripis littora pulſant} percutiunt, ac, ut uerbo utar Pliniano, lancinãt. Eleganter autem litora a ripis diſtinxit: littora nanq; maris, fluminum ripę dicuntur. {Iuſſit & extendi campos} hoc eſt terræ planicies dilatari. {Subſidere ualles} in ima deſcendere. uallis autem ea oblonga concauitas dicitur, quæ eſt inter duos montes uicinos. unde uallicula diminutiuum deriuatur. {Fronde tegi ſyl.} hoc eſt arbores in ſyluis naſci. eſt enim ſynecdoche, nam & a parte totum intelligimus, & ſingularem numerum pro plurali accipimus. hanc uero figuram etiam in ſoluta oratione frequenter uſurpamus. {Tegi} cooperiri. {Lapidoſos ſurgere montes} hoc eſt, montes ſaxoſos in altum tolli. mons enim nihil eſt aliud, quàm terræ tumor. unde etiā mōtes tumuli dicebantur. iuſſit, autem uerbum eſt ſubaudiendū.

COEL. RHOD. QVÆSTIO autem de mundi partibus ac declinationibus aliqd & ipſa contēplationis habet, p̄ſertim in tanta opinionum diuerſitate, mire diſſidentibus etiam primæ notę auctoribus. aduocabitur ergo ad partes, cuius etiam ſupra commeminimus, Cleomedes, quo, ueluti anteſignano, poeticæ tortuoſitates rectitudini ſuæ reſtituentur, ac nitori. Igitur quia, inquit, mundum eſſe corporeum liquet, in eo ſuperna concedamus, propemodum neceſſe eſt, atque item inferna, ſed antica quoque, & poſtica, nec non dextra & ſiniſtra. in globoſo mūdo locus imus intelligitur, qui medius, in quem nutu ſuo uergãt oīa. ſupernus uero, qui undique medio incūbit. antica mundi dicimus, quæ ad occiduas orbis partes proclinãtur: quoniam illuc annuit motus. poſteriora orienti relinquuntur, quia inde feratur ad occaſū. ex iis porro conſequitur liquido, ut dextras habeat ſeptentrio, ſiniſtras meridies. Ex hac Cleomedis diſtributione, qua ab Ægyptiis uidet̃ accepiſſe, ſicuti in lib. de Iſide diſcimus ex Plutarcho, tollit̃ plane ex Lucani carminibus nubilū: quod etiam ſi auctor ſphæræ illuſtrare conatus eſt, nihilominus auribus acri lotis aceto parum ſatisfecit, mihi certe ad hãc diem hęſit interpretatio. Agitur ergo de felici Arabia, cuius pleraq; portio inter æquinoctialem circulum, & tropicum cãcri ſtatuitur ab coſmographis. in qbus regionibus, ſolē geſtantę cancro, umbra plane in meridiem, hoc eſt in ſiniſtras mūdi partes nutat. Poetæ uerſus hi ſunt,

Ignotum uobis Arabes ueniſtis in orbem,
Vmbras mirati nemorum non ire ſiniſtras.

Ceterum ex hac obſeruatione expendant eruditi locum iſtum Ouidii,

Vtq; duæ dextra cęlum, totidemq; ſiniſtra,
Parte ſecant zonæ, quinta eſt ardentior illis,

quod eo impenſius cōmonuiſſe uolumus, ut ſciant iam nunc bonarum litterarū ſtudioſi, interpretum fiducia nunq̃ eſſe in utrãq; aurem dormiendum. {Vtq; duæ dextra c.} quinque zonis & circulis cęlū ſecatur in quinque partes, qbus diſtinguitur etiã terra. Earum duæ ultimæ frigore rigent, mediam ſol urit, reliquę inter frigus & calorem ita ſunt tēperatæ, ut in iis demū animantes habitare poſſint: quãquam illarum altera, in qua eſſe dicebantur Antipodes, nobis penitus ignoretur. [Habent aūt nomina circuli uel a regione cæli, ut Arcticus & Antarcticus: uel a cauſſis, ut Tropicus æſtiualis, Tropicus hyemalis, ſiue hybernus, & ęquinoctialis. nã ſub hoc exiſtente ſole, ęquinoctia fiunt, ſub illis aūt ſolſtitia, quas τροπὰς gręci uocant. Parte dextra, q̃ ad arcticum uergit polum, partem dextrã uocat poeta, ut ſiniſtram ad antarcticū.] {Zonæ} cingulę, circuli. zona uero apud græcos ſignificat & partem corporis, quæ cingitur, & cingulum ipſum, ut thorax & pectus dicitur, & ipſius pectoris tegmentum. {Quinta eſt ardentior illis} quintam poeta mediam uocat, quam idcirco ardentiorem eſſe ait, ꝙ per eam ſol bis in anno decurrit. {Onus incluſum} periphraſis eſt terræ. nam terra, quæ eſt ponderoſa, quinque zonis continetur atque diſtinguitur. {Plagæ} regiones. qua in ſignificatione corripitur prima ſyllaba, quæ producitur, cum uulnera ſignificantur. {Æſtu} feruore ac nimio calore. [Atque hoc ſecundum opinionem ueterum dixit, noſtra autem ætate nautæ Luſitani etiam hanc habitari docuerunt.

Nix tegit alta duas: totidem inter utranque locauit,
Temperiemque dedit, miſta cum frigore flamma.
Imminet his aer: qui, quanto eſt pondere terræ
*Pondus aquæ leuius, tanto eſt oneroſior igne.
Illic & nebulas, illic conſiſtere nubes
Iuſſit, & humanas motura tonitrua mentes,
Et cum fulminibus facientes frigora uentos.
His quoque non paſſim mūdi fabricator habendum
Aera permiſit. uix nunc obſiſtitur illis,
Cum ſua quiſque regat diuerſo flamina tractu,
Quin lanient mundum: tanta eſt diſcordia fratrum.
Eurus ad Auroram, Nabatæaque regna receſſit,
Perſidaque, & radiis iuga ſubdita matutinis:
Veſper, & occiduo quæ littora Sole tepeſcunt,
Proxima ſunt Zephyro: Scythiã, ſeptemque triones
Horrifer inuaſit Boreas: contraria tellus
Nubibus aſſiduis, pluuioque madeſcit ab Auſtro.
Hæc ſuper impoſuit liquidum, & grauitate carētem
Aethera, nec quicquam terrenæ fæcis habentem.

RAPH. TOTIDEM inter utranq; locauit} hoc eſt duas temperatas inter extremas & mediam collocauit, q̄ iccirco ſunt temperatę, quia & frigore participant & calore.

CONST.F. Hi uerſus multos diu torſerunt, multis anſam dederunt Ouidium reprehendēdi, tanq̄ naturæ elementorum parū conſcium: cū terram & aquam dicere nihil inter ſe grauitate differre, nihil ſit abſurdius, nihil a uero longius. Alexander Philomenus Lugenſis, uir in utraq; lingua doctiſſimus, & ꝑ aliquot olim mēſes p̄ceptor meus, in peruetuſto codice ita ſe ſcriptum inueniſſe dicebat: Imminet his aer, q, quāto eſt pōdere terræ Pondus aquæ leuius, tanto eſt oneroſior igne. Quę lectio penitus quadrare ur̄. erit.n.ſenſus, Aerem tanto grauiorem eſſe igne, quantū aquæ pōdus elemētum terrę leuitate pręcedit. {Imminet his aer} nunc aerem ita deſcribit, ut omnia, quę in eo fiūt, cōmemoret {Tanto eſt one.} pōderoſior, grauior. {Illic & nebu.} in illo, inqt, aere & nebulæ cōſiſtunt & nubes. eleganter aūt inter nebulas & nubes differētiam ſignauit poeta. nebulæ.n. dicuntur uapores denſi haud longe a terris, aquis'ue recedentes. nubes aūt uapor eſt humidus in ſublime egreſſus, cuius denſitate ſol obūbratur. {Et cum fulminibus} fulmina quoq;, inquit, & uenti frigora adducētes in aere generantur. fulmen autem ignis eſt cōcurſu uentorum eliſus, in terramq; delatus. fulminū uero multa ſunt genera, de qbus copioſe Plin. ſcribit. uentus aūt eſt impetus aeris in unam partem fluentis. uēti uero principalis ſunt quattuor quos eleganter Ouid. deſcribit. Oīs ſane uentus frigidus eſt natura, quāuis Auſter, qui per torridam zonam tranſit, calidus eſſe uideatur. [Etiam Hom. eoſdem fere uentos tm̄ nominat, ut Odyſ. 5.

Σὺν δ' εὖρός τε νότος τ' ἔπεσε, ζέφυρός τε δυσαής,
Καὶ βορέης αἰθρηγενέτης, μέγα κῦμα κυλίνδων. et,
Ἄλλοτε μέν τε νότος βορέῃ προβάλεσκε φέρεσθαι,
Ἄλλοτε δ' αὖτ' εὖρος ζεφύρῳ εἴξασκε διώκειν.

nam ut plagas cęli quattuor, ita etiam uentos totidē numerabant ueteres. uenerunt tñ poſtea, qui ultra hos etiam alios quattuor adiecerint, ſecundum uarietatem ortus & occaſus, etiam uentos diuerſos iiſdem plagis aſſignātes. nam ęſtiuali ortui Boream, æquinoctiali Eurum, quē & Subſolanū, & Apelioten gręce uocāt, brumali aūt Euronotum, tanq̄ medium inter Eurū & Notū, attribuebant. oppoſitis aūt regionibus Argeſtē qui & Caurus dr̄, Zephyrum q & Fauonius, & Africum quē Liba græci uocant. Septētrionali aūt plagæ, & Meridionali, qm̄ eæ certæ ac fixæ manerent, Aparctiā quē latine Septentrionē dicūt, & Notum qui idem & Auſter dicitur, aſſignabant. atq; hāc diuiſionem etiā Phauorinus apud Gellium tradit libro ſecūdo, capite uigeſimo ſecūdo. Nouiſſimi autem neq; hoc numero contenti duodecim fecerunt uētos, Septētrionem quoq; & Meridionalem plagam ternis partibus diſtinguētes.] {Motura} cōmotura ac terrefactura. {Vix nūc obſi. il.} hoc eſt cū difficultate reſiſtitur uolentiæ uentorū quāuis unicuiq; eorū ꝓpria loca fuerint aſſignata. ꝙ ſi totus aer illis fuiſſet ꝑmiſſus, de rebus humanis actū foret. {Sua flumina} ſuos ſpiritus. {Diuerſo tra.} diuerſis regionibus, Eurus ab oriente, Zephyrus ab occidente, Auſter a meridie, Boreas a ſeptētrione. {Quin la. mun.} diſſipēt ac dilacerēt. {Tāta eſt diſcor. fra.} pulchra acclamatio, quali Virg. quoq; utitur: Tātę molis erat Romanam condere gentem. Venti autem iccirco fratres dicuntur, quod Auroræ & Aſtræi gigantis filii fuiſſe finguntur. [Vt apud Heſiodum in Theogonia,

Ἀστραίῳ δ' ἠὼς ἀνέμους τέκε καρτεροθύμους
Ἀργέστην, ζέφυρον, Βορέην λαιψηροκέλευθον
Καὶ νότον, ἐν φιλότητι θεᾶ θεῷ εὐνηθεῖσα.]

{Eurus ad auro.} quēadmodū ſinguli e principalibus uentis ſingulas mūdi partes ſint ſortiti, ꝑſpicue elegāterq; deſcribit poeta. notū eſt aūt mūdum in quattuor partes diſtingui, in oriētē, occidētē, meridiē, & ſeptētrionem. Eurus autē ὁ ἀπὸ τῆς ἕω ῥέων, quod ab oriēte flat, nominatur, q latine dicitur Vulturnus, a cōtinenti uulturis uolatu, cui ſimilis eſſe uidetur. {Nabateaq; re.} oriētalia. Nabath enim Iſmaelis filius, ut Ioſephus in antiq. Iudęorū ſcribit, cū 11. fratribus ſuis omnē terrā ab Euphrate ad mare rubrū uſq; poſitā tenuit, Nabatæamq; ꝓuinciam nominauit. unde Nabatęa regna fuere appellata. [Stephanus autem, Ναβαταῖοι, inqt, ἔθνος τῶν εὐδαιμόνων ἀράβων. ἀπὸ Ναβάτου τινός. Ναβάτης δ' ἐστὶν ὁ ἐκ μοιχείας γενόμενος. ἀπὸ οὖν τοῦ Ναβάτης, Ναβαταῖος, καὶ Ναβατηνή, ἡ χώρα.] {Perſidaq;} Perſis, q̄ & Perſida dicitur, regio eſt Indię finitima. Variis autē modis orientem, unde flat Eurus, deſcribit. {Iuga ſubdi.} montes ſubiectos. {Radiis ma.} radiis ſolis exorientis. Matuta enim eadem eſſe cum Aurora, quæ antecedit ſolem, perhibetur, unde matutinis declinatur. {Veſper & occiduo} Euro contrarius Zephyrus, quem Fauonium, quod ſatis omnibus faueat, latini appellant, ab occidente flat. {Proxima ſunt Zephyro} Zephyrus uentus eſt occidentalis ἀπὸ τοῦ ζωὴν φέρειν: hoc eſt a ferenda ſatis omnibus uita. {Scythiam, ſeptemq; triones} Boreas uentus eſt frigidiſſimus, flans a ſeptentrione, qui latine ab impetuoſo aquilæ uolatu Aquilo nominatur. Boreas autē dictus eſt, ut ſcribit Orion, ἀπὸ τῆς βοῆς, id eſt a ſtrepitu quem efficit: uel, ut alii uolunt, ἀπὸ τῆς βορᾶς, hoc eſt a nutrimento, quod corpora maxime nutriat, & ſana faciat. Scythia autem regio eſt ad ſeptentrionem ſita, a Scytha rege denominata. {Septemq; trio.} priſca lingua triones boues dicebantur aratorii. [Vt & Gell. li. 2. cap. 21.] Septem autem ſtellæ ita in ea partę cęli ſunt collocatæ, ut plauſtrum cum bobus effingere uideantur, quę & ſeptentriones uocantur, & illi regioni ſeptentrioni nomen impoſuerunt. nō eſt autem hoc loco Tmeſis, ut quidā putāt, q eam Temeſin imperite uocāt, cum biſyllaba dictio ſit, nō triſyllaba. ſunt.n. duæ dictiones, quæ iunctæ quidem, ſeptēptrionis nomen efficiunt. {Horrifer} horrorem ac frigus ferens. {Contraria tellus} hoc eſt meridionalis plaga ſeptentrioni contraria. {Pluuio Auſtro} auſter uentus eſt calidus & pluuioſus a meridie flans, qui græce dicit̄ Notus ἀπὸ τῆς νοτίδος: hoc eſt, ab humiditate. Auſter aūt ab haurīēda aqua latine uocat̄. Qui plura de uētis uidere cupit, legat & Vitruuiū, & Plin. & A. Gell. & Senec. de q̄ōnibus naturalibus. illi nāq; plures uentos conſtituunt. Ceterum Ouidius Homerum, Virgiliumq; eſt ſecutus, qui ſingulis cęli regionibus ſingulos attribuunt uentos. {Hæc ſuper impoſuit} aeri, inquit, in quo uenti regnant, ſuper impoſitus eſt æther, qui & grauitate & omni perturbatione caret. unde Luc. Pacem ſumma tenent. {Liquidum æth.} purum, ab omniq; fęce & perturbatione remotum. ęther autem, qui ἀπὸ τοῦ αἴθειν, ut quidam putant, hoc eſt ab ardēdo, ut uero ſcribit Ariſt. ἀπὸ τοῦ ἀεὶ & θέειν, hoc eſt, a ſemꝑ currendo, deriuatur, idem eſſe cū cęlo a Cic. phibetur, in quo ignee formę curſus determinatos efficiunt.

pondere aquæ leuior.

quattuor mūdi partes.

Vix ita limitibus diſcreuerat omnia certis,
Cum, quæ preſſa diu maſſa latuere ſub ipſa,
Sidera cœperunt toto fulgeſcere cælo.
Neu regio foret ulla ſuis animalibus orba,
Aſtra tenent cæleſte ſolum, formæque deorum.
Ceſſerunt nitidis habitandæ piſcibus undæ.
Terra feras cepit, uolucres agitabilis aer.

ARG. Separata iam erat terra a ceteris elementis, ſed homo nondum natus, ipſius terræ futurus cultor ac dominus. itaq; Prometheus Iapeti filius terram imbri molliuit, & ex hac hominem ad Dei ſimilitudinem & imaginem finxit: cuius facies non prona ut ceterorum animalium, eſſet non terram, ſed cælum ſpectaret erecta.




SAnctius his animal, mentiſque capacius altæ
Deerat adhuc, & qđ dominari in cetera poſſet,
Natus homo eſt. ſiue hunc diuino ſemine fecit
Ille opifex rerum, mundi melioris origo;
Siue recens tellus, ſeductaque nuper ab alto
Aethere, cognati retinebat ſemina cæli:
Quam ſatus Iapeto miſtam fluuialibus undis
Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum.
Pronaque cum ſpectent animalia cetera terram,
Os homini ſublime dedit; cælumque uidere
Iuſſit, & erectos ad ſidera tollere uultus.

RAPH. VIX ita li.} cum primum, inquit, elementa ſic fuere diſtincta, ut ſuperius eſt deſcriptum, ſtellæ, q̄ antea latuerant, totum cælum illuſtrare cœperunt, {Diſcreuerat} diſtinxerat. unde diſcreti hoīes a uulgo appellari cœperunt, q res diligenter diſcernere ſciunt. Deus aūt, ſiue melior natura ſubaudiatur. {Limitibus cer.} hoc eſt terminis fixis ac immutabilibus. {Sub ipſa maſſa} ſub ipſo aceruo, qđ chaos priſci uocarunt. {Preſſa} compreſſa ac coercita, ne ſplendorē ſuū emittere poſſent. Sidus aūt latinū eſt nomē, neq; cū y greco ſcribēdū, ut quidam putant. Eſt uero ſidus id qđ greci ἄστρον uocant, hoc eſt, ſignū ex multis ſtellis cōpoſitum. ſtellæ .n. ſunt ſingulares ac ſolæ, neq; cum aliis miſtæ, quæ ἀστέρες a grecis appellātur, ut ſunt planetę: ſidera uero ex pluribus cōſtant ſtellis, ut Aries, Taurus, Corona, ut Macr. in ſomnium Scip. ſcribit. {Neu re.} aīalibus ita mūdi partes fuerūt exornatæ, ut dii & aſtra cælum tenerēt, piſces maria ſortirentur, feræ terras occuparent, uolucribus aer ſit aſſignat[9]. {Neu} ꝓ ne. {Orba} priuata. {Suis ani.} propriis, ac ipſi cōuenientibus. {Aſtra tenēt cæleſte ſolū} eorū ſequitur opinionē, q aiunt ſidera & deos eſſe animalia. ꝓpter qđ in diffinitione hominis mortale apponiť, ut a ſtellis & diis, q̄ ſunt immortalia, diſtinguatur. eſt.n. homo aīal rationale mortale. Solum aūt eſt quicquid rem aliquā ſuſtinet: ut nauium, piſciumq; mare dicitur eſſe ſolum, hominum uero terra, auiū aer, ſiderum ac deorū cælum. unde etiam natale ſolum patriam dicimus, & exulē qui ex patria ſit expulſus, quaſi qui extra ſolū ſit eiectus. {Ceſſerunt} ꝓprie dixit, hoc eſt, in diuiſione obtigerunt. Cedere nāq; interdum ſignificat in ius alicuius uenire. ut hoc mihi cedit. i. in ius meum tranſit. alias cedere eſt abire, et locum dare. {Nitidis pi.} ſplendidis ob aſſiduā lotionē. {Terra feras ce.} .i. terra animalia bruta accepit. feræ enim quamuis proprie pro iis animalibus, quę feritatē hñt, accipiantur, ut ſunt pardi, leones, urſi: a poetis tamen frequēter pro omnibus brutis ponuntur. Feræ aūt dictæ ſunt, ꝙ toto corpore ferantur. {Volucres} aues a uolādo dictæ. Volucris interdum eſt adiectiuum & alatū ſignificat ac uelox. {Agitabilis aer} mobilis, qui facile huc atq; illuc impelliť. {Sanctius his ani.} ultimus animaliū hō ex terræ limo ad imaginē, & ſimilitudinē Dei fuit creatus, ſiue a Deo totius mundi opifice, quod uerum eſſe conſtat, ſiue a Prometheo Iapeti filio, qđ poetæ finxerunt. {Sāctius his ani.} feris, piſcibus, & auibus, nō diis, hominē ſanctiorem perfectioremq; accipiamus. {Altæ mē.} profundæ memoriæ, magniq; ingenii. [Vel mētis diuinæ magis particeps, q̄ cetera animantia propter rationē q̄ in ſolo homine eſt: quam alius poeta; Diuinæ particulā auræ dixit.] {Et qđ dominari in cetera poſſet} qđ in reliqua imperiū haberet. omnia enim poteſtati hominis Deus ſubiecit. {Ille opifex rerū} ꝑiphraſis eſt Dei. nā Deus rerum omnium eſt auctor. {Seducta} ſeparata. {Cognati cæ.} ſimul nati. nam terra una cum cælo ex illo aceruo, qđ chaos uocarunt, orta eſſe perhibetur. [Aut etiam reuera cognati, q̄m in eadē confuſione, eademq; maſſa cū illo permiſta fuerat.] {Quam ſatus Iapeto} hoc eſt, Prometheus Iapeti filius. qui ſi fuerunt homines, falſum eſt hominē primum a Prometheo ex terra cum aqua cōmiſta fuiſſe formatum. ſed cum fabula ſit, minime mirandū eſt, ſi lōge a ueritate abeſt. [Supra autem diximus, ſententias quaſdā certas habuiſſe patres de creatione, de primo homine, &c. quas per man[9] acceptas poſteri ſuo modo fabulis inuoluerint. MICYL. Ceterum quod ad fabulā Promethei attinet: fuit hic Iapeti filius ex Aſia nympha, uel, ut Heſiod. tradit, ex Clymene Oceanitide: qui cum primus hominem ex luto finxiſſet, deinde cōſcenſo cælo, atq; inde igne furtim in ferula deportato, Iup. indignatus Mercu. & Herculem miſit, qui uinctū illū Caucaſo alligarent. ubi poſtea perpetuis laniatibus aquila cor eius exederet. deceperat autem idem antea Iouem etiam in diſtributione carnium immolatarum, oſſa pinguedine tecta illi apponendo, ſibi uero, quę meliora eſſent, reſeruando. quę res inuidiā auxerat. ſed poſtremo tum ob uaticinii beneficium ab eodem Ioue liberatus fuit, cum illum monuiſſet, ne cū Thetide cōſuetudinē haberet. nā filium, quē illa paritura eſſet, maiorē patre ſuo futurum. Plura qui uolet, ex Heſiod. & Luci. petat. Dictus aūt eſt Prom. a πρὸ & μήθειν, ꝙ ante rē cōſilia caperet, ut cōtra Epim q poſt factū demū deliberaret.] {Finxit} formauit. {In effi.} in ſimilitudinē & imaginē. {Moderātū} regētiū & gubernātiū. {Pronaq; cū ſpe.} colligit hoīem ad imaginē & ſimilitudinē Dei fuiſſe creatū. cū.n. alia aīalia curuata ſint in terrā, homo ſolus ore ſublimi, ad cælumq; erecto ꝓditus eſt: ut Deū, ad cuius effigiē creatus eſt, aſſidue contēpletur, & cælū, unde originē traxit, intueať. uidetur aūt poeta ex 2. Cic. de nat. deo. hæc ſumpſiſſe. ita.n. illic eſt ſcriptum: Ad hanc ꝓuidentiam naturæ tam diligentem, tamq; ſolertē adiungi multa poſſunt, ex qbus intelligatur, quantæ res hominibus a Deo, quāq; eximiæ tributæ ſint: q primum eos humo excitatos celſos & erectos cōſtituit, ut deorum cognitionē, cælum intuentes, capere poſſent. ſunt.n. ex terra hoīes, non ut incolę & habitatores, ſed quaſi ſpectatores ſuperarū rerū atq; cæleſtium, quarū ſpectaculū ad nullū aliud genus animantiū pertinet. {Cælumq; ui. iuſ.} ſic Cic. in legib. Cū cetera animantia abieciſſet ad paſtū, ſolum hoiem erexit ad cæli cognitionē:

hominis creatio.

Sic

Sic modo, quæ fuerat, rudis, & ſine imagine tellus,
Induit ignotas hominum conuerſa figuras.

ARG. Ex quo chaos tenebroſum iniecta luce diſcuſſum eſt, & diſcretis elementis faciem hanc tam claram mundus accepit, deinceps quaſi in ętates quaſdam in ſecula quattuor diſtributum eſt, hoc eſt aureum, argenteum, ęreum & ferreum, quibus pro qualitate ſui aſcripta ſunt nomina. nam aureum ſeculum dictum eſt, quod Saturno regnante omnium rerum erat plena tranquillitas, non furor ſęuiebat armorum, non auaritia hominum fluctibus cõmiſerat uitam, & ceſſantibus raſtris inarata grauidas fruges terra *pꝛębebat, ocioſa erat ac ſecura uita mortalibus, ac ſine uiciſſitudine temporum continua ueris gratia fruebantur. Deinde ſecundum ſeculum in argẽteum ab aureo colore migrauit: & tunc primum ęſtus & ardentior cœli fuit, & grauiora frigora incubuere mortalibus; * tunc ędificata domorum tutiora ſecreta. antea enim aut in antris habitabant, aut incolebant fruteta ſyluarũ. ſemina etiam tum primum ſulcis cœpere cõmittere, cum iam terrã ſolita hominibus denegaret alimenta. Tertium ſeculum ſucceſſit *ęreum, argenteo iam durius. ibi tum cœpere homines inuerecundius uiuere. nam cupiditate habendi auaritia cum perfidia exorta eſt, inde mare peruium factum, dum diuitiæ requiruntur. terra quoq; antea cunctis communis, limitibus, terminiſq; diſcreta, & in uenis eius non ſolum frumenta quæſita ſunt, ſed & metalla inuenta. Quartum ſeculum ferreum, a rigore dictum eſt, quod in tantam rabiẽ furoris erupit, ut omnia ſcelere cupiditatis excelleret. nam ab odioſa uita & inſanientis auaritiæ graſſationibus ad parricidia uſque peruentum eſt.

AVrea prima ſata eſt ætas, quæ uindice nullo
Sponte ſua ſine lege fidem, rectumque colebat.
Pœna metuſque aberant: nec uerba minantia fixo
Aere ligabantur, nec ſupplex turba timebat
Iudicis ora ſui; ſed erant ſine iudice tuti.
Nondum cæſa ſuis, peregrinum ut uiſeret orbem,
Montibus, in liquidas pinus diſcenderat undas;
Nullaq; mortales præter ſua littora norant.
Nondum præcipites cingebant oppida foſſæ:
Non tuba directi, non æris cornua flexi,
Non galeæ, non enſis erat. ſine militis uſu
Mollia ſecuræ peragebant ocia gentes.
Ipſa quoque immunis, raſtroque intacta, nec ullis
Saucia uomeribus, per ſe dabat omnia tellus:
Contentique cibis nullo cogente creatis
Arbuteos fœtus, montanaque fraga legebant,
Cornaque, & in duris hærentia mora rubetis,

*RAPH.* SIC modo} hoc, inquit, modo terra, & ex illa rerum congerie fuit educta, & homines antea ſibi ignotos acccepit, ex quorum uariis moribus quattuor diſtinctæ ſunr ætates, quæ a metallorum nominibus fuerunt appellatę. {Sic modo} nuper, paulo ante. {Sine ima.} ſine forma & facie. {Induit} accepit. {Conuerſa} in figuram eam, quam habet, commutata {Aurea pri. ſa. eſt ętas} ex uariis hominum moribus quattuor ætates effectæ uidentur, quibus pro morum qualitate a metallis nomina impoſita fuere. Prima nanq; aurea fuit appellata, ꝙ optimis moribus illo tempore, quo Satur. regnauit, homines floruerint. Secunda argentea, quòd quo tempore, cœpit regnare Iupiter, in uitia homines inclinare cœperunt. Tertia ærea quam bella occuparunt. Quarta ferrea, ꝙ in ea a nullo crudelitatis genere ſe homines abſtinere conſtat. {Sata} ſeminata, ac ex moribus hominum effecta. {Quæ uin. nul.} hoc eſt, punitore & caſtigatore. {Rectumq;} honeſtũ ac uirtutes. {Nec uer. mi.} piphraſis eſt legum atq; edictorũ, quæ in ęs inciſa, ut ab omnibus legi poſſent, publicis parietibus affigebãtur. [In æs autem incidebantur, ꝙ ea perpetuo durare atq; ſeruari uolebant. Legunt autem quidam, pro Ligabantur, legebantur, qđ uerbum cum præcedentibus magis conuenit. alii aũt etiam pcedentia mutant, legentes, Nec uincla minacia collo Ære ligabatur: ſed tñ prior lectio potior uidet̃, & plus elegãtiæ habet.] {Nec ſu. turba} nã aureæ ætatis tempore nullus erat iudex, cum oẽs eſſent pares, ac ſponte recte agerent. Primum autem capitis iudicium in Areopago actum fuiſſe Plin. in. 7. naturalis hiſt. narrat. {Ora} faciem & uultum. {Tuti} ſecuri, & ab omni iniuria remoti. {Nondum cæ. ſuis} tunc, inquit, nemo ad nauigandum naues fabricatus eſt. unuſquiſq; enim ſuis locis contentus erat. Primus uero Danaus ex Ægypto in Græciam aduectus eſſe naui ſcribitur. ante enim ratibus nauigabatur, in rubro mari ab Erythra rege inuentis. Reperiũtur tamen qui Myſos & Troian. priores illas excogitaſſe in Helleſponto putent, cum tranſirent aduerſus Thracas. {Peregrinum or.} hoc eſt, alienas terras. totum enim pro parte per ſynecdochem poſitum eſt. nam orbis pro tota ponitur terra. unde etiam orbem terrarum dicere ſolemus. Peregrina autem terra dicitur in qua quis peragrat, qui in ea non ſit natus. Peregrinus nãq; dicitur qui aliena loca peragrat. {Viſerat} ad uidendum iret. {Pinus} arbor. ſpeciem. n. pro genere frequenter ponunt poetæ. Eſt aũt pinus, quæ & picea dicitur, arbor montana, ex qua naues conficiuntur. {Mortales} homines. {Nondum præ.} nulla tunc, inquit, oppida erant. Primi uero Ægyptii oppidum Dioſpolin ędificaſſe narrantur. In Græcia autem Cecrops oppidum a ſe Cecropiam appellauit, quæ nunc eſt arx Athenis. aliqui Argos a Phoroneo rege ante conditum uolunt, quidam & Sicyonem. Oppidum autem ab ope danda appellatum eſſe ſcribit Pomp. quod in belli periculis oppidanis opem ferat. {Præcipites} altæ. unde ſe quis præcipitem dare poteſt. {Non tu. dire.} nulla tunc, inquit, bellica inſtrumenta in uſu erant. nam tubas, buccinas & cornua, ut Vegetius ſcribit, in exercitu habebant Romani. Tuba uero, quæ directa eſt, uocatur, Buccina quæ in ſemetipſam ęreo circulo flectitur, Cornu quod ex uiris agreſtibus argento nexum temperatum arte, & ſpiritu canentis, flatu ſonitum emittit. Tubæ autem ęreæ inuentor omnium primus Piſeus Tyrrhenus fuiſſe a Plin. ſcribitur. {Non ęris cor. fle.} periphraſis eſt litui. nam lituus tuba eſt inflexa, & uirga, qua augures templum deſignabant. {Non ga. nõ en. er.} galea tegmen eſt capitis ferreum. Galeam uero, gladium, qui & enſis dicitur, & haſtam Lacedęmonii inueniſſe traduntur. {Sine mi. uſu} ſine militis opera, hoc eſt ſine bello & pręliis. Primi autem Afri pręlium contra Ægyptios fecere fuſtibus, quos phalangas uocant. Miles autem dictus eſt a mille, ut Eutropius ſcribit, quod cum Romulus initio mille ex populo delectos armaſſet, a numero milites appellauit. uel ꝙ minime mollis κατ' ἀντίφρασιν, ut ait Don. {Mollia ocia} ſuauia & delicata, ab effectu, ꝙ molles, mites delicatos hoĩes reddunt. {Peragebant} exigebãt uſque ad uitæ finẽ. {Ipſa quoque immunis} terra, inquit, ſine ullo cultu, omnia uictui animalium neceſſaria abunde ſuppeditabat. [Ad Heſiod. illud alludens,

Κάρπον δ' ἔφερε, ζείδωρος ἄρουρα
Αὐτομάτη, πολλόν τε καὶ ἄφθονον, &c.

pleraque. n. ex Heſiod. & item Arato, de ętatibus huc trãſtulit Ouid.] Immunis aũt, aut a cultura, ut dicimus aliquẽ ab officiis ciuilibus immunẽ, aut ſine ullo ſeminũ munere. ſemina. n. q̃ terræ cõmittunt, munera in ipſam collata uidentur. {Raſtro} ligone, ſarculo. eſt. n. inſtrumentum ad excolendã terrã accõmodatum. {Saucia} uulnerata. cum. n. terra pſcinditur aratris, maxima tum uulnera pati uidet̃. {Nullo cogente} nullo colente agros. qui. n. agros colit, cogere ipſos uidetur, ut fructus emittant. {Arbu. f.} fructus arbuti, q̃ eſt arbor admodum humilis, poma ferens rubicũda, paulo fragis maiora, q̃ & arbuta & unedones uocantur ab uno edendo. ſunt. n. guſtu iniucunda, ut Plin. ait. {Montanaq; fraga} perite: nam in montibus fraga rubicũda ex herbulis colligunt̃. Virg. Et humi naſcentia fraga. {Cornaq;} poma ſunt rubicũda, q̃ & pp nucleorum duritiẽ lapidoſa a Virg. dicunt̃. Lapidoſaq; corna. {Mora} poma q̃ in rubis naſcentia ſunt nigra, unde & nomen. Maurũ nãq; ſignificat nigrum. quæ uero in arbore naſcuntur, ante mortẽ Thisbes alba fuiſſe dicebant̃. {In duri ru.} aſperis & ſpinoſis. Rubetum aũt dicitur locus rubis & ſpinis conſitus, ut oliuetum oliuis. Rubeta uero eſt rana præſentiſſimi ueneni in rubetis uiuens, unde & nomen accepit.

Marginal notes: *præbebat* — *tunc ædificata domus, ſecretaq; tutiora.* — *Æneum.* — quis primũ naui ſit uſus.

Et quæ deciderant patula Iouis arbore glandes.
Ver erat æternum, placidiq́; tepentibus auris
Mulcebant Zephyri natos ſine ſemine flores.
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat:
Nec renouatus ager grauidis canebat ariſtis.
Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant:
Flauaq́ue de uiridi ſtillabant illice mella.

ARG. Cum Saturno, aurei ſeculi rectore, cœli arce deiecto, teneret Iupiter mundum, ſic ipſum in quattuor ac diuerſa tempora coarctauit, ut uer quod fuerat ante unum ſemper & ſerena tranquillitate continuum, in partem anni quartam, & anguſtiſſimum coegerit tempus: ut huic ſuccederet ardor ęſtatis, & tertio ſequeretur autumni infida temperies, & poſthæc totus annus rigida hyeme clauderetur, quæ quattuor tempora ueris exordio qualitatem imitarentur & ordinem ſeculorum.

POſtquam * Saturno tenebroſa in tartara miſſo,
Sub Ioue mundus erat, ſubiitq́; argentea proles,
Auro deterior, fuluo precioſior ære:
Iuppiter antiqui contraxit tempora ueris,
Perq́ue hyemes, æſtusq́ue, & inæquales autumnos,
Et breue uer ſpatiis exegit quattuor annum.
Tum primum ſiccis aer feruoribus uſtus
Canduit, & uentis glacies aſtricta pependit.
Tum primum ſubiere domos, domus antra fuerunt,
Et denſi frutices, & iunctæ cortice uirgæ.

RAPH.

ET QVÆ deci.} glandibus quoq; inquit quæ ex quercubus, arboribus Ioui dicatis, cadebãt, ueſcebãtur illi homines primi. {Ver erat æter} nullæ tunc inquit erant uariationes temporum, ſed Zephyri aſſidue flantes, ſine ullo ſemine naſcentes ſic fouebant flores, ut uer ſemper eſſe uideretur. Zephyrum aũt in cã eſſe, ut flores naſcantur, auctor eſt Catul. & ante illum Heſio. cuius uerſus ſic uertit: Aura parit flores tepidi fœcũda Fauoni. nam Zephy. ut diximus, latine Fauonius appellatur. Aura autem eſt tenuiſſimus uenti flatus ab aere acutiſſimo per coagmẽtationem dicta. {Mulcebãt} leniebant, fouebant, ut non nimio neq; calore neque frigore areſcerẽt. {Mox etiam fru.tel.} fruges dicũtur omnes fructus quicunq; e terra naſcuntur in quibus poma quoque connumerãtur, unde & arbores frugiferæ a Plin. uocãtur. {Nec re.a.} tunc minime opus erat agros renouare, cum ſingulis quibuſq; annis ſine ullo cultu frumenta ferrent. Eſt aũt noualis periphraſis. Nouale.n.ſiue noualis (utroque.n.modo dicitur) aruum eſt quod alternis annis ſeritur, ut Plin.ſcri. {Canebat} caneſcebat, & canus fiebat. nam agri frumentis maturis quodãmodo caneſcere uidentur. {Grauidis ari.} plenis granorum ſpicis. Ariſtas.n. quæ ſunt partes ſpicę primum areſcentes (unde & nomẽ ſumpſerunt) pro ipſis ſpicis poſuit. {Iam flu.ne.ibant} nectar potio deorum eſt ſuauiſſima. dictum quod q illud bibit, in iuuenili ętate contineatur, quaſi neoear, παρὰ τὸ νέον καὶ τὸ ἔχω, quod eſt iuuenem contineo, & p ſyncopam nectar. unde & Hebe dea iuuentę ipſum miniſtrare fertur. {Flaua mel.} a colore dicuntur. Flauus aũt color, ut inquit Gellius, ex uiridi albo & rufo conſtat. {Stillabant} guttatim cadebant. {De ui. il.} ſpeciem, pro genere poſuit. nam ilicem pro omni arbore accipimus. tametſi ilicem pro quercu uidetur potius poſuiſſe. nam melius ros maxime illius arboris frondibus etiam ab Heſio. inſidere perhibetur. [Vt in Ergis. Ακρὴ μέν τε φέρει βαλάνυς μέσση δὲ μελίσσας] Vnde & Virg. Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella. Ilex autem arbor eſt glandifera Ioui conſecrata. Ea uero enumerat poeta, quibus primi illi homines uitam fœlicem uiuebant. {Poſtq̃ Sat.} aureæ ætati qua Satur. regnauit ſubnectitur argentea, in qua regnauit Iup. q̃ ut aurea deterior, ſic eſt ænea melior. Primus autem ciuium Iup. uer illud aureæ ętatis ppetuum in quattuor tempora cõmutauit, Ver, Æſtatem, Autumnum, & Hyemẽ. tumq; primum calores atq; frigora aerem infeſtare cœperũt, ideoq; hoĩes antra & ſpeluncas p domibus habitare, atq; agros colere coacti ſunt. {Poſtq̃ Sa.} hoc eſt, poſtq̃ mortuus eſt Satur. nam illi mitti in tartara dicuntur q moriuntur. Saturnus uero, Vrani & Veſtæ filius, auxilio Titanum fretus cũ Ioue filio imperiũ orbis occupante congreſſus, ab illoq; Cretæ regno pulſus, ad Ianum Italiæ regem confugit, a quo benigne ſuſceptus & in partem regni admiſſus, urbem cõdidit in iis locis, ubi nunc eſt Roma, quam de ſuo nomine Saturniam appellauit. [Hinc & Virg. 7. Æn. Primus ab æthereo uenit Satur. Olympo Arma Iouis fugiens, & regnis exul adẽptis. Et genus indocile, ac diſperſum montibus altis, Compoſuit, legesq; dedit, Latiumq; uocari Maluit, his quoniam latuiſſet tutus in oris, &c.] Loca ſane edita uocari Saturnia in Sicilia præſertim & Italia Dio ſcripſit, eo quod Satur. urbiũ arces locaq; munitiora apud omnes occuparit. Saturnus autem eſt appellatus, ut Cic. ſcripſit, q ſaturetur annis: ex ſe enim natos idcirco comediſſe fingitur quia conſumit ętas tẽporum ſpatia, annisq; pteritis inſaturabiliter expletur. Saturno aũt Ianus, qui cum eo regnauit, cũ ſubito non cõparauiſſet, Saturnalia excogitauit, ac primũ terram oẽm ditioni ſuæ parentem Saturniam noĩauit. Aram deinde illi & ſacra tanq̃ Deo condidit, quę Saturnalia uocauit. obſeruari igitur eum iuſſit maieſtate religionis quaſi uitæ melioris auctorem. Simulacrum eius indicio eſt, cui falcem inſigne meſſis adiecit. Hæc & multo plura de Satur. Macr. [Et itẽ Lactã. lib. 1. de Fa. rel.] Eorum autem ſequitur opinionem poeta, qui aiunt Saturnum a Ioue filio regno fuiſſe pulſum, et ad inferos relegatũ. {Tenebroſa in tar.} tenebrarum plena. Tartarus locus eſt profundiſſimus dictus, παρὰ τὸ συνταράχθαι: q in ipſo cõturbata & cõfuſa ſint oĩa. Innuit aũt Saturnũ regẽ fuiſſe Cretę, eoq; mortuũ et ad inferos detruſum. {Sub Io.mun. erat} ſub imperio Iouis, qui filius Saturni & Opis fuiſſe, ac eodem partu cũ Iunone editus phibetur. A nymphis aũt educatus, cum adoleuiſſet, contra Titanas ob captos parentes bellum geſſit, illosq; liberauit. Patrẽ deinde, quem uitæ ſuæ inſidias tetendiſſe cõperit, regno expulit, ad inferosq; relegauit. Iup. autem dictus eſt, ut ſcripſit Cicero, quaſi iuuãs pater, quẽ conuerſis caſibus appellamus, a iuuando Iouem. A poetis pater diuum hominumq; dicit; a maioribus aũt noſtris optimus maximus, & quidem ante optimus.i.beneficẽtiſſimus quã maximus, quia maius eſt certeq; gratius pdeſſe hoĩbus, q̃ opes magnas habere. Eſt aũt ordo. Iupiter cõtraxit tẽpora antiqui ueris, poſtq̃ ſub Ioue mundus erat, Satur. miſſo in tartara tenebroſa. {Cõtraxit} abbreuiauit. {Antiq ueris} illius ppetui quo aurea ętas eſt gauiſa. {Perq; hye.} anni quattuor enumerat partes, Ver, ęſtatẽ, autũnum, hye. Hyems eſt, ut Stoici diffiniunt, aer ſupra terrã algidus ob ſolis in anteriora pceſſum. {Æſtusq;} ęſtatem. eſt aũt ęſtas imminens terræ aer calefactus ſolis curſu ad ſeptentrionem uerſus. {Et inęquales autũ.} ſcite. nã autũnus modo frigoribus contrahitur, modo caloribus diffunditur, idcircoq; morboſus habetur. Fit uero autũnus ſolis recurſu a nobis ad ea loca, unde flant auſtri. Autũnus aũt dictus eſt, ut ait Põp. q tum maxime collectis fructibus, hoĩum opes augentur. {Et breue uer} illius ppetui comparatione uer breue dicitur. Eſt aũt uer aeris tẽperies qñ ſuo ad nos curſu ſol agit. {Exegit} digeſſit. {Quattuor ſpatiis} quattuor mẽſuris tẽporum: ſingulæ nãq; anni partes ex tribus menſibus conſtant. {Canduit} candẽs, & igneus eſt uiſus ppter nimium ęſtum. {Glacies aſtri} cõſtricta, & cõgelata. {Vẽtis} non oĩbus, ſed Borea, aliiſq; frigidis. Vẽtorum nãq; frigore aqua in glaciẽ conſtringitur. {Pependit} ab arboribus, ſpeluncarũq; tegminibus eſt intelligendum. {Domus antra fue.} antrum latine ſpelunca dicitur. {Et denſi frut.} inter arbores & herbas frutices medii eſſe dicuntur. nam & minores arboribus ſunt, nec hyeme ut herbæ areſcunt. {Et iunctæ corticę uirgę} quidam legunt, uinctæ, pro iunctæ, quod ipſorum iudicio relinquemus. Intelligit autem poeta Crates, aut ſimile quippiã & corticibus, & uirgis inter ſe iunctis contextum, quibus tum pro domibus uſi fuerint habitantes.]

CONST.F. *Non Saturno mortuo interp̃tare, (nam deis p̃cluſa eſt ianua lethi) ſed in tartara relegato. Is .n.qm̃ Cęlo patri uirilia amputaſſet (ut nõ nullis placet) uel filios abſque iure deuoraſſet, (ut Pla. in Euty. docet) ab irato Ioue detruſus ad inferos dicitur, atque eo loco arctiſſime uinctus: ubi nec ſolis ſplẽdore lætat, nec uentis, auc. Ho. in 8. Iliad. Clau. in primo de raptu Pro. Saturni ueteres laxabo catenas.

Saturnus.

Saturnia.

Saturnalia.

Iupiter.

quattuor anni partes.

Semina

Semina tum primum longis cerealia ſulcis
Obruta ſunt, preſſique iugo gemuere iuuenci.
Tertia poſt illam ſucceſſit ahenea proles,
Sæuior ingeniis, & ad horrida promptior arma,
Non ſcelerata tamen. de duro eſt ultima ferro.
Protinus irrupit uenæ peioris in æuum
Omne nefas. fugêre pudor, uerumque, fideſque:
In quorum ſubiere locum fraudeſque, doliqué,
Inſidiæque, & uis, & amor ſceleratus habendi.
Vela dabat uentis, nec adhuc bene nouerat illos
Nauita: quæque diu ſteterant in montibus altis,
Fluctibus ignotis inſultauere carinæ:
Communemque prius, ceu lumina Solis, & auræ,
Cautus humum longo ſignauit limite menſor.
Nec tantum ſegetes, alimentaque debita diues
Poſcebatur humus: ſed itum eſt in uiſcera terræ.
Quaſq; recõdiderat, ſtygiiſque admouerat umbris,
Effodiuntur opes, irritamenta malorum.
Iamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum
Prodierat. prodit bellum, quod pugnat utroque,
Sanguineaque manu crepitantia concutit arma.
Viuitur ex rapto: non hoſpes ab hoſpite tutus,
Non ſocer a genero, fratrum quoque gratia rara eſt.
Imminet exitio uir coniugis, illa mariti:
Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ:
Filius ante diem patrios inquirit in annos.

RAPH. SEMINA tum primum} tunc primum, inquit, homines cœperunt & arare, & ſeminare. {Cerealia ſemi.} frumenta. nam Ceres prima omnium frumenta hominibus oſtendit, cum antea glande ueſcerentur. {Preſſiq; iugo} boues iugare, & arare cœpit Bryges Athenien. uel, ut alii, Triptolemus. {Tertia poſt illa} ęrea etas, quæ & ænea dicitur, argenteam eſt ſubſecuta, cuius homines bellicoſi quidem erant, procul tamen a nefariis ſceleribus aberant. {Ahena prol.} aut ahenea: ita legendum eſt, ut ſoluatur diphthongus, & quattuor ſyllabarum ſit dictio, ne trocheus in uerſu heroico eſſe deprehẽdatur in quarta pſertim ſede, a qua eſt alienus. aut, ſucceſſerat, ut eſt ſcriptum in uetuſtis codicibus, eſt legendum. ſic enim ſignificat poeta ęream etatem parum duraſſe. [Secutus autem & hic Heſiodũ eſt, qui quattuor etates recenſet, cum Aratus tantum tres ponat, Æreamq; pro ferrea, numerat. nam antiquis χαλκὸς, hoc eſt ęs, pro ferro accipiebatur. hinc & arma ærea apud Homerum paſſim leguntur.] {Sæuior ingeniis} durior, aſperior, quàm argentea foret. {Horrida arma} horrorem incutientia. {De duro eſt ultima ferro} ultima ętas in qua nos quoque uerſamur, a ferro metallorum duriſſimo pter feros mores eſt appellata. nã relictis uirtutibus illius ętatis hoĩes uitia ita ſunt amplexi, ut omne honeſtũ terras dereliquiſſe uideatur. {Protinus irrupit} cum impetu intrauit. {Venæ peioris} metalli deterioris. nam uenæ non tantum animalium dicuntur, ſed etiam metallorum. {Fugere pudor, uerumq;, fideſq;} per hæc omnes uirtutes ab hominibus fugiſſe dicuntur. [Videtur autem poeta Theognidis uerſum hic retuliſſe, apud quẽ eodem fere modo legitur:

Ὤχετο μὲν πίςις, μεγάλη θεὸς, ὤχετο δ' ἀνδρῶν
Σωφροσύνη, χάριτές τ', ὦ φίλε, γῆν ἔλιπον.

{Et uis} uiolentia. {Et amor ſceleratus habendi} auaritiæ eſt periphraſis, quæ iccirco ſcelerata uocatur, quod hominem ad omne ſcelus impellit, ſceleratumq; facit. unde & Phocylides ait [ἡ φιλοχρημοσύνη μήτηρ κακότητος ἁπάσης] hoc eſt, auaritiam omnium malorũ eſſe matrem. {Vela dabat uẽtis} nauigabat. Velum autem Icarus inuenit, ut malum & antennam Dedalus. probat autem homines ferreæ ætatis auaritię nimium ſtuduiſſe, cum imperiti nauigandi, ſe tamen uentis, quorum naturam ignorabant, committerent. {Nauita} a naui, idem eſt qui nauta. Ratibus autem primum nauigare homines cœperunt in mari rubro, ut in ſeptimo naturalis hiſtoriæ Plin. ait, ab Erythra rege inuentis. ſunt tamen qui putant Myſos & Troianos priores excogitaſſe in Heleſponto, cum tranſirẽt aduerſus Thracas. Nauem uero ex Ægypto in Græciam a Danao aduectam, ſcribit idem Plin. quemadmodum longa naue Iaſonem primum omnium nauigaſſe, ac onerariam ab Hippio Tyrio fuiſſe inuentam; Cymbam a Phœnicibus, Celocẽ a Rhodiis, Cercyrã a Cypriis. {Queq; diu ſteterant} erectæ fuerant. {Inſultauere} ſaltus quoſdam dediſſe ſunt uiſæ. {Communemq; prius} tunc primum, inquit, terra, antea communis, diuidi eſt cœpta. {Cautus menſor} callidus & aſtutus menſurator. Menſuras autem & pondera, Plinio auctore, inuenit Phidon Argiuus, Gellio autem, Palamedes. {Longo limite} lõgo termino. Termini enim, quibus agri diſcernũtur, longiores ſunt, quo profundius in terrã defodiantur. [Potius tamẽ uidetur, ut de ſulco maiore intelligas, quo ager ab agro diſtinguitur. huic enim epitheton longum rectius, quàm termino, conuenit.] {Nec tantum ſegetes} non ſolũ, inquit, fruges coacta eſt edere terra, ſed lapilli quoque precioſi, & metalla ex eius uiſceribus ſunt effoſſa. {Sed itum eſt in uiſcera terræ} in intimas terræ partes fodiendo deſcẽſum eſt. {Admouerat} appoſuerat. {Stygiis umbris} inferis. eorum ſequitur opinionẽ, qui aiunt inferos in centro terræ eſſe. {Effodiuntur opes} lapillos precioſos, aurum & argentum opes appellat poeta. Opes autem dicuntur ab Ope Saturni uxore: qua terra ſignificatur, ut Pompeius ſcribit. {Irritamẽta malorum} incitamenta ac ſtimuli quidã ad mala perpetrãda. {Iãq; nocens ferrum} ex eo nanque conficiuntur enſes, quibus homines interimũtur. Ferrum autem in Creta Heſiodus ſcribit inueniſſe eos, qui Idæi Dactyli uocati fuerunt. {Ferroq; nocentius aurum} uere. nam propter aurum adipiſcendum grauiſſima quæque, fœdiſſimaq; ſcelera cõmittuntur: unde Virg. Quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames? auri autem metalla & conflaturam Cadmus Phœnix inuenit ad Pangæum montem, ut alii, Thoas & Eacles in Pãchaia, aut Sol Oceani filius, cui Gellius medicinæ quoque inuentionem ex melle aſſignat. {Quod pugnat utroq;} & ferro, & auro. uictoria nanque, ut Ariſtophanes inquit, ſolet in illis reſidere caſtris, in quibus plus auri, pecuniarumq; habetur. Primi autem Afri aduerſus Ægyptios prelium feciſſe dicuntur fuſtibus, quos Phalangas uocari Plinius ait. {Sanguinea manu} ſanguinolenta. bello autem ut homini & manus, & ſenſum per metonymiam attribuit poeta. ſic Virg. Furor impius intus Sæua ſedens ſuper arma, & centum uinctus ahenis, Poſt tergum nodis fremit horridus ore cruento. {Crepitantia} reſonãtia. {Viuitur ex rapto} rapina. {Non hoſpes ab hoſpite tutus} hoſpitem, tam qui hoſpitio alium ſuſcipit, quàm qui ſuſcipitur, appellamus. {Gratia} concordia. [Sic autem & Heſiodus:

Οὐδὲ πατὴρ παίδεσσιν ὁμοίιος, οὐδέ τι παῖδες,
Οὐδὲ ξεῖνος ξεινοδόκῳ, καὶ ἑταῖρος ἑταίρῳ.
Οὐδὲ κασίγνητος φίλος ἔσσεται, ὡς τὸ πάρος περ,
Αἶψα δὲ γηράσκοντας ἀτιμήσουσι τοκῆας.]

{Lurida} nigra ab effectu, quòd nigra corpora eorum, qui illa comederint, efficiunt. {Aconita} uenena. nam aconitum herba eſt maxime uenenoſa, ex ſpuma Cerberi canis primũ in cotibus nata. unde & nomen accepit. nam ἀκόνη græce cotem ſignificat. unde aconitum eſt deductum. {Terribiles nouercæ} crudeles in priuignos. Nouerca autem dicitur, ut ſcribit Pomp. quam quis liberis ſublatis nouam uxorem ducit, arcendæ familiæ gratia. {Inquirit in patrios annos} utrum multos annos pater ſit uicturus, an paucos, ſortilegos filius conſulit.

Victa

Victa iacet pietas, & uirgo, cæde madentes.
Vltima cœleſtum terras Aſtræa reliquit.

A R G. Gigantes immenſæ molis & ſimiles matri filios Terra produxit, quorum magnitudini par exarſit audacia. nam extructis in excelſum aggerum montibus, ſacrilegas manus iniecere cœleſtibus. ſed fulmine deiecti, impium genus pœnę ſuę cruore generarunt. nam ſanguis eorum permiſtus terrę, homines procreauit haud longe ab origine diſcrepantes.




NE'ue foret terris ſecurior arduus æther,
Affectaſſe ferunt regnum cœleſte gigantes,
Altaque congeſtos ſtruxiſſe ad ſidera montes.
Tum pater omnipotens miſſo perfregit Olympum
Fulmine, & excuſſit ſubiectum Pelion Oſſæ.
Obruta mole ſua cum corpora dira iacerent,
Perfuſam multo natorum ſanguine terram,
Immaduiſſe ferunt, calidumque animaſſe cruorem,
Et, ne nulla ſuæ ſtirpis monumenta manerent,
In faciem uertiſſe hominum. ſed & illa propago
Contemptrix superûm, ſæuæque auidiſſima cædis,

RAPH. VICTA iacet pietas} ſuperata, inquit, ab impietate pietas contemnitur. Proprie autem pietas dicitur cultus, quem diis, patriæ, parentibus, ſanguine coniunctis debemus. {Iacet} in nullo eſt precio. {Virgo Aſtræa} hoc eſt iuſtitia, quæ Aſtræi Gigantis filia fuiſſe dicitur. [Vt Aratus, uel Iouis & Themidis, ut Heſiodus tradit. alio autem nomine δίκη ab utroq; poeta appellatur.] {Cæde} ſanguinis effuſione. ab eo enim, q̄ pcedit, id, qđ ſequitur, eſt intelligẽdum. cędes uero præcedit, & ſanguinis effuſio ſequit. {Ne ue foret terris} gigantes uaſtiſſimorũ corporum homines, Terrę filii, ſine patre, pedes ſerpentinos habentes, non cõtẽti cędibus terras fœdaſſe, in tantum furorẽ uenerunt, ut e cœlo Iouem depellere ſint conati. mõtes.n. montibus imponentes uiam ſibi munierãt, qua Iouẽ cœlo detraherẽt. ſed Iupiter fulminibus & gigantes interemit, & mõtes in uarias orbis partes diſiecit. qui uero montium ceciderunt in mare, inſulæ ſunt factæ, ut Duris ait: qui aũt in terram, permanſere montes. E terra autem gigantũ ſanguine madefacta nati ferũtur hoies ſanguinarii ac cędibus maxime gaudẽtes. Gigantes aũt, ut ſcribit Macrob. quid aliud credẽdum eſt fuiſſe, q̄ hominum quandam impiã gentem, deos negantem, & ideo æſtimatam Deũ pellere de cœleſti ſede uoluiſſe: Gigantes autem dicti ſunt παρὰ τὸ ἐκ τῆς γῆς ἰέναι, hoc eſt, ex eo quod ex terra exierint: ut ſcribit Orph. in 8. ſacri ſermonis: ὓς καλέουσι γίγαντας ἐπώνυμον ἐν μακάρεσσιν, οὕνεκα γῆς ἐγένοντο καὶ αἵματος οὐρανίοιο. Illud non eſt ignorandum, Lyciam fuiſſe appellatam Gigantiam, & Gigantes illam habitantes.

MICYL. [Quæ hic ex Orpheo citat Regius, iis conſimilia etiam Heſiodus tradit. qui in Theogonia Erinnyas & Gigantes ex cruore Cœli, cum is a Saturno filio caſtraretur, in gremium terræ delapſo procreatos dicit. ſed tamen de Gigantomachia nonnihil uariat. nam Titanas primo. (ita enim uocarat filios ſuos ὁ οὐρανός, quod diceret eos τιταίνοντας ἀτασθαλίῃ μέγα ῥέξαι ἔργον, τοῖο δ᾽ ἔπειτα τίσιν μετόπισθεν ἔσεσθαι, ut idem Heſiodus ait) cum reliquis diis bellum geſſiſſe tradit. quibus auxilio Cotti Gygis, & Briarei, quos Centimanos uocant, oppreſſis, idem bellum mox a Typhoeo repetitum, eundemq; a Ioue fulmine proſtratum. Atque huic poſteriori bello ceteri aſſignãt ea, quæ uulgo de Gigantomachia feruntur, uidelicet, deos in Ægyptum profugiſſe, aliosq; in alias formas mutaſſe metu ſeſe, donec a Pane, a quo & Punici terrores dicti, Gigantes & qui circa Typhoeum erant, perterriti, in fugam conuerterentur. Priorem autem pugnam cum Titanibus in campo Phlegræo commiſſam uolunt. quod & Claudianus innuere uidetur in principio Gigantomachiæ, ubi inquit:

Terra parens quondam cœleſtibus inuida regnis
Titanumq; ſimul graues miſerata labores,
Omnia monſtrifero complebat tartara cœtu,
Inuiſum genitura nefas, Phlegramq; recepit
Tanta prole tumẽs, &c.

Rurſum alii Gigantum pugnã a Typhoei cauſſa ſeparãt, & Typhoeũ per ſe deos in Ægyptum fugaſſe tradunt. Gigantes aũt circa Phlegram, extructis aliis ſuper alios mõtibus, cum cœlum oppugnare uellent, a Ioue fulmine deiectos fuiſſe. Quod eo hinc addere libuit, neqs diuerſitate iſta, qua poetę fabulas inter ſe miſcent atq; contundunt, inſciens forte turbetur. Porro uidetur & hæc fabula ex uero originem traxiſſe. nam Geneſis 11. de poſteris Noe, eodẽ fere modo legimus, turrim conatos extruere, cuius culmen cœlũ contingeret, ſed a Deo prohibitos, qui cõfuſione linguarum ab incœpto eo auertit. unde & Babel nomẽ loco manſit, q̄ poſtea Babylonia dicta fuit.] {Arduus æther} altum cœlum. {Affectaſſe} proprie dixit. nam affectare ſignificat aliqd nimium appetere, quod aſſequi nõ poſſit repugnãte natura. {Olympum} mõs eſt Macedoniæ Olympus altiſſimus: interdum tñ pro ipſo cœlo ponitur: quaſi ὁλόλαμπος, hoc eſt, totus lucẽs, propter aſtra quibus illuſtratur. unde Olympius Iup. fuit denominatus. Sex aũt Olympi eſſe phibent, Macedoniæ, Theſſaliæ, in quo etiam Olympia fuiſſe celebrata Apollodorus ait, Myſię, Cilicię, Elidis, Arcadiæ. {Excuſſit} quatiẽdo deiecit. {Peliõ Oſſæ} montes ſunt Theſſaliæ notiſſimi. {Obruta mole ſua} oppreſſa ſua uaſtitate, magnitudine ac pondere. {Dira corpora} crudelia, a deorũ ira miſſa. unde & diræ furiæ dicũtur. {Natorum ſanguine} nam Gigantes Terræ filii fuiſſe dicũtur. {Calidum animaſſe cruorẽ} hoc eſt, aĩam calido cruori immiſiſſe. {Et ne nulla} & ut aliqua memoria ſuæ ꝓlis maneret ac reſtaret. duas.n. negationes in affirmationẽ conuerti certum eſt. {Monumẽta ſuæ ſtirpis} memoria ſuæ prolis. monumentum enim dicit quicquid ad poſteritatis memoriam conficitur. ſtirps autem cum prolem ſignificat, fœminini eſt generis: cum radicem trũcũ'ue ſignificat, incerti. Virg. Imo de ſtirpe reciſum. Hor. Stirpesq; raptas & pecus & domos. {In faciẽ hoium} in figuram humanã, ac deniq; in hoies non in ſimias, ut quidam putant, id qđ facile ex iis, q̄ inferuntur, colligi põt. neq;.n ſimiæ aut deorũ ſunt contẽptrices, aut cædis auidiſſimæ, aut uiolẽtæ. quare intelligamus terram gigantũ ſanguine madefactã, in hoies crudeles, Gigantũq; ſimiles fuiſſe conuerſam. {Sed & il. p. Con. ſu.} uerũ, inquit, etiã illa ꝓgenies, q̄ ex ſanguine gigantũ orta eſt, impia fuit in deos, ab omni humanitate, æquitateq; aliena. Propago autem, q̄ & propages dicitur, cum uitem uetulã terra obrutã ſignificat, ut ex una plures fiãt, primam ꝓducit ſyllabam. Virg. Flexos ꝓpaginis arcus. cũ uero progeniem demõſtrat, eandẽ corripit. Virg. Sit Romana potens Itala uirtute propago. Hinc fit ꝓpagare uerbum, qđ ſignificat uitem uetulam ſupprimere, ut ex una plures nouellæ fiant. Interdum extendere genus ac dilatare ſignificat.

Scires

Et uiolenta fuit. ſcires e ſanguine natam.

ARG. De gigantum ſanguine nati quam ſacrilega mente uerſati ſunt, Lycaonis exemplum teſtatur: qui tyrannus Arcadiæ, cum aduenas trucidaret hoſpites, etiam Iouem in ſe accepit iratum. nam Iupiter, humani ſceleris impatiens, in deos querimonia delata, hominis ſpecie ſimulata, ad Lycaonis regiam uenit: cui Lycaon tanq̃ mortali præparans mortem, prius humana membra deuoranda uelut hoſpitali humanitate appoſuit. quæ poſtquam Iupiter ſenſit, non eum penitus interemit, ne ſupplicij amitteret ſenſum; ſed in lupi ſæui eum formam conuertit, qui & mores in rabiem, & nomen Lycaonis in appellationem ſeruaret.




QVæ pater ut ſumma uidit Saturnius arce,
Ingemit: & facto nondum uulgata recenti
Fœda Lycaoniæ referens conuiuia *menſæ,
Ingentes animos, dignas Ioue concipit iras:
Conciliumq́ue uocat. tenuit mora nulla uocatos.
Eſt uia ſublimis cælo manifeſta ſereno,
Lactea nomen habet, candore notabilis ipſo.
Hàc iter eſt ſuperis ad magni tecta tonantis,
Regalemq́ue domum. dextra læuaque deorum
Atria nobilium ualuis celebrantur apertis.
Plebs habitat diuerſa locis: a fronte potentes
Cælicolæ, clariq́ue ſuos poſuere penates.
Hic locus eſt, quem, ſi uerbis audacia detur,
Haud timeam magni dixiſſe palatia cæli.
Ergo ubi marmoreo ſuperi ſedere receſſu,
Celſior ipſe loco, ſceptroq́; innixus eburno,

RAPH. SCIRES} ſcire poſſes ex auiditate cędis, ex gigantum ſanguine genitam eſſe. Eſt autem figurata locutio. a tertia nanq; perſona ad ſecundam eleganter fit tranſitus. [Eſtq́; dictum, Scires, pro poſſes ſcire, modo potentiali.] {Quæ pater ut ſumma} Iupiter cum eorum hominũ crudelitatem, qui e ſanguine gigantũ nati erant, foret contẽplatus, ac in primis tetram Lycaonis Arcadię regis feritatem ſecum ipſe cogitauiſſet: nõ minus indoluit, quàm eſt in uniuerſum genus humanũ indignatus. quare diis omnibus congregatis, & conſilium ſuum de perdendo genere humano, & quæ ab Lycaone mala paſſus ſit, exponit: ac quemadmodum Lycaonem ipſum Arcadiæ regem crudeliſſimum, rapaciſſimumq́; in lupum commutauit. {Vt uidit} poſtquam uidit, & contemplatus eſt. {Summa arce.} a ſummo cæli uertice. {Facto recenti} cauſſa eſt, cur nondum uulgata eſſent teterrima Lycaonis conuiuia: propter ſcelus nanque paulo ante commiſſum nondum erant cognita Lycaonis conuiuia Ioui appoſita. {Referẽs} animo reuoluẽs. {Fœda conuiuia} tetra & crudelia. nam Lycaon Pelaſgi filius hoſpitio ſuſceptos non ſolum interficiebat, ſed etiam cõuiuiis comedendos apponebat. quod quidem cũ Iupiter cognouiſſet, eiusq́; domum ingreſſus factas inſidias cõperiſſet: & domum incendit, & Lycaonem in lupũ animal rapaciſſimum conuertit. Quod quidem icirco fictum eſt, quòd Lycaon, ut Pauſanias ait, in aram Lycęi Iouis infantẽ impoſuit, atque immolauit, & ſanguinem libauit, atque eueſtigio in lupum mutatus fuiſſe memorat. [Affertur tamen & altera fabulæ occaſio: nempe regem Lycaonem, deuictis Moloſſis, obſidem quendam ab iisdem accepiſſe, qui cum ad certum tempus non remitteretur, per legatos repetitum fuiſſe; ibi tum Lycaonem, occiſo obſide, carnes eius, legatis edendas appoſuiſſe; ſed ex conuiuis Lyſaniam quendam nomine, qui poſtea Iupiter dictus fuit, cognito ſcelere in publicum proſiluiſſe, Arcadesq́; contra regem immanitate facinoris concitaſſe; atq; ita deuictum atque eiectum regno Lycaonem, in ſyluas abiiſſe; ibiq; reliquam ętatem latrociniis & cędibus luporum more exegiſſe. uide Boccacium.] {Fuit & alius Lycaon Priami filius, Pandari pater, qui ab Achille fuit interfectus. Sane Lycaon ἀπὸ τȣ̃ λύκȣ, quòd lupum ſignificat, denominatus uidetur. {Ingentes animos} maximas indignationes. {Conciliumq́; uocat} conſilium & multitudo dicitur ad conſulendum congregata, & rõ faciendæ alicuius rei, aut non faciendæ, ut ſeruitium & ſeruos & ſeruitutem ipſam ſignificat: cõcilium uero multitudinem tantum ſignificat ad conſultandum congregatam. {Eſt uia ſublimis} lacteum circulum deſcribit, per quem ad regiam Iouis iter diis eſſe ait. eum uero circulum Græci galaxiam uocant ἀπὸ τȣ̃ γάλακτος: hoc eſt a lacte, unde & Latini lacteum appellarunt. nam candidus eſſe uidetur. de quo ſi quis plura uidere cupit, legat Macrob. in ſomniũ Scipionis. {Cælo manifeſta ſereno} ſcite. nam, ut inquit Macrob. lacteus circulus unus ex omnibus oculis noſtris conſpicitur, alii ſola perſpiciuntur cogitatione. {Candore notabilis ipſo} notatu & uiſu facilis ob ſuum cãdorem. {Magni tonãtis} periphraſis eſt Iouis. {Deorum nobilium} hoc eſt clarorum, qui maiores gentium dii appellantur, ut inquit Macrob. ſunt autem 12. numero. & nomina quidem mulierum ſex: Iuno, Veſta, Minerua, Ceres, Diana, Venus. uirorum autem nomina totidem: Iupiter, Mars, Mercurius, Neptunus, Vulcanus, Apollo. {Atria} aulæ. {Celebrãtur} frequentantur. {Valuis apertis} ianuis patentibus. Valuæ autem dictæ ſunt, quòd dum aperiũtur, in ſe reuoluuntur. Fores uero proprie dicuntur, quæ foras aperiuntur. {Plebs habitat diuerſa locis} plebẽ uocat multitudinem deorum minorum. {A fronte} in fronte lactei circuli potentiores, inquit, dii habitant, ibiq́; ędes ſuas collocauere. uidetur autem Ouid. alludere ad palatiũ Romanum, in quo imperatòres cũ principibus habitabant. {Si uerbis audacia detur} hoc eſt, ſi id aſſerere auderem. {Palatia magni cæli} hoc eſt regiam cæli. palatium nanque unus eſt ex collibus Romanis, in quo magnifice imperatorum ædes conſpiciebantur. inde factum eſt, ut ampliſſimaſ́ quaſque ædes uulgus palatia uocet. {Marmoreo receſſu} in interiore ædium parte marmoribus incruſtata. {Celſior ipſe loco} ſublimior ceteris, ut reges ſedere conſueuerunt. {Sceptroq́; innixus eburno} ſceptro ex ebore confecto inhærens. Ex quo colligimus reges quoque apud antiquos non ſedentes, ut fere nunc fit ab ineptis & artis oratoriæ imperitis, ſed ſtantes principibus, ac populis orationes habuiſſe. Sceptrum autem baculus eſt, quo priſci reges utebantur, qualibus nunc pontifices noſtri inniti ſolent. ſceptrum uero in primis Ioui attribuitur, ut qui rex ſit hominum atque deorum. ſceptrum autem dictum eſt παρὰ τȣ̃ σκήπτεσθαι: hoc eſt, ab innitendo, quòd illi ſtantes reges innitantur, litteræ interpoſitione.

cæna

Terrificam

Terrificam capitis concuſſit terque, quaterque
Cæſariem, cum qua terram, mare, ſidera mouit.
Talibus inde modis ora indignantia ſoluit:
Non ego pro mundi regno magis anxius illa
Tempeſtate fui, qua centum quiſque parabat
Iniicere anguipedum captiuo brachia cælo.
Nam quanquam ferus hoſtis erat: tamen illud ab uno
Corpore, & ex una pendebat origine bellum.
Nunc mihi, quà totum Nereus circumſonat orbem,
Perdendum eſt mortale genus: per flumina iuro
Infera, ſub terras ſtygio labentia luco.
Cuncta prius tentanda, ſed immedicabile uulnus:
Enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur.
Sunt mihi Semidei, ſunt ruſtica numina Fauni,
Et nymphæ, Satyrique, & monticolæ Syluani:
Quos quoniam cæli nondum dignamur honore,
Quas dedimus, certe terras habitare ſinamus.
An ſatis o ſuperi tutos fore creditis illos;
Cum mihi, qui fulmen, qui uos habeoque, regoque,
Struxerit inſidias notus feritate Lycaon?
*Confremuere omnes: ſtudiiſque ardentibus auſum contremuere.

RAPH. TERRIFICAM cæſariem} terrorem incutientem. {Concuſſit terq; quaterq;} ſępius commouit, atque agitauit. hoc autem habitu ſignificat Iouem fuiſſe iratū. crebra enim concuſſio capitis indignationē ſignificat. {Cū qua} magnam Iouis oſtendit potentiam, qui una cum capitis motu uniuerſum mundū cōmouit. [Alludit aūt ad uerſus Homeri, apud quem Iliad. primo eodem modo legitur:

Η, καὶ κυανέῃσιν ἐπ᾽ ὀφρύσι
νεῦσε κρονίων.
Αμβρόσιαι δ᾽ ἄρα χαῖται ἐπ᾽
ἐῤῥώσαντο ἄνακτος
Κρατὸς ἀπ᾽ ἀθανάτοιο, μέγαν
δ᾽ ἐλέλιξεν ὄλυμπον.]

{Talibus modis} hoc modo iratus atque indignatus Iupiter eſt locutus. {Non ego pro mundi regno} hac oratione Iupiter oſtendit genus humanum dignum eſſe quòd perdatur, cum dii quoq; ipſi minime ab illius inſidiis ſint tuti. nā Lycaon ipſum Iouem deorum hominumq; parentem interficere conatus eſt. Attentos autem ſimul & beneuolos deos reddit, & rei magnitudinem oſtendens, & animum ſuum pro ſalute eorum anxium atque ſollicitum eſſe demonſtrans. {Nō ego pro mundi regno} de mundi regno Iupiter cum gigantibus grauiſſimum bellum geſſit, eoſq; tandem in Phlegræis campis ſuperauit, & ad inferos detruſit, ut paulo ante diximus. {Quiſq; anguipedum} quiſque gigantum. nam anguipedes dicti ſunt gigantes, quòd anguinos pedes habere uiderentur, ut in 5. Faſt. Ouid. ipſe narrat. quod ſignificat, ut ſcribit Macrobius, nihil eos rectum, nihil ſupernūm cogitaſſe, totius uitæ eorum greſſu atque proceſſu in inferna mergente. {Centum brachia} centum manus. unde & gigantes Centimani a cētum manibus uocantur. alludere autem poeta uidetur ad Briareum gigantem & Cottum & Gygen illius fratres, quos Heſiodus in Theogonia ſingulos centum manus habuiſſe ait. [Centimani autem finguntur, ut inquit comment. Heſiodi, διὰ τὸ ὁρμητικὸν τὸ περὶ τὴν μάχην, καὶ δραστικὸν, καὶ ἁρπακτικὸν.] {Cælo captiuo} quod captiuum reddere cupiebant. {Nam quāquam} rationem aſſignat Iupiter, cur magis nunc ſit ſollicitus, quam cum gigātes cælo manus iniicere conati ſunt. nam quāuis, inquit, gigantes uiri eſſent fortiſſimi, mihi tamē bellum minime cum toto hominum genere ſuſcipiendum fuit, ſed cum una ſolum gigantum progenie, {Ab uno corpore} ab una hominum congregatione. nam corpus interdum pro multitudinis congregatione ponitur. {Et ex una origine} exponit id quod ab uno corpore dixit. ab una enim gigantum progenie Ioui bellum fuit indictum. De gigātum autem origine uarię ſunt priſcorum opiniones. alii nanque illos Titani, & Terrę filios fuiſſe ſcribunt. alii ex ſanguine Titanorū a Ioue interfectorum e terra natos eſſe aiunt. [Heſiodus, ex ſanguine Cęli, amputatis illius uirilibus a Saturno genitos, dicit: cuius uerſus ſunt,

Gigantū origo.

Ὅσσαι γὰρ ῥαθάμιγγες ἀπέσσυθεν αἱματόεσσαι,
Πάσας δέξατο γαῖα, περιπλομένων δ᾽ ἐνιαυτῶν
Γείνατ᾽ ἐριννῦς τε κρατερὰς, μεγάλους τε γίγαντας
Τεύχεσι λαμπομένους, δόλιχ᾽ ἔγχεα χερσὶν ἔχοντας.

Ioſephus uero in antiquitatibus Iudaicis contendit eos ex coitu dęmonum cum mulieribus fuiſſe procreatos, cui quidem opinioni & Lact. & ſacra hiſtoria aſtipulari uidetur. {Nunc mihi qua totum} nunc, inquit, nō unum hominum corpus, ſed totum genus humanum prorſus mihi eſt perdendum. {Qua} quatenus & quouſque. {Nereus} deus eſt marinus, ſed pro Oceano ponitur, q uniuerſam circumit terram. [Huius & Doridis filiæ ſunt, quas Nereidas, & Nerinas uocant: quarum noīa recenſet Heſiod. nomē aut Νηρεὺς, ἀπὸ τοῦ νήχεσθαι, deductum mutatione litteræ, uel a ῥέω potius, & intendendi particula νη. {Circumſonat} circumſtrepit fluctibus. {Per flumina iuro Infera.} per Stygem paludem iurat, mortale genus totum eſſe perdendum. Stygis autem numen dii fallere metuebant, ut ait Virg. Dii cuius iurare timent, & fallere numen. [Quod itē ab Homero ſumptū, apud quem legitur Odyſſ. 5.

Καὶ τὸ κατειβόμενον στυγὸς,
ὕδωρ ὅς τε μέγιστος
Ὅρκος δεινότατός τε πέλει
μακάρεσσι θεοῖσι.]

{Stygio luco} nemori Stygi paludi imminenti. {Cūcta prius tētāda} omnia, inquit, prius ſunt experienda quam genus humanum perdatur. ſed mali tamen ſunt perdendi, ne boni periclitentur. {Sed immedicabile uulnus} hac ſimilitudine colligit uniuerſum genus humanū eſſe perdēdum, cū totum ſit corruptum. ut. n. corporis partes corruptæ ſolent præcidi, ne reliquum corpus putreſcat: ſic genus humanum eſt perdendum, ne Satyri, Nymphæ, ac Fauni hominum ſceleribus inquinentur atq; infeſtētur. {Immedicabile} inſanabile. {Pars ſincera} integra ac ſana & incorrupta. {Trahatur} in putredinem & corruptionem ducatur. argumentatur autem Iupiter ab utili & honeſto. {Sunt mihi ſemidei} quęnam ſit ea pars ſincera, cui timet Iupiter ab humano genere, exponit. {Semidei} Heroes alio nomine uocantur. maiores enim hominibus, ac diis minores fuiſſe uidētur. {Fauni} Satyri, Syluani dii habiti ſunt ruſticani. {Et nymphæ} nympharum uaria ſunt nomina. aliæ nāque dicuntur Nereides, quæ mare incolunt, [a Nereo patre ut ſupra diximus.] alię Naiades q̄ fontes, [παρὰ τὸ νάω. i. fluo ſeu mano] aliæ Napeę, q̄ ſaltus & ſyluas, [ἀπὸ τῶν ναπῶν. i. locis cōſitis arboribus & conuallibus] aliæ Oreades, q̄ montes, [ἀπὸ τῶν ὀρέων hoc eſt, mōtibus.] alię Dryades, aliæ Hamadryades, quę in ſyluas habitare, unaq; cum arboribus naſci, moriq; dicuntur. ἅμα nāq; ſimul, & δρῦς δρυὸς, arborē et quercum ſignificat. {Quos qm̄ cęli} occurrit tacitę obiectioni. poſſet. n. quis dicere, Si times a gn̄e humano ſemideis & nymphis & diis ruſticis, trāsferas ipſos in cęlum, ac genus humanū inter ſe debacchari p̄mittas. ſic. n. ſua ſtultitia ſatis ſuperq; punietur. At, inq̄t Iup. nondum illos cenſeo dignos, q in cęlum recipiātur. {Dignamur} dignos cēſemus. ſic Virg. Haud equidē tali me dignor honore. {An ſatis o ſuperi} hoc argumento a maiori ſumpto colligit genus humanū omnino eſſe perdendum. nā ſi mihi, inquit, cui imperium eſt deorum & hominū, inſidias ſtruere Lycaon, feritate ſua notiſſimus, eſt auſus: quo modo dii minores ab humano genere poterūt eſſe tuti? {Habeoq; regoq;} hoc eſt contineo & guberno. Grecum aūt uerbum expreſſit. nā ἔχω et habeo & cōtineo ſignificat. {Notus} nobilis & famoſus ſua feritate. Lycaon aūt Pelaſgi filius, Lycoſurā urbem in Lycęo monte ædificauit, Iouemq; Lycęū appellauit: & Lycęa, certamen in Iouis Lycęi honorem inſtituit, ut Pauſanias ſcribit, ac infantē in Iouis ara primus ouium immolauit. unde locus fabulæ datus uidetur. {Confremuere oēs} ſimul oēs fremuere & murmurauere facinoris immanitate cōmoti. {Studiis ardentibus} inflammatis uoluntatibus.

Talia depoſcunt. Sic, cum manus impia ſæuit
Sanguine Cæſareo Romanum extinguere nomen,
Attonitum tanto ſubitæ terrore ruinæ
Humanum genus eſt, totusq; perhorruit orbis.
Nec tibi grata minus pietas, Auguſte, tuorum,
Quàm fuit illa Ioui: qui poſtquam uoce, manuque
*Murmura compreſſit; tenuere ſilentia cuncti.
Subſtitit ut clamor, preſſus grauitate regentis,
Iuppiter hoc iterum ſermone ſilentia rupit:
Ille quidem pœnas (curam hanc dimittite) ſoluit:
Quod tamen admiſſum, quæ ſit uindicta, docebo.
Contigerat noſtras infamia temporis aures:
Quam cupiens falſam, ſummo delabor olympo,
Et Deus humana luſtro ſub imagine terras.
Longa mora eſt, quantum noxæ ſit ubiq; repertum,
Enumerare: minor fuit ipſa infamia uero.
Mænala tranſieram latebris horrenda ferarum,
Et cum Cyllene, gelidi *pineta Lycæi:
Arcados hinc ſedes, & inhoſpita tecta tyranni
Ingredior, traherent cum ſera crepuſcula noctem.
Signa dedi ueniſſe Deum, uulgusq; precari
Cœperat: irridet primo pia uota Lycaon:
Mox ait, Experiar, Deus hic diſcrimine aperto

*indiciumq; dedit*

*ſpineta*

RAPH. DEPOSCVNT} ad pœnam ſubaudiendum eſt. {Sic cum manus impia ſæuit} in Auguſti gratiam hæc ab Ouidio referuntur. Vt, inquit, totum genus humanum Iulii Cęſaris indigna cęde commotum eſt, qua in ſenatu ab ingratis impiisq; ciuibus fuit interfectus: ſic dii, auditis Ioui ſtructis inſidiis, inflammati ſunt. tametſi de coniurationibus & inſidiis cōtra Auguſtum Cæſ. ſtructis hæc mihi dicta potius eſſe uidētur. ſic enim & Ioui, & deorum indignationi pulcherrime accōmodatur hæc ſimilitudo. nam ut Iupiter a Lycaone, quàuis inſidiante, non fuit interfectus: ita ne Auguſtus quidē a coniuratorum quoquam fuit oppreſſus. Cū alii aūt multi uariis temporibus, ut ſcribit Suetonius, in Auguſtum coniurarunt, tum Telephus mulieris ſeruus, nomēclator. is.n. quaſi debita ſibi fato dominatione & ipſum, & ſenatum aggredi deſtinauerat. quondam etiā iuxta cubiculum eius lixa quidam ex Illyrico exercitu ianitoribus deceptis noctu deprehēnſus eſt cultro uenatorio cinctus. inops'ne mentis, an ſimulata dementia, incertum. nihil.n. exprimi quęſtione potuit. De inſidiis autē Auguſti ſtructis potius eſſe intelligendum, quàm de Iulii Cæſaris cęde facile ex ipſis Ouidii uerbis percipi poteſt, cum inquit, Nec tibi grata minus pietas Auguſte tuorum, Quàm fuit illa Ioui. Hoc uero ab iſtis calforniis, ſi quo ingenio iudicio'ue forent, notandum erat. mihi certe prior expoſitio, ut de Iulii Cæſari cæde intelligamus, non probatur. {Manus impia} impiorum coniuratorum multitudo. nam ſexaginta & amplius, C. Caſſio, Marcoq;, & Decio Bruto principibus, ut refert Suetonius, in Iulium Cæſarem coniurarunt, eumq; in ſenatu tribus & uiginti uulneribus trucidarūt. [In Auguſtum aūt, præter eos, quorum ſupra facta mētio eſt, etiā Lepidus quidam, & Varro Murena, Fānius Cæpio, M. Egnatius, Plautus Rufus, L. Paullus, Audaſius & Epicadus. Suet.] {Sęuit extinguere} ſęuit, ut extingueret. poetica enim locutio eſt. {Sanguine Cæſareo} Iulii Cæſaris cæde, ſiue potius Aug. q Iulii Cæſaris filius fuit adoptiuus. {Attonitum} ſtupefactū. {Romanū nomē} quod Iulius Cæſar, Auguſtusq; filius eius geſtis ſuis clariſſimum reddiderat. {Nec ti. gr. minus pietas} nō minus, inqt, pietas populi Rom. qui tuos inſidiatores ultus eſt, tibi grata fuit, quàm Ioui deorū indignatio, quam cōceperunt, cū audiſſent inſidias Ioui ipſi a Lycaone fuiſſe ſtructas. {Qui poſtquam uoce, manuq;} geſtū exprimit eorū qui ſilentium indicunt. {Cōpreſſit} compeſcuit. {Subſtitit ut clamor} poſtq̄ ceſſauit clamor, Iouis auctoritate cohibitus. {Silētia rupit} locutus eſt. ſic Virg. quid me alta ſilentia cogis Rūpere? {Ille quidem} Lycaon, inquit, illa feritate conſpicuus pœnas dedit. nam ſoluere pœnas eſt pati pœnas & ſuſtinere. {Curam hanc dimittite} ipſum depoſcendi ad pœnam. eſt autem parētheſis. {Quod tamen admiſſum} quamuis, inquit, dederit pœnas Lycaō, uolo uos tn̄ docere & peccatū qd' admiſit, & pœnam qua fuit affectus. {Cōtigerat noſtras} narrat Iupiter quemadmodum inquiſiturus hoīum ſcelera e cælo deſcendit in terras: ſuſceptaq; humana figura orbem terrarū peragrarit, ac tandē ad Lycaonem, Arcadiæ regem, hoſpites crudeliſſime interficiētem, peruenerit: quē in lupū iccirco ſe ait commutaſſe, q ſe quoque interficere conatus eſſet. {Infamia tēporis} ignominia ſeculi, quo teterrima quæque ſcelera committebātur. {Quam cupiens falſam} Deus.n. uult oēs homines bonos eſſe. {Luſtro} peragro, circūeo. alias luſtrare eſt purgare & illuſtrare. {Lōga mora eſt enumerare} lōga mora eſſet, inqt, ſi enumerare uellē quantū ubiq; ſceleris inuenerim. {Noxæ} culpæ, ſceleris. noxa.n. & culpā et ſcelus et maleficiū ſignificat. unde noxius declinari uidet. ſane noxa interdū etiā pœnā ſignificat. unde apud iuriſcōſultos, noxæ dedere, hoc eſt pœnæ tradere ob damnum illatū. unde & noxales actiones ab iiſdem appellantur, q́ ex noxa atq; maleficio ſeruorum aduerſus dominos inſtituunt. {Minor uero} eo q uerū erat. maiora nāq; ſcelera, & plura ab Ioue deprehenſa fuere q̄ ferebantur. {Mænala tranſierā} deſcribit iter, quo ad Lycaonē peruenit. Męnalus aūt & urbs & mōs eſt Arcadiæ celeberrimus, a Męnalo Arcadis filio denominatus. {Latebris} latibulis. {Et cū Cyllene} Cyllene mons Arcadię Mercurio dicatus. unde etiam Cyllenius appellat. {Pineta} loca pinis cōſita, ut olíueta. {Lycæi} mōs eſt Arcadiæ Lycæus, Pani ſacer. {Et inhoſpita} inhoſpitalia. {Arcados tyranni} Lycaonis Arcadiæ regis. Cum autem Lycaon multo ante Troica tempora fuerit, mirandum eſt, cur poeta ſub perſona præſertim Iouis ipſum Tyrannum uocet, cum hoc nomen ne Homeri quidem, aut Heſiodi temporibus, ut ſcribit Ariſtophanes grammaticus, in uſu fuerit. nuſquam eum in ipſorum priorum'ue ſcriptorum operibus inuenitur tyrannus. reges nanque appellabant omnes, qui tempore Archilochi, Iamborum ſcriptoris, ut Hippias ſophiſta teſtatur, Tyranni cœperunt appellari. Homerus quidē Echetum, crudeliſſimum hominum interfectorem, nuncupat regem. Tyrannus uero dictus eſt, uel a Tyrrhenis, ut quidam putant, qui olim pręd ones crudeliſſimi fuere: uel ἀπὸ τοῦ τυρεῖν τοὺς λαοὺς, hoc eſt a domandis populis quibus inſidias ac dolos ſtruūt. Ariſt. uero in Cumęorum rep. honeſto uocabulo Æſymnetas prius fuiſſe uocatos dicit, qui poſtea tyranni appellari cœperunt. nam Æſymnetes dicitur honeſti laudator. ſed Ouid. ex conſuetudine ſuorum temporum locutus eſt. [Prolepſi uſus uidelicet.] Sane Tyrannus apud priſcos etiam pro bono principe accipiebatur. Virg. Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni. uſus deinde obtinuit, ut pro eo demum poneretur qui dominatu crudeliter abuteretur. Arcas ſane & proprium filii Calliſtus nomen eſt, & gentile, unde Arcadius & Arcadicus deriuatur. Arcadia uero ab Arcade Calliſtus filio denominata eſſe uidetur: nam antea tum Parrhaſia, tum Lycaonia, tum Gigantis, tum Azania, tum Pania, ut inquit Stephanus, qui de urbibus & uicis diligētiſſime ſcripſit, uocabatur. {Traherent cum ſera crepuſcula noctem} hoc eſt, cum aduesperaſceret. {Traherent} adducerent. {Sera crepuſcula} crepuſculum dicitur dubia lux. nam creperus dubium ſignificat. {Signa dedi} hoc eſt, ſignificaui me eſſe Deum. {Precari} colere ac uenerari. {Pia uota} piorum preces. {Mox ait, experiar} primo, inquit, Lycaon piorum uota, qui me uenerabantur, irridere cœpit: deinde periculum facere de mea diuinitate cogitauit. {Diſcrimine aperto} manifeſto periculo, hoc eſt, experientia.

Nec

An ſit mortalis : nec erit dubitabile uerum .
Nocte grauem ſomno , nec opina perdere morte
Me parat . hæc illi placet experientia ueri .
Nec contentus eo eſt . miſſi de gente Moloſſa
Obſidis unius iugulum mucrone reſoluit :
Atque ita ſemineces partim feruentibus artus
Mollit aquis , partim ſubiecto torruit igni .
Quos ſimul impoſuit menſis ; ego uindice flamma
In dominum dignos euerti tecta penates .
Territus ipſe fugit : nactusque ſilentia ruris
Exululat , fruſtraque loqui conatur . ab ipſo
Colligit os rabiem : ſolitæque cupidine cædis
Vtitur in pecudes , & nunc quoque ſanguine gaudet.
In uillos abeunt ueſtes , in crura lacerti .
Fit lupus , & ueteris ſeruat ueſtigia formæ .
Canicies eadem eſt , eadem uiolentia uultus ;
Iidem oculi lucent ; *eadem feritatis imago eſt.

ARG. Non contentus Iupiter ceteros homines, qui ſuis ſceleribus etiam deorum potentiam tentabant , unius Lycaonis terrere ſupplicio, niſi in genus omne ſæuiret , tantam iuſſit aquarum copiam redundare , ut opertis diluuio montibus cuncti homines interirent. duo autem , qui ceteros mortales pietate antecedebant, Deucalion, Promethei filius, ac Pyrrha, eadem ſoror, atque coniux , cum ex Parnaſſo monte proluuiem imbrium effugiſſent , ſorte moniti Themidis , quæ eo tempore antiſtes terræ fuiſſe traditur , a deis ueniam acceperunt per preces generandæ prolis : ita ut lapides poſt tergum iacerent, ex quibus homines naſcebantur ; & a Deucalione miſſi in uiros , a Pyrrha autem in fœminas uertebantur .

Occidit una domus ; ſed non domus una perire
Digna fuit : quà terra patet fera regnat Erin- (nys.
In facinus iurare putes . dent ocyus omnes
Quas meruere pati (ſic ſtat ſententia) pœnas .
Dicta Iouis pars uoce probant, ſtimulosque *freméti
Adiiciunt : alii partes aſſenſibus implent .
Eſt tamen humani generis iactura dolori

RAPH. NEC erit dubitabile uerum} nemo, inquit, poterit dubitare, an Deus ſit, an mortalis. ſi.n. Deus erit, interfici non poterit: ſin homo fuerit, facile pimetur. {Nec opina} inopinata . {Nec cõtentus eo} nec ſatis, inquit, ei uiſum eſt me uelle perdere, niſi etiã mihi in cœnã carnes humanas partim elixas , partim toſtas appoſuiſſet. {De gẽte Moloſſa} Moloſſi populi ſunt Epiri, a qbus bello uictis Lycaon obſides acceperat, quorũ unum iugulauit, ut ipſum Ioui apponeret epulandum. {Reſoluit} aperuit . {Semineces artus} ſemimortua mẽbra & adhuc palpitantia. {Mollit aquis} coquit & mollia reddit . {Quos ſimul impoſuit mẽſis} poſtquã ait humanæ illę carnes mihi appoſitę fuerũt, ego ſtatim ædes Lycaonis incendio corripui, dignas quæ in tam crudelem dominum euerterentur. ceterũ ipſe territus in ſyluas aufugit , & in lupũ feritati ſuę maxime cõueniens animal fuit cõmutatus . (Lycaon in lupũ.) {Vindice flamma} ultrice . {Tecta} domũ, a parte enim totũ intelligimus κατὰ συνεκδοχήν. {Dignos penates} q incenderentur, cũ tam ſceleratum dominũ pati poſſet. {Territus} incendio ędiũ perterritus. {Exululat} ualde ululat . iam enim in lupum fuerat conuerſus . nam ululare , quod facticiũ eſt uerbum, luporum eſt ꝓpriũ. {Ab ipſo Colligit os rabiem} quia, inquit, loqui non poterat , in rabiẽ actus eſt : quam ab hominibus in pecudes tranſtulit. {Et nũc quoque} quemadmodum cum erat homo. {In uillos abeunt ueſtes} in pilos, inquit , ueſtes mutatæ fuerunt , brachia autem in crura . ſicq; Lycaon in lupum fuit conuerſus. quod quidem iccirco fingitur, quia Lycaon, auaritiæ deditus, ex rapto tãquam lupus uiuebat. auari nanq; lupis, qui nunquã ſatiantur pecudum cęde, quãſimillimi eſſe uidẽtur. Homines aũt in lupos cõuerti, rurſusq; reſtitui ſibi, falſum eſſe contendit Plin. unde tamẽ iſta uulgo infixa ſit fama, in tantum ut in maledictis uerſipelles habeantur, oſtendit lib.8. cap.22. cum inquit: Euantes, inter auctores græciæ non ſpretus, tradit , Arcadas ſcribere ex gẽte Antei cuiuſdam ſorte electum ad ſtagnum quoddam regionis eius duci, ueſtituq; in quercu ſuſpenſo tranare, atque abire in deſerta, trãsfigurariq; in lupum, & cum ceteris eiuſdẽ generis congregari per annos nouem. quo tempore ſi homine ſe abſtinuerit, reuerti ad idẽ ſtagnũ ; & cum tranauerit, effigiem recipere, ac priſtinum habitum, addito nouem annorũ ſenio. Addit quoq; Fabius eandem recipere ueſtem. Sed hęc Plinius fabuloſa eſſe putat. [Pauſanias autem in Arcadicis, Lycaonem & Cecropem coętaneos fuiſſe ſcribit. ueruntamẽ quod ad res diuinas attineret, alterum altero ſapiẽtiorẽ. nam Cecropem primum omniũ Iouem uocaſſe ſummum, & iis, quæcunque animata forent, abſtinuiſſe, placẽtas autem & bellaria altaribus conſecraſſe: contrà aũt Lycaonem, ut immaniorem, infantem altaribus adductum mactaſſe , Iouisq; Lycæo immolaſſe. quamobrem ſtatim eundem inter ſacrificandum in lupum conuerſum , idq; etiam credibile uult uideri, propterea ꝙ prima illa ætate dii , atque homines promiſcue inter ſe uerſati ſint, nec dum tanta malitia in terris fuerit. proinde etiam deorum menſis homines fuiſſe adhibitos , & ſi quis impie agere cœpiſſet, coram ac ſtatim punitum. ſic Lycaonem hunc in lupum, ſic Nioben in ſaxum poſtea conuerſam. Addit autem idem auctor etiam poſterioribus temporibus hominem in lupum conuerſum inter ſacrificia eiuſdem Dei, nec tum per omnem ętatem lupum mãſiſſe . nam qui ita conuertebantur, inquit, ſi de cetero a carnibus humanis abſtinuiſſent ; decimo anno ad priſtinam formam redire ſolebãt. ſin amplius illis ueſcerentur, per omnem ætatem lupos manere . quam rem & Plato confirmat libro 8. de repub. dicens eos in lupos mutari ſolitos, qui carnem humanam in ſacrificiis guſtaſſent. {Et ueteris} adhuc, inquit, ſigna priſtinæ formæ retinet . nam eandem & caniciem, & uultus uiolentiam habet. oculi præterea ipſi, ut prius lucẽt; (uide Plin. l.11.c.27.) ac demum eãdem feritatẽ, quam etiam prius, exercẽt. {Occidit una domus} poſteaquam Iupiter exemplo Lycaonis oſtendit, ꝙ terris ſceleribus infecti ſunt homines, concludit totum genus humanum penitus eſſe perdendum . Sicq; poeta fabulam cum fabula, ac mutationem cum mutatione connectit. narraturus.n. quemadmodum lapides, a Deucalione & Pyrrha poſt terga iacti, partim in mares, partim in fœminas fuere conuerſi, ante deſcribit diluuium, quo genus humanum fuit extinctum . {Sed non domus una perire digna fuit} omnes , inquit, hominum domus ſunt euertendæ, & exterminandæ , non una ſola . ubique enim nefanda ſcelera perpetrantur. {Fera regnat Erinnys} feritas , impietas, inhumanitas . Erynnis enim dicitur furia infernalis , diſcordia , bello contentioneq; gaudens. ſunt autem Erynnes deæ ultrices illorum , qui ſunt impii erga parentes, dictæ , ut etymologici ſcribunt , παρὰ τὸ ἐν τῇ ἔρᾳ ναίειν : quòd in terra habitent, hominum facta ſpeculantes. [Eædem & Eumenides dicuntur græcis , per ἀντίφρασιν, uidelicet & σεμναὶ θεαὶ apud Atticos, ubi & ara illarum quædam fuit.] {In facinus iuraſſe putes} poſſes , inquit , putare omnes homines ſe mala omnia perpetraturos coniuraſſe. {Facinus} ſcelus, quamuis in bonam quoq; accipiatur partem. {Dent ocyus omnes Quas meruere pati pœnas} hoc eſt, cito ac repente omnes puniantur. dare & perſoluere pœnas dicuntur, qui puniuntur. {Sic ſtat ſententia} talis eſt, inquit, ſententia mea, ut omnes perdantur. {Stat} fixa eſt & immota. eſt autem parentheſis. {Dicta Iouis pars uoce probant} omnes, inquit, dii Iouis ſententiam partim uerbis, partim nutu approbauerunt. (furenti) {Aſſenſibus implent} nutibus & manibus ſe Ioui aſſentire ſignificant. [Alludere autem uidetur poeta ad morem Romanum, quo ſenatores alii ſententias dicebant, alii in ſententias pedibus diſcedebant : unde iidem etiã Pedarii appellabantur.] {Iactura dolori} perditio.

Orbæ

Omnibus : & , quæ ſit terræ mortalibus orbæ
Forma futura , rogant : quis ſit laturus in aras
Tura : feris'ne paret populandas tradere terras?
Talia quærentes (ſibi enim fore cetera curæ)
Rex ſuperûm trepidare uetat , ſobolemque priori
Diſſimilem populo promittit origine mira .
Iamque erat in tota ſparſurus fulmina terras:
Sed timuit , ne forte ſacer tot ab ignibus æther
Conciperet flammas , totuſque ardeſceret axis .
Eſſe quoque iam fatis reminiſcitur affore , tempus ,
Quo mare , quo tellus , correptaque regia cæli
Ardeat , & mundi moles operoſa laboret .
Tela reponuntur manibus fabricata Cyclopum :
Pœna placet diuerſa , genus mortale ſub undis
Perdere,& ex omni nimbos demittere cælo. *
Protinus Aeoliis Aquilonem claudit in antris ,
Et quæcunque fugant inductas flamina nubes ;
Emittitq; Notum . madidis Notus euolat alis ,
Terribilem picea tectus caligine uultum .
Barba grauis nimbis , canis fluit unda capillis,
Fronte ſedent nebulæ , rorant pennæq; ſinuſque .
Vtque manu late pendentia nubila preſſit ;
Fit fragor , & denſi funduntur ab æthere nimbi .
Nuncia Iunonis , uarios induta colores ,
Concipit Iris aquas , alimentaque nubibus affert .
Sternuntur ſegetes , & deplorata colonis
Vota iacent , longique perit labor irritus anni .
Nec cælo contenta ſuo eſt Iouis ira : ſed illum
Cæruleus frater iuuat *auxiliaribus undis .
Conuocat hic amnes : qui poſtquam tecta tyranni
Intrauere ſui ; Non eſt hortamine longo
Nunc, ait, utendum : uires effundite ueſtras ;
Sic opus eſt , aperite domos ; ac, mole remota ,
Fluminibus ueſtris totas immittite habenas .
Iuſſerat . hi redeunt , ac fontibus ora relaxant ,
Et defrænato uoluuntur in æquora curſu .
Ipſe tridente ſuo terram percuſſit : at illa
Intremuit , motuque uias patefecit aquarum . *

RAPH. ORBÆ terræ} priuatæ. {Rogant} interrogant Iouē. {Quis ſit laturus in aras Tura} quis ſit diis ſacrificaturus. {Populandas terras} uaſtandas, ac deprædandas. {Sibi.n.fore cetera curæ} ſubaudiendum eſt,ait,uerbum, qđ eleganter in huiuſmodi ꝑtermittitur locutione.eſt aūt pareīheſis. {Rex ſuperum trep.uet.}Iupiter.{Origine mira}q͞a lapides,ut paulo poſt narrabit, in homines fuere cōuerſi,qđ quidē maxime mirandū eſt.{Iāq; erat} ſtatim, inquit, Iupiter fulminibus genus humanū ꝑdidiſſet, niſi ueritus eſſet, ne cęlum quoq; terrarū incendio conflagraret, cum ꝓſertim in fatis meminerit eſſe, ut aliqñ totus mundus igne abſumatur. quare non fulminibus , ſed aquarū inundatione genus humanū ꝑdere decreuit.{Iamq;}ſtatimq;.{Sacer ęther} ſacrum cęlū. {Tot ab ignib.} quot opus eſſet ad totam terram cōburēdam. {Conciperet} contraheret. {Totus axis} totū cęlū. ſynecdoche eſt. axis.n.q̄ pars eſt celi, ꝓ toto ponitur cęlo. nā axis ꝓprie illud eſt plauſtri lignū, circa qđ rotæ uertuntur, ad cuius ſimilitudinem axis in mundi ſphæra uocatur,circa cuius cacumina ſphæra ipſa rotatur, quibus cōtigui ſunt duo poli, qui & uertices dicuntur, quibus ueluti cardinibus , ut ſcribit Apuleius, maxime ſphęra nitiť, arcticus, & antarcticus, ſiue borealis & auſtralis. {Eſſe quoq; in fatis} diſpoſitione fatorum. alia rō eſt qua deterritus eſt ab incēdio Iupiter, ne id eueniret , qđ in fatis eſſe ſciebat , ne uideliꝫ cet totus mundus cōflagraret. eſt aūt fatum, ut Stoici aiunt,cōnexa rerum ſeries, ꝑ quam mūdus adminiſtratur. {Affore} adueuturum eſſe.{Et mūdi moles} machina mundi. {Operoſa} multi operis. {Laboret} in labore & periculo propter incendium futura ſit. hoc aūt maxime cum dogmate Chriſtiano conuenit. nos.n.credimus mundum in nouiſſimo die conflagraturum. [Eſt igitur & hoc ex illis , quæ a uetuſtiſſima accepta traditione patrum, ueluti per manus ad poſteros tranſierunt.] {Tela reponuntur} fulmina a Cyclopibus confecta. Cyclopes.n.Ioui fulmina feciſſe dicūtur. fuerunt aūt populi Siciliæ,unum in media frōte oculum habentes. [Id qđ & nominis ἔτυμον indicat . dicitur.n. κυκλωψ ὁ δι'ὰ κύκλον , ἢ κύκλον δ'ίκην, ἔχων τὸν ὦπα.] {Pœna diuerſa} cōtraria . diluuium.n.incendio cōtrariū eſt. {Nimbos} pluuias. {Demittere} deorſum. {Protinus Aeoliis} ſtatim,inquit Iup. clauſis in ſpeluncis iis uentis, qui inducunt ſerenitatem , Auſtrum pluuia gaudētem emiſit. {In Aeolis antris} in Æolii ſpeluncis. notius eſt aūt Æolum Iouis ex Aceſta filium, regem eſſe uentorū, q̄ ut hoc loco ſit exponendum. qđ quidem iccirco fictum eſt, ꝙ, ut Plin. ait, Æolus uentorum rationem inuenit.cum.n.ſeptem inſularum iuxta fretum Siculum,q̄ ab illo Æoliæ fuerūt cognominatæ, princeps eſſet, ac ex nebulis & fumo Hieræ inſulæ ardentis uentos prædiceret futuros,creditus eſt illos in ſua habere poteſtate. {Flamina} a flando uenti flamina dicuntur. {Madidis Notus euolat alis} proſopopœia eſt. eleganter aūt Auſtrī uenti deſcribit effigiē. ſic.n.apud priſcos pingebatur. alę aūt uentis aſſignantur ꝓpter uelocitatem. {Tectus uultum} hoc eſt tectum uultum habens. eſt aūt poetica ſynec. {Picea calig.} nigris nubibus. nā Auſter nubiloſus eſt uentus. {Barba grauis} plena. {Nimbis} pluuiis. {Vnda} aqua.{Rorant} ſtillāt,in roris ſimilitudinē. {Vtq; manu late} poſtq̄,inquit, Notus manibus nebulas compreſſit,maxime pluuiæ eſſe cœperūt.{Fit fragor} ſtrepitus proprie rerum fractarum. {Deſi nimbi} crebræ pluuię.{Cōcipit Iris aquas} Iris nūcia Iunonis a poetis fertur,interdum etiā Iouis. eſt aūt uerſicolor ille arcus, q̄ fit in aere, ut ſcribunt phyſici,ex reflexione radiorum ſolis , lunæ'ue in nubibus, pluuiæ tp̄e.dicta eſt aūt Iris παρὰ τὸ εἴρω, qđ eſt dico,ꝙ futura ꝓnunciet. [Prenunciat.n.uel pluuiam, ſi ꝓceſſit ſerenitas,aut rurſum ſerenitatem, ſi proceſſit pluuia, ut Ptol.docet in apoteleſ.] Fluuius eſt etiā Iris, necnō herba , quam Plin.optimā ī Illyrico naſci ſcribit.{Sternuntur ſegetes} frumēta in agris exiſtentia in terrā ab aquis deiiciuntur. Seges aūt dicitur frumētum nondum demeſſum. Sternere uero interdum in terram deiicere, interdum ſignificat cooperire, ut cū dicimus ſternere mēſam. {Vota deplorata} ſpes ualde ploratas. [Vel etiam deſperata,ut de quorum euentu nulla ſpes amplius ſit.] Vota aūt uocat frumenta multis uotis & ꝓcibus expetita. {Colonis} agricolis.{Irritus}uanus ac ſine ullo fructu.{Cæruleus frater} periphraſis Neptuni.{Auxiliaribus undis} auxiliū afferentibus ad ꝑdendum genus humanum. auxiliares aūt milites ꝓprie dicuntur, quia ſociis in auxiliū mittuntur.{Conuocat hic am.} deos fluuiorū.amnis .n.fluuius dicitur ab ambiendo,ut Varro ait,ꝙ omnia flumina circūeunt.unde etiam cornuta pinguntur.{Tyranni ſui}regis ſui. tyrannus nāq; apud antiquos in bonam quoq; accipiebatur partem,ut paulo ante ſcripſimus.{Hortamine}hortatu,exhortatione.{Aperite domos} fontes,qui fluuiorū domus eſſe uidentur.{Mole} obſtaculo.{Fluminibus}fluxibus. {Totas habenas} trāſlatio ab equis ſumpta, qui habenis inhibentur.{Defrēnato} effrēnato,ac ſine ullo retinaculo.{Ipſe} Neptunus. {Tridente ſuo} ut Ioui fulmen , ſic Neptuno tridens attribuitur, quo dum percutit terram, fit terręmotus. [Vnde idem & Enoſichthon,& Enoſigæus dicitur a poetis. fictio autem a cauſſa naturali ſumpta eſt. nam aquæ cauernis terræ interclufæ, quando ui erumpunt, terræmotus efficiunt, quos aliquando eruptiones aquarum ſequuntur.]

vide Senec. nat.q. l 3. c.27.

bene auxiliaribus, et appoſitè, quoniā auxilia ꝓpriè ſociorū & confœderatorum dicebant a Romanis. lege Vegetium lib. 2.

eorum reſpicit opinionē, qui undas tremoris terræ cauſſam eſſe exiſtimant; quoniam cæ, orbe grauiter agitato, erumpūt. lege Senecā q.nat. l.6.

Expatiata

Expatiata ruunt per apertos flumina campos;
Cumque ſatis arbuſta ſimul, pecudesque, uirosque,
Tectaque, cumque ſuis rapiunt penetralia ſacris.
Si qua domus manſit, potuitque reſiſtere tanto
Indeiecta malo: culmen tamen altior huius
Vnda tegit; preſſæque latent ſub gurgite turres




Iamque mare & tellus nullum diſcrimen habebant,
Omnia pontus erat, deerant quoque littora ponto.
Occupat hic collem, cymba ſedet alter adunca;
Et ducit remos illic, ubi nuper ararat.
Ille ſuper ſegetes, aut merſæ culmina uillæ
Nauigat: hic ſumma piſcem deprehendit in ulmo.
Figitur in uiridi (ſic ſors tulit) anchora prato:
Aut ſubiecta *tegunt curuæ uineta carinæ;
Et modo quà graciles gramen carpſere capellæ,
Nunc ibi *deformes ponunt ſua corpora phocæ.
Mirantur ſub aqua lucos, urbesque, domosque
Nereides: ſyluasque tenent delphines, & altis
Incurſant ramis, agitataque robora pulſant.
Nat lupus inter oues; fuluos uehit unda leones;
Vnda uehit tigres: nec uires fulminis apro,
Crura nec ablato proſunt uelocia ceruo.
Quæſitisque diu terris ubi ſiſtere poſſit;
In mare laſſatis uolucris uaga decidit *alis.
Obruerat tumulos immenſa licentia ponti;
Pulſabantque noui montana cacumina fluctus.
Maxima pars unda rapitur. quibus unda pepercit,
Illos longa domant inopi ieiunia uictu.

ARG. Conſumptis aquis diluuii cunctis mortalibus, Deucalion, Promethei filius, cum Pyrrha, Epimethei filia, & coniuge ſua, qui ſoli ex omni humano genere ſupererant, in Parnaſſo monte, Themidis uatis ſortes de reparatione conſuluerunt. ex cuius reſponſo ſignificatum eſt, ut corporibus diſcinctis, & uelato capite, oſſa magnæ parentis, ideſt, lapides, uterq; poſt ſe iacerēt, proiecti itaq; a Deucalione in mares, a Pyrrha uero in fœminas creſcūt.

SEparat Aonios Actæis Phocis ab aruis
Terra ferax, dum terra fuit: ſed tempore in illo

RAPH. EXPATIATA} late ſparſa. {Penetralia cum ſuis ſac.} hoc eſt, penetralia cum diis penatibus. nā penetralia, ut Sext. Pompeius ſcribit, ſunt penatium deorum ſacraria. {Rapiūt} ui abſtrahunt. {Si qua domus manſit} ordo eſt, ſi qua domus remanſit indeiecta. {Indeiecta} non deiecta in terram. {Culmen tū} culmē eſt tecti ſummitas a culmo dictum, ꝙ culmo antiquitus domus tegerentur. {Preſſę} ſubmerſę {Sub gurg.} ſub mari. eſt aūt tapinoſis. nā gurgitē, q ꝓprie locus eſt in flumine ꝓfundior, ꝓ mari poſuit poeta. ſic Virg. Apparēt rari nantes in gurgite uaſto. inde fit uerbum ingurgito, ꝙ & deuoro & repleo ſignificat. unde Macr. in Saturn. ſcribit Fabiū ciuem Rom. uirum triūphalem a deuorāto patrimonio Gurgitē fuiſſe cognominatū. {Nullum diſcr.} nullam diſcretionē ac differentiā. aliàs diſcrimen periculū ſignāt. {Oia pontus e.} oia mare occupauerat. Pōtus aūt ꝓprie id mare eſt qđ Euxinū appellatur, ſed ꝓ quocūq; mari frequēter ponit̃. pontus uero dictus eſt παρὰ τὸ πονεῖσθαι: ꝙ in mari maxime laborat̃. Pontus etiam ꝓuincia eſt Aſię, Bithyniæ finitima, Euxinoq; adiacens, unde ponticus deriuatur. {Occupat hic col.} [Diſtributio eſt, q̄ deſcriptionē inūdationis amplificat. fuiſſe aūt inūdationē quādā Theſſalus ſub Deucalione, & Gręci paſſim teſtantur, & Beroſus item.] alius, inquit, ex hoībus in montē cōfugiebat, alius in cymbā. ꝓprie aūt occupari dicuntur loca, poſſeſſoribus uacua. {Cymba ad.} perite. nā cymbæ & ꝓram & puppim adūcas habēt. {Et du. re.} remigat. {Villę} uilla ꝓprie dr̃ domus in agro. {Sūma in ulmo} ſic Hor. hoc idē diluuiū deſcribens: Piſciū & ſumma pecus hæſit in ulmo. {Sic ſors t.} ſic caſu euenit. eſt āt parēthesis. {Anchora} anchora qdē a latinis aſpiratur, quāuis apud græcos aſpiratione careat. eſt aūt anchora inſtr̃m ferreū, qđ ad continēdas naues in mare iaci cōſueuit. unde anchorarii funes dicūtur, quibus anchorę ligātur. {Vineta} loca dicuntur uitibus cōſita. {Et modo} paulo ante. {Graciles cap.} macræ & agiles capræ. {Gramē} herbā. ſpēm pro genere poſuit. {Deformes ph.} turpes & uaſtę. Phocæ a latinis uituli marini appellant̃. {Nereides} nymphæ ſunt marinæ, a Nereo patre appellatæ. {Delphines} Delphin & Delphinus dr̃, nā a genitiuo gręco Delphinos, fit noīatiuus latinus. {Incurſant} frequenter incurrunt. {Agitata} impulſa. {Robora} ligna ad trūcos. {Pulſant} ꝑcutiunt. {Nat} natat. eſt aūt ꝑquā laſciua & lepida deſcriptio: quā quidem Seneca reprehendit, ꝙ in re triſti ludere poeta uidetur. {Vnda uehit tig.} Tigris fera eſt truculēta, mirādæ uelocitatis, in Armenia, Indiaq; naſcēs. Tigris etiā eſt fluuius Armenię, a uelocitate, qua decurrit, ſic appellatus. nā Tigris lingua Perſica ſagittam ſignāt. {Vbi ſiſtere poſ.} in qbus terris ſe firmare poſſit. ſiſtere aūt eſt ſtare facere. idē uero cū ſto uerbo p̄teritum habet & ſupinū. {Nec uires ful. apro ꝓſ.} tāto impetu apri uenatores aggrediūtur, ut uires fulmini ſimiles habere dicātur. [Vel potius, quia eadē fere uis eſt dentis apri in feriēdo & penetrādo, q̄ fulminis: unde idē & fulmineus a poetis crebro appellatur.] {Ablato ceruo} abrepto ab undis. {Volucris uaga} hirūdinis eſt periphraſis. nā hirundines uagos maxime uolatus hn̄t. {Laſſatis alis} defatigatis ac feſſis. {Obruerat tumu.} cooperuerat mōtes. obruere nāq; eſt aqua terra'ue operire. tumuli uero montes dicūtur a tumore. {Pulſabant} ꝑcutiebāt. {Noui fluctus} magnæ undæ & inuſitatæ. {Montana ca.} mōtium ſummitates. {Maxima pars} hominū ſubaudiatur. {Quibus unda pep.} hoc eſt qui ſubmerſi non fuerunt, fame periere. {Separat Aonios} topographia & loci deſcriptio. mōtē. n. Parnaſſum deſcribit, in cuius cacumē ſua altitudine ab undis tutum, Deucalion & Pyrrha ſe receperunt. {Phocis} eſt inter Bœotiam et Atticā, a Phoco denoīata, in qua mons Parnaſſus duobus collib⁹ eminens conſpicitur. {Ab Actęis aruis} ab Attica regione. nā Attica Actæa olim uel ab Actæo rege, uel a litore, qđ ἀκτὴ dicitur, fuit appellata. eſt. n. maritima regio, ac fere litus eſſe uidetur. [Ceterum ſunt q hoc loco hypallagē eſſe uelint. non. n. Phocidem, Aonios, hoc eſt, Bœotiā, ab Attica ſeparare, ſed contrà Bœotiam, Phocenſes ab Atticis. quéadmodum & tabulæ geographicæ indicant: qđ ut ut ſit, geogaphis diſcutiendum relinquemus, illud magis dubitari poteſt, utrum pro Aruis, legendum ſit Agris, ut ad utrunq; adiectiuum idē ſubſtantiuum referatur, ut ſit integrum, Phocis ſeparat Aonios agros ab Actæis agris. {Terra ferax} fertilis.

terunt

l. 1. carm. od. 2.

.i. fœtidæ, unde parœmia apud Ariſtotelē φώκης ὀσμή .i. phocę odor.

non hirūdo tantum, ſed et ceterę uolucres ſunt accipiēdæ, q̄ diu per aerem uagatæ fuiſſent, locum ubi ſiderēt, uestigātes.

Mons

Pars maris, & latus ſubitarum campus aquarum.
Mons ibi uerticibus petit arduus aſtra duobus,
Nomine Parnaſus, ſuperatq; cacumine nubes.
Hîc ubi Deucalion (nam cetera texerat æquor)
Cum conſorte tori parua rate uectus adhæſit;
Corycidas nymphas, & numina montis adorat,




Fatidicamq; Themin, quæ tum oracla tenebat.
Non illo melior quiſquam, nec amantior æqui
Vir fuit, aut illa reuerentior ulla deorum.
Iuppiter ut liquidis ſtagnare paludibus orbem,
Et ſupereſſe uirum de tot modo millibus unum,
Et ſupereſſe uidet de tot modo millibus unam,
Innocuos ambos, cultores numinis ambos;
Nubila diſiecit; nimbiſq; Aquilone remotis,
Et cælo terras oſtendit, & æthera terris.
Nec maris ira manet. poſitoq; tricuſpide telo
Mulcet aquas rector pelagi: ſupraq; profundum
Extantem, atq; humeros innato murice tectum

RAPH. ✶ MONS nomine Parnaſus} Parnaſus mons eſt Phocidis, a Parnaſo antiquiſſimo uate cognominatus, unde Parnaſius, Parnaſiacus, Parnaſias, Parnaſis & Parnaſeus deriuantur. prius autem Larnaſos fuit appellatus, quod illuc Deucalionis arca, quę græce λάρναξ dicitur fuerit appulſa. [Sed & hæc Arca, ab Arca Noe originem accepiſſe, atq; ita patrum ſententia, uelut per manus tradita uidetur eſſe.] {Petit aſtra} tendit in altum ſidera uerſus. {Duobus uerticibus} duobus cacuminibus, quorum alterum Tithoreum, alterum Hyampeum appellat Herodotus lib. 6. quamuis Seruius, niſi eſt deprauatus, Heliconem & Cithæronem putet, quos Bœotiæ montes eſſe conſtat longe a Parnaſo diſtantes. Parnaſus autem totus & Apollini, & Muſis, & Baccho eſt conſecratus. {Hic ubi Deuc.} Deucaliõ Promethei filius uir integer ac pius una cũ Pyrrha uxore diluuio inualeſcente ad cacumẽ Parnaſi confugit, ubi poſt finitum diluuium Themidem conſuluerunt, quomodo genus humanũ reparare poſſent, quibus Themis reſpondit, id poſſe reparari, ſi antiquę matris oſſa poſt terga ieciſſent, quæ Deucalion lapides eſſe coniectauit. nam lapides oſſa terrę uidentur eſſe, quæ antiquiſſima omnium eſt mater. qui igitur lapides a Deucalione fuerunt poſt terga iacti, in mares, qui a Pyrrha, in fœminas fuere conuerſi. hoc autem iccirco fictum eſt, quod, ut ſcribit Euſebius in chronicis, regnante Athenis Cecrope maxima aquarum illuuies maiorem partem populorum Theſſaliæ abſumpſit, paucis fuga in montes liberatis, maxime in monte Parnaſo, in cuius circuitu Deucalion tunc regno potiebatur, qui tunc ad ſe ratibus confugientes, ut narrat Iuſtinus, ſuſcepit, ac per ſumma Parnaſi iuga fouit, ac iccirco genus humanum ab illo fuiſſe reparatum aiunt. {Hic ubi} eleganter hic & ubi ita iunguntur, ut id & quod, cum ubi et quod grãmaticæ locutioni eſſe uideantur, ut cum dicimus tibi morem geſſi id quod fratri ſum pollicitus. nam quod ſum pollicitus ſatis eſſet. nam cetera parentheſis eſt. reliqua, inquit, loca mare occupauerat. {Cum conſorte tori} hoc eſt, uxore. nam uxor lecti mariti conſors eſt. {Corycidas nymphas} corycum antrum e Parnaſi nymphis ſacrum. unde Corycides nymphæ dicuntur. eſt autem forma patronymica pro poſſeſſiua. eſt etiam Corycus Ciliciæ & urbs, & mons, & antrum, ubi optimum naſcitur crocum. eſt prætere a Corycus, ut Stephanus ſcribit, mons Ioniæ altiſſimus, & portus, & inſula. eſt & promontorium Cretæ, & portus Æthiopiæ Coticia appellatus. {Et numina mõtis} Apollini, Baccho, & muſis Parnaſus dicitur eſſe conſecratus. {Fatidicamq; Themin} Themin arcana fatorum prædicentem. Themis autem filia Cęli & Terrę fuiſſe ſcribitur, quã Iupiter nuptias ſuas fugiẽtem in Macedonia aſſecutus compreſſit, Mineruamq; ſuſtulit. dea uero fuit, quæ, ut inquit Sex. Pomp. præcipiebat hominibus, ut a diis peterent id, quod fas eſſet, unde etiam nomen accepit. nam θέμις apud græcos fas ac iuſtum ſignificat. nam Themis ἀπὸ τοῦ θεσμοῦ, hoc eſt a lege dicta eſt. habet aũt apud gręcos triplicem genitiuum Themidos, Themitos & Themiſtos. [Quæ tũc oracla tenebat, hoc eſt, reſponſa dabat. nam, ut Pindari interpres tradit, prima præfuit oraculis Nox, deinde Themis, poſt demum Apollo, qui uaticinandi artem a Pane deo accepit, ut idẽ ait. ſed Orpheus Paulo aliter, apud quem in hymnis, de Themide ita legitur:

Ἣ πρώτη κατέδειξε βροτοῖς μαντήϊον ἁγνὸν
Δελφικῷ ἐν κευθμῶνι θεμιστεύουσα θεοῖσι,
Πυθίῳ ἐν δαπέδῳ, ὅθι Πυθοῖ ἐμβασίλευεν,
Ἣ καὶ Φοῖβον ἄνακτα θεμιστοσύνας ἐδίδαξε.

Fuit aũt hæc filia Cęli, & Terræ, ut ex eodem poeta colligitur. uocat. n. οὐρανόπαιδα, γαίης βλάστημα νέον.] {Nõ illo melior quiſquã} hæc eò ꝑtinent ut oſtendat poeta Deucalionem & Pyrrhã ob pietatem in deos, merito fuiſſe incolumes cõſeruatos. {Iuppiter ut liq. ſta.} poſt eaquam, inquit, Iupiter uidit totum orbẽ terrarum ſic aquis eſſe obrutum, ut ſtagnum eſſe uideretur, ac ex hominibus ſolis Deucalionẽ & Pyrrhã ſupereſſe, reducta ſerenitate, diluuium ita decreſcere cœpit ut terræ cœperint apparere. {Stagnare} ſtagnum & lacũ eſſe effectum. ſtagnare. n. ꝓprie dicuntur terræ aquis non defluẽtibus coopertę. ſtagna ſiquidẽ paludes lacunæq; ac lamę uocantur. {Supereſſe} ſuperuenire. {Innocuos} inſontes, innocentes. {Nubila diſiecit} nubes diſſipauit. {Nimbis aquil. rem.} ab Aquilone depulſis. eſt. n. Aquilo uẽtus nubila expellẽs, ac ſerenitatẽ inducens, [Vnde idẽ αἰθρηγενέτης ab Hom. dicitur.] {Et cęlo ter. oſt.} eleganter. nã ita aquis tegebantur, ut aeri occultę eſſent terrę. {Cęlo} aeri. {Ira ma.} tẽpeſtas. {Manet} ꝑmanet, perſtat, ꝑſeuerat. {Tric. telo} periphraſis eſt tridẽtis. tres. n cuſpides habet, unde & tridens dictus eſt. {Mulcet aq.} mitigat mare tumidũ atq; iratũ. {Rector p.} Neptunus maris Deus. pelagus aũt eſt mare ꝓfundum dictum, ꝙ ꝓpe terram ſit. κατ' ἀντίφρασιν. nã ex πέλας ꝙ eſt ꝓpe & γῆ terra cõpoſitum eſſe uidetur. lõge ſiqdem a terra receſſit. {Innato mu.} ingenitis muricibus. ſingularis. n. ꝓ plurali frequenter ponitur & econtra. eſt aũt murex concha, ex cuius ſanguine purpureus conficitur color. {Tectum humeros} ſynecdoche poetica. tectos enim & coopertos humeros habentem intellegimus.

Themin. Romani Carmentã uocabant, ꝙ diuino ſpiritu afflata, q̃ uentura erant, carminib' caneret. auctor eſt Dionyſ. in pri. ant. et Euſeb. præp. euã. l. 3. ſed Diõ. nymphã et Theſpiodon. i. uaticinatricẽ. Ser. in 8. Æn. uaticinatricem tantũ fuiſſe contendit.

*Deucaliõ Promethei ex Oceana filius auctore Dionyſ. Halic. Ro. antiq. l. 1. uel ex Pandora, ut ſcribit Heſ. Apollonii cõm. in 3. Arg. quattuor fuiſſe Deucaliones oſtendit.

Cæruleum Tritona uocat; conchaque ſonanti
Inſpirare iubet; fluctusq́; , & flumina ſigno
Iam reuocare dato. *caua buccina ſumitur illi
Tortilis in latum, quæ turbine creſcit ab imo:
Buccina, quæ in medio concepit ubi aera ponto,
Littora uoce replet ſub utroq; iacentia Phœbo.
Tum quoq; , ut ora Dei madida rorantia barba
Contigit, & cecinit iuſſos inflata receſſus,
Omnibus audita eſt telluris, & æquoris undis;
Et quibus eſt undis audita, coercuit omnes.
Iam mare littus habet; plenos capit alueus amnes;
Flumina ſubſidunt: colleſq́; exire uidentur,
Surgit humus; creſcunt loca decreſcentibus undis;
Poſtq́; diem longam, nudata cacumina ſyluæ
Oſtendunt, limumq́; tenent in fronde relictum.
Redditus orbis erat: quem poſtquam uidit *apertum,
Et deſolatas agere alta ſilentia terras,
Deucalion lacrymis ita Pyrrham affatur obortis:
O ſoror, ò coniux, ò fœmina ſola ſuperſtes,
Quam commune mihi genus, & patruelis origo,
Deinde torus iunxit, nunc ipſa pericula iungunt:
Terrarum, quaſcunq; uident occaſus, & ortus,
Nos duo turba ſumus; poſſedit cetera pontus.
Hæc quoque adhuc uitæ non eſt fiducia noſtræ
Certa ſatis; terrent etiam nunc nubila mentem.
*Quis tibi, ſi ſine me fatis erepta fuiſſes,
Nunc *animus miſeranda foret? quo ſola timorem
Ferre modo poſſes? quo conſolante dolores?
Nanq; ego, crede mihi, ſi te quoq; pontus haberet,
Te ſequerer, coniux, & me quoque pontus haberet.
O utinam poſſem populos reparare paternis
Artibus, atque *animas formatæ infundere terræ.
Nunc genus in nobis reſtat mortale duobus;
(Sic uiſum eſt ſuperis) hominumq́; exēpla manemus.
Dixerat, & flebant. placuit cæleſte precari
Numen, & auxilium per ſacras quærere ſortes.
Nulla mora eſt: adeunt pariter Cephiſidas undas,
Et nondum liquidas, ſed iam uada nota ſecantes.
Inde ubi libatos irrorauere liquores
Veſtibus, & capiti, flectunt ueſtigia ſacræ
Ad delubra deæ; quorum faſtigia turpi
Squallebant muſco, ſtabantq́; ſine ignibus aræ.
Vt templi tetigere gradus, procumbit uterq;
Pronus humi, gelidoque pauens dedit oſcula ſaxo.
Atq; ita, Si precibus, dixerunt, numina iuſtis

RAPH. CÆRVLEVM Tritona} cæruleum mare proprie dicitur, & quicquid colorem habet maris. Triton autem fertur eſſe tubicē Neptuni, cui mādat ut receptui canat, fluuiosq́; in ſuos fontes reuocet. {Conchaq́; ſonanti} ſonanti dixit, ad differentiam concharum non ſonantium, quamuis quidam ſonaci putent eſſe legendum quod in exemplaribus non habetur. Triton autē pro tuba concha longiore utitur. re uera autem inueniūtur Tritones conchis canentes ut Plin. refert. [lib. 9. cap. 5. ubi, Tiberio principi, inqt, nunciauit Olyſſiponenſium legatio ob id miſſa, uiſum auditumq́; in quodam ſpecu concha canentem tritonem, qua noſcitur forma.] {Signo dato} facto ſigno, ut redeant. {Caua buccina deſcribit concham qua pro tuba uti ſolet Triton. {Tortilis in latum} retorta in latitudinem. {Quæ turbine ab imo} quę ab ore anguſto incipit, & in amplum deſinit ad turbinis ſimilitudinem. [Eſtq́; hæc interptatio eius quod ante dixit, tortilis in latum.] {Buccina quę in medio} elegans anadiploſis qua buccinæ laus exprimitur. cum enim inflatur, oīa litora reſonant. {Concepit ubi aera} poſtquam inflari cœpit. {Sub utroque Phœbo} ſole & oriente & occidente. eſt autem hyperbole poetica. ab oriente enim ad occidentem tubæ illius ſonitum audiri affirmat, qđ omnem excedit ueritatem. {Tum quoque ut ora Dei} hoc eſt, poſtquam ori Tritonis fuit admota. {Rorantia} ſtillantia. {Iuſſos receſſus} regreſſus fluuiorum a Neptuno impatos. {Coercuit} inhibuit, & continuit. {Iā mare littus habet} quo paulo ante carebat. {Subſidunt} diminuūtur & minus profunda fiunt. {Poſtq́; diē longam} poſt longum tempus {Nudata cacumina} foliis priuata atque ſpoliata. {Redditus orbis erat} hoc eſt, ſibiipſi orbis reſtitutus eſſe uidebatur. {Deſolatas terras} hoc eſt deſtitutas ab hominibus, & ab animantibus. {Lacrymis obortis} repente natis. {O ſoror, o coniux, o fœmina ſola ſuperſtes} pathetica eſt oratio, & affectus plena, qua Deucaliō maximopere ſibi Pyrrhā deuincit. [Taciteq́; eo inducit, ut ſecum de genere humano reparando conſiliū capiat. unde & ſequitur, Placuit cęleſte precari Numē &c.] {Et patruelis origo} Deucalion & Pyrrha patrueles fuerunt. nam Iapetus duos ſuſtuliſſe filios dicitur, Prometheum qui Deucalionem, & Epimetheū qui Pyrrhā genuit. {Deinde torus} lectus & nuptiæ. {Erepta} liberata ab hoc diluuio. {Miſerāda} miſericordia digna. {Paternis artibus} nam Prometheus, ut ſuperius diximus, terram in imaginem hominis figurauit eiq́; animam ex igne eductā immiſit. {Infundere} immittere. {Genus mortale} genus humanum. {Sic uiſum eſt ſuperis} parentheſis eſt & epiphonema, quo uti ſolemus, cum cauſſam alicuius rei aſſignare neſcimus. {Hominūq́; exēpla manemus} exēpla pro exēplaribus poſuit. exēplum eſt enim, qđ aut ſequamur, aut uitemus. exēplar aūt eſt ex quo aliud ſimile faciamus. {Per ſacras ſortes} per ſacra oracula & deorum reſponſa. [Eſtq́; ſpecies pro genere poſita κατὰ συνεκδοχὴν. proprie enim ſortes eadem reſponſa ſiue uaticinia dicūtur, quæ per ſortem eliciūtur. {Cephiſidas undas} Cephiſus fluuius eſt ex Parnaſi radicibus fluens, unde patronymicum finxit poeta. eſt etiam Cephiſis palus, in quam Cephiſus ipſe ingreditur. {Et nondum liquidas} nondum puras ac limpidas, ſed limo turbidas. {Sed iam uada nota ſecantes} ſed iam alueos ſuos tenentes: neq; enim ripis egrediebantur. ſecare nanque interdum incidere, interdum tenere ſignificat. unde ſectas philoſophorū dictas eſſe Seruius ait, quod propoſitum teneant. Virg. Ille uiam ſecat ad naues. {Inde ubi libatos irrorauere liquores} antiqui templa ingreſſuri, deosq́; precaturi, (id quod nos quoque facimus) prius ſe aqua aſpergebant, & lauabant: quam conſuetudinem Deucalion & Pyrrha, diis ſupplicaturi, ſeruarunt. {Irrorauere} inſperſere. {Libatos liquores} hauſtas aquas. {Ad delubra} ad templa. nam delubrum modo ſimulacrum Dei, modo tēplum ſignificat. Delubrū, quidem, ut ait Feſtus, proprie eſt lignum delibratū, quo antiqui pro ſimulacro utebantur. [Seu potius ipſe locus, ſiue cella, ubi ſimulacrum Dei conſecratum eſt. ut candelabrum ſignificat locum, in quo candelas figunt, ut Varro ait.] {Sacræ deæ} Themidis. {Quorum faſtigia} ſummitates. nam faſtigium eſt altitudo ac ſummitas cuiuſcunque operis. {Turpi muſco} muſcus herbula eſt minutiſſima, in locis humidis naſcens. {Squallebant} ſquallida & deturpata erant. {Stabantq́; ſine ignibus aræ} altaria ſine ſacrificiis erant. {Vt templi tetigere gradus} modum adorandi pulchre deſcribit. {Procumbit} procidit. {Pronus} ſupplex.

non tortilis in latū buccina, ſed quę tortilis ab imo turbine creſcit in latū, ne Ouid. deſipere faciamus.

*inanem*

*Quid animi*

*animos*

Remolleſcunt}

Victa remolleſcunt, ſi flectitur ira deorum;
Dic Themi, qua generis damnum reparabile noſtri
Arte ſit: & merſis fer opem mitiſſima *rebus.
Mota dea eſt, ſortemq́; dedit. Diſcedite templo,
Et uelate caput, cinctasq́; *reſoluite ueſtes,
Oſſaq́; poſt tergum magnæ iactate parentis.
Obſtupuere diu; rupitq́; ſilentia uoce
Pyrrha prior, iuſſisque Deæ parêre recuſat.
Detque ſibi ueniam, pauido rogat ore; pauetq́;
Lædere iactatis maternas oſſibus umbras.
Interea repetunt cæcis obſcura latebris
Verba datæ ſortis ſecum, inter ſeq́; uolutant.
Inde Promethides placidis Epimethida dictis
Mulcet: &, Aut fallax, ait, eſt ſollertia nobis,
Aut pia ſunt, nullumq́; nefas oracula ſuadent.
Magna parens terra eſt; lapides in corpore terræ,
Oſſa reor dici; iacere hos poſt terga iubemur.
Coniugis augurio quanquam Titania mota eſt;
Spes tamen in dubio eſt: & adhuc cæleſtibus ambo
Diffidunt monitis: ſed quid tentare nocebit?
Diſcedunt, uelantq́; caput, tunicasque recingunt,
Et iuſſos lapides ſua poſt ueſtigia mittunt.
Saxa (quis hoc credat, niſi ſit pro teſte uetuſtas?)
Ponere duriciem cœpere, ſuumq́; rigorem,
Mollirique mora, mollitaq́; ducere formam.
Mox ubi creuerunt, naturaq́; mitior illis
Contigit, ut quædam, ſic non manifeſta uideri
Forma poteſt hominis, ſed uti de marmore cœpta,
Non exacta ſatis, rudibusq́; ſimillima ſignis.
Quæ tamen ex illis aliquo pars humida ſucco,
Et terrena fuit, uerſa eſt in corporis uſum;
Quod ſolidum eſt, flectiq́; nequit, mutatur in oſſa;
Quæ modo uena fuit, ſub eodem nomine manſit:
Inq́; breui ſpatio, ſuperorum numine, ſaxa
Miſſa uiri manibus faciem traxere uirorum:
Et de fœmineo reparata eſt fœmina iactu.
Inde genus durum ſumus, experiensque laborum;
Et documenta damus, qua ſimus origine nati.

ARG. Poſt cataclyſmū factum, edidit terra Pythonem ſerpentem, ſpeciem ignotā mortalibus. hunc Apollo ſagittis interemit: &, ne eius aboleret nomen, inſtituit ludos & certamina, quæ iam in his ludis oſtendit. unde etiam Apollo Pythius eſt appellatus, ipſique ludi Pythii.

CEtera diuerſis tellus animalia formis
Spōte ſua peperit, poſtquā uetus humor ab igne
Percaluit ſolis, cœnumq́;, udæq́; paludes
Intumuere æſtu, fecundaq́; ſemina rerum

RAPH. REMOLLESCVNT} mollia & mitia fiunt. {Precibus iuſtis} precibus iuſtorum hominum. {Dic Themi} Themis Cęli & Terræ filia fuiſſe ab Heſiodo fingitur, quæ ante Apollinem, ut Strabo ait, in Parnaſo oracula reddebat. hanc fuiſſe deam, quæ iuberet homines id petere quod fas eſſet, ac potius eandem eſſe quod fas Pompeius ſcribit. Themis etiam mater fuit Euandri, quę Carmentis quoq; uocata eſt, ut legitur apud Plutarchum. eſt aūt uocatiuus græcus Themi. {Merſis rebus} deletis & oppreſſis, ac obrutis. {Sortemq́; dedit} oraculum et reſponſum qđ ſubiicitur. [Diſced. templo: quidam ex priſca religione hæc dicta uolunt, & templum pro ſpatio cęli, ab auguribus deſignato, accipiunt. quæ ut argutiora paulo ſunt, ita ipſis eadem relinquemus.] {Et uelate caput} operite ac tegite. {Cinctasq́; reſoluite ueſtes} hoc eſt, diſcingite ueſtes ueſtras, q̄ ſunt cinctæ. {Obſtupuere diu} per longum tēpus ſtupētes fuere admirati, quidnam ſibi uellet tale reſponſum. {Rupitq́; ſilētia uoce} locuta eſt. {Pauido ore} pro ipſa pauida. eſt enim hypallage, [ſeu potius ſynecdoche.] {Pauetq́;} q̄a timet. cā eſt nāque, qua Pyrrham merito uult uideri ueniā rogare. {Maternas umbras} matris animam. {Repetūt} mente reuoluunt. {Cæcis latebris} obſcuris uelaminibus. {Volutant} cogitant. {Inde Promethides} Deucaliō, Promethei filius. Prometheus autem dictus eſt, ꝙ ꝓuideat conſilia, quaſi προμηθεὺς mutatione δ in θ. μήδεα nanque conſilia dicuntur. unde etiam pro prudente accipitur. [Vel potius a πρὸ & μήθειν. quod uerbū antiquis idem, qđ μανθάνω diſco ſignificabat, ut ſupra quoque diximus.] Epimetheus pro imprudente: qui poſtea quam aliquid mali paſſus eſt, tum demum conſilium capit. {Epimethida} Pyrrhā, Epimithei filiam. {Mulcet} mitigat ac ſolatur. {Sollertia} ingeniū, prudentia. proprie autem acumē ingenii ac uelocitas ſolertia dicitur. {Nullum nefas} nullam impietatem. {Suadent} mandant, iubent. tametſi ſuadere proprie hortari ſignificat. {Magna pa. ter. eſt} recte oraculū interpretatus eſt Deucalion. nā terra merito magna parens dicitur, cum animata oīa atq; inanimata ex ea naſcantur. {Coniugis aug.} mariti uaticinio. {Titania} Pyrrha Iapeti Titanis neptis. {Diffidūt} non credunt. {Sed qd tentare noc.} aiunt, ſubaudiatur. eſtq́; ἐπιφώνημα quo ſeipſos mutuo cohortantur. {Velantq́; caput} tegunt, cooperiuntur. {Sua poſt ueſtigia} poſt terga. ueſtigia autē pedū ſigna dicuntur, ſed frequēter pro ipſis pedibus ponūtur. {Mittunt} iaciūt. {Quis hoc credat} parentheſis cū interrogatione admirationis plena, qua id, quod incredibile eſt, ueriſimili fieri uidetur. cū enim id priſci teſtentur, nobis quoq; eſt credēdum. {Vetuſtas} antiquitas, quę maximę eſt auctoritatis. hoc autem iccirco fingitur, ꝙ Deucaliō rex Theſſalię poſt diluuium, quo tota Græcia fuit inundata, rudes homines ac feros moribus ac legibus inſtruxit, quibus informati duritiem omnē ac feritatem depoſuere. {Molliriq́;} mollia fieri. {Ducere formam} accipere formam & figuram humanam. {Mitior} mollior. {Vt quædā} aliqua, ſiue aliqualis. quandam quidem, inquit, formā habere uidebantur ſaxa illa; ſed non humanam aperte præſeferebant figuram. talem autem habebant, qualē ſtatuæ marmoreæ inchoatę. {Sed uti} ſed tanq̄. {Non exacta} exculta, perfecta. {Rudibus ſignis} impolitis inelaboratisq́; ſtatuis. ſigna enim etiam ſtatuas ſignificant. {Quæ tamen ex illis} terrenæ, inquit, partes lapidum molles & humidæ in corpus fuere conuerſę; ſolidæ uero & durę in oſſa; uenæ autem in uenas. nam & lapides uenas ſuas habēt {Corporis} carnis. corpus enim proprie uiuentium dicitur, Caro mortuorum. {Superorum numine} deorum uoluntate. {Traxere} concepere. {Faciem traxere uirorum} figuram mariū accepere. {Experiensq́; la.} patiens laborum ac pœnarum. ſic Virg. Deucaliō uacuum lapides iactauit in orbē, Vnde homines nati durum genus &c. {Et documenta damus} experimēta. aliàs documenta ſunt exēpla, ut inquit Varro, q̄ docendi cauſſa dicuntur. {Qua ſimus origine nati} quā originē ſimus ſortiti. cum.n. tā patiētes laborū ſimus, facile oſtēdimus nos de lapidibus eſſe generatos. [Atq; hinc gręci etiānū λαοὺς dicūt populos ſiue hoīes, eo ꝙ ἐκ λάων, hoc eſt, ſaxis creati ſint. eſt itaq; uerſiculus quidā de eadem re apud illos:

Ἐκ δὲ λίθων ἐγένοντο βροτοί, λαοὶ δὲ καλεῦνται.]

{Cetera diuerſis} reliqua, inquit, animalia ex terra humida & ſole calefacta orta ſunt, id qđ fieri poſſe facile Ægyptus eſt documento. nā poſt Nili inundationem glebæ in uarias animalium figuras cōmutantur. hæc aūt iccirco a poeta inferuntur, ut cōmodius Daphnes in laurum metamorphoſin cū ſuperioribus cōnectat. {Vdæ pal.} humidæ. {Æſtu} feruore.

terris
reuoluite
terra parens.
Hoīes ex lapidib'.

Viuaci nutrita ſolo, ceu matris in aluo*
Creuerunt, faciemque aliquam cepere morando.
Sic ubi deſeruit madidos ſeptemfluus agros
Nilus, & antiquo ſua flumina reddidit alueo,
Aethereoque recens exarſit ſidere limus:
Plurima cultores uerſis animalia glebis




Inueniunt, & in his quædã modo *cœpta per ipſum
Naſcendi ſpatium, quædam imperfecta, ſuisque
Trunca uident humeris: & eodem corpore ſæpe
Altera pars uiuit: rudis eſt pars altera tellus.
Quippe ubi temperiem ſumpſere humorq;, calorq;;
Concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus.
Cumq; ſit ignis aquæ pugnax, uapor humidus oẽs
Res creat, & diſcors concordia fœtibus apta eſt.
Ergo ubi diluuio tellus lutulenta recenti
Solibus æthereis, altoq; recanduit æſtu,
Edidit innumeras ſpecies, partimq; figuras
Reddidit antiquas, partim noua monſtra creauit.
Illa quidem nollet, ſed te quoque, maximé Python,
Tum genuit; populisq; nouis incognite ſerpens
Terror eras: tantum ſpatii de monte tenebas.
Hunc Deus arcitenens, & nunquam talibus armis
Antè, niſi in damis, capreisque fugacibus uſus,
Mille grauem telis exhauſta pene pharetra,

RAPH. VIVACI ſolo} terra uitam ſubminiſtranti. {Ceu matris in aluo} tanq̃ in utero matris. {Cepere} concepere, contraxere. {Faciem aliquam} formam & figuram. {Septẽfluus Nilus} exẽplo declarat reliqua animalia ex terra ſpõte fuiſſe orta. Nilus autem fluuius ſingulis quibuſq; annis Ægyptum innundans, fecundam non ſolum frumentorum, ſed uariorum quoq; animaliũ eã reddit. Septẽfluus icirco dicitur quod ſeptem hoſtiis in mare erumpit, quorum nomina hæc a Diodoro memorantur. Peluſiacũ quod ad orientem uergit, Taniticum, Mendeſicum, Pharniticum, Sebẽniticum, Bolbiticum, & Canopicum. Nili autem ortus adeo eſt incertus, ut ipſum aſtapum .i. ortam e tenebris aquam uocẽt. [Vt Plin. lib. 5. c. 9. & Solin. c. 34.] Sane Nilus uariis nominibus fuit appellatus. nam primum a curſus uelocitate profunditateq; aquarũ: Aquila fuit uocatus. deinde ab Ægypto rege Ægyptus: tum a Nilo rege Nilus. tametſi quidam aſſerunt Nilum quaſi neilum dictum eſſe, παρὰ κτένιον qđ eſt iuuenis & nouus, q̃a ſingulis quibuſq; annis renouari uidetur, cũ totam Ægyptum inundat. [Vel magis quaſi νέαν ἴλυν, hoc eſt, nouum lutum trahens. quę etymologia cõmunior eſt, ab effectu uidelicet fluminis. trahit enim creſcens limum, quo agri Ægyptiorũ irrigantur & ſtercorantur. idem etiam Siris dicitur lingua Æthiopum, & Tritõ ut Plin. ait. Quod autẽ hic de glebis animari ſolitis, ab Ouidio dicitur, idem Pomp. Mela his uerbis tradit: Manifeſtum eſt, inquit, quòd ubi ſedantur diluuia, ac ſe ſibi reddidit per humentes campos quædam nondum perfecta animalia, ſed tum primum accipientia ſpiritũ, & ex parte iam formata, ex parte adhuc terrea uiſuntur. {Alueo} ſynæreſis eſt duarum uocalium in unam. {Æthereo ſidere} igneo ſole. {Modo cœpta} tantũmodo inchoata. ſed in uetuſtis exemplaribus legitur, modo nata, & recte quidem, ut intelligamus nuper & paulo ante nata. ibi autem eſt diſtinguendum, ut inde ſequens incipiat ſenſus. {Per ipſum Naſcendi ſpatium, quædam imperfecta} hoc eſt, propter breue naſcendi tempus imperfecta uidentur quædam. eſt aũt dyalyton. [Sed alii ad ſuperiora referre malunt, ut ſit ſenſus: quædam modo nata, ſiue cœpta per ipſum naſcendi ſpatium, hoc eſt tum primum & in ipſo ortu. quod haud ſcio an planius ſit.] {Quippe ubi temperiem} ex humore & calore ſecundum phyſicos ait, omnia generari. {Cumq; ſit ignis aquæ pugnax} quãuis, inquit, ignis aquæ ſit contrarius: calor tamen cum humore commiſtus omnia generat. {Et diſcors cõcordia} acute dictum quãuis fatue uideatur. nam calor & humor ſeparati pugnant & diſcordes ſunt: iuncti atq; miſti concordes ad agendũ atq; generãdum uidentur. {Fœtibus} partibus. {Lutulenta} lutoſa. {Recanduit} calefacta fuit. {Reddidit} repręſentauit ac reſtituit. {Illa quidem nollet} generaſſe ſubaudiendum. {Sed te quoque maxime Pythõ Tum genuit} Pythonem maximum ſerpentem ex terra ortum eſſe, ab Apollineq; fuiſſe interfectum narratur, a quo & Pythius Apollo fuit cognominatus, & Pythii ludi ad perpetuam rei memoriam fuere inſtituti. in quibus qui uiciſſet, eſculea corona (antequam laurus eſſet) coronabatur. eſt autem apoſtrophe ad ſerpentem. Python autem non ſolum in maſculino, ſed etiam fœminino genere uſurpatur. hic uero ſerpens Latonam inſtinctu Iunonis exagitaſſe, ac fere per totum orbem terrarum perſecutus fuiſſe, antequam Apollinem & Dianam pareret, in dialogo Iridis & Neptuni a Luciano memoratur. Pytho uero eſt urbs Phocidis, quæ alio nomine Delphi uocatur, παρὰ τὸ πύθεσαι: hoc eſt a corrumpendo: quòd illic Python ſerpens fuerit corruptus & in ſaniem reſolutus. Python quoque eſt, ut Solinus ſcribit, in Aſia campus patentiſſimus, quo primo quoque aduentus ſui tempore ciconiæ aduolant. porro Pythopolis duarum eſt urbium nomen: quarum altera Myſiæ, altera Cariæ eſt. [Porro, quem hic Pythonem uocat Ouid. Apollonius Delphinẽ uocat li. 2. Argon. his uerſibus:

- Σὺν δέ σφιν ἐῢς παῖς Οἰάγροιο
Βιστονίῃ φόρμιγγι λιγείης ἦρχεν ἀοιδῆς.
Ὥς ποτε πετραίῃ ὑπὸ δειράδι Παρνησσοῖο
Δελφύνην τόξοισι πελώριον ἐξενάριξεν
Κοῦρος ἐὼν ἔτι γυμνός, ἔτι πλοκάμοισι γεγηθώς.

loqtur. n. de Apolline, cui tũ ſacrificabãt Argonautæ, Orpheo inter ſacra citharam perſonante. Homerus aũt in hymno Apollinis eundem Typhaonem uocat, & ex terra precibus Iunonis editum dicit, cũ illa Ioui ob partum Mineruæ ſuccenſeret. & quia Apollo illi imprecatus dixerat, Ἐνταυθοῖ νῦν πύθευ, ἐπὶ χθονὶ βωτιανείρῃ, isq; eodem loco iacens cõputruiſſet, & loco nomen inde factum & ipſi Deo, ut Pythius uocaretur. {Tantum ſpatii de mõte ten.} acclamatio eſt, qua magnitudo ſerpẽtis declaratur. {Tenebas} occupabas. {Hunc Deus arcit.} Apollo qui cum arcu & pharetra pingebatur. {Capreisq; fugacibus uſus} capreę. capræ ſunt ſylueſtres uelociſſimæ. [Sunt & ſylueſtrium caprarũ genus Damæ, πρῶκες græcis dictæ.] {Exhauſta phar.} euacuata. pharetra aũt ſagittarum eſt repoſitorium, dicta παρὰ τὸ φέρειν τὰ τετρωκότα: hoc eſt a ferendis iis, quæ uulnerant.

uide Põp. Melã i Ægypto, & Antianum Marc. l. 22.

nata

Per

Perdidit effuſo per uulnera nigra ueneno.
Ne'ue operis famam poſſet delere uetuſtas;
Inſtituit ſacros celebri certamine ludos,
Pythia perdomitæ ſerpentis nomine dictos.
Hîc iuuenum quicunque manu, pedibus'ue, rota'ue
Vicerat; * eſculeæ capiebat frondis honorem.
Nondum laurus erat, longoq́ue decentia crine
Tempora cingebat de qualibet arbore Phœbus.

ARG. Daphne, Penei fluminis filia, cum omnium uirginum, quę in Theſſalia eſſent, ſpecioſiſſima haberetur, adeo quidem, ut deos pulchritudine ſua caperet: Apollo cum eam conſpexiſſet, forma eius expalluit. quam cum neque pollicitis, neque precibus adire potuiſſet, uim ut inferret, inſtituit: at illa curſu conſpectum eius effugere cupiens, patrem inuocauit: ut uirginitati ſuę, quam ſibi permiſerat, ferret auxilium: quam ille, auditis precibus filiæ, deorum ut uim effugeret, in laurum conuertit.

PRimus amor Phœbi Daphne Peneia: quem non
Sors ignara dedit, ſed ſæua Cupidinis ira.
Delius hunc nuper uicto ſerpente ſuperbus
Viderat adducto flectentem cornua neruo:
Quidq́ue tibi, laſciue puer, cum *fortibus armis?
Dixerat: iſta decent humeros geſtamina noſtros:
Qui dare certa feræ, dare uulnera poſſumus hoſti;
Qui modo peſtifero tot iugera uentre prementem,
Strauimus innumeris tumidum Pythona ſagittis.
Tu face neſcio quos eſto contentus amores
Irritare tua; nec laudes aſſere noſtras.
Filius huic Veneris, Figat tuus omnia, Phœbe,
Te meus arcus, ait: quantoq́ue animalia cedunt
Cuncta Deo; tanta minor eſt tua gloria noſtra.
Dixit, & eliſo percuſſis aere pennis
Impiger umbroſa Parnaſſi conſtitit arce:
Deq́ue ſagittifera prompſit duo tela pharetra
Diuerſorum operum: fugat hoc, facit illud amorem.
Quod facit, auratum eſt, & cuſpide fulget acuta:
Qđ fugat, obtuſum eſt, & habet ſub arundine plũbũ.

RAPH. PER uulnera nigra ueneno} hypallage eſt: nigrum enim uenenum per uulnera effuſum intelligimus. {Hic iuuenum quicunque manu pedibus'ue} quiſquis, inquit, Pythia uiciſſet aut pugnis, aut curſu, aut curru, eſculea corona donabatur. {Rota'ue} uel curru. ut a parte totũ intelligamus. {Eſculeæ frondis honorem} coronam ex frondibus eſculi cõfectam. nam eſculus arbor eſt glandifera, dicta, quòd priſci ex illius fructu eſcam ſumerent. [Porrò quod hiſtoriæ eſt, ad fabulam traxit. nõ enim Apollo inſtituit Pythia certamina, ſed Eurylochus Theſſalus cum Amphyctionibus, deuictis Cyrrhæis*, hominibus impiis & uiolentis, ut auctor eſt Pindari interp.] *Herculeæ* {Nondum laurus erat} concinne mutationem ſequẽtem cum ſuperioribus connectit. aſſignans enim cauſſam, cur pythiorum uictores eſculeam coronam acciperent, laurum (qua poſtea, qui uiciſſent, fuere, coronati) nondum fuiſſe ait, ſicq; deſcribit. quemadmodum Daphne Penei fluuii filia ab Apolline fuit amata, *talibus* qua cum nec prece nec precio potiri poſſet, ad uim ſeſe cõuertit. ipſa uero fuga ſibi conſulens, cum in eo eſſet, ut caperetur, patrem rogauit, ut ſibi auxilium ferret. ille uero precibus filiæ motus, eam in arborem ſui nominis cõmutauit. Daphne in laurũ. Daphne enim laurus interpretatur, dicta quaſi δαφωνὴ: quòd cum uritur quaſi uocem emittat. ſtrepit enim cum ardet, ut etiã Theocritus teſtatur. Eſt etiam Daphne, ut Strabo ait, Antiochię uicinũ & amœnitate inclytum nemus 80. ſtadiorum ambitu, quo in loco Antiochenſium conuentus agitabatur. appellatum eſt autem a Daphne Ladonis filia, ut Arrianus ſcri. Dionyſius uero ſacrum templo locum eum uocauit. [Eſt enim Apollini ſacer, conſecrato illi ibidem & fonte & luco.] {Decentia tempora} pulchrum caput. ut a parte totũ per ſynecdochen intelligamus. {Longo cri.} longis capillis. ita nanq; Apollo pingebatur.} Phœbus} Phœbus autem epipheton eſt Apollini, Soliſq; proprium, ſignificat enim purum. {Peneia} Penei fluuii filia. poſſeſſiua enim frequenter pro patronymicis, & contra pro poſſeſſiuis patronymica ponuntur. Aphthonius uero Daphnem Ladonis filiam fuiſſe ait. [Eodem modo & Pauſanias. Parthenius autem Amydę filiam facit. uariantq; poſteriores hi non nihil ab Ouid. nam Daphnen principio a Leucippo Oenomai filio amatam dicunt; qui cum illa potiri non poſſet, eo quòd a uiris abhorreret, & uenandi ſtudio uacaret, habitu uirginis aſſumpto & inter uenatrices puellas aſſiduo uerſatus, ad mutuum amorem illam pellexit. quam rem ægre ferens Apollo, ut qui & ipſe amore illius teneretur, fecit ut ceteræ puellæ, cum in Ladone amne lauare uellent, Leucippum, idem detractantem, ueſtemq; exuere negantem, ui nudarint; animaduerſoq; quòd uir eſſet, iaculis illum ſuis confoderint. ac tum demum Apollinem inſecutum eſſe Daphnen, accidiſſeq; ea, quæ hic ab Ouidio narrantur. Sũt autem qui fabulam hanc hoc loco in gratiam Augusti factam putent, ac per Apollinem quidem ipſum Auguſtum, per Daphnem autem Liuiam intelligi. ſed hæc argutiora.] {Sors ignara} fortuna imperita, quę nullum rerum habet delectũ. {Sed ſæua Cupidinis ira} ſed magna Dei amoris indignatio. Cupido nãq; maſculini generis Deũ ſignificat amoris: fœminini uero cupiditatem. duos uero Cupidines eſſe Plato ĩ Sympoſio ſcri. alterum cæleſtem & diuinum, alterum uulgarem atque plebeium: id quod Ouid. in Faſtis ſecutus eſſe uidetur, cum inquit, Alma faue, dixi, geminorum mater amorum. grę ci Cupidinẽ Erota uocant, unde heroes denominatos eſſe Plato ait in Cratylo. Deus autem, qui amori contrarius eſt, amoremq; diſſoluit, Anteros uocatur, q (ut Cicero in tertio de natura deorum ſcribit) ex Venere natus eſt & Marte. De Cupidinis autẽ parentibus uarię ſunt antiquorum opiniones. alii nanque ipſum Iouis & Veneris filium eſſe aiunt, Sappho autem Cęli & Terrę, Simonides Martis & Veneris; Ibycus & Heſiodus ex Chao Cupidinem natum eſſe ſcribũt; Orpheus ex Saturno ait eſſe natum. {Delius hũc nup} quomodo in amorem Daphnes Apollo inciderit, poeta deſcribit ita perſpicue, ut nulla fere opus ſit expoſitione. {Delius} Apollo a Delo inſula cognominatus, in qua una cum Diana natus eſſe perhibetur. {Adducto neruo} geſtum exprimit ſagittariorum. {Tot iugera} iugerum tantum terræ dicitur, quantum par boum die uno exarare poteſt. {Strauimus} proſtrauimus, interfecimus. ſterni enim ſtantia dicuntur, cum in terram deiiciuntur. {Tumidum} inflatum, ſuperbia elatum. {Neſcio quos amores} cum quodam contemptu hæc dicuntur, ac ſi diceret leues, molles, atque uiris negligendos. {Iritare} prouocare, ſtimulare. per ſimplex r, autem ſcribitur. nam irritare per duplex r, ſignificat uanum & irritum facere. {Tua ſagitta} tibi conueniente. Fax autem Cupidini attribuitur qua iuuenum animi amore inflammantur. {Nec aſſere} arroga, uendica. {Filius huic Veneris} Cupido. {Figat tuus} licet, cõiunctio ſubintelligenda uidetur. licet, inquit, tuus arcus omnia animalia figat: meum tamen tu effugere non poteris. ſicq; gloria tua tanto minor eſt ꝙ noſtra, quanto animalia, quæ tu feris, Deo ſunt inferiora. {Eliſo aere} impulſo. {Percuſſis pennis} alis. nam alatus Cupido pingitur. {Arce} cacumine, uertice. {Prompſit} deprompſit, excepit. {Diuerſorum operum} contrariorum effectuum. {Fugat} fugere facit & depellit. {Obtuſum} ſine cuſpide. [Plumbum autem habet ſub arundine, inquit, quod ſegnes & tardos ad amandum facit.]

Hoc Deus in nympha Peneide fixit: at illo
Læſit Apollineas traiecta per oſſa medullas.
Protinus alter amat: fugit altera nomen amantis
Syluarum latebris, captiuarumque ferarum
Exuuiis gaudens, innuptæque æmula Phœbes.
Vitta coercebat poſitos ſine lege capillos.
Multi illam petiere: illa *auerſata petentes,  aſpernata
Impatiens experſque uiri nemora auia luſtrat:
Nec quid Hymē,quid amor,quid ſint cōnubia,curat.
Sæpe pater dixit, Generum mihi filia debes:
Sæpe pater dixit, Debes mihi nata nepotes.
Illa, uelut crimen, tedas exoſa iugales,
Pulchra uerecundo ſuffundens ora rubore,
Inque patris blandis hærens ceruice lacertis,
Da mihi perpetua genitor cariſſime, dixit,
Virginitate frui: dedit hoc pater antè Dianæ.
Ille quidem obſequitur:ſed te decor iſte,quod optas,
Eſſe uetat; uotoque tuo tua forma repugnat.
Phœbus amat, uiſæque cupit connubiá Daphnes:
Quodque cupit, ſperat:ſuaque illum oracula fallunt.
Vtque leues ſtipulæ demptis adolentur ariſtis,
Vt facibus ſepes ardent, quas fortè uiator
Vel nimis admouit, uel iam ſub luce reliquit:
Sic Deus in flammas abiit, ſic pectore toto
Vritur, & ſterilem ſperando nutrit amorem.
Spectat inornatos collo pendere capillos:
*Ecquid ſi comantur, ait? uidet igne micantes  Et quid,ut ſit ſenſus, Et quid eſſent, ſi comerentur,? quando ita inornati tā decentes & pulchri ſūt?
Sideribus ſimiles oculos: uidet oſcula, quæ non
Eſt uidiſſe ſatis: laudat digitoſque, manuſque,
Brachiaque, & nudos media plus parte lacertos.
Si qua latent, meliora putat. fugit ocyor aura
Illa leui; neque ad hæc reuocantis uerba reſiſtit,
Nympha, precor, Peneia, mane, non inſequor hoſtis,
Nympha mane: ſic agna lupum, ſic cerua leonem,
Sic aquilam pennā fugiunt trepidante columbæ,
*Hoſtes quæque ſuos. amor eſt mihi cauſſa ſequendi.  id eſt, quæque earum ſuos hoſtes, agna lupum, cerua leonem, columbæ aquilam fugiunt. hoc enim dixi, quia multi huic ſcopulo illiſerūt.
Me miſerum, ne prona cadas, indigna'ue lædi
Crura notent ſentes, & ſim tibi cauſſa doloris.
Aſpera, quā properas, loca ſunt. *moderantius, oro,  moderatius
Curre, fugamque inhibe: moderantius inſequar ipſe.
Cui placeas, inquire tamen: non incola montis,
Non ego ſum paſtor; non hîc armenta, greges'ue
Horridus obſeruo. neſcis temeraria, neſcis

RAPH. HOC} obtuſo.ad propinquius.n.hoc pronomē refertur, illud ad longinqus. {Traiecta p oſſa} trāsfixa p oſſa,trāſeūte ſagitta. {Exuuiis} pellib⁹. exuuię dnr ſpolia nō ſolū q̄ hoib⁹ detrahuntur,ſed ēt q̄ aliis animalibus. exuuiæ aūt ferarū pelles dicuntur. {Captiuarū} captarū. {Innuptæq; ęmula Phœbes} imitatrix Dianę, q̄ perpetua gaudet uirginitate. {Vitta coer.} quo modo Daphne Dianæ eſſet imitatrix, exponit. nā neq; ornatu capitis gaudebat,& uiros oēs aſpnabaī. Vitta tegmē eſt capitis muliebre. [Signate uitta qm̄ erat pudicitię inſigne. idē in 2. de Calliſto, Vitta coercebat neglectos alba capillos. & in 5. de Arethuſa, Crinales uittas afflabat anhelitus oris. idē in 3. Faſtorū, ubi ſic Syluia ueſtalis uirgo ad ſemet ipſam loqtur: Ignibus Iliacis aderant cū lapſa capillis, Decidit ante ſacros lanea uitta pedes.] {Sine lege} ſine ordine. {Auerſata} aſpernata. {Luſtrat} peragrat, circūit. {Nec quid hymen} Hymē proprie eſt cartilago quædam in uulua uirginis, q̄ in primo coitu frangi dicitur. p Deo quoq; nuptiarū qui & Hymenæus, ac pro nuptiis ipſis ponitur. {Tedas iugales} nuptias. a parte.n. totū intelligimus. nouis.n. nuptiis quinque faces accēſę præferebantur, ut ſcribit Plutarchus in pblematis. Teda aūt arbor eſt, ex qua optimæ conficiuntur faces. {Verecundo rubore} pudico & a uerecundia proueniente. {Blandis lacertis} pro ipſa blanda. ſic Virg. Sceleratam intorſerit haſtā, pro ipſe ſceleratus. eſt.n. hypallage, qua frequēter poetę utuntur. {Dedit hoc pater ante Dianæ} exēplo perſuadere nititur patri Daphne, ut ſe uirginem uiuere pmittat. nā & Iupiter cōceſſit Dianę filię, ut perpetua frueret uirginitate. {Pater} Iupiter. {Ille qdem obſeqtur} Peneus pater morē gerit tibi, inqt Ouid. eſt aūt apoſtrophe & conuerſio ſermonis apud puellā. {Decor iſte} pulchritudo iſta tua excellēs. {Tuo uoto} tuæ cupiditati. {Fallunt} decipiunt. id.n. ſperabat quod minime eſt aſſecutus. {Vtq; leues ſtipulę} duplici ſimilitudine & ſtipularum & ſepiū ardentiū oſtendit poeta, q̄ uehementi amore Daphnē pſequeretur Apollo. {Adolentur} ardent, cōburuntur. {Dēptis ariſtis} ablatis ſpicis. partē.n. pro toto poſuit. ariſtæ nanq; partes ſunt ſpicæ acutiſſimæ, ſic dictæ, q primū areſcant. {Vt facibus ſepes ardent} ſepes ex arbuſtis conſtant, qbus ab ingreſſu agrorū uiatores arcentur. {Quas forte uiator} uiator a uia, ſiue potius a uio, qd̄ niſi in compoſitione in uſu nō eſt, ut obuio, deuio, deriuatur. atq; is proprie dr̄ q iter aliqd̄ ſuſcipit peragendū, tametſi apud Romanos ii uiatores dicebantur, q magiſtratus ex agris in urbē euocabāt, ut Plin. ſcribit. {Vel nimis admouit} uel nimis prope ſepes poſuit. {Sub luce} circa lucē diei aduenientē. ſolent.n. uiatores noctu faces ſecū ferre, quas adueniente luce iuxta ſepes relinquunt. {In flāmas abiit} accenſus & inflāmatus eſt amore Daphnes. {Sterilem amorem} uanū, ex quo nullā uoluptatē eſt habiturus. {Ecquid ſi comantur ait} Ecqd, dictio eſt interrogātis, per c ſcribitur. {Comātur} ornentur, ac ſi diceret: ſi ornarētur capilli, multo decētiores eſſent. {Micantes} fulgentes. {Videt oſcula} parua ora, nō baſia. eſt.n. ab ore diminutiuū. os aūt paruum maxime uirginem cōmēdat. {Quę non eſt uid. ſatis} illā.n. etiam oſculari cupiebat. {Laudat digitoſq;} morē exprimit elegantium amatorum, qui omnia amicarum ſuarum mēbra laudare ſolēt. {Et nudos lacert.} mulierum Romanarum habitū deſcribit, q nunc quoq; multis eſt in uſu. {Si qua latent, meliora putat} non de pudendis, ut inquit Fabius, eſt intelligendum, ſed de iis omnibus corporis partibus q̄ ueſte occultātur. {Neq; reſiſtit} neq; conſiſtit, neq; remoratur rurſum. alias reſiſtere repugnare eſt & aduerſari. {Reuocantis} Apollinis. {Nympha p̄cor} hac oratione Apollo conatur Daphnē perſuadere ne ſe fugiat, ſed ī ſuos deueniat amplexus. {Nympha mane} elegās repetitio, amatoriæ orationi maxime conueniens. {Sic agna lupum} his ſimilitudinibus oſtendit Apollo, ſe ut hoſtem a Daphne uitari, cū ipſam amore captus ſequatur. eſt autē hypozeugma. fugit enim uerbum eſt ſubaudiendum. lupum uero, ut hoſtem, oues natura, & cerui leones, ac denique omnia animalia bruta ſuos quæque fugiunt hoſtes. {Penna trepidante} cū quodam timore properantibus alis. aquila uero ab aquilo, hoc eſt fuſco & ſubnigro colore eſt dicta, quamuis quidam ab acute uidendo illam denominatam uelint, ut ſcribit Pompeius. {Me miſerum ne prona cadas} ex arte ſe ſollicitum eſſe ſignificat de ſalute puellæ, qua potiri cupiebat. {Notent ſentes} pūgant ac lacerent ſpinæ. ſentes enim numero plurali ſpinæ dicuntur. {Moderantius curre} modeſtius, lētius. {Fugamq; inhibe} contine fugam, noli fugere. {Horridus obſeruo} incultus cuſtodio. {Armenta, gregeſq;} armentum id genus pecoris appellatur, ut ait Sext. Pompeius, quod eſt idoneū ad opus armorum: grex uero fit ex capris, porcis, ouibus'ue, & ſimilibus, etiam ex bobus, ut grex ſit generalius nomen, armentum ſpecialius. **Cicero in Philippicis**, Cecidit greges armentorum.

Noua additio.

Mihi

Quem fugias, ideoque fugis. mihi Delphica tellus,
Et Claros, & Tenedos, Pataræaque regia ſeruit:
Iuppiter eſt genitor: per me quod eritque, fuitque,
Eſtque, patet: per me concordant carmina neruis.
Certa quidem noſtra eſt; noſtra tamen una ſagitta
Certior, in uacuo quæ uulnera pectora fecit.
Inuentum medicina meum eſt; opiferque per orbem
Dicor, & herbarum ſubiecta potentia nobis.
Hei mihi, Quòd nullis amor eſt medicabilis herbis;
Nec proſunt domino, quæ proſunt omnibus, artes.
Plura locuturum timido Peneïa curſu
Fugit, cumque ipſo uerba imperfecta reliquit.
Tunc quoque uiſa decens. nudabant corpora uenti,
Obuiaque aduerſas uibrabant flamina ueſtes,
Et leuis impulſos retro dabat aura capillos.
Aucta fuga forma eſt: ſed enim non ſuſtinet ultra
Perdere blanditias iuuenis Deus: utque monebat
Ipſe amor, admiſſo ſequitur ueſtigia paſſu.
Vt canis in uacuo leporem cum gallicus aruo

RAPH. MIHI Delph. tel.} artificioſe & potentiam & genus & præclara inuenta commemorat Apollo, ut ad ſe amandum Daphnen alliciat. horum nanq; ſingulis muliebres animi maxime capiuntur. {Delphica tellus} Delphi urbs eſt Phocidis ad Parnaſſum, ubi templum Apollinis & opibus & certis oraculis clariſſimum fuit, unde oracula Delphica ſunt dicta. Delphi autem fuere cognominati, quòd Apollo Delphini ſimilis illuc nauigauit. Delphis autem eſt adytũ ex quinque lapidibus extructũ opus Agamedis et trophonii. {Et Claros} urbs eſt Lycię Colophoni propinqua, Apollini dicata. unde & Clarius cognominatur. illic nãq; eſt Apollinis oraculum a Manto Tireſię filia conſtitutũ, uel a Claro quodam Heroe, a quo etiã fuit appellata, ut Theopompus ait. Nearchus autem ſcribit Clarõ ſorte Apollini contigiſſe, atque a ſorte, hoc eſt ἀπὸ τοῦ κλήρου denominatam fuiſſe. alii uero aiunt Clarõ fuiſſe appellatam, quòd illic Neptunus & Mars fuerunt ſortiti. alii a lacrymis Mantus, quam pœnitebat patriã reliquiſſe, dictum eſſe Claron per permutationem λ, in ρ. nam κλάλος lacrymam ſignificat. fons certe apud Claron ex Mantus lacrymis fertur ſcaturiſſe. {Et Tenedos} Tenedos inſula eſt ad Helleſpontum una ex ſporadibus, quæ prius Leucophrys fuit appellata. a Tene autem Tenedos eſt dicta, quaſi τένου ἕδος, hoc eſt, Tenę ſolum. unde Tenedius deriuatur. eſt etiam Tenedos urbs Lyciæ, uel, ut alii aſſerunt, Pamphilię. quam ſub tutela ſua eſſe Apollo ait. {Pataræa regia} Patara urbs eſt Lycię a Pataro Apollinis & Lyciæ filio appellata, in qua Apollo maxime colebatur. unde & Pataræus fuit cognominatus. Alexãder autem ſcribit, ut Stephanus refert, Salaciam puellam ex Ophionide ſacra Apollini afferẽtem in Pataris, in uia depoſito uaſe quieuiſſe. illa uero erant pemmata, lyræ, arcus & ſagittæ, quibus infantes ludunt. uento autẽ flante Pataram, hoc eſt ciſtam, in mare fuiſſe delatam; puellã autem flentem domũ rediiſſe; ac Pataram ad Licoirum Cheroneſum aduectam fuiſſe; quendam aũt ex profugis a Salacia in Pataram incidiſſe, & quæ in illa erant pemmata combuſiſſe, ac Cheroneſum Apollini conſecraſſe, totamq; illam regionem a Patara uaſe, Patara denominaſſe. Patara autem græce interpretatur ciſta. unde pataręus & patareius declinantur. {Iuppiter eſt genitor} Apollo nanq; Iouis ex Latona filius fuiſſe perhibetur. {Per me qđ eritq;} Apollo ſe Deum eſſe uaticinationis ſignificat. {Per me cõcordãt carmina neruis} hoc eſt, muſices & harmoniæ ego ſum inuentor. {Carmina} cantilenæ. {Neruis} chordis. {Certa quidem noſtra eſt} ſe peritum quidem eſſe ſagittarium profitetur, ſed Cupidinẽ, a quo eſt percuſſus, peritiorem eſſe ait. {In uacuo pectore} libero amoris affectu. {Opiferq;} opem ferens & auxilium, opifex uero opus faciens. nam Apollo a græcis tum ἀκέσιος, tum ἀλεξίκακος uocatur. quod & morbis medicina & in malis opẽ ferat. unde a latinis opifer fuit cognominatus. {Hei mihi} dolet Apollo quòd nullam inueniat medicinam, quę amorem leuet. Hei autem dolentis eſt interiectio, quæ cum datiuo copulatur. {Timido curſu} hypallage eſt. ipſa enim timida intelligitur. {Tum quoq; uiſa dicens} cum, inquit, curreret Daphne, uiſa eſt decora & pulchra. {Corpora} corporis membra & carnes. Corpus enim uiuẽtium, Caro dicitur mortuorum. {Vibrabant} uentilabant, agitabant. {Retro da.} retro uertebat. {Iuuenis deus} cauſſa eſt, cur nõ ſuſtineret ultra blãdiri. iccirco enim diutius ſuſtinere non poterat, quia iuuenis erat. {Perdere blanditias} proiicere blanda uerba. {Admiſſo paſſu} uelocibus paſſibus. {Vt canis i uacuo} pulchra ſimilitudine declarat & Daphnes fugientis & Apollinis inſequentis uelocitatem. {Canis gallicus} qui nunc leporarius uulgo appellatur. {In uacuo aruo} in aruo demeſſo.

COEL. POSTEA uero quàm in canum pragmatiam incidimus, non grauabimur pluſcula, q̃ hinc inde aucupati ſumus, huic potiſſimũ loco impingere. Canes igitur in primis generoſas aduertimus, Laconicas, Arcadicas, Locridas, Celticas. unde & Ouid. Met. 1.

Vt canis in uacuo leporẽ cum gallicus aruo
Vidit, & hic prædam pedibus petit, ille ſalutem.

Ibericæ item celebrantur, & quæ uocantur carinę, id eſt, καρίναι, Creticę, Moloſſicę, Fretrinę, Hyrcanæ, Indicæ. legimus porrò nuncupari canes quoſdam pſyllicos, puto, ab Achaiæ ciuitate, ni Cypſelicos malis, qñ eſt in Arcadia munitus locus Cypſela, cuius apud Thucydidem mentio ſit, hiſtoria quinta. eſt & in Thracia nominis eiuſdẽ adiacens Hebro ciuitas. nam Cypeſele. i. τὶ ὑψέλη, uaſis eſt, aut menſurę ſpẽs. Cypſelidas uero auriũ dicunt marmorata. Cypſeli ſunt quos etiam apodas uocant, hirundinibus ſimiles. porrò ſunt Elymæi canes a populis in meditullio Bactrorum & Hyrcanię. Caſtorii autem, & Menelaides, & Harmodii a dominis appellationem traxere. Illud minus prætereundũ, prodidiſſe quoſdam, Laconicas antiquitus eſſe ex uulpibus natas, & canibus, quo nomine appellari etiã quãdoq; alopecidas: ſicuti Arcadicę ex leonibus creduntur ꝓueniſſe, unde & leõtomiges dictę. Indicarum ſobolem prodit Ariſtoteles etiam ex tigribus factam. at Nicander Colophonius ex canibus Actęonis Indicos ſcribit propagatos: quæ a rabido furore reſipiſcẽtes, Euphrate trãſmiſſo, in Indos uſq; aberrarint. In parte Indorum, ubi regnaſſe Sophites memoratur, & gentem eſſe ſapiẽtia præcipue inſignem, nobiles ad uenãdum tradunt canes, quiq; latratu abſtineãt, cũ uidere ferã, leonibus maxime infeſti. Iucũdũ relatu id quoq;: Chaonidas & Molottidas ꝓlem tradi eius canis, quẽ ęre moneſio ubi cõflauit Vulcanus, immiſſa quoq; aĩa, Ioui dedit dono, is uero Europę, hęc Minoi, Minos Procridi: illa uero Cephali eſſe uoluit munus. eius hęc fuit natura, ut uitari nõ poſſet, ubi inſeq occepiſſet. ſicuti Teumeſia uulpes fuiſſe narratur incõprehẽſibilis. q̃ rõ utrunq; deformauit in lapidẽ. Sũt q Chaonidas, de Chao inter luporũ genera memorato, ꝓgenitas ſuſpicẽtur, atq; inde nuncupatas. Creticos canes in duo genera diſtribui, animaduerto. alios. n. diaponos dici audio, alios uero parippos: & illis qdem in uenando gloria plurima: noctes etiam addũt labori, ſæpeq; feris aſſidentes dormiũt, mox orta luce depugnãt. Parippi uero cũ eqs currere cõſueuere tãta quoq; arte, ut neq; p̃cedãt unquã fere, nec ſubſequant. Reperio itẽ, ꝓpe paludes, q̃ ad meridiem ſunt, eſſe canes, q dicuntur cynamolgi, qbus lac bubulũ cibus gratiſſimus. eorũ cũ Indicis bobus certamina Cteſias celebrat. Pyrrhi canis cuſtodia dñi lõge clariſſimus, & qa in defuncti quoq; rogum aſſiluit. Heſiodo interfecto aſſiſtẽtes canes etiã auctores cędis coarguere latratu. Honori defuncti canis ciuitatẽ conſtituiſſe Magnũ Alex. Theopõpus ſcribit. nobilis eſt Atalantę canis, Aura nomine: quam cum Calydonia ſus peremiſſet, bruto ſepulcrũ indigenæ ſtruxere: ſicut in Helleſponto, quod uocant cyno-

ſema. ſic enim interpretari libet, ne fabuloſa conſectari uideantur. Geryonis canis, Gargittios nomine, Cerberi frater, ab Hercule cęſus in Iberia quoq; monumētū habet. Actęonis canum apud Æſchylum nomina hæc, Corax, Harpyia, Charon, Lycitas. nam Hippocentaurus Xenophontis fuit canis, ſicut Lethargus Hippāmonis, qui etiam cum domino ſepultus dicitur, teſtante quoq; epigrammate, quo ſignificatur Hippāmoni fuiſſe equum nomine Podargum; canem uero, ut diximus, Lethargum; ſeruum porrò, qui diceretur Babes. ſed & epigramma ipſum appoſuiſſe præſtiterit:

Ἀνδρὶ μὲν ἱππάμμων ὄνομ' ἐστὶν, ἵππῳ δὲ πόδαργος,
Καὶ τὸ κυνὶ λήθαργος, καὶ θεράποντι βάβης.

Dicuntur uero lethargi canes, clādeſtine taciteq; adeūtes, ac morſum infigentes: unde adagium in eos, qui ironico ingenio, & ad diſſimulandum aptiſſimo, deniq; excarnificāt, & letali ueneno animam quoq; lancinant. Syagrum dicit Sophocles canem, qui ſuum uenationi ſit aptiſſimus. eſt & propriū nomē Syagrus Herodoto, item Phylarco. ſunt qui agreſtem ſuē, ſyagrum intelligāt. apud Lynceū ſyagria legunē quoq;. Aſchedorū Siculi ſyagrum nuncupant, ſicuti meminit Æſchylus. i. ἀχίδορον. apud Theocritum eſt in Daphnide, ac Menalcha Lāpurus canis nomē, ex ratione albicantis caudę, ut inquit interpres, uel a peruigili cura, & ſolerti cuſtodia, παρὰ τὸ λάειν καὶ ὁρεῖν. i. a uidendi ſeruandiq; diligentia: uel qm̄ ſit uulpi aſſimilis, quā Lampuron uocant. uidetur & Acalanthis nobiliſſimi canis nomen: unde illud eſt Ariſtophanium,

Ἀκαλανθὶς ἐπειγομένη τυφλὰ τίκτει.

Acalanthis feſtinabunda occæcatos parit. quidam tamen eo nomine aues intelligunt, quas nonnulli baſilicas nuncupant. Mæram, id eſt μαῖραν, dicunt Orionis canem, proprie tamen eo nomine capra ſignificatur λευκομέλαινα, id eſt ex albo nigricans. Vertagos dici canes legimus uerbo, uti uolunt, peregrino apud Firmicum Metheſeos quinto, ſponte qui in uenationem exeant, leporibus infeſti præcipue. Martialis,

Non ſibi, ſed domino uenatur uertagus acer,
Illæſum leporem qui tibi dente feret.

Fuit & apud Locros ξυλίνη κύων. i. lignea canis, ſed ea habet hiſtoriā qppe Locro cuidā reddita ſors eſt, ibi ciuitatē cōderet, ubi canis lignea morſum ei infixiſſet. quo noīe, cū ad alterū enauigaſſet maris litus, calcauit κυνόσβατον, id eſt cynosbatū: inde cū ſuſpicaret̄ finem habere oraculum, ciuitates cōdidit, quas Locri hn̄t Ozolę. Catenariū canem legimus apud Senecā, ſicut apud alios lucernarium. Dignū uero relatu, qd' in Hecatæi lectum monumētis eſt, fuiſſe in Tænaro ſerpentem meticuloſum, quē dixerunt ᾅδου κύνα, id eſt Plutonis canē: qm̄ morſum eueſtigio inſequeret̄ mors ueneni poteſtate uiolenta. eum tamen ab Hercule ad Euriſthea fuiſſe productū, unde irrepſerit Cerberi fabella. quē princeps Homerus dixit, ᾅδου κύνα. Caninam mortem Græci difficilem intelligunt, quoniam difficulter animam efflare deprehenſum ſit animal hoc: a quo etiam prouerbium eſt, δῆγμα κυνὸς λυττῶντος, quod eſt noſtris uerbis, Rabidi canis morſus: in eos, q infecti ipſi malorum congreſſu, alios itidē inficiunt. etenim recepta opinio eſt, & expoſita a Luciano, non mō rabie agitari, & aquā expaueſcere, quos ita affectus canis momorderit, ſed & ipſos item retinere uim, eundē imprimēdi morſum, atq; ita deinceps fieri hydrophonicos oēs, hoc eſt timorē aquæ cōcipere, ut fiat q̄dā rabidorū catena. Lucianus, καὶ σὺ τοίνυν ἔοικας αὐτὸς ἐν ἀκράτως δηχθεὶς ὑπὸ πολλῶν ψευσμάτων, μεταδεδωκέναι τι ἀμοὶ τοῦ δήγματος. ſcribit Homerus, Apolline peſtē Græcis immittēte, mulos primū, & canes concidiſſe. id uero exactius interpretātes eruditi, ex odorandi præſtantia factum, cōiectāt: q ſenſus adeo in mulis p̄cellat, ut derelicti alicubi uel odore ſolo redeant in ſemitam. ꝓinde huiuſmodi tabidā uim cōcipere facilius, p̄cipueq; canes purum in primis aerē exigētes, ſed & inter hos albi eo amplius qm̄ coloris eius corpora q̄ nigra, ſint rariora, atque laxiora. quāq̄ non latet, ab Porphyrio apud Homerum, κύνας ἀργοὺς accipi nō albos, ſed celeres. ſicuti per paralepſim alibi ἀργίποδας itē canes dicit. putat Heraclitus Ponticus, iumenta peſte infici primū quia deiecta in terram, & prona in paſtū τὰς νοσώδεις ἐκεῖθεν ἀτμοὺς trahāt, ꝓcliuius homine, cuius eſt ſurrectū corpus, purius & ſublimi ſpirāte. Illud neutiquā negligēdum canes, ubi mire in Venerem feruntur, dici σκυζᾶν, ſicuti ſues κάπρίζειν, uaccas ταυριᾶν, equos ἱππομανεῖν. i. equire, unde ꝓductū in fœminas libidinoſas conuiciū ab uno aīlium modo. Ægritudines canū præterea tres uideor p̄cipue comperiſſe, λύτταν, hoc eſt rabiē, podagrā, cynanchē. uerum rabies ſanari difficulter poteſt, podagra nō oīno medicinā neſcit, at cynanche, ſiue angina euidens promittit exitiū. porro qcqd rabidus canis momorderit, interit certiſſime, homo tm̄ euadit, ſed uix. Ariſtoteles uero libro de aīaliū hiſtoriis ſeptimo, Canes, inqt, tribus laborāt uitiis, rabie, angina, podagra. facit rabies furorē, & q̄ momorderint, oīa rabiunt prius hoīe, ſicuti & legit & interpretat̄ Nicolaus Leonicenus. Intereunt canes hoc morbo, & q̄ morſa ſunt, prius hoīe. ſcribit ſeptimo de aīalibus Albertus, iam ſe hoīem uidiſſe, cui in brachio morſum infixiſſet rabiēs canis. anno aūt ſeptimo poſt cicatricis locū intumeſcere cœpiſſe, atq; intra biduum interiiſſe. Auicenna quoq; quorūdam ſententias aduocat, q dicerent, poſt duodecimū a morſu annum in rabiē aliqn̄ incidere nōnullos. Quod uero ſerius, q̄ cetera animalia tabificam rabiendi uim præſentiant homines, efficit id naturæ diſſimilitudo. nā & in contagioſis morbis homines ab hominibus, & ſanguine coniunctis inficiuntur facilius. ceterum rabies canum, Syrio ardente, peſtifera in primis homini eſt, atq; ita morſis letalis aquæ metus, uti Plinius inquit. ad morſum uero unicum eſſe, remedium, & quidem oraculo quodā repertum, idem ſcribit, radicem uidelicet ſylueſtris roſæ, quæ cynorrhoda appellatur. nobis uero ſuppetit potentius adhuc medicamē, ſed & ipſum cælitus petitum. Eſt in Rhodiginis paludibus diui Bellini templum, miraculorū frequentia celeberrimū, & affluxu hominum etiam notiſſimū. erectæ ædis cauſſa fere publica eſt. pulſus is diuus Patauio, graſſantibus nobilium pleriſque, quod ſeuerius ſanctiusq;, q̄ ab illis ꝓbari poſſet, epiſcopum ageret, inſectantibusq; inimiciter aduerſariis, in paluſtre agri noſtri ſolum, quīdecim millibus paſſuū Rhodigio diſtans, diuertit. cū manus hominum euaſiſſe uideretur, canum rabiē non euaſit, a quibus eueſtigio conuulſus diſcerptusq;, mox in diuorum indigitamenta relatus, templum in illis emeruit locis, in quo & arca marmorea ferreis occluſa cancellis, latet ſanctiſſimū eiuſdem corpus. Templi uero ex necis genere ea cęleſtis eſt proprietas: ſi quis clauē ſibi quæſierit, qua ędis ualuæ recludātur, ac ea cādente, quicquid rabie agitari orſum ſit, attigerit; præſentiſſimū eſt remedium, & nunq̄ non uerum. Timoris uero aquæ, ὑδροφοβικὸν uocant πάθος, cā ex eruditorū ingenio affertur non una. ſunt qui opinentur, immoderatam ſuperuenire ita affectis corporibus ſiccitatem, humecto ſubſtantiali penitus demutato. at Rufus in melancholiæ ſpeciem euadere ſentit morbū hunc, ueneno humorē id genus aſſimulante. ſcimus aūt ex melācholicis alios alia metuere. ſunt qui arbitrentur, canis, a quo impactus ſit morſus, imaginē ab iis concipi in aquis, atq; inde compaueſcere. Poſtremo aūt ante q̄ huic capiti coronidem impingā, ſuccurrunt aliqua item. id prius ex hiſtoria, quod apud noſtrates etiamnū durat. Apud Bactrianos uulgo prouerbiū uſurpari ſolitum, canem timidum uehemētius latrare, q̄ mordere: altiſſima quæque flumina minimo ſono labi. Porro dicitur græcis κύων, de cane, ut docuit Euſtathius, παρὰ τὸ κύω, quod amare nobis indicat. Cyneam uero cum legis, pellem fluuiatilis intellige canis, quam capitis tegumento galeæ uice ueteres adhibuiſſe, palam eſt, inde ſeruatum, ut ꝓ galea dicatur cynea. Cynulchos uocant, qui ſecū ducant canes. Panagyrin porro canum mēſe Auguſto ab Romanis ſolitam celebrari, auctores græci ſunt, monumēto urbis captæ ab Gallis. tūc uero cædebantur canes, qui & ἀνύλακτοι. i. ſine latratu agebāt, anſeribus ampliter, ſonoreq; inclamantibus. Hoc ipſum arbitror a Plinio ſignificatū lib. 29. ubi canes, ait, annua pendere ſupplicia inter ædem Iuuētutis & Sumani, in furcas uiuos arbore fixos ſambucea. Cinopeta in Nicandri Theriacis beſtiæ intelliguntur, q̄ in ſolo mutantur, uelut κυνοπόδα τινὰ ὄντα, uti iam attigimus pauloante.

Pedibus

Vidit; & hic prædam pedibus petit, ille ſalutem:
Alter inhæſuro ſimilis, iam iamq; tenere
Sperat, & extenſo ſtringit ueſtigia roſtro;
Alter in ambiguo eſt, an ſit comprenſus, & ipſis
Morſibus eripitur, tangentiaq; ora relinquit:
Sic Deus, & uirgo eſt: hic ſpe celer, illa timore.
Qui tamen inſequitur, pennis adiutus amoris,
Ocyor eſt, requiemq; negat, tergoq; fugacis
Imminet, & crinem ſparſum ceruicibus afflat.
Viribus abſumptis expalluit illa: citæq;
Victa labore fugæ, ſpectans Peneidas undas,
Fer pater, inquit, opem, ſi flumina numen habetis:
Qua nimium placui, tellus, ait, hiſce; uel iſtam,
Quæ facit, ut lædar, mutando perde figuram.
Vix prece finita, torpor grauis occupat artus:
Mollia cinguntur tenui præcordia libro:
In frondem crines, in ramos brachia creſcunt:
Pes modo tam uelox pigris radicibus hæret:
Ora cacumen habent: remanet nitor unus in illa.
Hanc quoq; Phœbus amat: poſitaq; in ſtipite dextra,
Sentit adhuc trepidare nouo ſub cortice pectus:
Complexuſque ſuis ramos, ut membra, lacertis,
Oſcula dat ligno: refugit tamen oſcula lignum.
Cui Deus, At, quoniam coniux mea non potes eſſe,
Arbor eris certe, dixit, mea: ſemper habebunt
Te coma, te citharæ, te noſtræ, Laure, pharetræ.
Tu ducibus lætis aderis, cum læta triumphum
Vox canet, & longas uiſent Capitolia pompas.
Poſtibus auguſtis eadem fidiſſima cuſtos
Ante fores ſtabis, *mediamque tuebere quercum.
Vtque meum intonſis caput eſt iuuenile capillis,
Tu quoque perpetuos ſemper gere frondis honores.
Finierat Pæan: factis modo laurea ramis
Annuit, utque caput uiſa eſt agitaſſe cacumen.

RAPH. PEDIBVS} pedum uelocitate. {Stringit ueſtigia} radit pedes leporis. ſic Virg. Æneid.8. Stringentem ripas & pinguia culta ſecantem. {Extenſo roſtro} porrecto ore. {Fugacis} fugientis puellæ. {Crinem ſparſum ceruicibus} capillos per collum ſparſos. {Afflat} flatu & ſpiritu attingit. {Citæ fugæ} uelocis curſus. {Si flumina numen habetis} diuinitatem ac ſuccurrendi facultatem. {Qua nimiũ placui, tellus} tellurem rogat, ut ſe uel abſorbeat, uel in aliam tranſmutet figuram. {Qua} in qua. {Hiſce} aperire, ut me accipias. aliàs hiſcere ſignificat loqui. {Perde} deſtrue. {Torpor grauis} magnus ſtupor. {Mollia præcordia} præcordia, ut ait Plinius, membranæ ſunt exta ſeparantes ab interiore uiſcerum parte, ſic dicta, quòd cordi prætendantur. [Ariſtoteles φρένας uocat.] {Tenui libro} tenui cortice & ſubtili. {Modo} pauloante. {Pigris radicibus} lentis, immobilibus. ſignificat autem pedes in radices fuiſſe conuerſos. {Ora cacumen habent} hoc eſt, os & facies Daphnes in cacumen & ſummitatem lauri fuere conuerſa. {Nitor unus} ſolus ſplendor, ſola pulchritudo. {Hanc quoque Phœbus amat} arborem ſubaudiamus. nã laurus Apollini dicata eſſe perhibetur. Phœbus autem epitheton eſt Apollinis, purumq; ſignificat. ſol enim ab omni fæce eſt alienus. {In ſtipite} in trunco. {Trepidare} palpitare. {Cui Deus} ordo eſt: cui Deus dixit. {Semper habebunt Te coma} eleganter ea enumerat, quæ lauro ornantur. nam & comæ, & citharæ, & pharetræ lauro cingebantur. Cithara autem dicta eſt παρὰ τὸ κινεῖν: hoc eſt a mouendo, quòd ſe audientes in amorem moueat. {Tu ducibus lætis} imperatores triumphantes lauream geſtabãt coronã. {Læta uox} militum, qui canentes Io triumphe imperatorem ſequebantur triumphantem. {Longas pompas} captiuorum ac rerum omnium precioſarum in bello captarum, ſimulacrorum præterea urbium expugnatarum. hæc enim omnia in triumpho geſtabantur. {Viſent} uidebunt. {Capitolia} ſcite. nam triumphantes in Capitolium uſq; aſcendebant, Capitolino Ioui ſacrificaturi. nam laurus, ut ſcribit Plinius, triumphis proprie dicatur, uel gratiſſima domibus, ianitrix Cæſarum pontificumque, quæ ſola & domos exornat, & ante limina excubat. eadem pacifera eſt, ut quã prætẽdi etiam inter armatos hoſtes quietis ſit indicium. Romanis præcipue lętitiæ uictoriarumq; nuncia additur litteris & militum lãceis, piliſq;. faſces imperatorum decorat: ex iis in gremio Iouis optimi maximi deponitur, quoties lętitiã uictoria nouam attulit. q̃ non quia perpetuo uiret, nec quia pacifera eſt p̃ferenda utiq; myrto & oleę eſt; [aliàs, præferenda ei utroq; olea. ſunt.n. hęc uerba Plinii.] ſed q̃a ſpectatiſſima in mõte Parnaſo, ideoq; etiã grata Apollini aſſuetis eò dona mittere iã & regibus R. teſte L. Bruto. fortaſſis etiã in argumentũ, q̃m ibi libertatem publicã is meruiſſet lauriferã tellurem illam oſculatus ex reſponſo. & q̃a manu ſatarũ receptarũq; in domos fulmine ſola nõ icitur. Ob has cauſſas equidẽ crediderim honorem eis habitum in triumphis, potius quã quia ſuffimẽtum ſit cędis & purgatio, ut tradit Maſſurius. unius aũt arborũ latina lingua nomen imponitur uiris. {Ante fores ſtabis} ante ianuas pendebis. nã in ueſtibulo ędium imperatoris coronæ ex lauro & quercu ita ſuſpẽdebãtur, ut querna in medio foret ueſtibulo ſuſpenſa: ideoq; ſubiungit, {Mediãq; tuebere quercũ} .i. quernam coronã, q̃ ob ſeruatos ciues, & ciuica dicebatur, et Cęſari in ueſtibulo dicabatur. [Alii tñ ipſas etiã arbores ante fores imperatorum ſeri ſolitas intelligunt. quorum opinionẽ nõnihil approbat & uerbũ ſtandi, q̃ inquit, Ante fores ſtabis, quaſi in medio quercus, & circũ hanc lauri plãtatę fuiſſent. rurſum alii mediam accipiunt, pro ea q̃ in medio domus palatinæ poſita fuerit] Quercus aũt eſt arbor glandifera dicta, q̃ id genus arboris graue ſit ac durũ. tum etiã in ingentem euadat amplitudinem, ut tradit Sext. Pomp. Querqueram.n. grauem & magnam quidã dici putãt. Querquera itẽ frigida interpretatur & cũ tremore febris. {Vtq; meum intonſis} Apollo & comatus & imberbis pingitur, quo ſignificatur ſol & radios habere, & nunq̃ ſeneſcere. {Perpetuos honores frõdis} periphraſis eſt foliorum. laurus.n. nunq̃ folia abiicit. {Finierat Pęan} Apollo Pęan dicitur ἀπὸ τοῦ παίειν, hoc eſt a feriendo. nã indignatus ſagittis ferit. Iuuen. Parce p̃cor Pęan, & tu depone ſagittas. Nil pueri faciũt, ipſam configite matrem, Amphiõ clamat. Pęan quoq; hymnus dicitur in Apollinem compoſitus. Virg. Lætum Pęana canentes. {Laurea} laurus. laurea quoq; dicitur corona ex lauro cõfecta. {Cacumẽ} ſummitatem, caput.n. uiſa eſt cõmouere, qđ erat cacumen.

Daphne in laurũ.

idem, coronam in medio poſitũ Cęſareorũ locatã. idẽ 4. faſt. p̃textaq; q̃r cu ſtet domus.

lib.15.c.30

ARG. Io, Inachi amnis filia, cum ęquales ſuas ſpecie præcederet, ab Ioue adamata eſt; qui admotis precibus deſiderium expleuit: &, ne puella in Iunonis iram incideret, a compreſſore in uaccam eſt transfigurata. cuius fallaciam Iuno cum intellexiſſet, petit eam a Ioue, uelut munus ſibi dari, quia ſpecioſior erat ceteris armentis, quæ in Peloponneſo eſſent. Iupiter uero, ne, ſi negaſſet, proderet puellam, tribuit confeſtim. Iuno autem ne amplius eius pellex cum Ioue concumberet, Argum, Ariſtoris filium, centum oculos habentem, ei præpoſuit: quem Mercurius in paſtoris habitu patris iuſſu interemit, in ſomnos compulſum cantu ſuæ fiſtulæ, dum narrat, qua ſit fiſtula ratione reperta, & a caſu eius Argiphonos eſt cognominatus. Iuno Argum, quem ob cuſtodiam ille occiderat, in uolucrem pauonem transformauit, & receptum in ſuam tutelam pennis inſignibus, quibus amiſſa lumina indicaret, ornauit. Fiſtulam autem ſic inuentam narrabat Mercurius: Syrinx, inquit, nympharum Naiadum, quæ circa montes Arcadiæ uagabantur, ſpecioſiſſima proditur fuiſſe: quam cum, Pan, Mercurii filius, adamaſſet, & eam perſequeretur, cum eam ad amnem Ladona Arcadiæ compuliſſet, ne ui caſtitatem deponere cogeretur, ſororum auxilio in arundinem conuerſa eſt: ex qua fiſtula eſt compoſita, quæ nomine eius Syrinx nuncupatur.

Eſt

Est nemus Aemoniæ, prærupta qđ undiq; claudit
Sylua; uocant Tempe; per quæ Peneus ab imo
Effuſus Pindo ſpumoſis uoluitur undis,
Deiectuque graui tenues agitantia fumos
Nubila conducit, ſummisque aſpergine ſyluis
Influit, & ſonitu plus quàm uicina fatigat.
Hæc domus, hæc ſedes, hæc ſunt penetralia magni
Amnis: in his reſidens, facto de cautibus antro,
Vndis iura dabat, nymphisque colentibus undas.
Conueniunt illuc popularia flumina primum,
Neſcia gratentur, conſolentur'ne parentem,
Populifer Sperchius, & irrequietus Enipeus,
*Eridanusque ſenex, lenisque Amphryſus, & Aeas:
Moxque amnes alij; qui, quà tulit impetus illos,
In mare deducunt feſſas erroribus undas.
Inachus unus abeſt, unoque reconditus antro
Fletibus auget aquas, natamque miſerrimis Io
Luget, ut amiſſam. neſcit, uita ne fruatur,
An ſit apud manes: ſed quam non inuenit uſquam,
Eſſe putat nuſquam; atque animo peiora ueretur.
Viderat a patrio redeuntem Iuppiter illam
Flumine: &, O uirgo Ioue digna, tuoq; beatum

RAPH. EST nemus Aemoniæ} Tempe, amœniſſimam Æmoniæ uallem, deſcribit poeta, quo commodius ἰοῦς, Inachi amnis filiæ, metamorphoſin in iuuencam cum ſuperiore cõnectat. nam iuxta Tempe eſt ſpelunca Penei fluuii, Daphnes patris, ad quem conſolandum omnes uicini amnes conuenerunt, preter Inachum, qui amiſſam filiam lugebat. Io nanque Inachi amnis filia ab Ioue primum compreſſa, deinde Iunone superueniente in iuuencam fuit cõuerſa. uerum Iuno id quod erat ſuſpicata, Iouem rogauit, ut ſibi tam pulchram donaret iuuencam. ei uero tandem dono acceptæ Argum centum oculis prę-ditum cuſtodem appoſuit. ſed Iup. amicæ miſericordia motus, Mercurio mandauit, ut Argum interficeret: quem Iuno cum uidiſſet occiſum, in pauonem conuertit, centumq; ipſius oculos caudæ appoſuit. {Eſt nemus Æmoniæ} topographia eſt. Tempe nãque deſcribit uallem Theſſaliæ amœniſſimam. {Æmoniæ} Theſſaliæ. Æmonia enim Theſſalia dicitur ab Æmone Chlori Pelaſgi filio, Theſſali autem patre. {Vocant Tempe} Tempe, ut dixi, nemus eſt Theſſaliæ quinque millibus paſſuum in longitudinem tendens, adeo amœnum, ut amœniſſima quæque loca Tempe uocentur, ut Seruius ſcribit. [Eſt autem pluralis caſus τέμπι, & τέμπια factus, quæ loca amœna & arboribus conſita appellant.] {Prærupta ſylua} alta. {Per quæ Peneus} per media Tempe labitur Peneus fluuius, qui claritate cunctos Theſſaliæ fluuios antecedens, iuxta Gomphos naſcitur in radicibus Pindi montis, interq; Oſſam & Olympum nemoroſa conualle defluit quingentis ſtadiis dimidio eius
l.4.c.8. ſpatio nauigabilis. in eo curſu uocantur Tempe, ut Pli-
ſeſquiiugeri. nius tradit quinque millium lõgitudine, & ferme *ſex latitudine ultra uiſum hominis attollentibus, ſe dextra læuaq; leuiter conuexis iugis: intus ſua luce uiridante allabitur Peneus, calculo amœnus, uiridi circa ripas gramine, canorus auium concentu. {Deiectuq; graui} uehementi curſu. {Summisq; aſpergine ſyluis Influit} hoc eſt, influere uidetur per altas ſyluas aſpergine humidarum nebularum, quæ ex illis undis excitantur. {Et ſonitu pluſquam uicina fatigat} non ſolum, inquit, uicini, ſed longe quoque ſtantes ſtrepitum illius ſentiunt. {Hæc ſunt penetralia} loca domus ſecretiora, in quibus diis penatibus ſacrificabatur, penetralia dicebantur. {Antro} ſpelunca. dictum eſt autem antrum παρὰ τὸ ἀντῶ, quod eſt ſupplico, quia in antris primi homines dii ſupplicabant, putantes in illis ſacra eſſe. {De cautibus} de lapidibus. Cautes autem & cotes dicuntur. {Dabat} reddebat. ius enim proprie reddi dicitur. {Gratentur} gratulentur Peneo, quòd Daphne filia in laurum fuit conuerſa, an conſolentur quòd filiam amiſit. {Popularia flumina} uicina ac ex eodem populo. alibi popularis, gratus populo dicitur. {Populifer Sperchius} populos arbores ferens. Sperchius autem fluuius eſt Theſſaliæ, qui ex Pelio monte ortus in Maliacum labitur ſinum. ſic dictus, quòd ſit uelociſſimi curſus. nam παρὰ τὸ σπέρχειν deducitur, quod feſtinare ſignificat. {Enipeus} fluuius eſt Theſſaliæ ex Othry monte in Apidanum defluens. ἀπὸ τῆς ἐνίπης, id eſt, a minis denominatus. nam per loca agreſtia & inculta labitur, quæ ſemper mala minari uidentur. {Eridanusq; ſenex} ſic quidem legitur, ſed corrupte, ut mihi quidem uidetur. cum enim propoſuerit fluuios populares Theſſalicosq; conueniſſe ad Peneum, cuius filia Daphne in laurũ fuerat conuerſa, non uideo qua rõne Eridanum Galliæ Ciſalpinæ fluuium, qui alio nomine dicitur Padus, admiſceat. tametſi Eridanus, ut Pauſanias ait, Atticæ quoque ſit fluuius, qui in Iliſſum emittitur, apud quem Orithya rapta fuiſſe fertur: ſed cum is quoque Peneo non ſit popularis, poetæ propoſito minus cõuenire uidetur. quare Apidanus legatur, ne ineptus eſſe Ouid. coarguatur. eſt enim Apidanus Theſſaliæ fluuius, quem iccirco poeta ſenem appellat, quod tarde admodum fluit, donec Enipeum admittat. [At Cœlius cõtra recte legi cenſet Eridanus, quòd hoc nomine & Italiæ, & Atticæ, & etiã Apidanusq. Theſſaliæ fluuius ſit, citato ad hoc teſte Cæcilio quodam Minutiano. uide l.24. c.12.] {Leniſq; Amphryſus} hic quoque fluuius eſt Theſſaliæ leniter fluens, iuxta quem Admeti regis armenta pauit Apollo. unde Lucan. lib. 6. Et flumine puro Irrigat Amphryſus famulantis paſcua Phœbi. {Et Aeas} fluuius eſt Epiri iuxta muros Dyrrhachii labens. [Hic alio nomine Aous dicitur, ut auctor eſt Plinius, libro 3. cap. 25. meminit huius & Strabo, libro 8.] {Inachus unus abeſt} Inachus fluuius eſt Achaiæ ab Inacho rege dictus. eius filiam Io cum deprehendiſſet Iupiter ſpatiantem, compreſſit: ac ne id a Iunone agnoſceretur, ipſam mutauit in iuuencam. mœrens itaque Inachus propter amiſſam filiam ſe domi continebat. {Natamq; miſerrimus Io Luget ut amiſſam} Io accuſatiuus eſt græcus. nã Io Ius græce declinatur, ut Calypſo Calypſus: quamuis Ionis & Calypſonis quidam latine malint declinare. quam quidem declinationem Fabius non admittit. {An ſit apud manes} an ſit mortua. illi enim apud manes eſſe dicuntur, qui obiere. manes autem animæ ſunt mortuorum, quibus honoris gratia deorum uocabulum additum eſt. dii nanque manes dicuntur, ut ſcribit Apuleius de dæmonio Socratis. Martianus uero Capella in nuptiis Philologiæ tradit manes tam bonos eſſe, quàm truces, in quos cum poteſtatem habeat Pluto, merito Summanus uocatur, quaſi Manium ſummus. Manes autem dicti ſunt uel a mano, quod bonum apud priſcos ſignificabat, unde immanis malus, crudeliſq; dicitur: uel a manando, ut ait Pompeius, quòd eos per omnia manare putabant. {Sed quam non inuenit uſquam} hoc eſt quam nullo in loco inuenire poteſt, eam in rerum natura non eſſe putat. uſquam autem & nuſquam aduerbia tam in loco q̃ ad locum ſignificant: uſquam autem in aliquo loco ita ſignificat, ut fere ſemper cum negatione ponatur in oratione. {Atque animo peiora ueretur} mortuam enim eam eſſe putabat. {Viderat a patrio} hic incipit deſcribere quemadmodum Iupiter in Ius amorem incidit. {A patrio flumine} ab Inacho Achaiæ fluuio. {Tuo toro} tuo lecto, ac tuis nuptiis. torus autem & pro lecto, & pro ſede ponitur: a tortis herbis dictus. unde citra aſpirationem ſcribi debet, quamuis fere in exemplaribus cum aſpiratione ſcriptum legatur. Torus etiam eminentiorem ſignificat pulpam. unde toroſa iuuentus a Perſio uocatur. Virg. 3. Georg.
Luxuriatq; toris animoſum pectus.

Ambas

Neſcio quem factura toro, pete, dixerat, umbras
Aut horũ, aut horũ nemorũ, (& mõſtrauerat ambas)
Dum calet, & medio Sol eſt altiſſimus orbe.
Quòd ſi ſola times latebras intrare ferarum;
Præſide tuta Deo nemorum ſecreta ſubibis:
Nec de plebe Deo, ſed qui cæleſtia magna
Sceptra manu teneo, ſed qui uaga fulmina mitto.
Ne fuge me: fugiebat enim. iam paſcua Lernæ,
Conſitaque arboribus Lyncea reliquerat arua;
Cum Deus inducta latas caligine terras
Occuluit, tenuitque fugam, rapuitque pudorem.
Interea medios Iuno deſpexit in agros:
Et noctis faciem nebulas feciſſe uolucres
Sub nitido mirata die, non fluminis illas
Eſſe, nec humenti ſenſit tellure remitti:
Atque ſuus coniux ubi ſit, circumſpicit; ut quæ
Deprenſi toties bene noſſet furta mariti.
Quem poſtquam cælo non repperit; Aut ego fallor,
Aut ego lædor, ait. delapſaque ab æthere ſummo
Conſtitit in terris, nebulaſque recedere iuſſit.
Coniugis aduentum præſenſerat, inque nitentem
Inachidos uultus mutauerat ille iuuencam.
Bos quoque formoſa eſt. ſpeciem Saturnia uaccæ,
Quanquàm inuita, probat: nec non & cuius, & unde,
Quo ue ſit armento, ueri quaſi neſcia, quærit.
Iuppiter *e terra genitam mentitur, ut auctor
Deſinat inquiri. petit hanc Saturnia munus.
Quid faciat? crudele, ſuos abdicere amores:
Non dare, ſuſpectum. pudor eſt, qui ſuadeat illud:
Hinc diſſuadet amor. uictus pudor eſſet amore:
Sed leue ſi munus ſociæ generiſque, torique
Vacca negaretur: poterat non uacca uideri.
Pellice donata, non protinus exuit omnem
Diua metum: timuitque Iouem, & fuit anxia furti,

RAPH. AMBAS umbras} & dextras & ſiniſtras. hoc autem ex poetæ perſona dicitur. exponit enim poeta, quas umbras dixerit Iupiter Inachi filiæ petendas. {Dum calet} donec calor eſt. hortatur autem puellam Iupiter, ut meridiei æſtum fugiat. {Latebras ferarum} ſyluas in quibus occultantur feræ. {Sed qui cæleſtia magna} ſed qui cæli imperium habeo. ſignificat autem ſe eſſe Iouem maximũ deorum, quo facilius illi perſuadeat, ut ſibi morem gerere uelit. {Vaga fulmina} hoc eſt non in rectum, ſed in obliquum euntia. fulmina enim in obliquum ferũtur. {Iam paſcua Lernæ} Lerna palus eſt argiuorũ, in qua habitauit Hydra ſerpens ab Hercule interfecta. {Lyncea arua} Lycęa quidẽ fere in exemplaribus legitur, præterquam in uetuſtis quibuſdam. in illis namque Lyncea recte ſcriptum eſt. nam Lynceus Ægypti filius, ac (ut in temporibus Euſ. narrat) Hypermneſtræ maritus, interfecto Danao patruo & ſocero, Argis regnauit. unde Lyncea arua denominata ꝓ argiuis ſunt accipienda. ſic autem legendum eſſe & geographię ratio & hiſtoriæ fides (ut taceam qđ in Lycęo prima ſyllaba corripitur) apertiſſime declarant. tametſi hactenus Lycæa lectum ſit a Lycęo Arcadiæ mõte Pani dicato. huic autem lectioni Pauſanias quoq; in Argolidis deſcriptione aſtipulatur, qui ait eam regionem, unde Lynceus facula ſignificauit Hypermneſtræ, ſe in locum tutum ueniſſe, primum Lynceã, deinde Lyrcęam, a Lyrco notho Abãtis filio, qui illam habitauit, fuiſſe denominatam. [Atq; inde etiam ſunt, qui Lyrcæa arua, legere hoc loco malint. etiam Apollonii interpres in librum primũ, ubi legit, νεῖον ἀπ' ἀρκαδίης λυγκήϊον, ἄργῳ ἀμείψας, dubitet utrum Lynceium, a Lynceo rege, an potius Lyrceium a monte, unde Inachus fertur, legendum ſit. Lyrcei aũt montis etiam Stephanus meminit, a quo idem & λύρκειον ὕδωρ appellari ait, cuius & Statius meminit, ubi ait, Aret Lerna nocens aret Lyrcæus, & ingẽs Inachus &c.]

Genitam ẽ terra dicit poeta, ad antiq̃ uulgi conſuetudinẽ ſpectãs: qui ignotis parentibus natos, terra ortos dicebant. lege Polit. Miſcell. c. 18.

Noua additio. LYCÆA reliquerat arua} lego libentius Lyrcæa, quàm Lyncea, quoniam uetuſtos codices ſic habere conſpicio. quos inter ille eſt uiri olim undecunque eruditi Laurentii Abſtemii, nunc Nicolai filii; qui a paternis ueſtigiis nequaquam aberrat. Lyrcæus autem uel Lyrcæum, mons eſt Argiuorum, unde Inachus fluit. de quo lege Stephanum, Solinum, Strabonem in ſeptimo, & in primum argonauticon commentarium. Lycæa arua legendum non eſſe ſyllabæ quantitas & loci ratio inclamant.

RAPH. Occuluit} occultauit. {Tenuit fugam} cohibuit fugam, illamq; fugientem retinuit. {Rapuitq; pudorem} hoc eſt, illam ſtuprauit, erubeſcendiq; cauſſam eripuit. in tenebris nãque minus unumquenque pudet Veneri indulgere. {Deſpexit} deorſum aſpexit. alibi deſpicere contemnere eſt. {Nebulas uolucres} quæ, ut aues, uolare uidentur. {Sub nitido die} ſereno. {Non fluminis illas Eſſe} phyſici aiunt nebulas aut a fluuiis, aut a uaporibus terræ generari. {Vt quæ} utpote quæ. {Furta} ſtupra. {Bos quoq; formoſa eſt} Io, inquit, ut uirgo erat formoſa, ſic in iuuencam quoque uerſa pulchra uidebatur. {Speciem} pulchritudinem. {Probat} laudat. {Cuius} ſit uerbũ ſubaudiatur. {Et unde} uenerit. {Quo'ue ſit ar.} armentũ id genus pecoris dr̃, ut tradit Sext. Põp. ꝙ eſt idoneũ ad opus armorũ. quanq̃ Varro ab arãdo deriuare uideatur, quaſi aramẽtũ, tertia litera detracta. {Vt auctor deſi. inq.} ut dominus uaccæ a Iunone non inueſtigetur.

COEL. SVNT qui monſtroſi corporis hoies, dici Terrę filios putẽt. certe in Oedipo coloneo legimus apud Sophoc. χθόνιον. i. terreſtrem, ꝓ nobili et indigena. ſcribit in Apologetico Florens Septimius, terrę filios dictitari uulgo, quorum ſit incertum genus, ſicuti ignotos itẽ, aut ex inopinato apparẽtes, de cęlo ſupueniſſe dicũt. ſed. n. cęlum & terrã, inquit, matrẽ ac patrẽ, honoris gratia uenerationiſq; recte appellarit unuſquiſq;. ſunt q terræ filios ſæuos dici ac immanes homines putent: qñ & Callimachus, immanitate ac truculentia p̃ſignes feras terra prognatas intelligi uoluit. Nõ p̃tereũdũ uero, ꝙ 2. Polit. ſcribit Ariſt. putandũ, inquit, eſt, priſcos illos hoies, ſiue ex terra ſint geniti, ſiue ex corruptione aliqua ſeruati, ſeminis fuiſſe ignaros & imprudẽtes, qđ eſt de terra natis inuulgatũ. Legimus porro, ꝙ ab inſtituto diſſitũ nõ eſt, p̃ſtantiſſimos uirtute, prudentia, uiribus, Iouis filios a poetis dici cõſueſſe: ſicuti ab omni ſeiũctos humanitate, uelut marinis editos fluctibus, Neptuno fuiſſe adoptatos, qđ Lycophronis interpres ſcribit, q & robore inſignes in eandem uocat decuriã. ſcribit tñ Cęcilius Minutianus Apuleius in lib. de Orthographia, ignobiles, ac quorũ ignoretur genus, terrę filios a Cic. et aliis nuncupari. nã cum epiſtolarum ſeptimo, Cornelius, inquit, tuus ſummo genere natus, terrę filius, ironicos dici interpretantur. Tit. Liuius lib. ab urbe cond. primo, Veteri conſilio condentium urbes, q obſcuram atq; humilem conciendo ad ſe multitudinẽ, natã e terra ſibi prolem mẽtiebatur. {Abducere} abdicare, alienare & ab ſe amouere. {Nõ dare ſuſpectum} non tradere, inquit, petitam uaccam Iunoni ſuſpecta res eſſet, cogeretq; Iunonem aliquid mali ſuſpicari. {Qui ſua. illud} dare. [alii Illinc, malunt, ut rñdeat ſequenti huic.] {Hinc} ab illa Iunoni tradenda. {Sociæ generis toriq;} nam Iuno & ſoror eſſe & uxor Iouis fingitur: quod pro aere ponitur, qui leuitate ętheri, qui idem eſt cum Ioue, ſimilis eſſe, ſubiiciq; uidetur. nam ęther aere ſuperior eſt. {Pellice} cõcubina. nam pellex dicitur quæ cum eo uiro, cui uxor eſt, ſe miſcet. Græci illam πάλλακα uocãt. {Et fuit anxia furti} hoc eſt, fuit ſollicita, ne ſibi furto auferretur.

Donec Areſtoridæ ſeruandum tradidit Argo.
Centum luminibus cinctum caput Argus habebat:
*Inde ſuis uicibus capiebant bina quietem:
Cetera ſeruabant, atque in ſtatione manebant.
Conſtiterat quocunque loco, ſpectabat ad Io:
Ante oculos Io, quamuis auerſus, habebat.
Luce ſinit paſci: cum Sol tellure ſub alta eſt,
Claudit, & indigno circundat uincula collo.
Frondibus arboreis, & amara paſcitur herba:
Proq; toro, terræ, non ſemper gramen habenti,
Incubat infelix; limoſaq; flumina potat.
Illa etiam ſupplex Argo cum brachia uellet
Tendere, non habuit, quæ brachia tenderet Argo:
Et conata queri, mugitus edidit ore,
Pertimuitq; ſonos, propriaq; exterrita uoce eſt.
Venit & ad patrias, ubi ludere ſæpe ſolebat,
Inachidas ripas: nouaq; ut conſpexit in unda
Cornua, pertimuit, *ſeq; externata refugit.
Naiades ignorant, & ignorat Inachus ipſe,
Quæ ſit: at illa patrem ſequitur, ſequiturq; ſorores,
Et patitur tangi, ſeq; admirantibus offert.
Decerptas ſenior porrexerat Inachus herbas:
Illa manus lambit, patriiſq; dat oſcula palmis,
Nec retinet lacrymas: &, ſi modo uerba ſuperſint,
Oret opem, nomenq; ſuum, caſuſq; loquatur.
Littera pro uerbis, quam pes in puluere *duxit,
Corporis indicium mutati triſte peregit.
Me miſerum, exclamat pater Inachus; inq; gemētis
Cornibus, & niueæ pendens ceruice iuuencæ,
Me miſerum ingeminat: tu'ne es quæſita per omnes
Nata mihi terras? tu, non inuenta, reperta es.
Luctus erat leuior. retices: nec mutua *noſtris
Dicta refers: alto tantum ſuſpiria ducis
Pectore: quodq; unū potes, ad mea uerba remugis.
At tibi ego ignarus thalamos, tedaſq; parabam:
Speſq; fuit generi mihi prima, ſecunda nepotum.
De grege nunc tibi uir, & de grege natus habendus.
Nec finire licet tantos mihi morte dolores:
Sed nocet eſſe Deum; præcluſaq; ianua leti
Aeternum noſtros luctus extendit in æuum.
Talia dicenti ſtellatas ſummouet Argus,
Ereptamq; patri diuerſa in paſcua natam
Abſtrahit. ipſe procul montis ſublime cacumen
Occupat: inde ſedens partes ſpeculatur in omnes.

RAPH. ARESTORIDÆ Argo} Argus Areſtoris filius, cētum habuiſſe oculos fingitur, quorū ſemper octo & nonaginta uigilabant, bini uero ſolum dormiebāt. [De Argo & eius genere, Pherecides ut quidem in cōmentariis Euripidis, in Phœniſſis citatur, hoc modo tradit: Ἄργος ὁ Διὸς γαμεῖ Πειθὼ, τὴν Ὠκεανοῦ θυγατέρα· τοῦδε γίνεται Κρίασος, τοῦδε Ἐρευθαλίων, ἀφ' οὗ Ἐρευθαλία πόλις ἐν Ἄργει, καὶ Φόρβας. τοῦ δὲ γίνεται Ἀρέστωρ, τοῦδε Ἄργος, ᾧ Ἥρα ὀφθαλμὸν τίθησιν ἐν τῷ ἰνίῳ, καὶ τὸν ὕπνον ἐξαιρεῖται, καὶ ἐφίστατι καὶ φύλακα αὐτὸν τῇ Ἰοῖ. ἔπειτα Ἑρμῆς αὐτὸν κτείνει. Hæc ille. Sunt aūt qui non unum duntaxat oculum in occipiti habuiſſe hunc tradunt, ſed utrinq; geminos. de qua re hi uerſus eodem loco citantur,

Καὶ οἱ ἐπίσκοπον Ἄργον ἵει κρατερόν τε μέγαν τε
Τέτρασιν ὀφθαλμοῖσιν ὁρώμενον ἔνθα καὶ ἔνθα.
Ἀκάματον δὲ οἱ ὦρσε θεὰ μένος. οὐδέ οἱ ὕπνος
Πίπτεν ἐπὶ βλεφάροις, φυλακὴν δ' ἔχεν ἔμπεδον αὐτόν.

Sed Ouid. Dionyſium ſecutus uidetur, qui ut ibidē legitur, ἐν δεκάτῳ τοῦ κύκλου, Βύρσῃ αὐτὸν ἀμφιέσθαι, ait, καὶ κύκλῳ τὸ σῶμα ὅλον ὠμματῶσθαι. Ceterum Areſtorē, Argi patrē, Pauſanias Inachi generum dicit, Mycenes, a qua urbs Mycenę appellata, coniugē.] {Capiebant getem} dormiebāt. {Seruabāt} cuſtodiebāt. {Atq; in ſtatione manebāt} hoc eſt uigilabāt. trāſlatio eſt a militibus ſumpta, q in ſtatione tūc manere dicuntur, cū diligenter excubias agunt. {Spectabat ad Io} accuſatiuus eſt græcus. nō.n. pmittit ſe declinare Io Ionis, ut Dido Didonis. {Quāuis auer.} quāuis i aliam partē uultū auerſum haberet. {Luce ſinit p.} tpe, inqt, diei eā paſcere pmittit Argus; nocte uero ad pſepe eā ligās in ſtabulis claudit. {Indigno col.} ceruici uincula nō merenti, pp molliciem, atq; pulchritudinem. {Amara her.} ipſi filiæ Inachi amara, non uaccis qbus eſt ſuauis. {Incubat terræ} cubat in terra & iacet. {Gramen} herbam & ſtramē. {Limoſa} lutoſa ac cœno infecta. {Tēdere} porrigere. {Brachia} manus iūctas, ut illum ad miſericordiam cōmoueret. {Et conata queri} conqueri, lamentari. {Mugitus ed.o.} mugire uerbum eſt facticiū a ſono uocis boum deductū. mugire nāq; proprie boues dicūtur. {Edidit} emiſit. {Inachidas r.} Inachias patronymicum p poſſeſſiuo poſitum. {Noua cornua} nouiter nata. {Fugit} fugere conata eſt. neq;.n. ſe ipſam fugere poterat. {Naiades ignorant} non agnoſcunt ſororē. Naiades aūt proprie ſunt fontium, & fluuiorū nymphæ, dictæ παρὰ τὸ νάω .i. fluo, qa circa fluenta uerſantur. {Admirātib.} patre & nymphis. {Lambit} lingit. {Oret} orare uellet. {Caſus} infortunia. {Littera pro uerbis} loco uerborū, inquit, litera, quā pedibus in puluere uacca effecit, indicauit patri filiam. bouis.n. pes i & o litteras exprimere uidetur. quas cū uidiſſet Inachus, eā eſſe filiam cognouit. [Sunt tñ qui rōnem in mutata Io remāſiſſe malint, & ex ea nomē illam ſuum ſcripſiſſe. qualis & in ſociis Vlyſſis māſiſſe, cum ab aliis poetis, tū ipſo Hom. fingitur.] {Duxit} effecit. duci aūt pprie dicuntur litterę, cū fiūt. unde etiā litterarum ductus a Fabio appellantur. {Indicium triſte} ſignificationem mœſtam, ab effectu, q mœrore affecit patrem. grauius nāq; pater dolebat filiam in iuuencam fuiſſe trāſmutatā q̄ ſi mortua eſſet. {Peregit} effecit. {Me miſerū} o ſubintelligatur, qđ frequēter in exclamationibus omittitur leuioribus. {Pendens in cornibus & ceru.} hoc eſt cornua & ceruicē amplectens. Iuuencę aūt magnitudo ſignificatur, a cuius cornibus & ceruice Inachus, illa amplectens, pendere uidebat. {Ingeminat} exclamationē illā, o me miſerū, duplicat. {Tu ne es qſita per oēs} ordo eſt. Tu ne es nata & filia mihi per oēs terras quęſita? {Tu nō inuē. rep. es} ſignat differentiā inter inuenire & reperire poeta. inuenimus .n. quærētes, reperimus caſu. {Luctus erat le.} ſi nō reperta eſſes. grauius.n. fert pater, q in uaccā filia ſit cōuerſa, quàm ſi mortua eſſet. {Nec mutua no. Dicta ref.} hoc eſt nec uiciſſim mihi reſpondes. {Qđ unum} qđ ſolum facere potes. {Thalamos ted.} hoc eſt nuptias. nā & thalamus ſponſi ſpōſæq; receptaculū, ſiue cōclaue proprie ſignificat, & quinque faces nouæ nuptę pferebantur. {De grege nūc tibi uir} maritus, inquit, de armento tibi eſt habendus, unde filios uitulos tollas. iuuencarum nanque mariti iuuenci ſunt. {Nec finire licet} nec poſſum, inquit, morte tantis doloribus imponere finem, cum Deus ſim immortalis. {Sed nocet eſſe Deum} Deo quoq; eleganter dicitur. dii autem ita ſunt immortales, ut ne ſibi quidem mortē conſciſcere poſſint. {Præcluſaq; ianua leti} mortis. Quoniam, inquit, ſum Deus, tantos dolores morte finire non poſſum, uerum ſemper me in luctu eſſe oportet. dii enim ἀθάνατοι ſunt, atq; immortales. {Extendit} producit, prolongat. {Stellatus Argus} q eius oculi ad ſimilitudinem ſtellarum micarent. {Abſtrahit} uiolenter abducit. {Ipſe procul} ipſe, inquit, Argus in propinquum montem aſcendit, unde ſedens in omnes partes ſpectabat. {Procul} prope. {Occupat} celeriter aſcendit. {Cacumen} uerticem & ſummitatem.

inſi

ſeſeq; exterrita fugit

fecit

nobis

Phoronidos

NEc ſuperûm rector mala tãta Phoronidos ultrà
Ferre poteſt: natumq́; uocat, quē lucida partu
Pleïas enixa eſt: letoq́; det, imperat, Argum.
Parua mora eſt, alas pedibus, uirgamq́ue potentem
Somniferam ſumpſiſſe manu, tegimenq́; capillis.
Hæc ubi diſpoſuit, patria Ioue natus ab arce
Deſilit in terras: illic tegimenq́; remouit,
Et poſuit pennas: tantummodo uirga retenta eſt.
Hac agit, ut paſtor, per deuia rura capellas
Dum uehit adductas, & ſtructis cantat auenis.
Voce nouæ captus cuſtos Iunonius artis,
Quiſquis es, hoc poteris mecum conſidere ſaxo,
Argus ait: neque enim pecori fecundior illo
Herba loco eſt; aptamq́ue uides paſtoribus umbram.
Sedit Atlantiades: & eundem multa loquendo
Detinuit ſermone diem, iunctisq́ue canendo
Vincere arundinibus ſeruantia lumina tentat.
Ille tamen pugnat molles euincere ſomnos.
Et quamuis ſopor eſt oculorum parte receptus:
Parte tamen uigilat. quærit quoque, (nanq; reperta
Fiſtula nuper erat) qua ſit ratione reperta.
Tum Deus, Arcadiæ gelidis in montibus, inquit,
Inter Hamadryadas celeberrima Nonacrinas
Naïas una fuit. nymphæ Syringa uocabant.
Non ſemel & ſatyros eluſerat illa ſequentes,
Et quoſcunque deos: umbroſaq́; ſylua, feraxq́;
Rus habet: Ortygiam ſtudiis, ipſamq́ue colebat

RAPH. PHORONIDOS} Phoronei neptis. Phoroneus nanque Inachi pater fuit. [Pauſanias filium Inachi dicit, eumq; primum hominibus oſtendiſſe uſum ignis. ipſam autem Io filium Iaſi idem facit, & in Ægyptum abductam fuiſſe. unde & fabulæ locum datum, quod idem & Herodotus confirmat lib. 1. qui a Phœnicibus nautis cum ceteris uirginibus raptam atque auectã tradit. utcunque autem res habet, licet pro gentili hic accipias Phoronidis nomē a Phoroneo uetuſtiſſimo Argiuorũ rege, perinde ut Dardanis a Dardano, & cetera. Phoronei autē & Statius meminit, primo Theb. Qua Danaus libare deis, ſeniorq́; Phoroneus, Aſſueti &c.] Narrat autē quemadmodum Argus a Mercurio fuit interfectus, eiusq́; oculi caudæ pauonis fuerũt a Iunone appoſiti. {Natũq́; uocat} Mercurium. nã Mercurius Iouis fuit filius ex Maia, una ex Pleiadibus, quæ ſeptem Atlantis filiæ fuere, non ex Electra, ſed ex Pleione nympha ſuſceptæ, unde et Pleiades ſunt nominatæ, poſtea in ſidera tranſlatæ, ac in humero tauri collocatæ, Vergiliæ a latinis uocantur quòd ueris tēpore oriantur. {Lucida Pleias} Maia pleiadum ſplendidiſſima. {Leto det} interficiat. {Parua mora eſt ſumpſiſſe} figura eſt poetica. {Alas pedibus} hoc eſt talaria alata, quæ iccirco Mercurio attribuuntur, quòd planetarum omnium ſit uelociſſimus. {Virgam ſomniferã} caduceum dicit, de quo & Virgilius, Tum uirgam capit, hac animas ille euocat orco Pallentes, alias ſub triſtia tartara mittit. Dat ſomnos adimitq́; & lumina morte reſignat. {Tegimenq́; capillis} petaſum & pileum. {Ioue natus} Mercurius Iouis filius ex Maia. obiter autem Mercurii quoque Metamorphoſin in paſtorem, poeta deſcribit. {Et poſuit pennas} hoc eſt depoſuit talaria alata. {Per deuia rura} per inuias ſyluas. {Dum uehit adductas} dum, inquit, ducit capellas congregatas. tametſi uehi proprie dicantur, quæ geruntur. {Structis auenis} tibia quam ex auenis conſtruxerat. eſt autem auena genus frumenti notius quàm ut ſit exponendũ ex cuius calamis tibiæ etiamnum a ruſticis conficiuntur.

Mercurius in paſtorē.

{Voce} ſono. {Nouæ ar.} tibiæ nouiter a Mercurio inuētę. {Cuſtos Iunonius} Argus a Iunone cuſtos Io in uaccã conuerſæ appoſitus. {Hoc ſaxo} hoc monte. utrunque enim frequenter pro altero ponitur a poetis. {Fecundior} uberior {Paſtoribus} ocio & quieti paſtorum. {Atlantiades} Mercurius nepos Atlantis ex Maia {Iunctis arundinibus} ſono tibiæ. {Vincere} ſuperare, in ſomnum inducere. {Tentat} conatur. {Seruantia lumina} oculos obſeruantes atque cuſtodiētes uaccam. {Ille tamen} ſuaues, inquit, ſomnos a Mercurio immiſſos repellere conatur. {Nanque reperta fiſtula nuper erat} parentheſis eſt, cauſſam continens inquiſitionis Argi. tam concinne autem fabulam fabulæ connectit poeta, ut cum multas ſimul deſcribat transfigurationes, minime tamē a propoſito diſcedat. exponit enim quemadmodum Syrinx nympha Ladonis fluuii ardenter a Pane deo amata, ne uirginitatem amitteret, in arundinem apud Ladonem fluuiũ fuit commutata, ex qua Pan ad mitigandos amoris ardores ſibi fiſtulam compoſuit. unde Virgil. Pan primus calamos cera cõiungere plures Inſtituit. [Fabulę autem occaſionem dediſſe natura fluuii uidetur q̃d arundinoſus, & lanas nutriat, unde & Dionyſius Εὐκάλαμον ποταμὸν καὶ εὐστέφανον Λάδωνα, uocat.] {Tum Deus, inquit} tunc Mercurius narrare cœpit. {Arcadiæ gelidis in montibus} Arcadia regio, eſt Achaiæ contermina, ab Arcade Iouis & Calliſtus filio denominata. uariis enim nominibus antea fuit appellata. nam & Pelaſgia & Parrhaſia fuit uocata. ſunt qui illam & Gigantitida & Azaniam & Paniã appellarint. {Inter Ha. No.} nymphas Arcadicas. Nonacris nanq; urbs fuit Arcadiæ dicta a Nonacri Lycaonis uxore, ut Pauſanias ait. unde & Nonacrinę nymphę ſunt appellatæ. Hamadryades autem nymphę dicuntur, quę una cũ arboribus & oriuntur & occidũt, unde etiam Hamadryades ſunt dictę: ἅμα .n. ſimul, δρῦς δρυὸς arbor apud ueteres gręcos dicebaſ, quamuis nunc pro quercu ponatur. {Naias una fuit} Naiades fluminum ac fontium ſunt nymphæ ἀπὸ τοῦ νάειν, hoc eſt, a fluendo dictæ. Nympharum enim alię ſunt fluminum, quæ Naiades, ut dixi, uocantur, aliæ nemorum, ſyluarumq́; quę Dryades, Napęę, Hamadriades; alię montium, quæ Oreades, ἀπὸ τοῦ ὄρους, hoc eſt, a monte cognominantur. {Nymphę Syrin. uo.} ab illius nomine tibia a græcis ſyrinx appellatur. tametſi Herodianus nomē eſſe facticium ait, a ſono ipſius fictũ. {Non ſe. & ſa.} ſæpius, inquit, & ſatyros & reliquos ſyluarũ deos eluſit. Dianam .n. imitabatur, uirginitatēq́; ſeruare decreuerat. Satyri aũt dii eſſe ſylueſtres crediti ſunt, quòd huiuſmodi animalia in deſertis ſolum, præſertim Æthiopiæ inueniuntur. {Et quoſcũq; deos} Syluanos, Faunos ac Panes ait. hos nãq; ſyluarum ac nemorum deos antiquitas putabat. {Ortygiam deam} hoc eſt Dianam. Ortygia nãq; inſula eſt, quæ alio nomine Delos frequentius uocatur, ſic dicta, ut ait Solinus, q; in ea primum ſunt uiſæ coturnices, quas græci ortygas uocant. Phanodicus uero in Deliacis, & Nicander in Ætolicis narrat quēadmodum ex Ortygia, quæ eſt in Ætolia, & Delos Ortygia fuit appellata, & urbs apud Epheſum, & inſula Sicilię adiacens. omnes nãq; hæ uocanrur Ortygiæ ab Ætoliæ Ortygia. unde in uaria loca coloniæ deductæ fuerunt. Nequaquã aũt Delos ex eo Ortygia dicta eſt, quod Aſteria Latonæ ſoror in Ortygiam, hoc eſt coturnicem ibidem fuit trãſmutata. [Atq; de Ortygię appellatione, & q; ab Ortyge, hoc eſt, coturnice nomē hoc acceperit Delus, etiã in ſcholiis Callimachi eodē modo legitur. quãq; ibidē non Aſteria, ſed Latona in coturnicē uerſa dicatur. Homerus aũt in hymnis, Ortygiã diuerſam atq; aliã a Delo facere uidetur, q; Apollinē quidem in Delo, Dianam aũt in Ortygia natã dicit. q̃d idem & Orpheus facit, apud quem in hymno Latonæ legitur:

Syrinx in arundinē

Γειναμένη Φοῖβόν τε καὶ Ἄρτεμιν ἰοχέαιραν
Τὴν μὲν ἐν Ὀρτυγίῃ, τὸν δὲ κραναῇ ἐνὶ Δήλῳ.

quare uidetur Diana, quaſi peculiari quodam epitheto Ortygia a poetis dici, cum idem cognomentum Apollini additum non facile inueniatur.

RAPH. RITV Dianæ} more Dianæ. {Latonia} Diana Latonæ filia. {Sic quoque fallebat} quamuis,inquit, Syrinx corneum habeat arcum, Diana tamen eſſe uidebatur, adeo illi ſimilis erat. {Pan uidet hanc} Pan deus eſt paſtorum & nemorum. {Pinu acuta} corona ex pinu confecta. Pinus enim Pani deo dicata fertur, unde etiam ea coronatur. [Pani ut & ſatyris & ſyluano, pinum ea de cauſſa aſſignari uolunt quidam, quod is in comitatu Magnæ matris, cui arbor hæc ſacra, frequẽs ſit, habeaturq; uelut πάρεδρος quidam illius. unde & a Pindaro ὀπαδὸς μεγάλης ματρὸς dicatur. ſed ego inuenio Pityn, quæ græcis Pinus eſt, puellam fuiſſe, pariterq; a Borea & a Pane amatam. ſed quia illa Boreæ Pana præpoſuiſſet, iratum Boream, in ſaxa propulſatam illam neci dediſſe, terram autem uicẽ puellæ miſertam, in arborem cognominẽ eandem mutaſſe, cuius uirentibus ramis Pan coronari poſtea ſolitus ſit. meminit fabulę huius etiam Ruellius de natura ſtirpium.] {Votis cede} cupiditati obſequere. {Tibi nubere uolentis} te uxorem ducere cupientis. eſt enim ἀκυρολογία poetis conceſſa. Virg. Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem. nam uiris proprie nubere mulieres dicuntur. facile tamẽ adducor, ut putem illum totũ ſenſum ſubditicium eſſe, cũ & in quibuſdam uetuſtis exemplaribus non inueniatur, & in aliis uarie legatur. nam in quibuſdam, uerba, & in aliis, plura, ſcriptum eſt. Sic igitur mihi placet eſſe legendum, ut totus ille ſenſus expungatur, ac, uerba, non, plura, ſcribantur, hoc modo: Talia uerba refert: reſtabat uerba referre. ut intelligamus uerba Panos ad Syringa a Merc. non fuiſſe relata: qui cum uidiſſet Argum ſomno oppreſſum, ſtatim uocem cohibuit, ipſumq; interfecit. [Ego præter acyrologiam, cuius Regius hic meminit, nihil adeo uideo, cur quicquam huic loco eximendum aut mutandum ſit. itaque ueterem lectionem retineo, Regii caſtigationem aliis examinandam relinquens.] {Et precibus} deſcribit ea, quæ Merc. narranda de Syringe reſtabant. {Per auia} per loca inuia. {Ladonis ad amnem} Ladon fluuius eſt Arcadiæ leniſſimus. {Liquidas ſorores} Naiades. {Calamos paluſtres} cannas in paludibus naſcentes. {Dumq; ibi ſuſpirat} ibi in calamo ſuſpirat Syrinx. [Vel potius Pan ob amiſſam nympham.] {Hoc mihi conſilium} uolo, inquit Pan, hoc conſilium mihi tecum eſſe commune. ut enim tu in arundine quereris, ita ego hac eadem arundine meos ſolabor ardores. [Quidam hoc loco pro, conſilium, condylium legit, quod græcis annulum ſignificat. uultq; calamorum iſtam complexionem hoc nomine ſignificari, quoniam & Mart. alibi dixerit, Parem fiſtula condyli ſonabit: quod quãquam ipſe non ita probem, præterire tamen hic nolui.] {Diſparibus} inęqualibus. {Compagine} coniunctione. compago autem & compages in eadem dicitur ſignificatione. {Nomen puellæ} Gręci nanque fiſtulam Syringa uocant. [Cuius exemplum ſiue ſpẽm uidere eſt apud Theocritũ in Idyllio, quod Syrinx inſcribitur. fiſtulam autem a Pane inuentam & Plinius tradit lib.7.c.56.] {Cyllenius} Mercurius a Cyllene, Arcadiæ monte, in quo natus fuiſſe memoratur. {Succubuiſſe} uictos fuiſſe. {Languida lumina} oculos ſomno occupatos, {Medicata uirga} caducei eſt periphraſis. {Falcato enſe} in falcis modum recuruo gladio, a Græcis harpe uocatur. {Nutantem} caput concutientem, ut dormitantes faciunt. {Qua collo eſt confine caput} qua caput coniungitur cum collo. {In tot lumina} in centum oculis. lumen nanque & oculum & lucem ſignificat. eſt autem ἀρχαϊσμὸς. nunc enim in tot luminibus dicimus. {Occupat} opprimit. {Vna nox} unà obſcuritas & mors. unà enim omnes extincti ſunt. [Quidam autem duos hos uerſus, quaſi quoddam epitaphiũ Argi eſſe uolunt, idq; ſaxo inſcriptum fuiſſe ſanguine Argi. nam id ſibi uelle, quod dicitur, Et maculat præruptam ſanguine rupem.] {Excipit} ex capite Argi capit. excipere autem modo ſuſcipere cadẽtia ſignificat, & uerba dictata cum ſcribuntur: modo excludere & ab aliis ſeparare. unde exceptiones apud iuriſconſultos & oratores dicuntur excluſiones, quibus id excluditur quod in intentionem ab actore eſt deductum. interdum excipere, eſt inſidiis aliquem capere. Virg. Excipit incautum. unde excipulæ deriuantur, quibus piſces capiuntur. {Saturnia} Iuno Saturni filia. eſt enim antonomaſia. appellatio nanque pro nomine poſita eſt. {Collocat} apponit. {Suæ uolucriſq; pennis} periphraſis eſt pauonis. nam pauones ſub tutela Iunonis eſſe dicuntur. {Stellantibus} more ſtellarum fulgẽtibus. {Protinus exarſit} inflammata eſt ira. nam in Io uaccã indignata eſt Iuno, cuius cauſſa Argus fuerat interfectus. quare illi furorẽ immiſit, quo per totum terrarũ orbem acta eſt. cum autem ad Nilum perueniſſet, miſeratione Iouis priſtinam recuperauit figuram, deaq; effecta, Iſis fuit appellata. {Nec tempora diſtulit irę} hoc eſt, nec uindictam in aliud diſtulit tẽpus. {Horriferam Erinnyn} horrendam furiam. Erinnyes enim furiæ dicuntur infernales. {Pellicis argolicæ} ἰοῦς Inachi Argiuorum fluuii filiæ. ab Argis nanque, clariſſima urbe Peloponneſi, cuius rex fuit Inachus, Argolicus declinatur. {Stimulos cæcos} furores occultos.

Virginitate deam: ritu quoque cincta Dianæ,
Falleret, & credi poſſet Latonia, ſi non
Corneus huic arcus, ſi non foret aureus illi.
Sic quoque fallebat. redeuntem colle Lycæo
Pan uidet hanc: pinuq; caput præcinctus acuta
Talia uerba refert: Tibi nubere nympha uolentis
Votis cede dei. reſtabat plura referre,
Et precibus ſpretis fugiſſe per auia nympham,
Donec arenoſi placidum Ladonis ad amnem
Venerat; hîc illam curſum impedientibus undis,
Vt ſe mutarent, liquidas oraſſe ſorores;
Panaq;, cum prenſam ſibi iam Syringa putaret,
Corpore pro nymphæ calamos tenuiſſe paluſtres;
Dumq; ibi ſuſpirat, motos in arundine uentos
Effeciſſe ſonum tenuem; ſimilemq; querenti,
Arte noua, uociſq; Deum dulcedine captum,
Hoc mihi * conſilium tecum, dixiſſe, manebit;
Atque ita diſparibus calami compagine ceræ
Inter ſe iunctis nomen tenuiſſe puellæ.
Talia dicturus, uidit Cyllenius omnes
Succubuiſſe oculos, adopertaq; lumina ſomno:
Supprimit extemplo uocem, firmatq; ſoporem,
Languida permulcens medicata lumina uirga.
Nec mora, falcato nutantem uulnerat enſe,
Qua collo eſt confine caput, ſaxoq; cruentum
Deiicit, & maculat præruptam ſanguine rupem.
Arge iaces: quodq; in tot lumina lumen habebas,
Extinctum eſt; centumq; oculos nox occupat una.
Excipit hos, uolucriſq; ſuæ Saturnia pennis
Collocat; & gemmis caudam ſtellantibus imple.

* ſcribo, concilium.i.cõiunctio, ſocietas, cõſuetudo: ut ſit Panos ſententia, ſe, quando Syringis cõſuetudine frui nõ potuerit, eam fiſtulã eius loco ſemper, ut ſociam, habiturum.

ARG. Io ſupradicta cum furiis exagitata orbem terrarũ percurriſſet, nouiſſime in Ægyptum delata eſt; ac, placata Iunone a Ioue, in priſtinam figuram reuerſa, Iſidis Deæ nomen accepit, linigeraq; dea eſt appellata.

PRotinus exarſit: nec tempora diſtulit iræ:
Horriferamq; oculis, animoq; obiecit Erinnyn
Pellicis Argolicæ, ſtimuloſq; in pectore cæcos

Argus oculi i cauda pauonis.

Condidit

RAPH. CONDIDIT} abſcondidit. {Profugam} porro fugatam. {Reſtabas Ni.} apoſtrophe ad Nilum, qui fluuius eſt Ægypti, a Nilo rege nominatus, ut Diodorus ait. nam antea Triton uocabatur, ut ſcribit Hermippus. {Quem ſimulac tetigit} ad quem poſtquam peruenit. {Tendens ad ſidera uultus} tendens quidem in nouis perperam legitur exemplaribus, ſed in uetuſtis recte ſcriptum eſt tollẽs. {Luctiſono mugitu} luctu ſonante & referente. {Et Stygias iubet hoc audire paludes} hoc eſt per paludem ſtygem iurauit, cuius nomen dii fallere non audebant, ut Virgilius ſcribit. [Nam, τὴν δὲ ζεὺς τίμησε, περισσὰ δὲ δῶρα ἔδωκεν αὐτὴν μὲν γὰρ ἔθηκε θεῶν μέγαν ἔμμεναι ὅρκον, inquit Heſiodus.] {Vt lenita dea eſt} poſtquam Iuno fuit mitigata. {Fitq́; qđ ante fuit} hoc eſt humanæ reſtituitur figuræ. {Fugiũt} celeriter cadunt. {Setæ} pili duriores. {Decreſcunt} diminuuntur. {Fit luminis arctior orbis} hoc eſt oculorum orbes ſtrictiores fiunt. {Contrahitur rictus} os diminuitur. {Redeunt humeriq́; manusq́;} hoc eſt armi in humeros, pedesq́; anteriores in manus cõuerſi fuerunt. qui nãque in aliis animalibus armi, in homine humeri uocantur, ut Plin. ait. {Vngula dilapſa} diuiſa. {In quinos ungues} inter unguem & ungulam differentia ſignatur. ungula nã que eſt aut ſolida, ut equorum, aut bifida, ut boum: ungues uero ſunt multifidi, ut hominum & leonũ. neque enim ungues hominũ ſunt tantum, ut imperiti putant, ſed aliorum quoque animalium. {De boue nil ſupereſt} de figura bouis nil reſtat. {Nymphe} Io nympha Inachi filia. eſt enim nominatiui caſus nymphe, eoq́; ſine diphthongo eſt ſcribendum. {Et timide uerba intermiſſa retentat} hoc eſt cum timore iterum loqui conatur. {Verba intermiſſa} uerba diu omiſſa. nam intermittere eſt ad tempus omittere atque deponere. {Retentat} iterum tentat, experiturq́; an loqui poſſit. {Nunc dea} nunc, inquit, Io pro dea Iſide colitur ab Ægyptiis lineas ueſtes geſtantibus. Iſidus nãque ſacerdotes lineis ueſtibus utebantur. Iſidem uero Ægyptii, ut tradit Diodorus, Lunam eſſe putant, ut Oſiridem ſolem, interpretariq́; antiquam, ſumpto nomine ab æterno & antiquo illius ortu. addunt illi cornua tum propter aſpectum, ſic enim uidetur, quo tempore primis diebus apparet, tum quia bos illi ab Ægyptiis ſacrificatur. quidam autem Iſidem Iouis Ægyptii regis filiam fuiſſe, eandemq́; cum Cerere eſſe, quæ ab Oſiride frater uxor accepta, multa contulerit ad uſum uitæ humanæ. prima enim triticum & hordeum, quę prius incognita hominibus caſu inter ceteras herbas oriebantur, inueniſſe fertur. leges quoq; Iſidem ſtatuiſſe ferunt, quibus iuſtitia æque omnibus ſeruaretur, ui atque iniuria timore pœnæ ſublatis. hac de cauſſa priſci græci Iſidem legiferam appellarunt, tanquam primam legum inuentricem. Oſiride autem marito interfecto iuraſſe dicitur Iſis ſe nulli alii nupturam, ac iuſto deinceps imperio regnaſſe, beneficiisq́; in populos omnes alios reges ſuperaſſe, ac poſt obitum, deorum honores conſecutam, & in Vulcani templo apud Mẽphim ſepultam fuiſſe. aſſerunt autem Ægyptii, id quod fere poetæ omnes teſtantur, Iſidem plurima inueniſſe ad morbos medicamenta, medicęq́; arti multum contuliſſe, ac in deorum quoque numerum relatam, gaudere hominum cultu, inq́; eorum ualetudine precipue uerſari, quin etiã in ſomnis palam iis opitulari, quos cẽſuerit dignos & qui illius monitis obtemperant, præter opinionem curari, etiam quorum medici ſalutem deſperarint. uiſu quoq; aut alia quapiã corporis parte debiles illius deæ numen implorantes in priſtinam reſtitui ualetudinem. ſigna uero horum eſſe dicũt non græcas fabellas ſed opera. per totum nanq; terrarum orbem Iſidem coli propter manifeſtas illius morborũ curationes. hęc & multo plura de iſide Diodorus. ceterũ Ouid. græcorum figmenta ſectatur. {Hinc Epaphus} Epaphi ac Phaethontis iurgia iccirco deſcribit poeta, ut cõmodius lib. ſecũdum cũ primo, & mutationem ſororum Phaethontis ipſius in populos cum ſuperiore transformatione connectat. Epaphus enim Iouis & Ius filius in altercatione Phaethõtem non eſſe Apollinis filium dixit: qua contumelia Phaethõ indignatus Clymenẽ matrem rogauit, ut ſibi uerum oſtenderet genitorem. illa Apollinẽ eſſe aſſeuerauit, utq́; ſe ad Apollinis regiam cõferret, ac ab ipſo ſciſcitareť, hortata eſt. eõ cũ ueniſſet Phaethõ, accepit ſe Apollinis filiũ eſſe, a quo hortatus, ut qcqd uellet peteret, ſe.n. nihil negaturũ. impetrauit a patre, ut Solis currum unum diem regeret. cum uero non terras modo, ſed cęlum quoq; imperitus equos ſolis gubernãdi cõbureret, Iouis fulmine in Padum fluuiũ pręcipitatus eſt. huius uero ſorores cũ finem lacrymis nõ imponerent, deorum miſeratione in populos arbores, earũq́; lacrymæ in electrũ conuerſæ feruntur. {Hinc Epa.} ex hoc, inquit, Epaphus Iouis filius eſſe crediť ꝙ Io mater eius ab Ægyptiis tanq̃ dea colebatur. [Eſt aũt hic Epaphus, is q ab Ægyptiis Apidis nomine colitur. ſic.n. & Herod. lib. 2. inquit, ὁ δὲ ἆπις κατὰ τὴν ἑλλήνων γλῶσσαν ἐστὶν ἔπαφος. iunctim aũt colebantur Apis & Iſis. porro Epaphus dictus eſt, ὅτι ζεὺς ἐπαφησάμενος τῆς ἰοῦς πάλιν εἰς γυναῖκα αὐτὴν μεταμόρφωσεν ut gręci tradunt.] {Phaethõ} Apollinis & Clymenes nymphę fuiſſe filius dicitur. unde & ſplendens interpretatur φαέθων. eſt etiam ſolis epitheton apud Homerum in 5. Iliados, ἠέλιος φαέθων. eſt autem nomen triſyllabum, non biſyllabum, ut quidam putant, præcipientes cũ æ diphthongo eſſe ſcribendum. {Non tulit Inachides} Epaphus Inachi nepos. {Et tulit ad Clymenen matrem} Clymene nympha fuiſſe fertur Oceani & Tethyos filia, ex qua Apollo ſuſtulit Phaethontem. {En ego liber ille ferox} indignatur Phaethon, quod cum alias & liber & ferox in reſpondendo eſſe conſueuerit, nihil nunc Epaphi conuiciis reſponderit. En, particula eſt indignantium propria.

Condidit, & profugam per totum terruit orbem.
Vltimus immenſo reſtabas Nile labori:
Quem ſimulac tetigit, poſitisq́; in margine ripæ
Procubuit genibus, reſupinoq́; ardua collo,
Quos potuit ſolos *tendens ad ſidera uultus, (tollens)
Et gemitu, & lacrymis, & luctiſono mugitu
Cum Ioue uiſa queri eſt, finemq́; orare malorum.
Coniugis ille ſuæ complexus colla lacertis,
Finiat ut pœnas tandem, rogat: inq́ue futurum
Pone metus, inquit, nunquam tibi cauſſa doloris
Hæc erit. & ſtygias iubet hoc audire paludes.
Vt lenita dea eſt, uultus capit illa priores, (Io ex uacca homo)
Fitq́;, quod ante fuit. fugiunt de corpore ſetæ,
Cornua decreſcunt, fit luminis arctior orbis,
Contrahitur rictus, redeunt humeriq́;, manusq́;,
Vngulaq́ue in quinos dilapſa aſſumitur ungues.
De boue nil ſupereſt, formæ niſi candor in illa:
Officioq́; pedum nymphe contenta duorum
Erigitur, metuitq́; loqui, ne more iuuencæ
Mugiat; & timide uerba intermiſſa retentat.
Nunc dea *linigera colitur celeberrima turba. (Niligena)
Hinc Epaphus magni genitus de *ſemine tandem (ſanguine)
Creditur eſſe Iouis, perq́; urbes iuncta parenti
Templa tenet. fuit huic animus æqualis, & annis
Sole ſatus Phaethon: quem quondã magna loquentẽ,
Nec ſibi cedentem, Phœboq́; parente ſuperbum,
Non tulit Inachides: Matriq́;, ait, omnia demens
Credis, & es tumidus genitoris imagine falſi.
Erubuit Phaethon, iramq́; pudore repreſſit,
Et tulit ad Clymenem Epaphi conuicia matrem.
Quoq́; magis doleas genitrix, ait, en ego liber
Ille ferox, tacui, pudet hæc opprobria nobis

Refelli}

CAPH.

Et dici potuiſſe, & non potuiſſe refelli.
At tu, ſi modo ſum cæleſti ſtirpe creatus,
Ede notam tanti generis, meq́; aſſere cælo.
Dixit, & implicuit materno brachia collo:
Perq́; ſuum, Meropiſq́; caput, tedaſq́; ſororum
Traderet, orauit, ueri ſibi ſigna parentis.
Ambiguũ eſt, Clymene precibus Phaethontis, an ira
Mota magis dicti ſibi criminis, utraq; cælo
Brachia porrexit, ſpectanſq́; ad lumina Solis
Per iubar hoc, inquit, radiis inſigne coruſcis,
Nate tibi iuro, quod nos auditq́;, uidetq́;,
Hoc te, quem ſpectas, hoc te, qui temperat orbem,
Sole ſatum: ſi ficta loquor, neget ipſe uidendum
Se mihi, ſitq́; oculis lux iſta nouiſſima noſtris.
Nec longus patrios labor eſt tibi noſſe penates.
Vnde oritur, terræ domus eſt contermina noſtræ.
Si modo fert animus, gradere, & ſcitabere ab ipſo.
Emicat extemplo lætus poſt talia matris
Dicta ſuæ Phaethon, & concipit æthera mente,
Aethiopaſq́; ſuos, poſitoſq́; ſub ignibus Indos,
Sidereis tranſit, patrioſq́; adit impiger ortus.

REFELLI} confutari. {Ede nota} oſtende ſignum. {Meq́; aſſere cælo} hoc eſt, me tua defenſione cælo aſcribe, me defende ac præſta deum eſſe. {Et implicauit} iniecit. {Meropiſq́; caput} ut per uitam Meropis uiri. nam Clymene poſt Phaethontem ex Apolline ſuſceptum Meropi nupſit. Meropes ſane homines ab Homero dicuntur a uocum diuerſitate, μερίζω nanque diuido, ὄψ ὀπός uox dicitur, ſiue quo diſtinctam habeant uocem a uocibus brutorum animalium. Meropes etiam ſunt aues apibus infeſtæ, unde etiam apiaſtrę uocantur, quod apes comedãt. Virg. in Georg. Meropes, aliæq; uolucres. {Tedaſq́; ſor.} nuptias ſuarum ſororũ, quas matri curæ eſſe ſciebat. {Dicti crim.} obiecti criminis. {Per iubar hoc} per hoc ſolis ſplendorem. nã iubar proprie ſignificat luciferum ſtellam, quod iubar lucis effundat. Virgil. It portis iubare exorto delecta iuuentus. a lucifero autem omnis ſplendor iubar appellatur. ſol autem dictus eſt, ut Ciceroni placet, quod unus ſit & nõ plures, quodq́; tantam claritatem ſolus obtineat. {Inſigne} ornatum, clarum. unde inſignia dicuntur ſigna & ornamenta uirtute adepta. {Radiis coruſcis} fulgentibus, micantibus. radius autem non ſolum fulgor micans dicitur, ſed uirga quoque, qua Geometræ lineas deſignant. Virg. Deſcripſit radio totum quingentibus orbẽ. eſt etiam inſtrumentum textorum. Virg. Excuſſi manibus radii. eſt & inſtrumentum, quo menſuræ ęquantur, quod etiam hoſtorium dicitur. Plau. Dii deæq́; omnes tantam uobis lętitiam, tot gaudia ſine radio cumuletis. eſt etiam radius oliuę genus oblongæ, de qua Virg. Nec pingues unam in faciem naſcuntur oliuæ, Orcades & radii, & amara pauſia bacca. rotæ quoq; radios habere dicũtur. {Quod nos auditq́;, uidetq́;} hoc ex ſententia Homeri dictum eſſe uidetur. nam ut ſcribit Plinius. lib. 2. c. 6. Sol fertur medius planetarum ampliſſima magnitudine, ac poteſtate; nec temporum modo, terrarumq́;, ſed ſiderum etiam ipſorum, cęliq́; rector. hũc mundi eſſe totius animum, ac planius mentem; hunc principale naturæ regimẽ, ac numen credere decet opera eius ęſtimantes. hic lucem rebus miniſtrat, aufertq́; tenebras: hic reliqua ſidera occultat: hic uices temporum, annumq́; ſemper renaſcentem ex uſu naturæ temperat: hic cęli triſtitiam diſcutit, atq; etiam nubila humani animi ſerenat: hic ſuum lumen cęteris quoq; ſideribus fœnerat, præclarus, eximius, omnia intuens, omnia etiam exaudiens, ut principi litterarum Homero placuiſſe in uno eo uideo. {Temperat} regit ac gubernat. nam ſolis calore omnia temperantur. {Si ficta loquor} hoc eſt ſi mentior, & falſa dico. omne .n. fictũ falſum eſt. fictũ eſt .n. quod nõ eſt factũ, ſed fieri potuit. falſum aũt, uanum & fictũ differunt, ut ſcribit Don. nã falſum eſt fictum mendaciũ ſimile ueritati. uanum nec poſſibile, nec ueriſimile. fictum totum ſine uero, ſed aũt ueriſimile. falſum loqui mẽdacis eſt. fictũ callidi. uanum ſtulti. falſum loqui culpæ eſt. fictum uirtutis. uanũ uecordiæ. falſis decipimur: fictis delectamur: uana cõtemnimus. {Neget ipſe ui. Se mihi} aſpiciendũ. optat Clymene ut moriatur ſi mẽtitur Phaethonti. {Sitq́; lux iſta nouiſſima} hoc lumen ſolis ultimũ ſit mihi. {Nec longus patrios} nec longo, inquit, tibi labore opus eſt, cognoſcas & uideas patris tui domũ. {Noſſe} cognoſcendi. eſt enim conſtructio græca. nam græci infinitis pro gerundiis utuntur. {Patrios penates} patris tui ædes. {Contermina} confinis. {Noſtræ terræ} Æthiopiæ. Æthiopia nanque Indiæ, unde ſol oriri uidetur, finitima eſt. {Si modo fert animus} hoc eſt ſi modo ad hoc te inclinat animus, ut eas ad patris ædes uidendas. {Et ſcitabere} inueſtigabis. ſcitari nanque eſt rogare ut ſciamus. {Emicat} exiit. {Et concipit æthera mente} hoc eſt omnia magna ſibi promittit. nam ætherem quoque pertranſire poſſe ſperabat. {Æthiopaſq́; ſuos} e quibus Phaethon erat unus. [Vel quod Æthiopibus imperauit Phaethon, ut eſt apud Beroſum.] Æthiopes autem ab Æthiope Vulcani filio, qui Æthiopiam a nomine ſuo appellauit, ut in 6. narrat Plinius, fuere cognominati, quamuis alii quod uſtam habeant faciem putent, dictos παρὰ τὸ αἴθω, quod eſt uro & ὤψ ὠπὸς facies. {Sub ignibus ſidereis} ſub feruoribus ſolis. Indi uero populi ſunt orientis ab Indo fluuio cognominati.

*Libri primi finis.*

# ANNOTATIONES
## *Giberti Longolij in librum primum Ouidij Metamorphoſeon.*

*Vnus erat toto naturæ uultus in orbe.*

DEſcriptio χάος, quod ex ſententia Heſiodi ante omnia extitiſſe narrat, illuſtratur ea circunſtantiarum amplificatione. Dictum autem eſt χάος ἀπὸ τοῦ χάινειν, uel ἀπὸ τοῦ κέχυσθαι εἰς ἄπλασμα.

*Induit ignotas hominum conuerſa figuras.*

Non diu cõſtitit uis illa animi diuina & cæleſtis, ſed mox ex perfectiſſimo ſtatu in peius declinare cœpit. quam rem poetæ per ſeculorum mutationem indicarunt. De his ætatibus lege Heſiodũ 1. opera & dies, & Aratum in φαινομένοις: a quibus multa tranſtulit Ouidius.

*Pœna, metusq; aberant, nec uerba minantia fixo.*

Periphraſis legum, quæ a Seneca dicuntur minis miſta precepta: ob id autem ſcribebantur in tabulis ęreis, quod perpetuo eas uigere uolebant.

*Non ſcelerata tamen. de duro eſt ultima ferro.*

Cum Saturno, aurei ſeculi rectore, cæli arce deiecto, terreret Iupiter mundum, ſic ipſum in diuerſa tempora coarctauit, ut Ver, quod fuit ante continuum ſerena tranquillitate in partem anni quartam, & in anguſtiſſimum ageretur tempus, ut huic ſederet ardor ęſtatis, & tertio ſequeretur autumni infida temperies, & poſt hoc totus annus rigida hyeme clauderetur, ut hæc quattuor tempora qualitates imitarêtur, & ordinem ſeculorum conſtituit Iupiter.

*Protinus irrupit uenæ peioris in æuum*
*Omne nefas: fugêre pudor, uerumq;, fideſq;.*

Ita Theognis,

Ὤχετο μὲν πίστις μεγάλη θεὸς ὤχετο δ' ἀνδρῶν
Σωφροσύνη, χάριτές τε φίλε γῆν ἔλιπον.

*Victa iacet pietas, & uirgo cæde madentes.*

Poeta εὐσεβέων δ' ἀνδρῶν γένος ἔφθιτο. Aratus uirginem Δίκην, id eſt iuſtitiã fuiſſe dicit. hãc Theophraſtus etiam uirginem apud Gellium prodidit. et Heſiodus, παρθένος Διὸς ἐκγεγαυῖα. Aratus autem Aſtręam nominatam cenſet ab Aſtręo primo aſtrorum parente.

*Et cum Cylleno gelidi pineta Lycæi.*

Hi montes Arcadiæ ſunt. Iupiter autem in Arcadia plurimum uerſatus eſt, unde etiam illum quidem Arcada dixerũt, ut Callimachus in hymnis.

*Perdere, & ex omni nimbos dimittere cælo.*

Diluuii deſcriptionem habes apud Senec. nat. q. l. 3. c. 27.

*Corycidas nymphas, & numina montis adorat.*

Quæ tunc oracula. nam Pindari ſcholia docent Noctem primo præfuiſſe oraculis, deinde Themin. nec Apollinem a Themide uaticinandi artem accepiſſe, ſed a Pane.

*Extantem, atq; humeros innato murice tectum.*

Tritõ tubicen & armiger Neptuni, ut Statius ſcribit lib. 1. Achil. dicitur hic concha perforata canere. eius copioſiorem deſcriptionem lege apud poetam lib. 10. Æn.

*Inq; breui ſpatio, ſuperorum numine, ſaxa.*

Lapides quos Deucalion poſt tergum proiecerat, uiri facti ſunt, quos uero Pyrrha, ex his fœminæ natæ: hinc eſt quod græci homines etiamnum λαοὺς appellant: ἀπὸ τοῦ λᾶος quod lapidem ſonat. quam rem poeta quidam uerſiculo iſto teſtatur, ἐκ δ' ἰδῶν ἐγένοντο βρότοι λαοὶ δὲ καλεῦνται. Pind. interpres.

*Donec Ariſtoridæ ſeruandum tradidit Argo.*

Argus Ariſtoris filius. Callimachus in Epigram. πέφνεν Ἀριστορίδην ἄντος πολυόμματον ἄρκον. Ariſtor autẽ Crotopo editus erat: hic Argus Iunoni operam in paſcenda uacca falſa nauaſſe dicitur, quæ res a Lycophrone κρᾶς βότας appellatur.

*Et conata queri, mugitus edidit ore.*

A mugitu Ius dicta eſt Mycene, nempe ἀπὸ τοῦ μυκήσασθαι quod ibi in bouem conuerſa primum mugitum ediderit. Pauſa. in Achiuis.

*Perdidit effuſo per uulnera nigra ueneno,*

*Ne'ue oper.* Quod erat hiſtoriæ ad fabulam trahit. non .n. Apollo inſtituit Pythia certamina, ſed Eurilochus Theſſalus tum Amphyctionibus adgreſſus Cyrrhæos homines impios, & uiolentos, ut auctor eſt Pindari enarrator.

*Tempora cingebat de qualibet arbore Phœbus.*

Daphnes fabulam recenſet Parthenius in amatoriis narrationibus. Aphthonius ſophiſta non Penei filiam, ſed Ladonis amnis appellat. require illius progymnaſmata.

*Inuentum medicina meum eſt, opiferq; per orbem.*

Tribus artibus pręeſſe Apollinem docet Ariſtophanis interpres, manticæ, iatricæ & muſicæ. dicitur autem inueniſſe medicinam Apollo, quod Sol producit herbas in quibus tota fere medicina conſummatur.

*Te coma, te citharæ, te noſtras Laure pharetræ.*

Hæc deus tanquam uates & futurorum minime ignarus. Ad hæc conſule Plin. lib. 15. cap. ult.

*Eſſe putat nuſquam, atq; animo peiora ueretur.*

Hanc fabulam ſub Iſidis nomine Herodotus & Diodorus recenſent; omnium autem optime Lucianus in dialogis marinis.

*Tum deus Arcadiæ gelidis in montibus inquit.*

Excurrit in aliam fabulam & obiter illam recenſet. annectit etiam quanã ratione fiſtula primum inuenta ſit, quodq; ex arundine præcipue eam conficere Pan docuit. lege Plin. lib. 7. cap. 56.

*Corneus huic arcus, ſi non foret aureus illi.*

Ex pinu Panes Satyriq; corollas factitabant, non alia ratione quàm quòd iſti dei in comitatu matris deorum frequẽtes eſſent, cui hæc arbor ſacra eſt. Seneca tragicus in Troade, Secuitq; fretum pinus matri ſacra Cybellæ. Et quod Pan ſit ſocius παρέδρος q; Matris audi Pindarum in κεχωρισμένοις, ὦ Πὰν Ἀρκαδίας μεδέων ἴθι τοῦ ματρὸς μεγάλας ὀπαδὲ σεμνῶν χαρίτων μελημάτερπνον.

# *In P. Ouidij Naſonis Metamorphoſin Henrici Glareani annotationes haud uulgares.*

*In noua fert animus mutatas dicere formas.*

SI ullus unquam poetarum dignum factis ſuis encomiũ habuit, atq; inde etiam nomen, certe hic poeta merito ingenioſus dicetur: quod ipſe de ſe fateri non dubitauit: Ingenio perii Naſo poeta meo. at hunc quidam exponentes nimis ingenioſi & ipſi uideri uolunt: ut qui hoc loco Ouidiũ græce orſum affirmant ἐν νέαφέρι ἀνεμος. Mira uero ſubtilitas, & quæ requirat ſudantem aliquem philoſophum. magis ad rem erat, quod alii admonuerunt, hypallagen hic eſſe, cum dicit, formas mutatas in noua corpora, pro corpora i nouas formas, atq; adeo alluſionem eſſe ad nomẽ ipſum μεταμόρφωσιν.

*Quem dixere Chaos.*

Relatiuum poſitum inter nomina diuerſorum generum frequenter apud oratores cum ſequẽte conformatur. Cicero, Studium quæ philoſophia dicitur. Salluſtius, Eſt locus in carcere quod Tullianum dicitur. poeta autem uidetur aurem potius ſecutus. ſonat enim neſcio quomodo feſtiuius, Quem dixere Chaos, quàm ſi legerimus, Quod dixere Chaos. tale eſt Virgilii, Hæc finis Priami; &, Quem das finem rex magne laborum. ut apud Aul. Gellium lib. 13. cap. 19. oppido eleganter exponit Probus Valerius.

*Quaq; erat & tellus, illic & pontus, & aer.*

Porphyrio Flacci enarrator lib.3. carm. ode 4. hunc locum ita legit, Illic & pontus ut aer. exponitq;,ut,pro ubi. ſicut Horatium conſtat dixiſſe, Vtcunq; mecum uos eritis, pro ubicunq;: ſed mihi non placet eius expoſitio. illud, &, quod præcedit tellus, magis turbat lectorẽ,cum coniunctio copulatiua,q;, præceſſerit. uerum hæc nimis anxia uideri queunt.

*Hanc deus & melior litem natura diremit.*

Copulam,&,expoſitiuam puto,atq; poſitam, pro ideſt.ueteres enim Deum naturam uocabant. unde Seneca, Nihil aliud,inquit,eſt natura, quàm Deus,& diuina quædam ratio toti mundo, & partibus eius inſerta.

*Et liquidum ſpiſſo ſecreuit ab æthere cælum.*

Ariſtoteles lib.1. de cælo, Cælum aſſeuerat æthera dici ἀπὸ τοῦ ἀεὶ θεῖν, quòd perpetuo currat, Anaxagoram autem non recte dicere ἀπὸ τοῦ αἴθειν, quod eſt ardere. quanquam primo libro Μετεώρων idem dicat Anaxagoram æthera pro igne accepiſſe.ceterum Ouidius cælum aliquando pro orbibus cæleſtibus accipit, aliquando pro toto illo, quod ſupra aquam ac terram eſt.ita æthera quoq; aliquando pro igne, aliquando pro cęlo. ſicut enim ueteres locutos uidebat, ita uarie ipſe, ut ſuus poetis mos eſt, loquitur.

*Vtq; duæ dextra cælum, totidemq; ſiniſtra.*

Diuiſio hæc eſt totius cæleſtis ſuperficiei, ac ſimili prorſus ratione terrę. Zona igitur non eſt linea,ſed ſuperficies,lineis tamẽ ſiue peripheriis circulorum diſcreta. qui uero Zonas diuidunt, circuli ſunt quattuor, duo Tropici, ac extremi duo Arcticus & Antarcticus.ęquinoctialis autẽ circulus nihil ad Zonarũ diuiſionem facit,per mediam autẽ uadit Torridam.inuenta deniq; eſt hæc Zonarum diſtinctio ad regionũ qualitatem diſcernendam. nam quæ inter Tropicos iacet zona, quòd ſol eos circulos non egrediatur, Torrida uocatur:extremæ duæ frigidę,quòd a ſole longiſſime abſint: deniq; duæ reliquæ temperatę,altera Antipodum,ad quam hodie ex Luſitania frequens eſt nauigatio, etiam ſi ueteres omnes ad eam perueniri non poſſe, propter torridam interpoſitam, tradiderint. porro quemadmodum in cęlo æquator eſt,aliiq; circuli: ita etiam in terra intelligendi. eſt enim terra,quæ ſubiecta eſt æquinoctiali; eſt item, quæ ſubiecta Tropicis; deniq; quę extremis circulis: ita pro ſua portione de zonis cogitandum,quòd nemo exquiſitius, nemo breuioribus uerbis, nemo doctius hoc noſtro poeta deſcripſit.

*Eurus ad Auroram, Nabatæaq; regna receßit.*

Poetæ quattuor duntaxat principales uentos nominant. Homerus Odyſſ. ε.

Ἄλλοτε μέν τε νότος βορέῃ προβάλεσκε φέρεσθαι,
Ἄλλοτε δ' αὖτ' εὖρος ζεφύρῳ εἴξασκε διώκειν.

Manilius ſimiliter diſticho ſanè quàm eleganter eodem comprehendit:

Aſper ab axe ruit Boreas, fugit Eurus ab ortu,
Auſter amat medium ſolem, Zephyruſq; cadentem.

Noſter hic poeta magis explicato ſermone, atq; adeo, ut omnia ſolet, ſplendidioribus figuris eoſdem depinxit.

*Et denſi frutices, & uincta cortice uirgæ.*

Vinctæ legendum putat D. Eraſmus præceptor noſter, cui multum hæ noſtræ debent annotationes.eſt autem etiam num mos & corticibus tiliarum nonnullarumq; aliarum arborum,ut parentur funes, quos uerisſimile eſt & tum primum inuentos. Crates igitur intelligit, aut quid ſimile, e quibus etiam hodie multis in locis parant ruſtici domos.

*Tertia poſt illam ſucceßit ahenea proles.*

Aratus in Phænominis,ubi de Virgine,tres duntaxat ponit ętates. nam illam æneam ſiue ęream, intellexit ferream, χαλκείην uocitans: χαλκὸς.n.olim pro ferro, quòd arma ex ære eſſent, accipiebatur. quare poeta noſter hoc in loco de ærea ætate non multa uerba fecit, deſtitutus Arato,quẽ quod ad mores ætatum attinet, ſequi uoluit. Heſiodus autẽ quattuor ponit hominum genera,aureum,argenteum,ęneum, ac ferreum.ſed hoc ultimum uariat,ut in Georgicis patet apud eundem. ceterum Raphaeli Regio placuit,ſi legatur,ſucceſſerat ænea proles. mihi magis placet, ut fiat reſolutio diphthongi: ut legatur, ſucceſſit ahenea proles. quanquam utrunq; legi poteſt: quod & ille fatetur.

*In dominum dignos euerti tecta penates.*

Appoſitionem eſſe notius eſt quàm ut explicari ſit opus. dignos autem abſolute dixit. & quanquã, euerti, ſit præteritum perfectum: intelligitur tamen penates dignos fuiſſe qui euerterentur propter domini impietatem. ergo, euerti, inquit, Iupiter in dominum tecta, penates dignos euerti, etiam ſi hoc nimis fortaſſis argutulum.

*Separat Aonios Actæis Phocis ab aruis.*

In his uerbis niſi hypallagẽ eſſe intelligamus, non uideo ut intelligi queant. neq; enim Phocis regio, in qua & Parnaſus, & Delphi, Aonios, hoc eſt Bœotios, ab Attica ſeparat,ſed contra a Bœotia Phociden ab Attica ſeparat,ut omnes norunt qui Geographica tenent. eſt igitur ita intelligendum, Phocis ſeparat Aonios ab aruis Actæis, hoc eſt Aonii ſeparant Phocida ab Actęis aruis. uerum in his non oportet omnino anxium eſſe: quẽadmodum qui miretur, quò hoc qđ nono deinde ſequitur uerſu, Quę tũc oracla tenebat, pro reſpõſa dabat,dictum ſit. neq; enim poetæ præſertim Heroici, ad eam, qua rhetores, proprietatem aſtringi poſſunt.

*Tortilis in latum, quæ turbine creſcit ab imo.*

Porphyrius in his,quæ in Homerum extant,quęſtionibus ſatis luculenter probat, Homerum quoties obſcurum quiddam adducit, continuo ſubnectere eius dicti declarationẽ, ut cum Bouem ἀδμήτην appellaſſet, ſubiungit ὃ τοῦτο ζυγὸν ἤγαγεν ἀνήρ. ita hoc loco concham ſonantem deſcribens noſter poeta, quid tortile in latum ſignificet per uerba ſequentia ſanè q̃ eleganter deſcripſit. eſt enim concha ut cochlea, quæ ab imo ita creſcit, ut & torqueatur in gyrum propemodum, paulatimq; fiat latior.

*Contigit ut quædam, ſic non manifeſta uideri.*

Vt quædam, quaſi concedentis uidetur, ac perinde dictum, ut poteſt uideri quædam hominis forma, ſic uideri poteſt non manifeſta. comparatio eſt in ut & ſic, & quædam præterea pro aliqua.

*Per ipſum Naſcendi ſpatium.*

Raphael Regius hæc uerba ad ſequẽtia retulit quaſi poeta dicat, quædam imperfecta per ipſum naſcendi ſpatium. alii hæc ſuperioribus coniungunt ad hunc ſenſum, & in his quædam modo nata per ipſum naſcendi ſpatium, hoc eſt, in ipſo ortu: atque illis nos quoque ſubſcribimus.

*Vel nimis admouit, uel iam ſub luce reliquit.*

Non ſatis luculenter hunc locum efferunt commentarii, neque ego plane intelligo. conſuetudo aliqua exprimitur, uulgo nota, ſed nobis non admodum.

*Leniſq; Amphryſus & Aeas.*

Aous eſt, ut auctor eſt Plin. lib.3. cap.23. meminit & Liuius lib.2. de bello Macedonico.

*Littera pro uerbis quam pes in puluere duxit.*

Idem & Raphael,cum recte hęc primum explicaſſet,ſubiunxit hæc uerba: Bouis enim pes i,& o, litteras exprimere uidetur.ſed id nõ placet.quin potius exiſtimamus in Io manſiſſe rationẽ,ut in Homeri ſociis tum alii poetæ,tum Homerus commemorat.quare etiam Vacca Io per pedes duas formare litteras potuit. proximo item carmine idem Raphael, ſi codices non errant, per egit exponit, per efficit præſens: ſed efficit legendum. Me miſerum, idem, quod continuo ſequitur, O ait, ſubintelligitur, quod frequenter in exclamationibus omittitur leuioribus, quaſi hæc ſit leuis exclamatio: ubi pater inuenit filiam in uaccam tranſmutatam.

*Languida permulcens medicata lumina uirga.*

Caducei eſt periphraſis, idem ait. ſed dictum eſt hoc, ut illud 6. Æneidos, Medicatam frugibus eſcam. uide ibidem Seruium.

Regia

# P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER SECVNDVS.



ARGVMENTVM.

Clymene, Oceani & Tethyos filia, cum Phaethontem ex Sole conceptum genuiſſet, & in adultam perduxiſſet ætatem, monuit ut patrem cognoſceret. qui infeliciter progreſſus ad orientem Solem peruenit, agnitusq́; eſt ab eo connubij indicio: accenſusq́; agitandi currus amore, quem quattuor equi, Pyrois, Eous, Aethon, ac Phlegon, per orbem aſſueuerant trahere, cum diu petitum accepit, & a miniſtris Horis iunctum conſcendit. monitis licet inſtructus patris, per iter ignotum, cum equis obniti nequiſſet, tractus eſt: equi eum ignotum agitatorem contemnentes, mundi pronam partem petierunt. quamobrem cum cuncta ardore ſubito flagrantia incenderentur, a Ioue terra opem implorans ne conflagraret, petiit. Phaethon fulmine ictus eſt, in terramq́; præcipitatus, atque ita liberati equi uinculis, agnito itinere ad ſuam ſtationem reuerſi ſunt.

REGIA Solis erat ſublimibus alta columnis,
Clara micante auro, flammasq́ue imitante Pyropo:
Cuius ebur nitidum faſtigia ſumma tegebat,
Argenti bifores radiabant lumine ualuæ.
Materiam ſuperabat opus. nam Mulciber illic
Aequora cælarat medias cingentia terras,
Terrarumq́; orbem, cælumq́;, quod imminet orbi.
Cæruleos habet unda deos, Tritona canorum,
Proteaq́; ambiguum, balenarumq́; prementem
Aegæona ſuis immania terga lacertis,
Doridaq́;, & natas: quarum pars nare uidetur,
Pars in mole ſedens uirides ſiccare capillos,
Piſce uehi quædam. facies non omnibus una eſt,
Nec diuerſa tamen, qualem decet eſſe ſororum.
Terra uiros, urbesq́; gerit, ſyluasq́;, ferasq́;,
Fluminaq́;, & nymphasq́;, & cetera numina ruris.
Hæc ſuper impoſita eſt cæli fulgentis imago,

RAPH. REGIA Solis erat} ſecundum librum auſpicatur Ouidius a deſcriptione ędium Solis, ad quas peruenerat Phaethon, a Clymene matre exhortatus, ut ipſum rogaret Apollinem, an ſibi pater eſſet. concinne igitur huius libri initium cum prioris fine connectit. uidetur autem Ouid. regiam Solis deſcribere ad imitationē palatii Romani uel Capitolii. nam magnificētiſſimū quodq́; in hac deſcriptione ędificium mēte concepit. {Regia} domus regis, quæ baſilica cœpta eſt dici. {Clara} lucida, illuſtris. {Micante} ſplendēte. {Pyropo} Pyropus uidetur is eſſe lapillus, quē nos carbūculum appellamus. Pyropus nāque dicitur, ꝙ ignis habeat aſpectum: πῦρ nāque ignem, ὦπα aſpectū græci dicunt. {Cuius ebur nitidum} ſplēdidum. tecta aūt regiæ Solis eburnea fuiſſe ait, & fores argenteas. {Bifores ualuæ} duplices. ualuæ aūt dictę ſunt ꝙ in ſe uoluantur. {Materiam ſuperabat opus} pretioſiſſimæ materiæ. pretioſior ars fuit adhibita. in ualuis nāque argenteis quattuor elemēta cū animalibus ſuis a Vulcano fuerāt ſculpta. uidetur autem Ouid. Homerū imitari in Achillis clypei a Vulcano fabricati deſcriptione. [Quæ eſt Iliad. 18. nam & illic Vulcanus inquit,

Ἐν μὲν γαῖαν ἔτευξ᾽ ἐν δ᾽ οὐρανὸν, ἐν δὲ θάλασσαν,
Ἠέλιόν τ᾽ ἀκάμαντα σελήνην τε πλήθουσαν.
Ἐν δὲ τὰ τείρεα πάντα, τά τ᾽ οὐρανὸς ἐστεφάνωται. &c.

{Mulciber} Vulcanus, a molliendo ferro dictus eſt Mulciber. nā mulcere eſt mollire, ut Pompeius ſcribit. {Cælarat} ſculpſerat. {Aquora cingentia terras} periphraſis eſt Oceani. {Cęlumq́;} aerem, qui terrarū orbem complectitur. {Tritona canorum} Triton, ut iam diximus, tubicen eſt Neptuni, cuius & Salaciæ nymphæ filius eſſe fertur, ſic dictus, ꝙ primū in Tritonide Libyæ palude uiſus eſſe dicatur. Tritō etiā fluuius eſt Libyæ maximus, ut ſcribit Herodotus, Tritonidem paludem efficiens. [Vel potius ἀπὸ τῆς τριτοῦς. quod fluxum, & item terrorem quēdam ſignificat. Æolica autē lingua etiam caput. eſt enim monſtrum marinum, uaſta ſpecie, atque horribile, ex homine & delphino compoſitum, quaſi quidam ἰχθυοχίτων, ut dicunt græci.] {Proteaq́; ambiguum} Proteus deus eſt marinus, paſtor pecorum Neptuni, qui iccirco ambiguus dicitur, quod in uarias figuras ſe commutare fingatur, ut difficile uideatur quid ſit agnoſcere. modo nanque fit urſus, modo leo, modo aqua, modo ignis. unde Horatius. Quo teneam uultus mutantem Protea nodo. [Huius deſcriptionem habes, quarto Odyſſeæ apud Homerum, & apud Virgilium 4. Georgicorum.] {Immania terga balenarum} maxima. Balenæ autem belluæ ſunt marinæ maximæ, quæ & cetę dicuntur & priſtices, ut Sextus ait. {Suis lacertis} brachiis. nam Ægęon cētum brachia fingitur habuiſſe. {Ægęona} Ægæon gigas fuit, ut ſcribit Heſiodus, Cęli & Terræ filius. Eumelus autem in Titanomachia ait, Ægęonē Terræ & Ponti filium fuiſſe, in mariq́; habitaſſe, ac inde Titanibus opē tuliſſe: quam opinionem hoc loco Ouid. ſequi uidetur. alii putāt Ægęonem beluam eſſe marinam. Tarrhæus autem, inquit, illum fuiſſe gigantē, fugiſſeq́; ex Euboea, ac in Phrygiam perueniſſe, ibiq́; mortuum eſſe. Conon uero in Herculea ſcribit Ægęonē a Neptuno fuiſſe deuictum, inmariq́; ſubmerſum. Briareus autem, & Ægæeon, & Giges idem eſſe fertur. Hom. ſane eūdē eſſe Briareum & Ægæona in primo Iliados ait, ſed Briareum a diis, Ægęona ab hominibus dici, centimanumq́; eſſe ſcribit. [Idē & Ioui auxilium tuliſſe contra Iunonem, Neptunum & ceteros, Ægæona dicit, a Thetide accerſitum atque adductum. uide Iliad. 1.] Ab Ægęone uero mare Ægæū quidam aiunt fuiſſe cognominatum. {Doridaq́; & natas} Doris nympha fuit Oceani & Tethyos filia, ac Nerei uxor: ex qua maxima nympharum multitudo eſt nata, quas Nereidas, de patris nomine uocant. Doris interdum pro ipſo ponitur mari. Virgilius, Doris amara ſuam non intermiſceat undam. {Pars in molle} in magno aliquo ſcopulo. {Terra uiros} ita, inquit, terra erat ſculpta, ut & urbes, & flumina, & ſyluæ, & nymphæ, & feræ ei ineſſe uiderentur.

Signaq́; ſex foribus dextris, totidemq́; ſiniſtris.
Quò ſimul accliuo Climeneïa limite proles
Venit, & intrauit dubitati tecta parentis;
Protinus ad patrios ſua fert ueſtigia uultus,
Conſiſtitq́; procul: neque enim propiora ferebat
Lumina. purpurea uelatus ueſte ſedebat
In ſolio Phœbus, claris lucente ſmaragdis.
A dextra, læuaq́; Dies, & Menſis, & Annus,
Sæculaq́;, & poſitæ ſpatiis æqualibus Horæ.
Verq́; nouum ſtabat cinctum florente corona:
Stabat nuda Aeſtas, & ſpicea ſerta gerebat:
Stabat & Autumnus calcatis ſordidus uuis,
Et glacialis Hyems canos hirſuta capillos.
Inde loco medius rerum nouitate pauentem
Sol oculis iuuenem, quibus aſpicit omnia, uidit.
Quæque uiæ tibi cauſſa? quid hac, ait, arce petiſti
Progenies Phaethon haud inficianda parenti?
Ille refert: O lux immenſi publica mundi,
Phœbe pater, ſi das uſum mihi nominis huius,
Nec falſa Clymene culpam ſub imagine cælat,
Pignora da genitor, per quæ tua uera propago
Credar, & hunc animis errorem detrahe noſtris.
Dixerat: at genitor circum caput omne micantes
Depoſuit radios, propiusq́; accedere iuſſit.
Amplexuq́; dato, Nec tu meus eſſe negari
Dignus es, & Clymene ueros, ait, edidit ortus.
Quoq́; minus dubites, quoduis pete munus: & illud
Me tribuente feres. promiſſis teſtis adeſto
Diis iuranda palus, oculis incognita noſtris.
Vix bene deſierat: currus petit ille paternos,
Inq́; diem alipedum ius, & moderamen equorum.
Pœnituit iuraſſe patrem: qui terq́; quaterq́;
Concutiens illuſtre caput, Temeraria, dixit,
Vox mea facta tua eſt. utinam promiſſa liceret
Non dare: confiteor: ſolum hoc tibi nate negarem.
Diſſuadere licet: non eſt tua tuta uoluntas.
Magna petis Phaethon, & quæ non uiribus iſtis
Munera conueniunt, nec tam puerilibus annis.
Sors tua mortalis: non eſt mortale quod optas.

RAPH. SIGNA q́; ſex} zodiacus quoq; circulus ita erat ſculptus, ut ſex ſigna in dextris, totidemq́; in ſiniſtris conſpicerentur. {Quo ſimul accliuo uenit} ad quam regiam, inquit, cum per arduum limitem Phaethon aſcendiſſet: quamprimum ſe contulit ad patrem. {Simul} poſtq̃. {Dubitati parentis} de quo dubitabat. {Protinus ad patrios} quāprimum in conſpectum patris progreditur. {Accliuo limite} arduo. regiam enim Solis in editiore loco eſſe uerisimile uidetur. {Neque enim propiora ferebat Lumina} ratio eſt cauſſam cōtinens cur propius nō accederet. neque enim, inquit, ferre poterat ſplendorem ſolis propinquiorem. {Purpurea uelatus} & habitum Apollinis & ſoliū deſcribit ita perſpicue, ut nulla expoſitio ſit adhibēda, cum ſplendore ſolis omnia lucida ſint & aperta, neque ullo alio lumine indigere uideantur. {In ſolio} ſolium dicitur quaſi ſolidum quod ex uno ligno cōficeretur. eſt autem ſolium proprie regum ſedes. {Claris ſma.} ſmaragdus gēma eſt uiridis clare ſplēdens. {A dextra, læuaq́; dies} comites, aſſeſſoresq́; ſolis deſcribit, q ipſum nunq̃ relinquunt. Sol enim & diei, & menſis, & anni, & omnium temporum auctor, & moderans eſt. {Seculaq́;} ſeculum ſpatiū dicitur annorum centum. [ut uulgo accipitur. hinc & ſeculares ludi dicti, qui centeſimo anno peragerentur. cōmentator autem Homeri ἰστέον, inquit, ὅτι οἱ παλαιοὶ τὰς γενεὰς ἐψήφιζον ἕως ἐτῶν τριάκοντα. hinc & Neſtorem uixiſſe tria ſecula dixere, hoc eſt, tres ætates.] {Et poſitæ ſpatiis æqualibus horæ} hora interdum quartam partem anni ſignificat, quo quidem modo quattuor ſunt anni horæ, quas etiam poeta deſcribit. interdum diei partem duodecimam. ſunt enim duodecim diei horæ æqualiter a ſe inuicem diſtantes. Dicta eſt autem hora, uel παρὰ τὸ ὡρῶ, quod eſt cuſtodio: quod proprium tempus diligenter cuſtodiat: uel παρὰ τὸ ὁρίζω ὃ ſpatia temporis diffiniat, uel ab Horo, ut ait Macrobius, qui lingua Ægyptiorum Sol dicitur. Hora quoq; apud græcos pulchritudinem ſignificat. unde ὡραῖος dicitur pulcher. horæ etiam ſunt deæ Cęli ianuam cuſtodientes, ut Homerus canit. Hora quoque eſt dea Quirini coniux, quæ, ut in quartodecimo poeta canit, una cum illo colitur. {Verq́; nouum ſtabat} quattuor anni partes ita deſcribit, ut ſingulis ſuam attribuat proprietatem. Vere nanque oriuntur flores, ex quibus coronæ conficiuntur. Æſtas nuda pingitur propter æſtum, quo frumenta matureſcunt. Autumno uindemia aſſignatur. Hyems frigoribus glacieq́; infeſtatur. {Spicea ſerta} coronas ſpiceas. Sertum enim corona dicitur, a ferendis floribus appellatum. {Haud inficianda} neganda. nam inficiari & inficias ire, negare eſt. unde coniecturalis ſtatus a quibuſdam inficialis dicitur, quod in eo factum negatur. {Ille refert} reſpondet. {Vſum huius nominis} ut tua progenies dicar. {Pignora da} ſigna & documenta. {Detrahe} deme, eripe. {Hunc errorem} hāc dubitationem. {Edidit} dixit, aſſeruit, uulgauit. {Veros ortus} ueram originē. ex me nanque uere es ortus. {Quoq́; minus dubites} ac ut minus, inquit, de hac re dubites, pete quicquid uis & habebis. {Diis iuranda palus} Styx palus eſt inferorum, per quā dii iurare timent, ut Virg. inquit, ἀπὸ τοῦ στυγοῦς, hoc eſt a mœrore dicta. fuiſſe autē filia Oceani & Tethyos ab Heſiodo ſcribitur, quæ a Pallante gigante compreſſa Victoriam peperit, quæ, quia in bello Giganteo a Ioue ſtetit, illi gratiam referens cōceſſit, ne cui deorum per matrem ipſius peierare liceret, ac ſi quis peieraſſet, per centum annos diuinitate priuaretur. [Per Stygem autem iurare dii finguntur quòd immortalibus nihil cōtrarium magis eſt, quā mors; & in lætitia degentibus nihil magis aduerſum, q̃ luctus.] {Oculis incognita noſtris} ſcite hoc a naturali ſumpſit ratione. nā ſtyx triſtitia eſt, quæ lætitiæ, qua ſemper dii fruuntur, contraria eſt. fieri autem non poteſt, ut qui ſemper læti ſunt ac propterea immortales, triſtitiam ſentiant. {Vix bene finierat} temerarium ac ferocem, nimiumq́;, in cupiditatibus ardentem innuit fuiſſe Phaethōtem. {Inq́; diem} per unum diem. {Ius & moderamen} poteſtatem & regimen. {Alipedum} alas in pedibus habentium, hoc eſt uelociſſimorum. {Terq́; quaterq́; Concutiens} ſæpius. concuſſio autem capitis hic pœnitentiam, alibi ſignificat indignationem. {Temeraria dixit} mea, inquit, promiſſa temeraria inconſultaq́; ſunt facta propter tuam petitionem. nunquā enim tibi me omnia conceſſurum, quæ petiiſſes, pollicitus eſſem, ſi putaſſem te talia petiturum. {Tua uoce} eſt ablatiui caſus, hoc eſt, propter tuam poſtulationem. {Vtinam promiſſa liceret} utinam, inquit, poſſem tibi promiſſa negare. [Nō eſt tua tuta uolun. propoſitio eſt ſequentis dehortationis. conſtat autem ſequens oratio locis ab impoſſibili, periculo, a difficultate, & a compenſatione cauſſæ, ſiue petitione. eſtq́; uniuerſa ualde oratorie tractata.] {Viribus iſtis} exiguis & mortalibus. {Sors tua} conditio tua. {Non eſt mortale} curſus nanque ſolis eſt incorruptibilis. ab impoſſibili autem & difficili diſſuadet Phœbus.

Solis comites.

quattuor anni partes.

Plus

Plus etiam, quàm quod ſuperis contingere fas eſt,
Neſcius affectas. placeat ſibi quiſque licebit:
Non tamen ignifero quiſquam conſiſtere in axe
Me ualet excepto. uaſti quoque rector olympi,
Qui fera terribili iaculatur fulmina dextra,
Non aget hos currus: & quid Ioue maius habetur?
Ardua prima uia eſt, & qua uix manè recentes
Enituntur equi: medio eſt altiſſima cælo,
Vnde mare, & terras ipſi mihi ſæpe uidere
Fit timor, & pauida trepidat formidine pectus.
Vltima prona uia eſt, & eget moderamine certo.
Tunc etiam, quæ me ſubiectis excipit undis,
Ne ferar in præceps, Tethys ſolet ipſa uereri.
Adde, quòd aſſidua rapitur uertigine cælum,
Sideraq; alta trahit, celeriq; uolumine torquet.
Nitor in aduerſum: nec me, qui cetera, uincit
Impetus: & rapido contrarius euehor orbi.
Finge datos currus, quid ages? poteris'ne rotatis
Obuius ire polis, ne te citus auferat axis?
Forſitan & lucos illic, urbesq; deorum
Concipias animo, delubraq; ditia donis
Eſſe: per inſidias iter eſt, formasq; ferarum.
Vtq; uiam teneas, nulloq; errore traharis,
Per tamen aduerſi gradieris cornua tauri,
Aemoniosq; arcus, uiolentiq; ora leonis,
Sæuaq; circuitu curuantem brachia longo
Scorpion, atque aliter curuantem brachia cancrum.
Nec tibi quadrupedes *animoſos ignibus illis,
Quos in pectore habent, quos ore, & naribus efflãt,

RAPH. PLVS autem q̃ ꝙ ſuperis} hoc eſt, plus etiam cupis q̃ diis ipſis adipiſci concedatur. {Affectus} cũ affectu quodam uehementi appetis. {Placeat ſibi quiſque licebit} quamuis, inquit, unuſquiſq; deorum multum ſibi arroget, me tamen excepto, nullus eorum in ſolis curru commode poterit conſiſtere, ne ipſe quidem Iupiter, quo nihil maius, nihilq; potentius habetur. {Ignifero in axe} in curru ignem & ſolem ferente. axis autem lignum eſt illud circa qđ rotæ currus uertuntur. {Poniturq; pars ꝓ toto κατὰ συνεκδοχὼ.] {Et quid Ioue maius habetur?} ac ſi dicat nihil. {Ardua prima uia eſt} cauſſas enumerat, qbus oſtẽdit difficillimam eſſe currus ſolis gubernationem. {Recentes} inſtaurati, integri uiribus, ut qui ꝑ noctem quieuerunt. ſecundum uulgi aũt loquitur opinionẽ, qui putat ſolis equos, ipſumq; ſolem noctu quieſcere. {Pauida formid.} ab effectu ꝙ pauidos timidosq; reddat. {Moderamine} regimine ac tẽperamento. {Tunc etiã q̃ me} hoc quoq; loco uulgi loquitur opinionem, longe nãq; ab oceano ſemper eſt ſol, nec unquam mergitur, quãuis uulgo uideatur. Tethys aũt Oceani eſt uxor q̃ ſolem occidentem excipere uidetur. dicta eſt autẽ Tethys, ꝙ ſit τίθη, hoc eſt nutrix, cum aliorũ, tũ deorum: eſt.n. domina humiditatis qua omnia aluntur.
*damnoſos* [Hinc & Homerus dixit ὠκεανὸν τε θεῶν γενέσιν καὶ μήτορε τηθύν.] {Aſſidua uert.} reuolutione & cõuerſione. {Torquet} conuertit. ſidera nãque fixa una cum cęlo uertuntur. planetæ uero contra cęli motum nituntur. unde infert. {Nitor in aduerſum} cęlum nãq; ab oriente in occidentem uoluitur, ſecumq; trahitur & ſolem & reliquos planetas: ſol uero una cũ aliis planetis ſuo ac naturali motu contra cęli conuerſionem nititur, hoc eſt cum quodam niſu & conatu mouetur. {Nec me qui cetera uincit Impetus} nec impetus, inquit, & rapidiſſima cęli rotatio, quæ omnia ſecum alia trahit, me poteſt inhibere, quo minus meũ naturalem motum perficiam. ſed hoc minus uerum eſſe uidetur. nã alii planetę contra mundi rotationẽ nituntur, ut diximus. cur ergo Apollo ſe ſolũ ait ab impetu cęli non ſuperari? an & ad deterrendũ a propoſito ſuo Phaethontem, & quia alii planetæ cũ retrogradi ſunt, nihil contra mundum nituntur? quãuis aũt luna nunq̃ retrocedere cogatur, interdum tñ citius, interdum tardius mouetur. ſol uero ſemper æquali motu ferri uidetur, eoq; ſe ſolũ a cęli rotatione non ſuperari gloriatur. {Rapido orbi} cęlo ueloci. ſigna nãq; zodiaci ſol pertrãſit mundo contrarius. {Poteris'ne rotatis Obuius ire po.} hoc eſt poteris'ne ſic reſiſtere rotationi ac celerrimę conuerſioni, q̃ fit circa polos, ne ab ipſa ſecum traharis, ſed ut ei cõtrarius pergas? ſunt aũt duo poli in cęlo, circa quos mũdus uertitur. unde & poli dicti ſunt παρὰ τὸ πολεῖν & a uertendo, ꝙ circũ illos uertitur cęlum. {Ne te citus auferat axis} ne uertice & polo rapidiſſimo impar ſic ab ipſo auferaris ſecũ, ut ne tui quidem cõpos ſis futurus. {Forſitan & lucos illic} fortaſſis, inquit, tibi perſuadeas illic eſſe & urbes & deorum templa, ſed horum nihil eſt, iterq; tibi eſt faciendum per inſidias, ac ferarum figuras. {Vtq; uiam teneas} hoc eſt ut concedam te uiam tenere ac ſcire, nullamq; in errorem caſurum, te tamen per tauri cornua ire oportebit. {Per cornua aduerſi tauri} oppoſiti. nam uerſus orientem ſpectat. taurus autẽ inter aſtra dicitur cõſtitutus, quod Europã incolumẽ ex Phœnicia tranſuexit in Cretã, ut Euripides ait. {Æmoniosq; arcus} ſagittarium. Chiron enim Saturni in æquũ mutati ex Phylira filius Theſſalus Hippocentaurus, qui Æſculapium, Achillemq; educauit, in ſidera fuit trãſlatus. quidam tamen, ut inquit Hyginus, hac de cauſſa Chironem eſſe negauerunt, ꝙ nemo Centaurus ſagittis ſit uſus. eſt autem equinis cruribus deformatus, caudamq; ſatyri habet. ſcribunt uero quidam hunc eſſe Crotum nomine, Euphemes muſarum nutricis filium, eumq; in monte Helicone habitaſſe una cũ muſis, ſtudioq; uenationis fuiſſe delectatum. muſas autẽ ab Ioue petiiſſe, ut in cęlum referretur. Iouem ei crura equina feciſſe, ꝙ equo multum uſus foret, ſagittas pro ingenio adiunxiſſe, caudam ſatyri in corpore fixiſſe, ꝙ non minus hoc muſæ, q̃ Liber pater ſatyris ſit delectatus. ceterum Ouid. eorum ſequitur opinionem, qui Chironem fuiſſe Centaurum aiunt. enumerat autẽ ſigna zodiaci terribiliora aſpectu Phœbus, quo facilius ab improba cupiditate regendi currum ſolis, filium deterreat. {Longo circuitu} multum enim ſpatii Scorpius ſuis brachiis comprehendit. nam, ut ſcribit Hyginus, Scorpius propter magnitudinem membrorum in duo ſigna diuiditur, quorum unius effigiem noſtri Libram dixerant. Scorpius autem iccirco in cælum translatus eſſe fingitur, ꝙ Orion, cum uenaretur, iactare auſus eſt ſe omnia quæcunque ex terra orirentur, interficere ualere. quare terram indignatam ſcorpium maximum emiſiſſe, qui illum interficere conaretur. Iouem autem utriuſque animum admiratum, ſcorpium inter aſtra collocaſſe, ut ſpecies eius hominibus documento eſſet, nequis eorum aliqua re ſibi confideret: Dianam autem propter ſtudium Orionis, petiiſſe a Ioue, ut idẽ ſibi beneficium daret petenti, quod Terræ ultro tribuiſſet, Orionemq; in cælum acciperet. ita igitur fuit conſtitutum, ut cum ſcorpius oritur, Orion occidat. Sane ſcorpius animal eſt & terreſtre, & marinum, & cæleſte ſignum, dictus παρὰ τὸ σκορπίσαι τὸν ἰὸν, a ſpargendo ueneno. {Atque aliter brachia} nam ſcorpii brachia a principio ſtatim recuruantur, Cancri uero iuxta ſummitatem flectuntur, eoq; minus ſpatii cõplectuntur. Cancer autem Iunonis beneficio inter aſtra collocatus fertur, quod cum Hercules contra hydram lerneam conſtitiſſet, & ex palude pedem eius mordicus arripuit, quare Herculem permotum eum interfeciſſe, Iunonem uero inter ſidera collocaſſe.

In promptu regere eſt : uix me patiuntur, ubi acres
Incaluere animi, ceruixque repugnat habenis.
At tu, funeſti ne ſim tibi muneris auctor,
Nate caue; dum resq; ſinit, tua corrige uota.
Scilicet ut noſtro genitum te ſanguine credas,
Pignora certa petis. do pignora certa timendo,
Et patrio pater eſſe metu probor. aſpice uultus
Ecce meos : utinamq; oculos in pectore poſſes
Inſerere, & patrias intus deprendere curas.
Denique quicquid habet diues circunſpice mundus;
Deq; tot, ac tantis cæli, terræq;, marisq;
Poſce bonis aliquid : nullam patiere repulſam.
Deprecor hoc unum, quod uero nomine pœna,
Non honor eſt: pœnam Phaethon pro munere poſcis.
Quid mea colla tenes blandis ignare lacertis?
Ne dubita : dabitur (Stygias iurauimus undas)
Quodcunque optaris : ſed tu ſapientius opta.
Finierat monitus : dictis tamen ille repugnat,
Propoſitumq; premit, flagratq; cupidine currus.
Ergo quà licuit genitor cunctatus, ad altos
Deducit iuuenem, Vulcania munera, currus.
Aureus axis erat, temo aureus, aurea ſummæ
Curuatura rotæ, radiorum argenteus ordo.
Per iuga chryſolithi, poſitæq; ex ordine gemmæ
Clara repercuſſo reddebant lumina Phœbo.
Dumq; ea magnanimus Phaethon miratur, opusq;
Perſpicit; ecce uigil nitido patefecit ab ortu
Purpureas Aurora fores, & plena roſarum
Atria. diffugiunt ſtellæ; quarum agmina cogit
Lucifer, & cæli ſtatione nouiſſimus exit.
Tum pater ut terras, mundumq; rubeſcere uidit,
Cornuaq; extremæ uelut euaneſcere Lunæ;
Iungere equos Titan uelocibus imperat Horis.
Iuſſa deæ celeres peragunt, ignemq; uomentes
Ambroſiæ ſucco ſaturos præſepibus altis
Quadrupedes ducunt, adduntq; ſonantia fræna.
Tum pater ora ſui ſacro medicamine nati
Contigit, & rapidæ fecit patientia flammæ:
Impoſuitq; comæ radios : præſagaq; luctus
Pectore ſollicito repetens ſuſpiria, dixit:
Si potes his ſaltem monitis parêre parentis,
Parce puer ſtimulis, & fortius utere loris.
Sponte ſua properant : labor eſt inhibere uolantes.
Nec tibi directos placeat uia quinque per arcus.
Sectus in obliquum eſt lato curuamine limes,
Zonarumq; trium contentus fine, polumq;
Effugit Auſtralem, iunctamq; aquilonibus Arcton.
Hàc ſit iter : manifeſta rotæ ueſtigia cernes.
Vtq; ferant æquos & cælum, & terra calores,
Nec preme, nec ſummum molire per æthera currum.
Altius egreſſus cæleſtia *ſigna cremabis,
Inferius terras : medio tutiſſimus ibis.

RAPH. IN PROMPTV eſt} facile eſt. {Vix me patiuntur} me qui ſum & Deus & peritus & ipſis equis notus. {Funeſti} pernicioſi, mortiferi. {Dumq; res ſinit} permittit, hoc eſt dum potes. {Tua uota} tuos appetitus. {Inſerere} immittere. {Deprendere} comprehendere. {Deprecor hoc unum} precibus hoc unum ne facias recuſo. interdum deprecari eſt ualde precari. {Stygias iurauimus undas} cauſſa eſt cur ſit daturus. {Propoſitumq; premit} retinet propoſitum. {Flagratq; cupidine currus} ardet cupiditate regēdi currus paterni. {Ergo qua licuit} quatenus & quouſque potuit. {Aureus axis erat} currum ſolis elegāter deſcribit poeta, {Chryſolithi} lapides pretioſi aureum habentes colorem. unde etiam nomen ſortiti ſunt. χρύσος enim aurum, λίθος lapis dicitur. {Patefecit} aperuit. auroram autem ante ſolis ortū aerē illuſtrare, ſicq; fores ædium ſuarum aperire uidetur. {Et ple. ro. atria} ad id alludit, quod Homerus Auroram ῥοδοδάκτυλον paſſim uocat, hoc eſt digitos roſeos habentem: auroræ nanque roſas antiquitas dicauit. {Diffugiunt ſtellæ} hoc quoque ex ſententia uulgari dicitur. neque enim ſtellæ diffugere poſſunt, cum ſint fixæ, ſed adueniente aurora fulgere deſinunt. {Cogit} cōgregat & ante ſe agit. Lucifer enim, qui græce φώσφορος dicitur, ultimus eſt qui deſinat fulgere ſole oriente, priusq; incipit lucere illo occidente, tuncq; Heſperus uocatur. Veneri autem hæc ſtella dicata eſſe perhibetur. {Mundumq; rubeſcere} aduentu enim Auroræ cęlum rubeſcere uidetur. unde etiam Aurora ab auro dicta perhibetur. {Euaneſcere} diſſolui ac perire. luna.n. adueniente ſole deſinit ſplēdere. {Velocibus horis} agilibus ac cito prætereuntibus. horæ autem iccirco ſolis equorū curā habere finguntur, quod ex curſu ſolis oriantur, ſeu potius menſurentur & diſtinguātur. {Ambroſię ſucco} ambroſia herba eſt ſuauiſſima, qua dii ueſcūtur, quaq; immortales efficiūtur, ambroſia naq; immortalitas interpretatur. [Simul autem etiam eò alludere uidetur, quòd ſol, medicaminum inuentor & auctor.] {Contigit} perunxit, ut feruori reſiſtere poſſent. {Sacro medicamine} diuino, hominibus ignoto & occulto. {Radios} coronam radios emittentem, quam ipſe geſtare conſueuit. {Præſaga} prænuntia. {Parce ſtimulis} noli uti calcaribus & flagellis ad impellendos equos, uerum ſtude ipſos fortius loris & frenis cohibere, atque retinere uolātes potius q̄ currētes. {Nec tibi directos} qua iter Phaethonti ſit tenendū, Phœbus oſtendit. non enim, inquit, tibi per quinque circulos recte eſt eundum, ſed per zodiacū, qui & obliquus & fines trium zonarum non egreditur. neutrum enim polorum attingit. {Quinque per ar.} quinque circulos qui & zonæ dicuntur. cælum enim in quinque circulos ęqualiter a ſe diſtātes diuiſum eſt. arcticum, antarcticum, tropicū cancri, tropicum capricorni, æquinoctialē, quorum æquinoctialis eſt medius. zodiacus autē obliquus eſt circulus; qui æquinoctialē ſecat, ad tropicūq; cancri ac capricorni uſque peruenit. nec ad circulos arcticum antarcticumq; procedit. {Sectus in obliquū} periphraſis eſt zodiaci, qui eſt obliquus circulus, ut diximus, & omnium latiſſimus, ut qui ad tropicū uſq; cācri, & capricorni perueniat. {Auſtralem polum} qui etiam antarcticus dicitur, quod arctico opponitur. {Iunctamq; Aquilonibus Arcton} hoc eſt, polum arcticum. unde flant Aquilones uenti. Arctos autem urſa dicitur, quæ in parte cæli exiſtens polo nomen dedit. nam Iupiter Calliſto, Lycaonis filiam, a Iunone in urſam commutatā, una cum Arcade filio in ſidera retulit, ad polumq; collocauit, qui ab Arcto arcticus fuit denominatus. {Vtq; ferant} admonet itē Phœbus Phaethontem ne depreſſius, altius'ue currum agat, ne aut terras aut cęlum comburat; medium autem ipſi eſſe tenendum. {Nec preme} deprime in partem inferiorem. {Molire} impelle.

tect.

Neu te

Neu te dexterior tortum declinet ad anguem,
Ne'ue ſiniſterior preſſam rota ducat ad aram,
Inter utrunque tene, fortunæ cetera mando,
Quæ iuuet, & melius quàm tu tibi conſulat, opto.
Dum loquor, Heſperio poſitas in littore metas
Humida nox tetigit: non eſt mora libera nobis:
Poſcimur, & fulget tenebris Aurora fugatis.
Corripe lora manu, uel, ſi mutabile pectus
Eſt tibi, conſiliis, non curribus, utere noſtris,
Dum potes, & ſolidis etiam nunc ſedibus aſtas,
Dumq; male optatos nondum premis inſcius axes.
Quæ tutus ſpectes, ſine me dare lumina terris.
Occupat ille leuem iuuenili corpore currum,
Statq; ſuper, manibusq; datas contingere habenas
Gaudet, & inuito grates agit ille parenti.
Interea uolucres Pyrois, Eous & Aethon,
Solis equi, quartusq; Phlegon hinnitibus auras
Flammiferis implent, pedibusq; repagula pulſant.
Quæ poſtquam Tethys, fatorum ignara nepotis,
Reppulit, & facta eſt immenſi copia *cæli, *mundi
Corripuere uiam, pedibusq; per aera motis
Obſtantes ſcindunt nebulas, penniſq; leuati
Prætereunt ortos iiſdem de partibus Euros.
Sed leue pondus erat, nec quod cognoſcere poſſent
Solis equi, ſolitaq; iugum grauitate carebat.
Vtq; labant curuæ iuſto ſine pondere naues;
Perq; mare inſtabiles nimia leuitate feruntur:
Sic onere inſueto uacuos dat in aere ſaltus,
Succutiturq; alte, ſimiliſq; eſt currus inani.
Quod ſimul ac ſenſere, ruunt, tritumq; relinquunt
Quadriiuges ſpatiũ, nec, quo prius, ordine currunt.
Ipſe pauet, nec qua commiſſas flectat habenas,
Nec ſcit qua ſit iter, nec, ſi ſciat, imperet illis.
Tum primum radiis gelidi caluere triones,
Et uetito fruſtra tentarunt æquore tingi.
Quæq; polo poſita eſt glaciali proxima ſerpens,
Frigore pigra prius, nec formidabilis ulli,
Incaluit, ſumpſitq; nouas feruoribus iras.
Te quoq; turbatum memorant fugiſſe, Boote,
Quamuis tardus eras, & te tua plauſtra tenebant.

RAPH. NEV te dexterior} caue, inquit, ne aut nimium ad ſeptẽtrionem uerſus, ubi eſt anguis, rapiaris, aut ad meridiem, ubi eſt deorum ara. inter hæc aũt tibi eſt iter tenendum. {Declinet} inclinet, deuehat. {Ad anguem tortum} ad ſerpentem qui ad polum arcticum tortuoſus iacet. hic autem ſerpens dicitur aurea heſperidum mala cuſtodiſſe, & ab Hercule interfectus, a Iunone inter ſidera collocatus fuiſſe. nonnulli tamen dicunt hunc draconem a gigantibus Mineruę obiectum eſſe, cum eos oppugnaret, Mineruam uero arreptum draconem cõtortum ad ſidera iecisse, & ad ipſum cęli axem fixiſſe. itaque adhuc ipſum implicato corpore uideri, ut nuper ad ſidera perlatum. {Ad aram} ad polum Antarcticum. ara enim, in qua primũ dii exiſtimantur ſacra & cõiurationem feciſſe cõtra Titanas, in cælum dicitur translata, ac iuxta polum antarcticum collocata. confecta autem a Cyclopib' fuiſſe fingitur. inde homines dicuntur inſtituiſſe, ut cum aliquam rẽ efficere cogitarent, prius ſacrificarẽt. {Inter utrũq; t.} inter utrũq; ſpatiũ, inquit, currũ cõtine atq; coerce. {Heſperio lit.} Atlantico: quò cum nox peruenerit, relinquat terras neceſſe eſt. {Non eſt mora libera nobis} non eſt integrum nobis morari. {Poſcimur} ad illuſtrandũ mundum. {Et ſolidis etiam nũc ſedibus aſtas} hoc eſt dum in terra adhuc moraris. {Dũque ma. op.} dum, inquit, currus quos in tuum malũ optaſti ignarus non aſcendiſti. {Sine me} permitte me terras luce illuſtrare. {Occupat} celeriter, agiliterq; aſcendit. {Interea uol.} currus ſolis a quattuor trahitur alatis equis quibus nomina ab effectu fuere impoſita. Pyrois enim, qui corrupte Pyrous fere legitur, dicitur quaſi ignitus. nam πῦρ, eſt ignis. Pyrois autem legendum eſſe penultima breui, & antiqua exemplaria, & qui hoc opus e latino in græcum uertit, nobis ſunt documento. declinatur enim Pyrois Pyroentis, ut Simois ſimoentis. Valerius Flac. Et formidantem patrios pyroenta dolores. Pyrois autem etiam Martis ſtella ab aſtrologis uocatur. Eous ab aurora dicitur. ἠὼς enim eſt aurora. Aethon urens interpretatur, atque Phlegon, eo quod ore & naribus ignem emittere fingantur. Aethon quidem etiam fortis & bellicoſus dicitur, & color igneus, qui in equis maxime probatur. {Hinnitibus flãmiferis} ex ore enim flãmas efflare dicuntur. {Repagula} obſtacula. repagula nanque ſunt, ut ſcribit Pomponius, quæ patefaciendi gratia ita figuntur, ut contrario oppagantur, hæc & repages dicuntur. [Alludit autem ad carceres, e quibus equi in certaminibus emittebantur.] {Tethys} Oceani uxor & Clymenes mater, apud quam ſol pernoctare creditur. {Fatorum nepotis} eorum quæ fato euentura erant Phaetonti nepoti. {Copia} poteſtas. {Immenſi cæli} infiniti. quamuis Peripateticis finitum eſſe uideatur. {Corripuere uiam} uelociter currere cœperunt. {Pennis} alis. {Leuati} ſublati. {Iiſdem de partibus} de oriente. [Velocitatem autem pariter, & locum notat, quando Euros, qui orientis proprie ſunt, pro quibuslibet uentis accipit.] {Vtq; labant curuæ} hac ſimilitudine a nauibus ſumpta oſtendit poeta currum ſolis incompoſite, ac ſine ullo ordine tractum fuiſſe, cum uacuus eſſe equis uideretur. {Succutiturq; alte} ſurſum ualde quatitur. {Inani} uacuo. {Simulac} poſtquam. {Ruunt} cum impetu currũt. {Quadriiuges} quattuor equi uni iugo alligati quadriiuges dicuntur. {Tritum ſpatium} tritã uiã. {Nec quo prius} currebant uerbum ſubaudiatur. {Nec qua cõmiſſas} ſcit uerbum ſubintelligamus. {Commiſſas habenas} tradita ab Apolline lora. {Imperet} imperare poſſet. {Gelidi triones} ſeptentriones frigidi, utpote ad quos ſol propius alias nunquam acceſſit. tunc autem primũ caleſcere cœperunt, quia ſolis currus illuc uſque ab equis, quos cohibere Phaethon non poterat, fuit pertractus. Triones autem priſca lingua boues dicebantur, quaſi teriones. ſunt autem ſeptem ſtellæ ad polum arcticum ita diſpoſitæ, ut plauſtrum efficere uideantur. [Vnde & ἅμαξα græcis alio nomine dicuntur. uide Gellium lib. 2. cap. 21.] {Et uetito æquore} ſeptẽtriones enim nunquam occidunt, ideoq; ſe madefacere non poſſunt. Iuno enim, ut ipſe narrat Ouidius, hoc a Tethy Oceani uxore impetrauit, ne duas urſas, quæ ſunt ad polum arcticũ, in mare deſcendere permitteret. {Queq; polo} iuxta polum arcti cum ſerpens eſt maxima, quæ duas complectitur urſas, unde Virgilius, Circum perq; duas in morem fluminis arctos, Arctos oceani metuentes æquore tingi. {Boote} apoſtrophe & conuerſio ſermonis ad Bootem, qui plauſtrum agere uidetur. Bootes enim latine dicitur bubulcus. idem eſt autem, qui arctophylax, quod urſæ cuſtos adhibitus eſſe uidetur. {Et te tua plauſtra tenebant} retinebant, retardabant, remorabantur. Plauſtrum autem, quod & ploſtrum dicitur, ſidus eſt cæleſte, quod idem cum maiore urſa eſſe putatur. ſeptem nanque ſunt ſtellæ, ita diſpoſitæ, ut duæ, quæ pariles & maxime uno in loco uidentur, pro bobus haberentur, reliquæ uero quinque figuram plauſtri ſimularent. unde etiam a græcis ἅμαξα dicitur.

Vt uero terras deſpexit ab æthere ſummo
Infelix Phaethon penitus penituſque iacentes;
Palluit, & ſubito genua intremuere timore,
Suntque oculis tenebræ per tantum lumen obortæ.
Et iam mallet equos nunquam tetigiſſe paternos,
Iam cognoſſe genus piget, & ualuiſſe rogando,
Iam Meropis dici cupiens ita fertur, ut acta
Præcipiti pinus Borea, cui cuncta remiſit
Fræna ſuus rector, quam diis, uotisq; reliquit.
Quid faciat? multum cæli poſt terga relictum,
Ante oculos plus eſt: animo metitur utrunque:
Et modo, quos illi *fas tum contingere non eſt, *fatum*
Proſpicit occaſus, interdum reſpicit ortus.
Quidq; agat ignarus, ſtupet, & nec fræna remittit,
Nec retinere ualet, nec nomina nouit equorum.
Sparſa quoque in uario paſſim miracula cælo,
Vaſtarumque uidet trepidus ſimulacra ferarum.
Eſt locus, in geminos ubi brachia concauat arcus
Scorpius, & cauda, flexisq; utrinque lacertis
Porrigit in ſpatium ſignorum membra duorum.
Hunc puer ut nigri madidum ſudore ueneni
Vulnera curuata minitantem cuſpide uidit,
Mentis inops, gelida formidine lora remiſit.
Quæ poſtquam ſummo tetigere iacentia tergo,
Expatiantur equi, nulloq; inhibente per auras
Ignotæ regionis eunt: quaque impetus egit,
Hac ſine lege ruunt; altoq; ſub æthere fixis
Incurſant ſtellis, rapiuntq; per auia currum:
Et modo ſumma petunt, modo per decliue, uiasque
Præcipites ſpatio terræ propiore feruntur:
Inferiuſque ſuis fraternos currere Luna
Admiratur equos: combuſtaque nubila fumant.
Corripitur flammis *ut quæque altiſſima tellus, *pro, ubi.*
Fiſſaque agit rimas, & ſuccis aret ademptis.
Pabula caneſcunt, cum frondibus uritur arbor,
Materiamque ſuo præbet ſeges arida damno.
Parua queror: magnæ pereunt cū mœnibus urbes,
Cumque ſuis totas populis incendia gentes
In cinerem uertunt, ſyluæ cum montibus ardent.
Ardet Athos, Taurusq; Cilix, & Tmolus, & Oete,
Et tum ſicca, prius celeberrima fontibus Ida,
Virgineusq; Helicon, & nondum Oeagrius Aemus.
Ardet in immenſum geminatis ignibus Aetna,
Parnaſusque biceps, & Eryx, & Cynthus, & Othrys,
Et tandem niuibus Rhodope caritura, Mimasq;,

RAPH. TERRAS penitus penitusq; iacentes} hoc eſt ualde depreſſas ac longe a ſe remotas. {Per tantum lumen} in tāto lumine. {Iam Meropis dici cupiēs} filius ſubintelligatur. Merops enim Clymenes fuit maritus, quanquam Meropes homines dicantur apud Homerum, ꝙ diuiſas habeāt uoces. qua in ſignificatione hic quoqꝫ accipi poteſt, ac ſi diceret cupiens iam hominis filius, magis q̃ dei appellari. Merops autem παρὰ τὸ μείρειν τὶ νῶπα, ꝙ homo uocē habeat diuiſam & articulatā, & q̄ in ſyllabas diſſolui poſſit. {Vt acta} quàm pręceps Phaethon traheretur, pulchra ſimilitudine oſtendit. {Pinus} nauis ex pino confecta. eſt enim metonymia, [uel potius ſynecdoche.] {Cūcta fr.} omnia retinacula. {Præcipiti Borea} rapido & impetuoſo. {Fas non eſt} non poteſt. {Proſpicit} porro & longe aſpicit. {Miracula} mōſtra. {Vario cælo} uariis ſignis diſtincto. {Paſſim} ubiqꝫ. {Trepidus} perturbatus. i. n. trepidus dicitur, ut Pōp. ait, cui perturbatio τρέπει mentem, hoc eſt, uertit. {Vaſtarum ferarum} maximarū, ut leonis. {Eſt locus} Scorpium deſcribit: ad quem cum perueniſſet Phaethon, adeo territus eſt, ut ei fręna e manibus ceciderint, qđ quidem cū equi ſenſiſſent, ꝑ totum fere cęlū diſcurrerūt. {Concauat} flectit. {In gem. ar.} in duos ſimiles arcus. {Duorū ſig.} alterum nāqꝫ brachiis, alterū cauda facit. nā ſcorpii chelę libram conſtituere nr̄. ſcorpium uero ipſum cauda recurua deſignat. {Hunc puer ut n.} poſtq̄, inqt, Phaethō puer uidit ſcorpiū ſudantē, atqꝫ cauda ictus minitantē, tanto timore affectus eſt, ut fręna remiſerit. {Curuata c.} cauda reflexa. {Gelida for.} frigido timore. ab effectu, ꝙ hoies frigidos reddat, ut pallida mors. {Lora} habenas fręnorū. {Expatiantur equi} late & extra ſpatia excurrūt. {Sine lege} ſine ordine. {Alto ſub ęth.} ſub alto cęlo. {Incurſant} currendo appropinquāt. {Inferiusq; ſuis} merito luna admiratur ſolis equos infra ſuos currere, cum ſol multo q̃ luna ſit altior. poetæ autem quadrigas quidem ſoli attribuunt, lunæ uero bigas. Lucifero & Auroræ ſingulos equos. {Succis adēptis} humoribus exſiccatis. {Caneſcunt} cana & arida fiūt. {Ardet Athos} altiſſimos quoqꝫ montes enumerat, qui primi conflagrare cœperunt. [Vtitur autem hic poeta diſtributione pariter & ſynathriſmo, ad amplificandum incendium. porro fuiſſe incendiū quoddam ingens in Theſſalia ſub Phaethōte rege, Beroſus indicat. inde fortaſſis fabulæ locus datus.] Athos mōs eſt Thraciæ altiſſimus, quē nunc montem ſanctū uocāt, ab Atho gigāte, cui inſectus fuiſſe dr̄, appellatus. {Taurusq; Ci.} Taurus Ciliciæ mōs eſt, ut ipſe quoqꝫ poeta inqt. {Et Tm.} Tmolus q & Timolus a Steph. ſcribitur, & fluuius & mōs eſt Siciliæ, melle, uino, & croco abundās, unde Virg. lib. Geor. I. Nōne uides croceos ut Tmolus odores. {Oete} mons eſt Theſſaliæ Oete, Herculis morte, rogo & ſepulcro nobilis. {Ida} mōs Phrygię celeberrimus, quē ad imitatione Homeri, πολυπίδακα eū uocantis, a fontiū frequētia, fontibus celeberrima uocat, q tn̄ oēs tunc erant exſiccati. dicta eſt Ida uel ab Ida regionis regina, ut ex ſententia Characis Stephanus ait: uel ab Ida Cretenſi, ut canit Virg. unde ꝓfectus Teucer Scamādri & Ideæ nymphæ filius regionē in Phrygia occupatā ab ſe Teucriā uocauit. [Vel etiā ab altitudine. nā ut Didymus ait, ἴδη παρ' ὄρος, ἐξ οὗ τὰ κυκλόθεν ἐστὶν ἰδεῖν.] duas aūt eſſe Idas, alterā in Phrygia, alteram in Creta notiſſimū eſt. {Virgineusq; He.} mōs eſt Bœotiæ. {Helicō} quē iccirco uirgineū Ouid. appellat, qa muſis eſt cōſecratus. {Et nondum Oeag. Æm.} Æmus mōs Thraciæ altiſſimus, in quo Orpheus Oeagri fluuii filius dicitur a Menadibus fuiſſe diſcerptus, a quo etiā Oeagrius fuit appellatus. [Nōdum ergo, inquit, Oeagrius, ꝙ tum Orpheus nondū in eo diſcerptus fuerat.] {Ætna} mōs Sicilię Ætna, ſemꝑ ardens. unde & nomen, ut quidam putant, ἀπὸ τοῦ αἴθειν, hoc eſt ab ardendo, mutatione θ in τ, ut alii ſcribunt. dicta eſt autē Ætna ab Ætna Briarei Cyclopis filia, Sicaniq; ſorore, quæ a Vulcano & Cerere arbitra de finibus electa ſecūdum Cererem ſententiam tuliſſe fertur. eſt & Siciliæ urbs Ætna, quæ etiā Adrianum uocatur, quam fluuius eiuſdē nominis pręterlabitur, ut Mela ſcribit. {Parnaſusq; biceps} mons Phocidis in duos uertices diuiſus, ut in primo ipſe Ouidius ſcripſit. {Et Erix} mōs eſt Sicilię Veneri, quę ab eo Erycina dicitur, ſacer. {Et Cynthus} mons eſt Deli, unde Cynthius Apollo uocatur. {Et Othrys} mons eſt Theſſaliæ. {Mimasq;} mons eſt minoris Aſiæ Mimas, haud longe diſtans a Colophone, perpetuis niuibus obrutus, a Mimante gigante denominatus. {Rhodope} mons Thraciæ niuoſus, a Rhodope puella, quæ in hunc commutata fuit dictus, ut ipſe ſcribit Ouidius: ut alii, a Rhodope Strymonis filia, ex qua Neptunus Atho gigantem ſuſcepiſſe fertur, qui & ipſe monti nomen dedit. eſt & Ioniæ urbs Rhodope, ut Stephanus Byzantius de urbibus & uicis ait.

Dindyma}

Dindymaq́; , & Mycale , natusq́; ad ſacra Cithæron,
Nec proſunt Scythiæ ſua frigora : Caucaſus ardet ,
Oſſaq́; cum Pindo , maiorq́ue ambobus Olympus ,
Aeriæq́ue Alpes , & nubifer Appenninus .
Tum uero Phaethon cunctis e partibus orbem
Aſpicit *accenſum , nec tantos ſuſtinet *æſtus :
Feruenteſq́ue auras uelut e fornace profunda
Ore trahit , curruſq́ue ſuos candeſcere ſentit :
Et neque iam cineres , eiectatamq́ue fauillam
Ferre poteſt , calidoq́; inuoluitur undiq; fumo .
Quoq́ue eat , aut ubi ſit , picea caligine tectus
Neſcit , & arbitrio uolucrum raptatur equorum .
Sanguine tum credunt in corpora ſumma uocato
Aethiopum populos nigrum traxiſſe colorem .
Tum facta eſt Libye raptis humoribus æſtu
Arida : tum nymphæ paſſis , fonteſq́; , lacuſq́;
Defleuere comis : quærit Bœotia Dircen ,
Argos Amymonem , Ephyre Pirenidas undas .
Nec ſortita loco diſtantes flumina ripas
Tuta manent : mediis Tanais fumauit in undis ,
*Peneuſq́; ſenex , Teuthrantæuſq́ue Caicus ,
Et celer Iſmenos cum Phocaico Erymantho ,
Arſuruſq́ue iterum Xanthus , flauuſq́ue Lycormas ,
Quiq́ue recuruatis ludit Mæander in undis ,
Mygdoniuſq́ue Melas , & Tænareus Eurotas .

accendi — ignem — Pheneus

RAPH. DINDYMA} mons eſt, Phrygiæ matri deorū ſacer. unde ipſa mater deorū Dindymene fuit appellata. {Et Mycale} mons eſt & urbs Cariæ Mycale, unde Mycaleſius gentile nomen deriuatur, ut Herodotus & Didymus ſcribunt. {Natuſq; ad ſacra Cithæron} mons eſt Bœotiæ Baccho dicatus, ad cuius orgia celebranda [propter frequentiam eorum ſacrorum.] natus eſſe uidetur. {Nec proſunt Scythiæ} Scythia regio eſt ad ſeptentrionem frigidiſſima, a Scytha Herculis filio cognominata. {Caucaſus ardet} mons eſt Scythię Promethei relegatione notiſſimus. {Oſſaq; cum Pindo maiorq; ambobus Olympus} montes Theſſalię ſunt altiſſimi. {Maior ambobus} altior. nebulas enim & uentos excedere putatur: unde Lucan. Nubes exceſſit Olympus lege Deum. Verticem illius accolę cęlum uocant. unde factum eſt, ut poetę Olympum pro cęlo ponant. Olympus autē multorum montium nomen eſt. nam & Arcadiæ Elidis, & Ciliciæ, & Myſiæ, & Macedoniæ, & Theſſaliæ mons eſt Olympus, in quo ludi Olympici Eleis ſimiles celebrari ſolebant. {Aeriæq; alpes} montes ſunt altiſſimi Italiā a Gallia, Germaniaq; defendentes. {Appēninus} mons eſt longiſſimus Italiā diuidēs. {Currus ſuos} ſibi tantopere expetitos. {Candeſcere} igneſcere & inflammari. nā candere proprie dicitur ferrum ignitum. {Inuoluitur} implicatur. {Caligine picea} tam craſſa ut ſi picea eſſet. {Sanguine tum credunt} in tranſcurſu transformationem Æthiopum exponit poeta. Æthiopes nāq; cum antea candidi eſſent, tunc nigri fuerunt effecti. uidetur aūt Ouidius innuere Æthiopas fuiſſe dictos, ꝙ ſint facie cōbuſta. nam αἴθω uro, ὤψ ὀπὸς facies dicitur, quanq̄ Plinius Æthiopas ab Æthiope Vulcani filio dictos narret. {Tum facta eſt Libie} regio eſt Africæ aridiſſima, ſic dicta ꝙ λείπει ὑετός hoc eſt ꝙ deficit pluuia, ut Seruius ſcribit, ut uero Diodorus, a Libya nympha Epaphi uxore. {Raptis} ereptis, exſiccatis. {Tum nymphę} quēadmodum montes conflagrarunt, ita etiam fontes, lacuſq; eo incēdio exſiccati fuerūt. {Paſſis comis} ſparſis, id qđ in mœrore fieri conſueuit. {Quærit Bœo. Dircē} Bœotiæ fons eſt Dirce notiſſimus. [a Dirce uxore Lyci in eū conuerſa dr̄.] {Argos Amy.} Amymone fons eſt apud Argos, ab Amymone Danai Argiuorū regis filia, q̄ in hunc conuerſa fuiſſe dr̄, appellatus. {Ephyre Piren. undas} Pirene fons eſt Acrocorynthi, q̄ urbs prius Ephyre fuit appellata. dictus eſt aūt a Pirene muliere, in quē ob fletū, quo filiorum morte affecta eſt, fingitur fuiſſe cōuerſa. {Nec ſor.} non ſolū fontes exaruere, ſed etiā amnes latiſſimi ſunt exſiccati. {Tanais} fluuius eſt Scythię maximus Europā ab Aſia diuidēs. {Peneuſq́; ſenex} fluuius eſt Theſſaliæ, ut in primo uidimus. {Teuth. Caicus} Caicus fluuius eſt Miſiæ Teuthrantiā irrigans regionē. unde & Teuthrātęus cognominatur. Teuthrania aūt urbs Myſiæ a Teuthrāte q ex Auge Telephum ſuſcepit, appellata. unde nomen gētile Teutranius & Teutrātius declinatur. {Et cel. Iſ.} fluuius eſt Bœotię ab Iſmeno pelagi filio denoīatus. {Cum Pho. Er.} Erymāthus Phocidis eſt fluuius & Arcadię mōs. [Erymanthi fluuii etiā Callimachus meminit hymno in Iouem, ſed hunc inter Arcadicos recenſet non Phocenſes his uerbis, Ἀλλ' ὅπως λαδὼν μή γε ἔρρει ἐν, οὐδ' ἐρύμανθ λευκότατος ποταμῶν, &c. Quo pacto & Pauſanias, & Stephanus, & Plinius item de eodem meminere. Oritur autem ex monte eiuſdem nominis Erymam, & in Aſopum exoneratur, præterlabiturq; Pſophidem urbem a Pſophide Ericię nepote, ut quibuſdam placet. nam alii a Pſophide Ericiæ filia malunt nominatam. qua de cauſſa ſunt qui hoc loco pro Phocaico, Pſophaico legendū putant, ꝙ Phocis extra Peloponneſum ſit, Pſophis autē Erymantho uicina, & quaſi cognata. quam lectionē & ipſe probarem, ſi eodē modo Pſophaicus, ut Phocaicus diceretur. quid igitur, relinquendum hunc locum poetæ iudicio cenſeo, qui fortaſſis alia ratione, q̄ quæ a loco uel gente ſumitur, Erymanthum Phocaicū dixit. nam abſq; eo ſic, etiam Parrhaſio, pro Phocaico, legi poterat, neq; uerſu, neque ipſa uoce repugnante. aut etiam Phegeo, quando eadem urbs, quę Phocis poſtea, Phegea antea dicta fuit a Phegeo Proronei fratre, ut Stephanus auctor eſt, & Erymanthus eodem nomine cum fluuio. [Vide Arcadica Pauſan.] {Arſuruſq́; iterum Xanthus} fluuius eſt Troię, qui tempore belli Troiani iterum inflammatus eſt precibus Veneris, in Achillē ut in Iliade narrat Homerus. {Flauuſq́; Lycormas} fluuius eſt Ætoliæ, flauas uoluens arenas, de quo etiam Seneca: Flauus rapido fonte Lycormas. hic Euenus poſtea, ab Eueno, qui ſe in eū p̄cipitauit, fuit appellatus. {Quiq́; recuruatis} Mæander fluuius eſt Phrygiæ, qui adeo ſinuoſis labitur flexibus, ut interdum in fontem reuerti uelle uideatur. {Mygdoniuſq; Melas} fluuius eſt Mygdoniæ, qui oues nigras efficere dicitur. unde & nomen accipit, μέλας enim dicitur niger. [Mygdonia Phrygiæ maioris pars fuit, a Mygdone quodam appellata. fuit & Macedonis pars, ut Stephanus & Plinius meminere. Melas autem multorum fluuiorum nomen eſt. nam & Bœotiæ fluuius Melas dicitur, cuius aqua pota nigras oues efficit: & Thraciæ, a quo ſinus Melas nomen accepit: & Ciliciæ, qui antiquitus Cylicię finis fuit, ut Plinius ait: & Ponti, eius uidelicet regionis, quæ Themyſcira alio nomine dicta fuit. ſed de Cilicio hic intelligi puto. nam is finitimus Phrygis, eorumq; locorum, quæ olim cum Phrygibus iuncta fuere, ut apud Strabonem patet lib. 14.] {Et Tęnareus Eurotas} fluuius eſt Lycaoniæ iuxta Tenarum p̄montorium in mare exiens. Tænarieus autem eſt legendum ut quattuor ſyllabarum ſit, & in diphthongum deſinat, ne iābus, quem non admittit uerſus heroicus, in quarta ſede poſitus eſſe uideatur. [Fruſtra curioſius eſt hoc loco Regius. nam & Tænarius, abſq; diphthongo recte legitur, & uerſum breuis ſyllaba non minuit, cum ſit in arſi & tome. nam eodē modo & illa defendūtur, Suſtinet, ac natæ Turniq́; canit hymenæos. & , Ille latus niueum molli fultus hyacintho. item, Liminaq́; , lauruſq́; dei. & ſimilia, unde & Pontanus τριθημιμερῆ tamen, & ἐννεμιμερῆ, inter cęſuras refert] Eſt uero Tęnarus & promontorium & urbs & portus Laconię a Tęnaro Scari filio dictus, ſiue a Tænaro Garæſti fratre ac Iouis filio, qui unà cum Calabro fratre tēplum Neptuno apud Tęnarum ipſum ędificauit, quod Tænarum uocatur.

Arſit

Arſit & Euphrates Babylonius; arſit Orontes,
Thermodoonq́; citus, Gangesque, & Phaſis, & Iſter.
Aeſtuat Alpheus; ripæ Sperchiades ardent;
Quodq́; ſuo Tagus amne uehit, fluit ignibus aurũ;
Et quæ Mæonias celebrarunt carmine ripas
Flumineæ uolucres medio caluere Cayſtro.
Nilus in extremum fugit perterritus orbem:
Occuluitq́; caput, quod adhuc latet. oſtia ſeptem
Puluerulenta uacant, ſeptem ſine flumine ualles.
Sors eadem Iſmarios Hebrum cum Strymone ſiccat,
Heſperiosq́; amnes Rhenũ, Rhodanumq́;, Padumq́;,
Cuique fuit rerum promiſſa potentia, Thybrim.
Diſſilit omne ſolum, penetratque in tartara rimis
Lumen, & infernum terret cum coniuge regem.
Et mare contrahitur: ſiccæq́; eſt campus arenæ.
Quod modo pōtus erat, quosq́; altũ texerat æquor,
Exiſtunt montes, & ſparſas Cycladas augent.
Ima petunt piſces; nec ſe ſuper æquora curui
Tollere conſuetas audent delphines in auras.
Corpora Phocarum ſummo reſupina profundo
Exanimata iacent. ipſum quoque Nerea fama eſt,
Doridaq́;, & natas tepidis latuiſſe ſub undis.
Ter Neptunus aquis cum toruo brachia uultu
Exerere auſus erat, ter non tulit aeris ignes.
Alma tamen Tellus, ut erat circundata ponto,
Inter aquas pelagi, contractosq́; undiq́; fontes,
Qui ſe condiderant in opacæ uiſcera matris,
Suſtulit omniferos collo tenus arida uultus,
Oppoſuitq́; manum fronti; magnoq́; tremore
Omnia concutiens paulum ſubſedit; & infra
Quàm ſolet eſſe, fuit: ſacraq́; ita uoce *profatur:
Si placet hoc, meruiq́;, quid o tuo fulmina ceſſant
Summe deûm? liceat perituræ uiribus ignis,
Igne perire tuo, clademq́; auctore leuare.
Vix equidem fauces hæc ipſa in uerba reſoluo:
(Preſſerat ora uapor) toſtos en aſpice crines,
Inq́; oculis fumum: uolitant ſuper ora fauillæ.
Hos ne mihi fructus? hunc fertilitatis honorem,
Officiiq́; refers, quòd adunci uulnera aratri,

RAPH. ARSIT & Euphrates Baby.} Euphrates fluuius eſt maioris Armeniæ maximus qui Babylonem in duas diuidens partes in mare rubrum deſcendit. {Arſit Orontes} fluuius eſt Syriæ ex Libano monte decurrens, qui Typhon prius dictus eſt, a Typhone gigante illic fulminato, ut Strab. narrat. Orontis autem nomen ab eo accepit, qui omnium primus illum ponte iunxit. {Thermodoonq́; citus} fluuius eſt Scythiæ, iuxta quē Amazones olim habitauere. is, ut Metrod. ait, Araxes quoq; uocatur. {Ganges} fluuius eſt Indiæ notiſſimus. {Et Phaſis} fluuius eſt Colchorum, unde Phaſiani ſunt dicti. {Et Iſter} fluuius eſt Pannoniæ, qui & Danubius dicitur. {Alpheus} fluuius Elidis iuxta Piſam urbē decurrēs qui abſorptus a terra ſubter mare in fontem Arethuſam apud Syracuſas influit. unde Virg. 3. Æn. ſic ſcr. Alpheũ, ut fama eſt, huc Elidis amnē Occultas egiſſe uias ſubter mare, qui nunc Ore Arethuſa tuo Siculis cōfunditur undis. [De qua re Strabo diſputat lib. 6.] {Ripę ſper.} Sperchii fluuii Theſſaliæ uelociſſimi, qui in Meliacũ exit ſinũ. {Quodq́; ſuo Tagus} fluuius Hiſpaniæ aureas uehens arenas, quæ tunc incendio liqueſcebant. tres autem ſunt fluuii aureas ducētes arenas: Pactolus, Hermus, Tagus, [p̄ter eos quos Reg. nō nouit.] {Et q̄ Mę.} ripas, Lydiæ fluuiorum. nam Lydia a Mæone fluuio Mæonia fuit appellata. Stephanus {Med. Ca.} Cayſter fluuius eſt Aſię, præter Aſiam paludē labens. unde Virg. Georg. 1. ſcribit, Iam uarias pelagi uolucres & quæ Aſia circum Dulcibus in pratis rimātur ſtagna Cayſtri. Cayſter autē dictus putatur ἀπὸ τοῦ καίεσθαι, hoc eſt amburi, quoniā propinquus ſit τῇ κατακεκαυμένῃ q̄ pars eſt Aſiæ pętorrida & deuſtæ ſimilis, nulla præter uitē arbore, ſed uino præſtantiſſimo, qđ Pl. Catacecaumenitē ex hac origine denominauit. {Flamineæ uo.} cygni, flumina incolētes. {Nilus} fluuius eſt Ægypti: cuius origo ignoratur. iccircoq́; & tunc caput occuluiſſe, & nunc quoq; latere ait. {Vacant} uacua ſunt aqua. {Septē ſi. flumi. ual.} ſeptem, inqt, Nili hoſtia ualles ſine aqua ſunt effectę. {Sors ea. Iſma.} eadē, inquit, ſorte Hebrus ac Strymō, Thraciæ fluuii ſiccātur. [Iſmarus autem uocat κατὰ συνεκδοχὴν ab Iſmaro monte Thraciæ] {Heſperiosq́; amnes} occidentales. nam Rhenus fluuius eſt Galliā a Germania diuidens, Rhodanus uero Gallię fluuius. Padus Italiæ, qui etiā Eridanus uocatur. Virg. Fluuiorũ rex Eridanus. {Thybrim} Thybris fluuius eſt Thuſciæ p̄ mediā Romam labens. Thybris autē dictus eſt a fluuio Sicilię, qui pręterlabitur Syracuſas, qui a Theocrito Thybris uocatur. tametſi quidam Hybrim illum appellent. unde profecti Siculi, ripis Albulæ occupatis in patriæ memoriam pro Albula Thybrim nominarunt. Virg. uero a Thuſcorum rege Thybrim fluuium fuiſſe denominatum canit. Aſperq́; immani corpore Thybris, A quo poſt Itali fluuium cognomine Thybrim Diximus, amiſit uerum uetus Albula nomen. {Infernum terret} Plutonem cum Proſerpina uxore. {Exiſtunt modo} extant, apparent, ac extra aquas ſtant. {Et ſparſas Cycladas augent} Cyclades inſulæ ſunt Ægei maris, in orbem diſpoſitę. unde etiam Cyclades ſunt dictæ, κύκλος nāque circulus dicitur. Scopuli ergo q̄ tum e mari extabant, cycladum numerum augebāt. {Nec ſe ſuper æthera curui} tunc, inquit, Delphines non audebant in aerem ſe iactare propter nimium ardorem, quod natura facere cōſueuerũt. {Corpora Phocarum} Phocæ uituli dicũtur marini, quòd boum imitātur mugitum. {Exanimata} perturbata, aut certe exanimia & mortua. {Ipſum quoq; Nerea} Nereus deus marinus Dorida uxorē habens, ex qua magnam nympharum multitudinem ſuſtulit. {Exerere aquis} emittere, extollere ex aquis. {Ignes aeris} feruores aeris & æſtus. {Alma tamen} ab alendo dicitur: propriumq́; eſt terræ epitheton. nam omnia alit ac nutrit animantia. Tellus dea ipſius eſſe dicitur terræ, nam terra ipſum eſt elementum. {Vt erat circundata ponto} oceano. Pontus enim interdum ſpeciale nomen eſt & ſignificat Euxinum. interdum generale, cum pro mari accipitur. {Cōtractosq́; undiq; fontes} ex omni loco congregatos atque coactos. ob nimium enim æſtum fontes omnes in ima terræ refugerant, ne penitus exiccarētur. {Suſtulit omniferos} elegās proſopopœia quia terræ inanimatæ rei & perſonam & ſermonem attribuit poeta. {Omniferos} omnia ferentes & producētes. alludit autem ad græcum epitheton, quo eadem dicitur, ὁ πανδῶρος ἄρουρα. {Collo tenus} uſque ad collum. {Paulum ſubſedit} paulum terræmotu depreſſa eſſe uidetur, quod fieri nequit, cum mundi ſit centrum, & undique æqualiter cælo diſtet. {Si placet hoc meruiq́;} Telluris conqueſtio eſt ad Iouem, ſic aperta & clara, ut nullam fere admittat expoſitionem. [Orditur autem ex abrupto, indignitatem rei ſimul & magnitudinem amplificans.] {Tuo igne} tuo fulmine. {Clademq́; auctore leuare} leuem facere, pro quo uerbo imperiti alleuiare utuntur. illę uero calamitates minus ægre ac leuius feruntur, quarũ auctores magni ſunt atq; potentes. {Vix equidem} cum difficultate, inquit, hæc paucula eloqui poſſum. {Preſſerat ora uapor} parentheſis poetica, quam terræ querelis inſerit.

Raſtrorumq; fero, totoq; exerceor anno?
Quòd pecori frondes, alimentaq; mitia, fruges
Humano generi, uobis quoque thura miniſtro?
Sed tamen exitium fac me meruiſſe: quid undæ?
Quid meruit frater? cur illi tradita ſorte
Aequora decreſcunt, & ab æthere longius abſunt?
Quòd ſi nec fratris, nec te mea gratia tangit:
At cæli miſerere tui. circunſpice: utrinque
Fumat uterq; polus: quos ſi uiolauerit ignis,
Atria ueſtra ruent. Atlas en ipſe laborat,
Vixq; ſuis humeris candentem ſuſtinet axem.
Si freta, ſi terræ pereunt, ſi regia cæli:
In chaos antiquum confundimur. eripe flammis,
Si quid adhuc ſupereſt, & rerum conſule ſummæ.
Dixerat hæc Tellus: neque enim tolerare uaporem
Vlterius potuit: nec dicere plura: ſuumq;
Rettulit os in ſe, propioraq; manibus antra.
At pater omnipotens, ſuperos teſtatus, & ipſum,
Qui dederat currus, niſi opem ferat, omnia fato
Interitura graui, ſummam petit arduus arcem;
Vnde ſolet nubes latis inducere terris;
Vnde mouet tonitrus, uibrataq; fulmina iactat.
Sed neque, quas poſſet terris inducere, nubes
Tunc habuit, nec quos cælo demitteret imbres.
Intonat, & dextra *libratum fulmen ab aure
Miſit in aurigam; pariterq; animaq;, rotiſq;
*Exuit, & ſæuis compeſcuit ignibus ignes.
*Conſternuntur equi, & ſaltu in contraria facto
Colla iugo eripiunt, abruptaq; lora relinquunt.
Illic fræna iacent, illic temone reuulſus
Axis, in hac radii fractarum parte rotarum:
Sparſaq; ſunt latè lacerti ueſtigia currus.
At Phaethon, rutilos flamma populante capillos,
Voluitur in præceps, longoq; per aera tractu
Fertur, ut interdum de cælo ſtella ſereno,
Et ſi non cecidit, potuit cecidiſſe uideri.
Quem procul a patria diuerſo maximus orbe
Excipit Eridanus, fumantiaq; abluit ora.

ARG. Sorores Phaethontis, Phaethuſa, Lampetie, & Phæbe, quam quidam Lampethuſam appellant, (addunt & nonnulli quartam, Æglen) caſum fratris dum deflent, deorum miſericordia in arbores populeas mutatæ ſunt: earum autem lacrymæ, ut etiam Heſiodus, Euripideſq; indicant, in electrum ſunt conuerſæ, quod ex illis arboribus, in quas mutatæ feruntur, fluere dicitur.

NAiades Heſperiæ trifida fumantia flamma
Corpora dãt tumulo, ſignãt quoq; carmine ſaxũ
Hic ſitus eſt Phaethon, currus auriga paterni,
Quem ſi non tenuit, magnis tamen excidit auſis.
At pater obductos luctu miſerabilis ægro
Condiderat uultus: & (ſi modò credimus) unum
Iſſe diem ſine ſole ferunt. incendia lumen
Præbebant: aliquiſq; malo fuit uſus in illo.
At Clymene poſtquam dixit, quæcunque fuerunt
In tantis dicenda malis, lugubris, & amens,
Et laniata ſinus totum percenſuit orbem,
Exanimeſq; artus primò, mox oſſa requirens:
Repperit oſſa tamen peregrina condita *ripa,
Incubuitq; loco, nomenq; in marmore lectum
Perfudit lacrymis, & aperto pectore fouit.

uibratum

expulit

conſternãtur, ut 5. Faſt. Cum conſternatis diripieris equis, et eſt exterreri animo.

terra

RAPH. RAſtrorumq; fero} raſtra inſtrumenta ſunt ruſtica quibus agri colũtur. [Eſt autem obiectio ingratitudinis.] {Exerceor} defatigor. {Vobis quoque thura miniſtro} thure in ſacrificiis non modo nos, ſed priſci quoq; utebantur. Thus autem ἀπὸ τοῦ θεῖν, hoc eſt a ſacrificãdo deriuatur. eſt.n. uocabulum græcũ, non latinum, ut quidã ſcribunt, qui a tũdendo putãt deduci, cũ a græcis θῦς dicatur. {Quid meruit frater} Neptunus cui ſorte in mũdi diuiſione maria obtigerunt. [Tráslatione piculi, amplificat querelam] {Fumat uterq; polus} duobus polis, qui & uertices dicuntur, cęlũ ſuſtinetur, q ſi fuerint combuſti, caſurum eſt cælum. {Atlas en ipſe laborat} Atlas mõs eſt Mauritaniæ, qui ideo ſuſtinere fingitur, quod Atlas qui in illum montem fertur transmutatus, primus oĩum aſtrologica ſcrutari cœpit. [Vel etiã propter altitudinem: eſt enim ita altus, ut cacumẽ eius cerni nequeat, nubibusq; perpetuis tegatur, ut Herodotus ait. Pli. etiam ad lunarem uſq; circulum pertingere dicit. uide. lib. 5. ca. 1.] {Candentẽ axẽ} ardentẽ polum. {Et rerum cõſule ſummę} hoc eſt uide ne rerum ſumma pereat, ac genera rerũ perdant. {Propioraq; manibus antra} hoc eſt, ſpelũcas ĩferis ꝓpiores. ſũt .n. manes animę mortuorũ a mano, qđ bonum antiqui dicebãt κατ᾽ ἀντίφρασιν appellati. {At pater omnipotens ſup. teſt.} Iupiter, inquit, cum in teſtimonium & alios deos & ipſum Apollinem adduxit totum mundum incẽdio periturum niſi auxilium ferat, Phaethontem fulmine percuſſit, ac incẽdium fulmine cõpeſcuit. {Et ipſum qui dederat cur.} Apollinem. {Vnde} ex qua arce. {Inducere nubes} immittere nebulas. {Latis terris} late patentibus terris. {Miſit in aurigam} Phaethonthẽ, currus ſolis aurigã & rectorem. {Conſternuntur equi} terrentur. [Sed uide, num potius Cõſternãtur legendum ſit. nã cõſternere altàs ꝓ conſpergere, & quaſi opplere ſumitur: ut, it ſtridor, & alto Cõſternũt terrã cõcuſſo ſtipite frõdes Virg.] {Illic temone reuul. Axis} Axis lignũ illud eſt, circa qđ rotæ currus uertuntur. {Veſtigia} ſigna & partes. {Lacerti currus} lacerati, atq; diſſipati. {Flamma pop.} igne comburente. tũc enim ignis populari aliqđ dicitur, quando comburit. {Voluitur in præceps} hoc eſt in caput cadit. {Vt interdum de cælo} pulchra ſimilitudine caſum Phaethõtis demonſtrat. ſcite autẽ ſcribit. nã quamuis ſtellę interdũ cadere uideãtur, tamen nunquã cadũt. [Non.n. ſtellę ſunt, ſed incenſiones uaporoſę, ſiue uolatus ſtellantes, uento in eã partẽ impulſi, in quã uolare uidẽtur. itaq; & uentos plerunq; ſignificant, ut Ptol. docet.] {Quem procul a patria} longe enim Italia Padusq; ab Æthiopia diſtat. {Eridanus} fluuius eſt Italiæ, qui alio nomine dicitur Padus. {Naiades Heſp.} nymphæ Italicæ ac occidentales. Naiades autem dicũtur παρὰ τὸ νάω quod eſt fluo, quod influentis habitent. {Trifida flamma} fulmine, quod ita pingebatur, ut trifidum & in tres partes fiſſum uideretur. ut enim tridens Neptuno, ſic trifidum fulmen attribuitur Ioui. [Alii trifidum, & triſullum, a triplici poteſtate dici uolunt. nã & ferit, & penetrat, & adurit.] {Signãt quoq; carmine ſaxũ} cippo & ſepulcri ſaxo epitaphium inſcribunt. {Hic ſitus eſt} poſitus et ſepultus. eſt aũt epitaphium in Phaethontem. {Non tenuit} tenere nõ potuit. {Magnis tñ exc. au.} hoc eſt magna tñ aggredi auſus eſt, qđ quidẽ abunde pulchrum atq; magnificũ eſt, ut Plin. ait. {At pater} Apollo. {Miſerabilis} miſerãdus. {Ægro l.} ab effectu luctus dicitur æger, ꝙ ægros & mœſtos reddat. {Obductos} uelatos, co opertos. {Aliqs uſus} aliqua utilitas. {Lugubris} pullis ueſtibus, q̃ luctui cõueniunt, induta. {Et amens} exanimata, perturbata. {Totum perc. or.} peragrauit totum terrarum orbẽ. {Exanimes artus p.} cadauer filii & mẽbra mortua primum quærens. {Mox} deinde. {Condita} ſepulta. {Incubuitq; loco} ſepulcro ſe ꝓſtrauit. {Aperto pectore} nudo.

Nec

Nec minus Heliades lugent, & inania morti
Munera dant lacrymas, & cæſæ pectora palmis
Non auditurum miſeras Phaethonta querelas.
Nocte, dieq; uocant, aſternunturq; ſepulcro.
Luna quater iunctis implerat cornibus orbem:
Illæ more ſuo (nam morem fecerat uſus)
Plangorem dederant: e queis Phaethuſa ſororum
Maxima cùm uellet terræ procumbere, queſta eſt
Diriguiſſe pedes: ad quam conata uenire
Candida Lampetie, ſubita radice retenta eſt.
Tertia cum crinem manibus laniare pararet,
Auellit frondes. hæc ſtipite crura teneri,
Illa dolet fieri longos ſua brachia ramos.
Dumq; ea mirantur, complectitur inguina cortex,
Perq; gradus uterum, pectuſq;, humeroſq;, manuſq;
Ambit: & extabant tantum ora uocantia matrem.
Quid faciat mater? niſi quò trahit impetus illam,
Huc eat, atq; illuc; &, dum licet, oſcula iungat?
Non ſatis eſt: truncis auellere corpora tentat,
*Bis teneros manibus ramos abrumpit: at inde
Sanguineæ manant tanquam de *uulnere guttæ.
Parce precor mater, quæcunque eſt ſaucia, clamat,
Parce precor: noſtrum laceratur in arbore corpus.
Iamq; uale. cortex in uerba nouiſſima uenit.
Inde fluunt lacrymæ, ſtillataq; ſole rigeſcunt
De ramis electra nouis: quæ lucidus amnis
Excipit, & nuribus mittit geſtanda Latinis.

ARG. Cygnus Stheneli filius, materno genere Phaethōti proximus, cum Liguriam incoleret, & in ripa Eridani amnis, quem quidam Padum uocant, uidiſſet corpus Phaethontis a ſororibus eius ablui, pari calamitate eſt concuſſus. plus enim iuſto deflendo propinqui interitum, deorum uoluntate in uolucrem Cygnum abiit, qui peroſus cęleſtem ignem, paludes ac flumnia, quibus inſeneſceret, eſt ſecutus. Hęc Phanocles in cupidinibus.

AFfuit huic monſtro proles Stheneleïa *Cygnus:
Qui tibi materno quamuis a ſanguine iunctus
Mente tamen Phaethon propior fuit. ille relicto
(Nam Ligurum populos, & magnas rexerat urbes)
Imperio, ripas uirides, amnemq; querelis
Eridanum implerat, ſyluamq; ſororibus auctam:
Cum uox eſt tenuata uiro, canæq; capillos
Diſſimulant plumæ, collumq; a pectore longè
Porrigitur, digitoſq; ligat iunctura rubentes.
Penna latus uelat. tenet os ſine acumine roſtrum.
Fit noua Cygnus auis, nec ſe cæloq;, Iouiq;
Credit, ut iniuſte miſſi memor ignis ab illo,
Stagna petit, patuloſque lacus: ignemq; peroſus,
Quæ colat, elegit contraria flumina flammis.
Squalidus interea genitor Phaethontis, & expers
Ipſe ſui decoris, qualis, cum deficit orbi,
Eſſe ſolet, lucemq; odit, ſeq; ipſe, diemq;
Datq; animum in luctus, & luctibus adiicit iram,

RAPH. NEC minus Heliades} Solis filiæ Heliades dicuntur, ἀπὸ τοῦ ἡλίου, hoc eſt, a Sole, quæ etiam a fratre Phaethontiades fuerunt appellatæ. earum nomina ſunt Phaethuſa, Lampetia, Phœbe, quæ cum fratrem per quattuor menſes aſſidue fleuiſſent, tandem Iouis miſericordia in populos arbores, uel, ut alii uolunt, & in primis Apollonius, in Alnos. [Hinc & Virg. dixit, Tum Phaethontiades muſco circundat amaræ Corticis, atq; ſolo proceras erigit alnos. cuius diuerſitatis ratio uidetur quod αἴγειρος quæ populus nigra eſt, ab aliis pro alno accipitur. Heliades aũt in αἰγείρους mutatę dicũtur.] Lacrymæ uero ipſarum in electra & ſuccina conuerſæ fuerũt. {Et cęſæ pectore palmis} cędentes & percutiẽtes pectora. eſt.n. ſynecdoche poetica. {Aſternũturq; ſepulcro} hoc eſt ſtratæ ſuper ſepulcro iacent. {Luna quater iũctis} hoc eſt, quattuor menſes tranſierant. nã ſingulis quibusq; menſibus luna repletur. {Nã morem fecerat uſus} parẽtheſis eſt, qua ſignificatur ex aſſiduo uſu conſuetudinem plãgendi Phaethontis ſororibus fuiſſe factam. {Equis Phaetuſa ſororum} Phaetuſa filia fuit Solis ex Neęra nympha. eſt autem quadriſyllabum nomen, non triſyllabum, ut quidam putant. interpretatur Phaetuſa ſplendens. {Terræ procũbere} ſe in terram proſternere. {Diriguiſſe pedes} rigidos & duros eſſe factos. {Candida Lampetie} Phaetuſæ ſoror, quæ fulgens transferri poteſt: λάμπω enim fulgeo dicitur. {Subita radice} ſubito nata. {Laniare} lacerare. {Inguina} pudenda.

Heliades in arbores.

{Ambit} circundat. {Extabant} extra corticem ſtabãt. {Manant} defluunt. {Saucia} uulnerata. {Iamq; uale} uerbum eſt Vale, quo recedẽtes ſalutamus. {Cortex in uerba nouiſſima uenit} hoc eſt cortex os obducens uerba Heliadum ultima occupauit. {Inde fluunt} ab illis arboribus. hoc quidem Ouid. ſed ut Apollonius in argonauticō quarto narrat, Galli iactant non ex Heliadum, ſed ex Apollinis lacrymis electrum eſſe natum, quando propter Æſculapii necem dolore affectus ad Hyperboreos abiit, patris increpationẽ non ferens: aut quando propter Cyclopes interfectos Admeto regi ſeruire coactus eſt. {Rigeſcunt} rigida ac dura ſunt. {Electræ} quæ latine ſuccina dicũtur, quamuis nuſquam circa Padum inueniãtur. [Id quod & Lucianus in præfatione quadam ridet. hodie autem ſuccinum ex litore Venedici ſinus affertur, hoc eſt, ex Boruſſia, ubi idem Boruſtim lingua illorum appellatur.] Eſt autem electrum etiam genus metalli ex auro ac quinta argenti portione cõſtantis, ut ſcribit Plin. in 32. natur. hiſt. lib. cuius natura eſt ad lucernarum lumina clarius argento lucere. {Nuribus latini} Italis mulieribus. {Affuit huic mõſtro. Cygnus Stheneli filius, rex Liguriæ, Phaethonti & ſanguine materno, & ſumma beneuolentia deuinctus, cũ relicta Liguria ad Padi ripas ueniſſet, multumq; amici caſum defleſſet, in auẽ ſui nominis fuit commutatus, quę ignes peroſa aquas ſibi elegit incolendas. {Affuit} interfuit. {Huic monſtro} quo Heliades in populos arbores. ipſarum autem lacrymæ in electra fuere conuerſæ. monſtrum autem a monſtrando dicitur, ſiue a monẽdo, ut Ælio placet, quaſi moneſtrum quod nos futurorum moneat. ſed aliquãdo pro miraculo ponitur, ut hoc loco. {Proles Stheneleia} progenies Stheneli. nam Liuius po. Liguria Italiæ regio eſt inter amnes Varum & Macram ſita, Tuſciæ contermina, cuius caput Genua eſt, unde Liguſticora fuit cognominata. Liguria autem a *Liguſtro Phaethontis filio fertur cognominata. illius incolæ, Ligures appellantur. {Cum uox eſt tenuata} tenuis ac gracilis facta. {Canæq; capillos Diſſimulant plumæ} capilli, inquit, cani in plumas itidem canas fuere conuerſi. {Porrigitur} prolongatur. {Iunctura} copulatio. nam cygnorum digiti & rubent, & quadam cartilagine iunguntur. {Tenet os ſine acumine roſtrum} os, inquit, in roſtrum obtuſum ac ſine ullo acumine fuit conuerſum. {Nec ſe cęloq;, Iouiq; Credit} hoc eſt nec ſe aeri, ætheri'ue cõmittit. hoc aũt iccirco fingitur, quia cygni nunq̃ altius uolant. {Miſſi ig.} iacti fulminis. {Ignemq; pe.} odio ignem habẽs. {Squallidus interea ge.} mœrorẽ deſcribit Phœbi, quem ex Phaethontis filii morte cõceperat, quo cõcinnius transfigurationẽ Calliſtus & Arcadis in urſas exponat. {Et expers ſui decoris} ſine parte ſui ſplẽdoris & ornatus. {Qualis cũ deficit orbi} tunc.n. obſcurus uidetur, cum illius lumẽ terris aufertur. {Datq; animum in luctus} luctibus indulget.

Cygnus in auem.

Et corpore

Ligure, ut apud Beroſum.

Cycnus

Officiumq;

Officiumq́; negat mundo. Satis, inquit, ab æui
Sors mea principiis fuit irrequieta : pigetq́;
Actorum ſine fine mihi, ſine honore laborum.
Quilibet *alter agat portantes lumina currus.
Si nemo eſt, omneſq́; dei non poſſe fatentur;
Ipſe agat : ut ſaltem, dum noſtras tentat habenas,
Orbatura patres aliquando fulmina ponat.
Tunc ſciet ignipedum uires expertus equorum
Non meruiſſe necem, qui non bene rexerit illos.
Talia dicentem circunſtant omnia ſolem
Numina; ne'ue uelit tenebras inducere *rebus,
Supplice uoce rogant. miſſos quoque Iuppiter ignes
Excuſat, precibusq́; minas regaliter addit.
Colligit amentes, & adhuc terrore pauentes
Phœbus equos, ſtimuloq́; dolens, & uerbere ſæuit:
Sæuit enim, natumq́; obiectat, & imputat illis.
At pater omnipotens ingentia mœnia cæli
Circuit, &, ne quid labefactum uiribus ignis
Corruat, explorat. quæ poſtquam firma, ſuiq́;
Roboris eſſe uidet, terras, hominumq́; labores:
Perſpicit. Arcadiæ tamen eſt impenſior illi
Cura ſuæ : fonteſq́;, & nondum audentia labi
Flumina reſtituit. dat terræ gramina, frondes
Arboribus, læſaſq́; iubet reuireſcere ſyluas.

ARG. Iupiter cum reliquias torrentis ignis perſequeretur, ut laborantibus opem ferret mortalibus, cum circa montem Arcadiȩ, ubi genitus exiſtimatur, uagaretur, in Calliſtus, Lycaonis filiæ, amorem incidit. cui cum preces de explemento deſiderii ſui admouiſſet, fruſtrataſq; uoces ſuas intellexiſſet: aſtu eam ſubiit. in Dianæ nanque ſexum ſe reiecit; ac fatigatæ, ornatus pharetra, ſagittiſq;, uelut Diana, occurrit; ac, ueſte pariter poſita, uirgo Iouem experta eſt. Neque ideo a Iunone immerenti delictum remiſſum. nam confeſtim pellicatu eius incenſa, ne amplius pulchritudine coniugem caperet, in urſam eam transfigurauit: quæ a Ioue cum Arcade filio, quem erat enixa, inter ſidera collocatur. a græcis autem Helice, a noſtris ſeptentrio nuncupatur: & a Thety, & Oceano, ob Iunonis iram, inter cetera ſidera liquore non tingitur, ut Heſiodus indicat. hinc illud, Sed lucet in aſtris Calliſto, renouatq; ſuos ſine fluctibus ignes. ipſe autem Arcas, in cȩlum translatus, Arctophylax dicitur.

DVm redit, itq́; frequens, in uirgine Nonacrina
Hæſit, & accepti caluere ſub oſſibus ignes.
Non erat huius opus lanam mollire trahendo,
Nec poſitas uariare comas: *ubi fibula ueſtem,
Vitta *coercuerat neglectos alba capillos.
Et modo leue manu iaculum, modo ſumpſerat arcũ.
Miles erat Phœbes: nec Mænalon attigit ulla
Gratior hac Triuiæ. Sed nulla potentia longa eſt.
Vlterius medio ſpatium ſol altus habebat,
Cum ſubit illa nemus, quod nulla ceciderat ætas.
Exuit hîc humero pharetram, lentoſq́; tetendit
Arcus, inq́; ſolo, quod texerat herba, iacebat,
Et pictam poſita pharetram ceruice premebat.
Iuppiter ut uidit feſſam, & cuſtode *uacantem,

*RAPH.* OFFICIVMq́; negat mundo} ait ſe nolle mundo beneficium prȩſtare ipſum illuſtrando. {Satis, inquit, ab ȩui} ita conqueritur Phœbus, ut Iouem in inuidiam odiumq́; trahat. {Ipſe agat} inuidioſe. ac ſi diceret, qui tam potens, terribilisq; eſt. {Tentat} tenet, retinet. eſt enim a teneo deriuatum, eo quod per n ſcribitur. nam tento, quod experiri ſignificat, a tenendo deduci uidetur. {Orbatura} filiis priuatura. orbare nanque eſt aliqua re cara, ut ſunt filii atq; oculi, priuare. unde orbi oculis filiis'ue, aut parẽtibus priuati dicuntur. {Tunc ſciet ignipedum} ordo eſt & ſenſus. tunc Iupiter expertus uires ignipedum & uelociũ equorum, ſciet eũ, qui illos bene non rexerit, mortẽ nõ meruiſſe. {Miſſos ig.} miſſa fulmina in Phaethontẽ. {Regaliter} imperioſe, ac eo iure, quod habent reges. {Verbere} flagello & ſcutica. {Sæuit} furit, ac ſæuitiam in equos nihil mali meritos exercet. {At pater omnipotens} hæc iccirco a poeta narrantur, quo cõmodius Calliſtus & Arcadis mutationẽ in ſidera cũ ſuperiore metamorphoſi connectat. {Explorat} diligenter inquirit. unde exploratores qui hoſtium cõſilia ſcrutantur. {Impenſior} maior. {Suæ Arcadiæ} a ſe amatæ. ſiue propter Maiam, quæ in Cyllene ipſius Arcadiæ monte Mercurium peperit: ſiue ad illud poeta alludit, quòd Arcades nõ minus q̃ Cretenſes apud ſe natum eſſe Iouem contẽdũt, ut & in hymno Callimachus in Iouem, & Pauſanias in Arcadicis ſcribunt. unde & Luſius Arcadiæ fluuius dictus eſt, ꝙ in eo Iupiter infans lotus eſt. {In uirgine Nonacrina} uirginem Nonacrinam appellat Calliſtonem, Lycaonis filiam, quam cum uidiſſet Iupiter, ita excellenti eius pulchritudine captus eſt, ut cũ blanditiis ea potiri nõ poſſet, ſe finxerit eſſe Dianam, cuius Calliſto fidiſſima comes erat. hac igitur arte cõpreſſa ab Ioue cum Arcadem peperiſſet, in urſam ab Iunone, ne iterum Ioui placeret, conuerſa eſt. eam uero cum filius Arcas iã adultus in uenatione ferire uellet, miſeratione Iouis ambo in ſidera fuerunt translati, ac iuxta polum, qui ab ipſis arcticus fuit cognominatus, collocati: quod quidem cũ Iuno animaduertiſſet, Tethym nutricem rogauit, ne unquam permitteret eas in mare deſcendere. ideoq; ſeptentriones nunq̃ occidere dicuntur. Sane Hyginus uarias priſcorum de Calliſtus mutatione refert opiniones, quas ſiquis ad huius fabulȩ expoſitionem aliquid conferre putabit, illinc ſumat licebit. {In uirgine Nonacrina} Nonacris & urbs, & mons eſt Arcadiæ, unde Nonacrinus declinatur. [Quod hic pro Arcadio poſuit poeta κατὰ συνεκδοχὴν. Nonacris autem dicta fuit uxor Lycaonis, a qua nomen urbi factum. ut Pauſan. ait. patet igitur & patronymicũ eſſe Nonacrine.] {Hȩſit} fixus eſt. {Accepti ignes} amores concepti. Ignis.n. frequenter pro amore ponitur a poetis. ut nãque ligna comburuntur igne, ſic iuuenum corda amore dicũtur ardere. {Caluere} inflãmati fuere. {Lanam mollire} filare, ac ſubigere lanam. {Variare} uariis coloribus ornare. id quod laſciue uirgines maxime facere ſolent. [Sũt q legũt, Nec poſitu uariare comas &c. ſed hoc Raphaeli diſplicet, alleganti ueterum exẽplorum fidem.] {Sed fibula} cingulum. a parte nãque intelligimus totum. {Vitta alba} tegmẽ eſt capitis uitta, qua mulieres cõtinent capillos. {Alba} nõ uariorum colorum, qualibus laſciuæ uirgines delectantur. {Neglectos capillos} impexos, inornatos. {Coercebat} conſtringebat. {Miles erat Phœbes} Dianæ, quæ eadem cum luna eſſe putatur. {Nec Mȩnalon attigit ulla} Mænalus mons Arcadiæ celeberrimus, & urbs clariſſima a Mȩnalo Lycaonis filio cõdita. {Triuiæ} Dianæ, qđ in triuiis coli conſueuerit. {Sed nulla potentia longa eſt} ſentẽtia generalis, quæ in dies uerior eſſe probatur. {Vlterius ſpatium} meridiem iam pertranſiſſe ſignificat. ſol enim ulterius medio ſpatiũ cȩli tunc tenere dicitur, cum maior pars diei præteriuit. {Quod nul. cecid. ȩtas} innuit nemus illud umbroſiſſimũ, opaciſſimũq; fuiſſe, ut cuius arbores nullo unquam tẽpore fuerant cȩſȩ. {Nulla ȩt.} nullius ȩtatis homines. continens.n. ꝓ contento per metonymiam frequẽter ponitur a poetis. {Exuit hic} depoſuit illic, & in illo nemore pharetrã. eſt.n. aduerbium ꝓ aduerbio poſitum. {Lẽtoſq; ret. ar.} flexibiles arcus remiſit. arcus.n. niſi retendantur, molles efficiuntur, ut ipſe in epiſtolis inquit: Si nunquã ceſſes tendere, mollis erit. Re aũt præpoſitio ſępenumero mutat uerba, cum quibus cõponitur in contrariam ſignificationem, ut tego retego, ſigno reſigno, tendo retendo. {Feſſam} laſſam & defatigatam.

*auctor*

*terris*

*ſed coercebat*

*carentem*

Hoc

RAPH.

Iupiter in Dianam.

Hoc certè furtum coniux mea neſciet, inquit;
Aut ſi reſcierit, ſunt oh ſunt iurgia tanti?
Protinus induitur faciem, cultumq; Dianæ,
Atque ait: O comitum uirgo pars una mearum,
In quibus es uenata iugis? de ceſpite uirgo
Se leuat: &, Salue numen, me iudice, dixit,
Audiat ipſe licet, maius Ioue. ridet, & audit,
Et ſibi præferri ſe gaudet, & oſcula iungit,
Nec moderata ſatis, nec ſic a uirgine danda.
Qua uenata foret ſylua narrare parantem
Impedit amplexu, nec ſe ſine crimine prodit.
Illa quidem contrà, quantum modò fœmina poſſet,
(Aſpiceres utinam Saturnia, mitior eſſes)
Illa quidem pugnat: ſed quæ ſuperare puella?
Quis'ue Ioue poterat? ſuperûm petit æthera uictor
Iuppiter: huic odio nemus eſt, & conſcia ſylua.
* Vnde pedem referens, pene eſt oblita pharetram
Tollere cum telis, &, quem ſuſpenderat, arcum.
Ecce ſuo comitata choro Dictynna per altum
Mænalon ingrediens, & cæde ſuperba ferarum
Aſpicit hanc, uiſamq; uocat: clamata refugit,
Et timuit primo, ne Iuppiter eſſet in illa:
Sed poſtquam pariter nymphas incedere uidit,
Senſit abeſſe dolos, numerumq; acceſſit ad harum.
Heu quàm difficile eſt crimen non prodere uultu?
Vix oculos attollit humo, nec, ut antè ſolebat,
Iuncta Deæ lateri, nec toto eſt agmine prima:
Sed ſilet, & læſi dat ſigna rubore pudoris.
Et, niſi quòd uirgo eſt, poterat ſentire Diana
Mille notis culpam: nymphæ ſenſiſſe feruntur.
Orbe reſurgebant lunaria cornua *nono,
Cùm Dea *uenatu fraternis languida flammis,
Nacta nemus gelidum eſt, de quo cũ murmure labẽs




Ibat, & attritas uerſabat riuus arenas.
Vt loca laudauit, ſummas pede contigit undas:
His quoque laudatis, Procul eſt, ait, arbiter omnis:
Nuda ſuperfuſis tingamus corpora lymphis.
Parrhaſis erubuit: cunctæ uelamina ponunt:
Vna moras quærit: dubitanti ueſtis adempta eſt:
Qua poſita, nudo patuit cum corpore crimen.
Attonitæ, manibusq; uterum cælare uolenti,
I procul hinc, dixit, nec ſacros pollue fontes,
Cynthia: deq; ſuo iuſſit ſecedere cœtu.
Senſerat hoc olim magni matrona Tonantis,

HOC fur} hoc ſtuprum. furta nanque etiam ſtupra dicuntur, quod furtim committantur. {Sunt oh ſunt iurgia tanti} ac ſi diceret, iurgia nequaquam tanti ſunt ęſtimanda, ut me uoluptate huius potiendę uirginis priuent. oh autem hoc loco contemnentis eſt interiectio. {Protinus induitur faciem} Iouis transmutationem in Dianam obiter exponit poeta. {Cultum} habitum, ornatum. {In quibus iugis} in quibus montibus. {De ceſpite uirgo ſe leuat} de terra, inquit, Calliſto ſurgit. ceſpes autem terra eſt cum propria herba auulſa. {Nec ſic a uirgine danda} laſciuiora nanque erant, quàm ut uirgini conuenirent. {Impedit a.} implicat amplectendo. {Nec ſe ſine crimine prodit} hoc eſt, ſe manifeſtat, ui puellæ illata. {Illa quidem contra} pugnat ſubaudiatur, ideſt repugnat. {Aſpiceres utinam Saturnia} hæc per parentheſim Iunoni a poeta dicuntur in Calliſtus defenſionem. [Eſt que figura ἀποστροφὴ] {Victor} uoti compos effectus. {Et conſcia ſylua} ſtupri ab Ioue illati. {Vnde pedem referens} ex qua ſylua recedens. {Ecce ſuo} hæc particula, ecce, ſubitum aliquid repentinumq; malum apud Ciceronem, Virgiliumq; ſignificat, apud alios etiam bonum aliquãdo deſignat. {Dictynna} Diana dicitur ἀπὸ τῶν δικτύων, hoc eſt a retibus. cuius nominis a Solino talis cauſſa aſſignatur. Britomartis nympha cum uirginitatem ſuam Dianę uouiſſet, ſe in mare præcipitauit, ne a Minoe Cretæ rege uiolaretur. cum uero ob hoc ſæua peſtis Cretam inuaſiſſet, reſponſo accepto, uirginis cadauer retibus e mari extraxerunt, eamq; Dyctinnã appellauerunt, ac Dianæ ædem extruxerunt, quæ a nomine uirginis Dictynna fuit appellata. [de Dictynnæ nomine, & de Britomarti uide plenius Diodorum libro 6, & Pauſaniam in Corinthiacis] {Heu quàm difficile eſt} ſententia loco accommodata. {Prodere} detegere, manifeſtare. prodi autem proprie arcana dicuntur. {Vix oculos} eleganter mores pudicæ uirginis uiolatæ effingit poeta. {Mille notis} ſignis. numerus enim finitus pro infinito ferè a poetis uſurpatur. {Orbe nono} menſe nono. Luna enim ſingulis quibuſque menſibus ſuum reparat orbem. {Cum dea uenatu} ſic quidem ferè legitur, ſed in uetuſto exemplari uenatrix rectius mihi ſcriptum eſſe uidetur, ut ſit Dianę periphraſis. {Fraternis languida flammis} defeſſa feruoribus ſolis ſui fratris. nam Diana, ut diximus, eadem eſt cum Luna, quę ſoli perhibetur ſoror eſſe. {Verſabat} uoluebat. {Attritas} ob continuum fluxum. {Vt loca laudauit} poſtquam loca laudauit Diana, quod pulchra eſſent & amœna, aquas pedibus tetigit. {Tingamus} madefaciamus, lauemus. {Arbiter omnis} teſtis nemo adeſt. {Parrhaſis} Calliſto a Parrhaſia urbe Arcadię: quæ a Parhaſo uno ex Lycaonis filiis cognominata fuit, Parrhaſis uocatur. {Velamina ponunt} ueſtes deponunt. {Vna moras quęrit} ſola Calliſto ueſtem deponere non curat. {Adempta eſt} ui detracta ab aliis Dianæ comitibus. [Pro dubitanti autem, quidam cunctanti legunt, quod Raphaeli diſplicet, qui ipſum etiam uerbum reiicit, parum latinum exiſtimans.] {Vterum} uteri tumorem. grauida enim erat ac partui propinqua. {Cynthia} Diana a Cyntho, Deli monte. {Secedere} abire, & recedere.

Inde

noue

uenatrix

Id ipſum

Diſtuleratq́; graues in idonea tempora pœnas.
Cauſſa moræ nulla eſt, & iam puer Arcas (id ipſum
Indoluit Iuno) fuerat de pellice natus.
Quò ſimul obuertit ſæuam cum lumine mentem,
Scilicet hoc etiam reſtabat adultera, dixit,
Vt fecunda fores, fieretq́; iniuria partu
Nota, Iouisq́; mei teſtatum dedecus eſſet.
Haud impunè feres: adimam tibi nanq; figuram,
Qua tibi, quaq́; places noſtro importuna marito.
Dixit: & *arreptam prenſis a fronte capillis
Strauit humi pronam. tendebat brachia ſupplex:
Brachia cœperunt nigris horreſcere uillis,
Curuariq́; manus, & aduncos creſcere in ungues,
Officioq́; pedum fungi, laudataq́; quondam
Ora Ioui lato fieri deformia rictu.
Ne'ue preces animos, & uerba precantia flectant,
Poſſe loqui eripitur: uox iracunda, minaxq́;,
Plenaq́; terroris rauco de gutture fertur.
Mens antiqua *tamen facta quoque manſit in urſa:
Aſſiduoq́; ſuos gemitu teſtata dolores,
Qualeſcunque manus ad cælum & ſidera tollit,
Ingratumq́; Iouem nequeat cùm dicere, ſentit.
Ah quoties ſola non auſa quieſcere ſylua,
Ante domum, quondamq́; ſuis errauit in agris.
Ah quoties per ſaxa canum latratibus acta eſt,
Venatrixq́; metu uenantum territa fugit.
Sæpe feris latuit uiſis, oblita quid eſſet,
Vrſaq́; conſpectos in montibus horruit urſos,
Pertimuitq́; lupos, quamuis pater eſſet in illis.
Ecce Lycaoniæ proles ignara parentis
Arcas adeſt, ter quinq́; ferens natalibus annos:
Dumq́; feras ſequitur, dum ſaltus eligit aptos,
Nexilibusq́; plagis ſyluas *Erymanthidas ambit,
Incidit in matrem: quæ reſtitit Arcade uiſo,
Et cognoſcenti ſimilis fuit. ille refugit,
Immotosq́; oculos in ſe ſine fine tenentem
Neſcius extimuit, propiusq́; accedere fugit.
Vulnifico fuerat fixurus pectora telo:
*Arguit omnipotens, pariterq́; ipſosq́;, nefasq́;
Suſtulit, & celeri raptos per inania uento

RAPH. ID IPSVM Indoluit Iuno} hæc parentheſis Iunonis indignationis cauſſam oſtẽdit. non.n.tã doluit Iuno, ꝙ a Ioue ſtuprata foret, q̃ ꝙ puerũ peperiſſet. {De pellice} Calliſtone, ut latine nomen græcum declinemus. {Quo ſimul obu.} poſtquam, inquit, conuertit & oculos & animum in Arcadẽ e Calliſtone natum excandeſcere uerbis cœpit. {Quo} in quem puerum. {Simul} poſtquam. {Scilicet hoc etiam} affectui ſeruit & indignationi hoc aduerbium ſcilicet. fere autem Iuno indignata loqui fingitur a poetis. {Vt fœcunda fores} conciperes. fœcundæ enim dicuntur, quæ concipiunt. {Teſtatum} tanquam teſtimonio approbatũ. {Haud impune feres} non abibis impunita. {Strauit} proſtrauit, proiecit in terrã. {Horreſcere} horrida & aſpera fieri. {Deformia} turpia. {Lato rictu} amplo oris foramine & ſpatio. {Poſſe loqui} facultas loquendi. {Mens antiqua} priſtinus animus. {Manet} in ueteris exemplaribus non, manet, ſed, tamen, recte ſcriptum eſſe uidetur. {Qualeſcunque manus} nam urſi prioribus pedibus manuum uice funguntur, eosq́; erigunt. {Ah quoties ſola} priſtinam mentem Calliſtoni remanſiſſe multis colligit argumentis, neque enim ſe urſam eſſe putabat. miſeretur autem calamitatis illius poeta. {Sola ſyluis} deſerta & ab hominibus non habitata. {Oblita quid eſſet} oblita ſe eſſe urſam. {Horruit} cum quodam horrore timuit. {Quãuis pater eſſet i illis} Lycaonem enim Calliſtonis patrem in lupum fuiſſe conuerſum in primo narrauit poeta. {Ecce Lycaoniæ proles} Arcas Iouis filius ex Calliſtone, cum quindecim annorum eſſet, matri in urſam conuerſæ inter uenandum obuiauit, quam quidẽ cum ferire uellet, matrem eſſe ignorans, Iouis miſeratione ad ſidera unà cum matre ſublatus. Arctophylax, ut ſcribit Hyginus, fuit appellatus. inde autem polus arcticus nomen accepit. nam ἄρκτος urſa interpretatur. id uero cum Iuno animaduertiſſet, Tethym Oceani uxorem rogauit, ne unquam eas in mare deſcendere permitteret. ac ea de cauſſa ſeptentriones nunquam occidere poſſunt. Eleganter autem Ouidius filii mutationem cum matris transfiguratione connectit. ab hoc autem Arcade qui poſt Nyctimum fratrẽ regnauit, regio pro Pelaſgia Arcadia, & Arcades pro Pelaſgis appellati fuerunt, ut Pauſanias ait. {Ter quinque ferens natalibus annos} hoc eſt, annos quindecim natus. Natale aũt qui & natalis dicitur, dies eſt quo quiſque naſcitur. Virgil. Meus eſt natalis Iola. ab Ouid. aũt diſcrepat Pauſanias, q̃ Arcadẽ & nymphã uxorem duxiſſe nomine Erato, & ex ea tres filios ſuſtuliſſe ſcribit, Azana, Aphydãta, & Elatũ, ante quos Autolaus notus ipſi natus fertur. {Saltus aptos} ſyluas uenationi accommodatas. ſaltus nanq; a ſaliendo deducitur, ꝙ feræ in illo ſaltus edãt. unde ſaltuarii ſaltuum & agrorũ cuſtodes uocãtur. {Nexilibusq́; plagis} retibus connexis. multis enim nodis retia nectuntur. plaga autem prima breui rete ſignificat. lõga uero uulnus deſignat. {Erymanthidos} montis Erymanthi, qui eſt in Arcadia. {Ambit} circundat, circuit. {Et cognoſcẽti ſimilis fuit} ita, inqt, reſtitit Calliſto, ut Arcadẽ filiũ cognoſcere uideretur. {Neſcius} ignarus eſſe matrem. {Quæ re.} ſtetit ut ipſum expectaret. {Propiusq́; accedere fugit} noluit, recuſauit. {Vulnifico telo} uulnus inferẽti iaculo. {Arguit omnipotens} arguit quidem legit, ſed arcuit, hoc eſt, uetuit & prohibuit ſenſui magis cõuenire uidetur. uetuit nãque Iupiter, ne Arcas telum dirigeret in matrem. Pauſanias autem [in Arcadicis] ſcribit Calliſto in urſam mutatam in gratiã Iunonis a Diana ſagittis fuiſſe confixam, ac Mercurium ab Ioue miſſum, qui puerũ quem Calliſto in utero gerebat, ſeruaret: ipſamq́; Calliſto factam eſſe ſtellã, quæ maior urſa & ἅμαξα uocatur. [Rurſum Phurnutus tradit Calliſto uenatricem fuiſſe, & ab urſa deuoratam: quam cum comites ipſius ad luſtrum urſæ uidiſſent, poſteaq́; deſiderarent, in urſam conuerſam dixerunt. ſunt autem geminę urſæ in cælo, quarum alterã Nauplius, alteram Thales Mileſius inueniſſe traditur. Maiorẽ, quæ Calliſto fuit, ἑλίκω uocant; ſecundum quam græci nauigant. unde & Helicopas ab Homero iidem dici a quibuſdam creduntur, ὡς τείνοντες εἰς ἑλίκω τὰς ὦπας. minor autem, in quam Arcas mutatus eſt, cynoſura dicitur, quam Phœnices nauigando obſeruant, ut idem poeta alibi teſtatur, inquiens, Magna, minorq́; feræ, quarum regis altera Graias, altera Sidonias, utraq; ſicca rates. ἅμαξαν autem ſiue plauſtrum uocant græci, a figura, poſituraq;, quod ſimile plauſtri ſidus hoc uidetur, ut ait Gellius. unde & ueteres latini a bobus iunctis, Septentriones appellarunt, ꝙ e ſeptem ſtellis, iis, quæ clariores apparent, quaſi quidam triones, hoc eſt, boues figurantur.] {Nefasq́;} hoc eſt parricidium, quod Arcas ignarus perpetraturus erat, abſtulit. plerunque autem poetæ duo diuerſa uno uerbo ſignificant. nam ſuſtulit ſignificat & in altum tulit, qua in ſignificatione ad ipſos refertur, & abſtulit, & remouit: quæ ſignificatio nefas reſpicit. {Per inania} per aerem qui inane quoque dicitur, quod uacuus eſſe uideatur.

auerſa

Calliſto in urſã.

manus:

Erymanthidas

Arcuit

hic poeta non ſeruat tẽporis ordinem, ſed fabulam fabulæ cum gratia, & arte connectit.

I

Vicinaq́;

RAPH. VICINAq; ſidera fecit} maior nãq; urſa & Arctophylax uicina ſunt, ac propinqua ſidera, quæ eadem eſſe cũ plauſtro & ſeptẽtrionibus perhibentur. nam Arctophylax idẽ eſt cum Boote, qui urſum ſequi ac cuſtodire, & plauſtrum agere uidetur. {Intumuit} indignata eſt. {Ad canam Tethym} Tethys Cæli & Veſtæ filia fuiſſe dicit, uxor Oceani ac Iunonis nutrix, multorumq; deorũ mater. pro mari autem, quẽadmodum & Oceanus accipitur. Tethys uero Tethyos declinari notum eſt. Cum Thetis pro Achillis matre, aliter & ſcribatur & declinetur. nam prima aſpiratur, & ſecunda i, latinum habet, & Thetidis in genitiuo facit. {Quorum reuerentia mouit} Oceanus & Tethys magno in honore ſunt apud omnes deos, qa antiquiſſimi ſunt. [Alter deorum parens, altera mater ſiue nutrix. hinc Homerus uocat ὠκεανόν γε θεῶν γένεσιν καὶ μήτερα τηθύν] {Pro me} loco mei. {Mentiar} mẽtiri dicar. {Mea uulnera} meos dolores & cruciatus. {Illic ubi circulus axem} hoc eſt ad polum ſeptentrionalem, ubi eſt ultimus ac breuiſſimus circulus. arcticus enim & antarcticus circuli & ultimi ſunt, & aliorum breuisſimi. {Eſt uero cur quis} ironia indignationis plena. {Offenſamq; tremat} timeat me læſam. {O ego quãtum egi?} ironicos hęc a Iunone dicuntur, ac ſi diceret, parum ac potius nihil egit. {Eſſe hoiem uetui} oſtẽdit Iuno ſe nocendo prodeſſe. {Sontibus} nocentibus, pellicibusq; meis. {Vindicet antiquam faciẽ} Iupiter, quẽ Iuno irata nõ nominat, ſubaudiatur. optat autẽ Iuno, ut Calliſto in humanam faciem potius uindicetur, & reuocetur, quã inter ſidera cõſtituatur. uindicare aũt aſſerere eſt & reuocare. in antiquã uero faciẽ in ſoluta diceremus oratione. {Quod in ante Phor. fe.} ordo eſt: Quod ante in Phoronide fecit. {Phor.} in Io Phoronei nepte, q̃ cũ in uaccã, ut uidimus, Iunonis metu fuiſſet cõuerſa, humanæ formę tãdem a Ioue fuit reſtituta. {Cur non expulſa ducit Iunone} pulchra ironia, qua id concedere uidemur, quod maxime nolumus. ſic Dido apud Virg. libro 4. I, ſequere Italiã uentis, pete regna per undas. {Duxit} uxor ſubaudiamus. {Tangit} commouet. {Alumnę} nã Iuno a Tethy fuit educata. {Gurgite cæruleo} a mari nigro & profundo. eſt enim tapinoſis & magnæ rei humilis expoſitio. nam gurgitem, qui fluuiorũ eſt, pro Oceano poſuit poeta. {Prohibete} arcete. {Septentriones} maiorẽ urſam cum Arctophylace. [Vel potius cum minore, neque enim Trionũ figuram Arctophylax, ſed urſa minor exhibet] {Ne puro tingatur in æquore pellex} ne Calliſto pellex & concubina Iouis, in purum mare deſcendens, illud inquinet & fœdet. {Dii maris annuerant} Oceanus & Tethys nutu promiſerant ſe prohibituros, ne ſeptẽtriones in mare deſcendant. [Quod eo fingitur a poetis, quòd hæ ſtellæ propter eleuationem poli, ſupra horizontem, neq; gręcis, neq; nobis occidere, hoc eſt, ſub horizontẽ, quẽ poetæ fere oceano ſignificãt, deſcẽdere uidentur.] {Ingreditur} intrat. {Liquidũ aera} tenuẽ ac purũ. {Pauonibus pict.} uariis coloribus diſtinctis. currus aũt Iunonis a pauonibus trahi putatur. {Tã nuper p.} hæc ad cõnexionẽ mutationis ſequẽtis apte faciendam inferuntur. {Cæſo Argo} interfecto Argo, cuius oculi caudæ pauonis a Iunone fuerunt appoſiti, ut in primo narrauit poeta. {Quã tu nuper eras} coruus initio quidem fuit cãdidus, ſed cum eius indicio Apollo cognouiſſet Coronida amicam cũ alio quodam iuuene rẽ habere, eãq; ſagittis interfeciſſet, pueruq; Æſculapium exciſo utero extraxiſſet, pœnitẽtia ductus cor uum indicẽ ſibi aliquid p̃mii ſperantẽ ex albo nigrũ effecit. {Corue loq.} apoſtrophe ad coruum, qua ſignificat poeta illum ſuæ loquacitatis merito pœnas dediſſe. {Argentea} alba, ut eſt argentũ. {Sine labe} ſine macula. {Nec ſeruaturis} alludit ad id, quod Liu. in 1. dec. narrat. cum Galli Senones olim obſediſſent Capitolium, noctuq; aſcendiſſent, clangore anſerum, cũ canes minime ſentirent, excitati cuſtodes, eos deturbauerũt. quare, & anſeres in magno honore habiti, & canes fuere crucifixi. {Nũc eſt cõt. al.} niger, qui color albo eſt oppoſitus. {Quam Lar. Cor.} duę fuerũt Coronides, quarũ altera ab Apolline, altera a Neptuno fuit adamata. {Lariſſęa} ex Lariſſa Theſſalię urbe. [Leucippi filia, alio nomine Arſinoe. quãquam Heſiodus, ut quidem in comment. græcorũ citatur, nõ Leucippi, ſed Phlegræ filiã facit. uerſus eius ſunt,

Τῷ μὲν ἄρ᾽ ἄγγελος ἦλθε κόραξ ἱερῆς ἀπὸ δαιτὸς
Πυθὼ ἐς ἠγαθέην, καὶ ῥ᾽ ἔφρασεν ἔργ᾽ ἀΐδηλα
Φοίβῳ ἀκερσεκόμῃ, ὅτι Ἴσχυς γῆμε Κορωνὶν
Εἰλατίδης Φλεγύαο διογνήτοιο θύγατρα.]

Impoſuit cælo, uicinaq; ſidera fecit.
Intumuit Iuno, poſtquam inter ſidera pellex
Fulſit, & ad canam deſcendit in æquora Tethyn,
Oceanumq; ſenem, quorum reuerentia mouit
Sæpe deos: cauſſamq; uiæ ſcitantibus inquit:
Quæritis, æthereis quare regina deorum
Sedibus hîc adſim: pro me tenet altera cælum.
Mentiar, obſcurum niſi nox cùm fecerit orbem,
Nuper honoratas ſummo mea uulnera cælo
Videritis ſtellas illic, ubi circulus axem
Vltimus extremum, ſpatioq; breuiſſimus ambit.
Eſt uerò, cur quis Iunonem lædere nolit,
Offenſamq; tremat, quæ proſum ſola nocendo?
O ego quantum egi? quàm uaſta potentia noſtra eſt?
Eſſe hominem uetui, facta eſt dea: ſic ego pœnas
Sontibus impono: ſic eſt mea magna poteſtas.
Vendicet antiquam faciem, uultusq; ferinos
Detrahat, Argolica quod in antè Phoronide fecit.
Cur non expulſa ducit Iunone, meoq;
Collocat in thalamo, ſocerumq; Lycaona ſumit?
At uos, ſi læſæ tangit contemptus alumnæ,
Gurgite cæruleo ſeptem prohibete Triones;
Sideraq; in cælum ſtupri mercede recepta
pellite, ne puro tingatur in æquore pellex.

ARG: Coruus uolucris initio naturæ candidis pennis plumatus fuit. is Coronidem Phlegyæ filiam, aut, ut alii uolunt, Leucippi, indicauit Apollini cum Elati filio, cui nomen Iſchys erat, concubuiſſe, flagrantisq; dei ſagittis confixa eſt: qui poſt facti pœnitens, coruum indicem ex candido nigrum fecit. Ex hac & Apolline natus eſt Aſclepius, qui & Æſculapius: quem pater, exciſo utero matris, cum ea rogo eſſet impoſita, abſtulit. is a patre ad Chironem in Pelion montem delatus eſt, ut ab eo incrementum, ſimulq; ſcientiam acciperet medendi.

Dij maris annuerant, habili Saturnia curru
Ingreditur liquidum pauonibus *aera pictis, *æthera*
Tam nuper pictis cæſo pauonibus Argo,
Quàm tu nuper eras, cùm candidus antè fuiſſes,
Corue loquax ſubitò nigrantes uerſus in alas. Coruus ex albo niger.
Nam fuit hæc quondam niueis argentea pennis
Ales, ut æquaret totas ſine labe columbas,
Nec ſeruaturis uigili Capitolia uoce
Cederet anſeribus, nec amanti flumina cycno.
Lingua fuit damno: lingua faciente loquaci,
Qui color albus erat, nunc eſt contrarius albo.

ARG. Coronis, Coronei Phocidos regis filia, coruum monet, ne Apollini indicium de Coronidis, Lariſſeæ Phlegyę filiæ, adulterio faciat. Cum, inquit, Minerua Erichthonium, ex ſemine Vulcani, quod in terram deciderat, dum ſe inuitam complecti uellet, genitum ſuſtuliſſet, & comitibus ſuis Pandroſo, Herſæ, Aglauroq; ciſtula incluſum, cuſtodiendum tradidiſſet, monuiſſetq;, ne quis omnino id conſpiceret, ego a cuſtodibus laxatam ciſtulam, & inſpectam, draconemq; repertum diuulgaui: quamobrem dea me a ſe alienauit. quæ cum ſolitudine in litore oblectarer, Neptunus mei procul conſpectæ amore incaluit. qui cum uim afferret, a Minerua mei miſerta propter uirginitatem tenaciter cuſtoditam, in auẽ cornicem ſum cõuerſa.

Pulchrior in tota, quàm Lariſſæa Coronis

In non

Non fuit Aemonia. placuit tibi, Delphice, certè,
Dum uel caſta fuit, uel inobſeruata: ſed ales
Senſit adulterium Phœbeïus. utq; latentem
Detegeret culpam non exorabilis index,
Ad dominum tendebat iter. quem garrula motis
Conſequitur pennis, ſcitetur ut omnia, cornix:
Auditaq; uiæ cauſſa, Non utile carpis,
Inquit, iter: ne ſperne meæ præſagia linguæ.
Quid fuerim, quid ſimq;, uide: meritumq; require:
Inuenies nocuiſſe fidem. nam tempore quodam
Pallas Erichthonium, prolem ſine matre creatam,
Clauſerat Actæo texta de uimine ciſta,
Virginibusq; tribus gemino de Cecrope natis
Seruandum dederat, ſed non confeſſa, quid eſſet;
* Et legem dederat, ſua ne ſecreta uiderent.
Abdita fronde leui denſa ſpeculabar ab ulmo,
Quid facerent. commiſſa duæ ſine fraude tuentur
Pandroſos, atque Herſe. timidas uocat una ſorores
Aglauros, nodosq; manu diducit, & intus
Infantemq; uident, apporrectumq; draconem.
Acta deæ refero: pro quo mihi gratia talis
Redditur, ut dicar tutela pulſa Mineruæ,
Et ponar poſt noctis auem. mea pœna uolucres
Admonuiſſe poteſt, ne uoce pericula quærant.
At puto non ultro, nec quidquam tale rogantem
Me petijt: licet hoc ex ipſa Pallade quæras:
Quamuis irata eſt, non hoc irata negabit.
Nam me Phocaica clarus tellure Coroneus
(Nota loquor) genuit, fueramq; ego regia uirgo,
Diuitibusq; procis (ne me contemne) petebar.
Forma mihi nocuit. nam, cùm per littora lentis

RAPH. {IN tota Æmonia} Theſſalia. {Inobſeruata} incuſtodita. {Ales Phœbeius} coruus ab Apolline Coronidi cuſtos adhibitus. {Nō exorabilis index} q nullis precibus potuit flecti, ne id, qđ uiderat, indicaret. {Tendebat iter} ibat. {Garrula cornix} narraturus poeta quemadmodū Coronis Phocaica in cornicē fuit mutata, eleganter, ut ſolet, fabulā fabulæ cōnectit. Cornicē aūt ipſam inducit coruū admonentē, ut taceat, ac qd ſibi euenerit, quia linguam cohibere neſciuit, narrantē. Coronis .n. filia fuit Coronei Phocidos regis, quæ a Neptuno adamata, ne uiolaretur, ope Palladis in cornicē fuit conuerſa, ac Palladis ipſius comes effecta. ceterum cū Palladi nuntiaſſet, Cecropis filias ciſtam, in qua Erichthoniū ex ſemine Vulcani natum ipſa Pallas clauſerat, contra deę mandatum aperuiſſe, a comitatu Mineruæ fuit repulſa. {Scitetur roget} ut ſciat. {Præſagia} prædictiones. {Quid fuerim} comes nanq; fui Mineruæ. {Quid ſim} nunc a comitatu Mineruæ repulſa contemnor. nam tēpore quodā Vulcanus (ut narrat Lactantius) cum diis arma feciſſet, eiq; Iupiter optionem dediſſet pręmii, quod uellet poſtulandi, iuraſſetq; per ſtygem paludē ſe nihil negaturū: Mineruæ nuptias poſtulauit. Quod quidā Iupiter aſtrictus religione cū negare nō poſſet, Palladē admonuit, ut claudo fabro repugnaret, ac pudicitiam defenderet. Vulcanus igitur cum Palladi tā quā uxori ſibi a Ioue traditę, quia blanditiis potiri nō poterat, uim inferret, eaq; reluctaretur, forte ſemē ipſius in terrā cecidit, ex quo quidem e terra natus eſt Erichthonius Vulcani ſine matre filius, pedes habens anguinos: quos ut tegeret, primus currum excogitaſſe dicitur. Erichthonius autem lis terræ interpretatur. ἔρις nāq; lis ſiue contētio, χθὼν terra appellatur. {Sine matre} nā ex ſolo Vulcani ſemine, quod in terrā cecidit, natus eſt. {Actæo} Attico. nam Attica (ut ſcribit Pauſanias) prius Actæa ab Actæo, qui primus Athenis regnaſſe fertur; deinde Attica ab Attide, Cranai regis filia, fuit cognominata. {Gemino de Cecrope} Cecrops iccirco geminus ac biformis dicitur, ꝙ ex parte homo, ex parte ſerpens fuiſſe uulgatus eſt. [Alii biformem a græcis fictum fuiſſe perinde ut a latinis Ianum malunt.] Quod quidem iccirco fuiſſe Demoſthenes ait, quod & prudentia in conſiliis ſumma eſſet, & in rebus agendis uiribus & audacia uteretur. Vt autem refert Iuſtinus, matrimonium ac nuptias (hoc eſt maris & fœminæ coniunctionem) primus inſtituit. is autem ex Sai urbe Ægypti Athenas profectus, Actæonis, q primus in Attica regnauit, filiam duxit uxorem, eiq; in regno ſucceſsit, unde Athenienſes Cecropidæ uocantur. Ei tres filiæ fuerunt, Pandroſos, Herſe, Aglauros, qbus nomina indidit ab iis, quibus fruges maximæ aluntur. Pandroſos enim & Herſe a rore. Agraulos uero ἀπὸ τοῦ αὐλίζειν ἐν ἀγροῖς, hoc eſt, a ſtabulādo in agris uidetur appellata. Nec ignoro me, ut eſt in exemplaribus deprauatum, Aglaurō legiſſe & expoſuiſſe, nuper uero animaduerti Agraulon ea de cauſſa, quam ſcripſi, fuiſſe nominatā. Quare Agraulos ubicunq; Aglauros hactenus lectum eſt, mihi uidetur eſſe reponendū, ne a græcis ſcriptoribus, unde ſum admonitus, diſſentire coarguamur, tametſi Pauſanias in Atticæ deſcriptione illam Aglauron mendoſe, ut puto, uocat. [Immo & Suidas & Pauſanias Αγλαυρόν uocāt. ſignificat aūt ἄγλαυρον, ſplendidū ac pulchrū, quaſi αὔρας ἀγλαὰς ἔχον, quemadmodū & Nicādri interpres ait. proinde puto Aglaurō hāc uel a forma appellatam, uel a cōtrario, quaſi quæ triſtis & inuidioſa fuerit, id quod ad ſequentē fabulam maxime quadrat. aut etiam ab a priuandi particula, & γλαυρὸς, quod gręcis idem quod σεμνὸς ſignificat, quaſi, quæ parū σεμνή, hoc eſt uenerans & religioſa erga Palladem hic, & mox erga Mercuriū fuerit. nam in agris ſtabulatā eſſe, filiam regis, conſentaneū nō eſt. præſertim qm̄ infra etiam a Mercurio in arce deprehenſam & compellatā poeta dicit.] {Sed inconfeſſa quid eſſet} ſic quidē in impreſſis legitur exemplaribus, ſed corrupte, cum una carmini ſyllaba deſit. quare hæc particula .n. eſt aſcribenda ut legatur, Sed enim inconfeſſa, ut eſt in libris antiqs ſcriptū. {Inconfeſſa} non cōfeſſa, non elocuta. {Et legē dederat} mandauerat. {Abdita} abſcondita. {Speculabar} obſeruabam. proprie aūt dixit, nam ſpeculari eſt ex edito & alto loco obſeruare. {Tuentur} defendūt, cuſtodiūt, ac ſeruant. {Pandroſos atq; Herſe} a rore hæc nomina ſumpta fuiſſe uidentur. nam Pandroſos a πᾶν, quod totū ſignificat, & δροσὸς qui eſt ros, componi uidetur. Herſe aūt ros interpretatur. Cecropis aūt filiæ fuerūt, ut Pauſanias quoq; narrat, nō ſolū Ouid. quarū fratrē fuiſſe Erichthoniū ait, qui uiuo adhuc patre uita exceſsit. tametſi ipſum ex mortali genitū negant, cui Vulcanū terramq; parentes aſſignant. ab Ouidio aūt nō nihil diſſentit Pauſanias. narrat .n. Aglauri lucū eſſe Athenis, cui quidē & Herſe & Pandroſo ſororibus Mineruā Erichthoniū in ciſta depoſitū dediſſe, uetuiſſeq; ne depoſitū uiderent, Pandroſonq; in officio fuiſſe, iccircoq; ei contiguam tēplo Mineruæ ædē fuiſſe. reliquas uero duas, qm̄ ciſtam reſignaſſent, uiſo Erichthonio furere cœpiſſe, & ex arce, qua maxime pꝛæceps locus erat, ſe deieciſſe. {Vna Aglauros} ſola Aglauros. {Diducit} diſſoluit ac ſeparat. {Apporectumq; drac.} appoſitū draconē ſibi uidere uiſæ ſunt, qa Erichthonius ſerpentinos habebat pedes. {Acta deæ refero} geſta a Cecropis filiabus Mineruæ nūtio. {Et ponar poſt noctis auē} noctuā q ſolū noctu uolat. {Voce} lingua, loquacitate. {At puto nō ult.} occurrit tacitę obiectiōi cornix. poſſet .n. qs iccere, idcirco fuiſti repulſa, qa Mineruę nunq̄ fuiſti grata. ſe igiť ita Mineruæ placuiſſe ait, ut ſponte fuerit ab ipſa comes petita. {At puto non ultro} interrogatiue cum quadam obiectione legatur, quam ita ſoluit, ut dicat id ex ipſa Minerua quæri poſſe. {Nam me Phocaica} Phocis regio eſt Græciæ finitima Atticæ, unde Phocaicus declinatur.

Hanc

Paſſibus, ut ſoleo, ſumma ſpatiarer arena,
Vidit, & incaluit pelagi Deus: utq; precando
Tempora cum blandis abſumpſit inania uerbis,
Vim parat, & ſequitur: fugio, denſumq; relinquo
Littus, & in molli nequidquam laſſor arena.
Inde deos, hominesq; uoco: nec contigit ullum
Vox mea mortalem: mota eſt pro uirgine uirgo,
Auxiliumq; tulit. tendebam brachia cælo:
Brachia cœperunt leuibus nigreſcere pennis.
Reiicere ex humeris ueſtem molibar: at illa
Pluma erat, inq; cutem radices fixerat imas.
Plangere nuda meis conabar pectora palmis:
Sed neque iam palmas, nec pectora nuda gerebam.
Currebam: nec, ut antè, pedes retinebat arena:
Sed ſumma tollebar humo. mox*alta per auras
Euehor, & data ſum comes inculpata Mineruæ.
Quid tamen hoc prodeſt, ſi diro facta uolucris
Crimine Nyctimene, noſtro ſucceſſit honori?

ARG. Nyctimene, Nyctei filia, uirgo Lesbia, nimia libidine effrenata, in patris cubile ſe implicuit: ideoq; aduerſantibus diis ob admiſſum ceſſit in noctuam. ſcelus autem ſuum in tenebris occultat. quod ſi in luce uiſa fuerit, ab omnibus auibus petitur obnoxia.

An, quæ per totam res eſt notiſſima Lesbon,
Non audita tibi eſt, patrium temeraſſe cubile
Nyctimenen? auis illa quidem: ſed conſcia culpæ,
Conſpectum, lucemq; fugit, tenebriſq; pudorem
Cælat, & a cunctis expellitur æthere toto.
Talia dicenti, Tibi, ait, reuocamina coruus
Sint, precor, iſta malo; nos uanum ſpernimus omē.
Nec cœptum dimittit iter, dominoq; iacentem
Cum iuuene Aemonio uidiſſe Coronida narrat.
Laurea delapſa eſt, audito crimine amantis;
Et pariter uultuſq; Deo, plectrumq;, colorq;
Excidit. utq; animus tumida feruebat ab ira,
Arma aſſueta capit, flexumq; a cornibus arcum
Tendit, & illa ſuo toties cum pectore iuncta
Indeuitato traiecit pectora telo.
Icta dedit gemitum: tractoq; a uulnere ferro
Candida puniceo perfudit membra cruore:
Et dixit: Potui pœnas tibi, Phœbe, dediſſe,
Sed perperiſſe prius: duo nunc moriemur in una.
Hactenus, & pariter uitam cum ſanguine fudit.
Corpus inane animæ frigus letale ſecutum eſt.
Pœnitet heu ſerò pœnæ crudelis amantem;
Seq;, quòd audierit, quòd ſic exarſerit, odit.
Odit auem, per quam crimen, cauſſamq; dolendi
Scire coactus erat: nec non arcumq;, manumq;
Odit, cumq; manu, temeraria tela, ſagittas:
Collapſamque fouet, feraq; ope uincere fata
Nititur, & medicas exercet inaniter artes.
Quæ poſtquam fruſtra tentata, rogumq; parari
Vidit, & arſuros ſupremis ignibus artus:
Tum uerò gemitus (neque enim cæleſtia tingi
Ora licet lacrymis) alto de corde petitos
Edidit; haud aliter, quàm cùm ſpectante iuuenca
Lactentis uituli dextra libratus ab aure
Tempora diſcuſſit claro caua malleus ictu.
Vt tamen ingratos in pectora fudit odores,
Et dedit amplexus, *iniuſtaq; buſta peregit,
Non tulit in cineres labi ſua Phœbus eoſdem
Semina: ſed natum flammis, uteroq; parentis

RAPH. {VT ſoleo} nunc Cornix facta, nam cornices lentis paſsibus gradiuntur. {Spatiarer} ambularem. nam ſpatiari eſt uoluptatis cauſſa ambulare. {Denſum littus} durum & ſolidum. {Nequicquam laſſor} fruſtra defatigor, neque enim effugere poteram. {Nec contigit ullum} tetigit, cõmouit. {Mota eſt pro uirgine uirgo} Pallas perpetua gaudens uirginitate. {Tollebar} extollebar, leuabar. {Comes inculpata} omni culpa & crimine uacans. {Quid tamen hoc prodeſt} hæc ad commodam ſequentis fabulæ connexionem referuntur. quid, inquit, prodeſt inculpatam ac ſine ullo crimine Mineruæ comitem fuiſſe, cũ Nyctimene ob inceſtum cum patre admiſſum in auẽ noctuam conuerſa mihi præferatur? Nyctimene enim Nyctei regis Lesbi filia, patris amore capta, clam ſe ei pro uxore ſubiecit: propter quod in noctuam conuerſa, ſibi nefandi ſacrilegii conſcia reliquarum auium conſpectũ fugit. [Fabulæ meminit & Higynus, capite, De iis qui cõtra fas concubuerunt. ſed hic patrem Nyctimenes Epopeum uocat, regẽ Lesbiorũ.] {Per totam Lesbon} Lesbos insula eſt Ægei a cõditore denominata, unde Lesbius Lesbouſq; declinantur. {Temeraſſe} uiolaſſe. {Patriũ cubile} patris lectũ. {A cunctis} auibus ſubaudiat. oẽs nanq; aues noctuam perſequuntur. {Reuocamina} reuocationes. {Spernimus} contemnimus, non accipimus. {Vanũ} nihil nociturũ. {Domino} Apollini. {Cũ iuuene Æmonio} Theſſalio. [Iſthye uidelicet.] Æmonia nanq; Theſſalia dicta eſt ab Æmone, Chlori filio, Theſſali autẽ patre, a quo Theſſalia fuit appellata. Æmonia quoq; urbs eſt Arcadiæ ab Aemone Lycaonis filio denominata, ut Pauſanias ſcribit. {Vidiſſe narrat} ſe ut ſubintelligamus ſenſus expoſcit. {Laurea corona} ex lauro confecta. {Audito crimine amãtis} amicę a qua ſe amari putabat. {Vultuſq;} hilaritas ac lætitia uultus. nã uultus ꝑ animi affectu mutatur ut modo lętitiã, modo męſtitiã ꝓſeferat. {Plectrũq;} plectrum inſtrumentum eſt quo cithara percutitur ἀπὸ τοῦ πλήττειν, hoc eſt a percutiendo declinatũ. {Colorq;} nam ex rubicundo pallidus eſt effectus, id quod indignantibus euenire ſolet. {Tumida ab ira} ab effectu quod hominẽ tumeſcere cogat. {Arma aſſueta} arcum & ſagittas. {Tendit} intendit. {Indeuitato} quod nullo pacto poteſt euitari. {Icta dedit gemitum} percuſſa Coronis ingemuit. {Puniceo cruore} rubro ſanguine. {Potui pœnas tibi Phœbe dediſſe} hoc eſt potui abs te puniri. {Duo nunc moriemur} & ego & infans in utero conceptus. {Hactenus} locuta eſt Coronis ſuppleatur. {Corpus inane animæ} uacuũ anima & mortuum. {Sero} poſteaquam nullum remedium poterat adhiberi. {Exarſerit} ira excanduerit. {Odit auem} coruum. {Crimen} Coronidis concubitum cum Æmonio iuuene. {Inaniter} uane, fruſtra. {Neque enim cęleſtia tingi Ora licet lacrymis} parentheſis qua ſignificatur, cur lacrymas quoque Apollo non emiſerit. neque enim, inquit, dii poſſunt flere. {Haud aliter} ſimilitudine oſtendit, quàm grauiter gemuerit Apollo. {Libratus ab aure} percutientes. geſtum enim exprimit lanii uitulum interficientis. malleum enim auriculę dextræ admouentes, ictum uitulo infligunt. {Ingratos} puellæ mortuæ nihil placentes. {Iniuſtaq; buſta peregit} iniquas perfecit exequias, nã iniuſte illam peremiſſe ſibi Apollo uidebatur. [Alii Iniuſta pro paruis accipiunt, quaſi quæ non ſatis iuſta, ſiue magna fuerint.] Buſtum autem proprie dicitur locus, in quo cadauer eſt & combuſtum, & ſepultum, quaſi bene uſtum. Buſta quoque pro ſepulcris ponuntur. a buſto buſtuarii gladiatores dicuntur, qui in honorem defuncti ante buſtum & ſepulcrum decertant. {Non tulit} non eſt paſſus. {Sed natum} Æſculapium.

Nyctimene in noctuã.

Coronis in cornicem.

*acta

*inuiſaq;. i. odio habitas, & ingratas exequias

Gemini

Eripuit, geminiq; tulit Chironis in antrum:
Sperantemq; ſibi non falſæ præmia linguæ,
Inter aues albas uetuit conſiſtere coruum.




ARG. Ocyroe, Chironis & Charictæ filia, patris artibus non contenta, etiam futura ueſana præcinuit: infantiq; Æſculapio ꝑdixit, quod medicina mortuos ad ſuperos educturus eſſet, quodq; eſſet ab auo fulminis ictum ex perturus. patrem quoque ſuum Chirona prædixit ſagittis cruciandum, cupidumque mortis ex deo mortalem futurum. quæ cum eſſet elocuta, in equæ ceſſit figuram, ne aduerſantibus fatis plura ederet, quam prædicta Apollinis ſinerent.

SEmifer interea diuinæ ſtirpis alumno
Lætus erat, miſtoq; oneri gaudebat honore.
Ecce uenit rutilis humeros protecta capillis
Filia Centauri; quam quondam nympha *Chariclo
Fluminis in rapidi ripis enixa uocauit
Ocyroen. non hæc artes contenta paternas
Edidiciſſe fuit: fatorum arcana canebat.
Ergo ubi uaticinos concepit mente furores,
Incaluitq; Deo, quem clauſum pectore habebat:
Aſpicit infantem, Totiq; ſalutifer orbi
Creſce puer, dixit: tibi ſe mortalia ſæpe
Corpora debebunt: animas tibi reddere ademptas
Fas erit: idq; ſemel, dijs indignantibus, auſus,
Poſſe dare hoc iterum flamma *prohibebere auita:
Eq; Deo corpus fies exangue, Deusq;,
Qui modò corpus eras, & bis tua fata nouabis.
Tu quoque care pater non iam mortalis, & æuis
Omnibus ut maneas, naſcendi lege creatus,
Poſſe mori cupies tum, cùm cruciabere diræ
Sanguine ſerpentis per ſaucia membra recepto:
Teq; ex æterno patientem numina mortis
Efficient, triplicesq; deæ tua fila reſoluent.
Reſtabat fatis aliquid; ſuſpirat ab imis
Pectoribus, lacrymæq; genis labuntur obortæ:
Atque ita, Præuertunt, inquit, me fata, uetorq;
Plura loqui, uocisq; meæ præcluditur uſus.
Non fuerant artes tanti, quæ numinis iram
Contraxere mihi: mallem neſciſſe futura.
Iam mihi ſubduci facies humana uidetur:
Iam cibus herba placet: iam latis currere campis
Impetus eſt: in equam, cognataq; pectora uertor.
Tota tamen quare? pater eſt mihi nempe biformis.
Talia dicentis pars eſt extrema querelæ
Intellecta parum, confuſaq; uerba fuerunt.
Mox nec uerba quidem, nec equæ ſonus ille uidetur,
Sed ſimulantis equam: paruoq; in tempore certos
Edidit hinnitus, & brachia mouit in herbas.

RAPH. GEMINI Chironis} filius fuit Saturni ex Philyra Oceani filia, cum qua in equum conuerſus concubuit, Chironemq; centaurum ſuſtulit, propter quod geminus dicitur. nã ex parte anteriori homo, ex poſteriori equus uidebatur. quanquam Suidas in Theſſalicis narrat Chironem, ut alios. Centauros, Ixionis filium fuiſſe. iuſtiſſimus autem centaurorum fuit. [ut Homerus Iliad. xiii. ὃν χείρων ἐδίδαξε δικαιότατος κενταύρων]. uxoremq; habuit nomine Chariclo. {Non falſæ linguæ} ueri indicii. {Inter aues albas uetuit} hoc eſt coruum, ex albo nigrum effecit. {Semifer interea} Chiron ſemiferus. {Diuinæ ſtirpis alumno} Æſculapio Apollinis filio. {Ecce uenit rutilis} Ocyroe Chironis ex nympha quadam Caici fluuii filia [Chariclo ſcilicet, ut ſupra Lactantius, & cõmen. Apollonii.] cum fatorum arcana reſeraret, Iouis ira in equam fuit conuerſa. {Humeros protecta} humeros habens protectos & coopertos. eſt enim poetica ſynecdoche. {Caici} fluuius eſt Myſiæ Caicus per Phrygiam labens. {Ocyroen} uelox fluxus Ocyroe dicitur. ὠκὺς nanque uelox, ῥόη fluxus. ſic autem fuit appellata, quod in ripis Caici fluminis rapaciſſimi fuit nata. Fuit etiam Ocyroe nympha Oceani & Tethyos filia, ut ſcribit Heſiodus in Theogonia. {Canebat} prædicebat. {Vaticinos furores} uaticinandi ac futura prædicendi impetus. {Incaluitq; Deo} ſpiritu diuino. {Totiq; ſalutifer orbi} Æſculapius nanque adeo pſtans medicina fuit, ut etiam Hippolytum ab inferis reuocarit, propter quod ab Ioue fulmine fuit extinctus, ac poſtea Deus effectus. {Flamma auita} fulmine aui Iouis. {Corpus exãgue} ſine ſanguine, mortuum. {Et bis tua fata nouabis} tuã uitã bis renouabis. [ſemel uidelicet, natus ex Apolline & Coronide, & iterum, a morte, & conflagratione fulminis in cælum ſublatus, & deus factus. {Tu quoque care pater} patri quoque Chironi Ocyroe exitum prædicit. nam Chiron, qui non modo centauros, ſed ceteros quoque homines iuſtitia dicitur ſuperaſſe, cum Herculem hoſpitio ſuſcepiſſet, ſagittasq; hydræ ſanguine tinctas manibus tractaret, una earum e manibus lapſa pedem ipſius percuſſit; ipſumq; tantis doloribus affecit, ut nona die miſeratione deorum in aſtra fuerit ſublatus, ut Ouid. in Faſtis refert:

Nona dies aderat, cum tu iuſtiſſime Chiron,
Bis ſeptem ſtellis corpore cinctus eras.

{Diræ ſerpentis} hydræ, quæ cum centum capita haberet, ab Hercule fuit interfecta. eius ſanguine Herculis ſagittæ tinctæ inſanabilia uulnera inferebãt. {Teq; ex ęterno} ex immortali te mortalem dii efficient. {Triplices deæ} parcæ quæ tres dicuntur eſſe, Clotho, Lacheſis, & Atropos. in quarum filis uniuſcuiuſque uita eſſe dicitur, donec fila frangantur. [Dicitur autem Clotho a κλώθειν, ꝙ ea quaſi pſtituat & deſtinet, quę cuiq; patienda aut obeunda. Lacheſis, a λαχεῖν, quòd ſortiatur exitus & euẽtus, Atropus ἀπὸ τοῦ μὴ τρέπεσθαι, ꝙ fata ineuitabilia ſint.] {Reſtabat fa. ali.} hoc eſt de fatorum arcanis, quæ referre inſtituerat Ocyroe, aliquid reſtabat dicendum. {Præuertunt me} occupant & impediunt. nam in fatis erat ut uerteretur in equam. {Non fuerant tanti artes} inquit, uaticinandi & futura prædicendi mihi tanti faciendæ non fuerunt, ut ira deorum humanam amitterem figuram. {Subduci} auferri. {Impetus eſt currere} cupiditas mihi eſt currendi. eſt enim figura loquendi græca. {Latis campis} per ſpatioſos campos. {Cognata pe.} propter patrem qui centaurus erat. {Tota tamen quare} miratur Ocyroe ſe totam in equam conuerti, cum pater Chiron utramque gerat formam, & hominis & equi. {Et bra. mo. in} innuit brachia in pedes anteriores fuiſſe commutata.

Caici

prohiberis

Ocyroe in equã

Tum digiti coeunt, & quinos alligat ungues
Perpetuo cornu leuis ungula: creſcit & oris,
Et colli ſpatium: longæ pars maxima pallæ
Cauda fit: utq; uagi crines per colla iacebant,
In dextras abiere iubas: pariterq; nouata eſt
Et uox, & facies: nomen quoq; monſtra dederunt.

ARG. Apollo, Iouis & Latonæ filius, cũ pecus Admeti, Pheretis filii, paſceret, fiſtulę cantu ſolitudinẽ protegens, boues eius in agros Pyliæ regionis progreſſæ ſunt, quas Mercurius auertit, & in ſylua occuluit. quod cum Battus, Nelei filius, equas paſcens, uidiſſet; Mercurius, ne indicium promeret, ex armentis formoſiſsimam uaccam ei conceſsit. at ille diſcedenti affirmauit lapidem proximum, quem uidiſſet, celerius, q̃ ſe, quicquam indicaturum. Deus uero ut mortalis fidem experiretur, paulo poſt, mutata figura, ad eundem reuerſus eſt; ſimulauitq; ſe amiſſas boues quærere, & præmiũ promiſit, ſi demonſtraſſet bouem cum uacca. at ille, cum ſub quo monte paſcerentur, oſtendiſſet; Mercurius, perfidia eius offenſus, in lapidem eum mutauit, qui ab euentu index circa Pilyum uocatur.

Flebat, opemq; tuam fruſtra *Philyreius heros
Delphice poſcebat. nam nec reſcindere magni
Iuſſa Iouis poteras: nec, ſi reſcindere poſſes,
Tunc aderas: Elim, Meſſeniaq; arua colebas.
Illud erat tempus, quo te paſtoria pellis
Texit, *onus dextræ baculus ſylueſtris oliuæ,
Alterius, diſpar ſeptenis fiſtula cannis.
Dumq; amor eſt curæ, dum te tua fiſtula mulcet,
Incuſtoditæ Pylios memorantur in agros
Proceſſiſſe boues. uidet has Atlantide Maia
Natus, & arte ſua ſyluis occultat abactas.
Senſerat hoc furtum nemo, niſi natus in illo
Rure ſenex: Battum uicinia tota uocabat.
Diuitis hîc ſaltus, herboſaq; paſcua Nelei,
Nobiliumq; greges cuſtos ſeruabat equarum.
Hunc timuit, blandaq; manu ſeduxit; & illi,
Quiſquis es hoſpes, ait, ſi fortè armenta requiret
Hæc aliquis, uidiſſe nega. neu gratia facto
Nulla rependatur, nitidam cape præmia uaccam.
Et dedit. accepta, uoce has reddidit hoſpes:
Tutus eas: lapis iſte prius tua furta loquetur:
Et lapidem oſtendit. ſimulat Ioue natus abire.
Mox redit: &, uerſa pariter cum uoce figura,
Ruſtice uidiſti, ſi quas hoc limite, dixit,
Ire boues: fer opem; furtoq; ſilentia deme:
Iuncta ſuo pariter dabitur tibi fœmina tauro.
At ſenior, poſtquam eſt merces geminata, Sub illis
Montibus, inquit, erant: & erant ſub montibus illis.
Riſit Atlantiades: &, Me mihi perfide prodis?
Me mihi prodis? ait: periuraq; pectora uertit
In durum ſilicem, qui nunc quoque dicitur Index:
Inq; nihil merito uetus eſt infamia ſaxo.

RAPH. {COEVNT} coniunguntur {Perpetuo} cõtinuo. {Nomen quoq; mõſtra dederunt} nam ἵππος, hoc eſt equa fuit appellata. {Flebat, opemq; tuam} mutationem Batti in lapidem indicem ſuperiori fabulæ poeta annectit. nam Apollo cum ob pulſatos, interfectosq; Cyclopas diuinitate priuatus, Admeti regis Theſſaliæ armenta in paſtorali habitu paſceret, Merc. boues, quæ longius forte proceſſerãt, furto abactas in ſylua occultauit: Battoq; cuidam equarum cuſtodi, a quo uno uiſus fuerat, mandauit, ne cuiquam illud furtum indicaret. quod quidem ut libentius faceret, uaccam ei pulcherrimã dono dedit. Battus uero ei pollicitus eſt, ſe nunquam alicui uaccas illas indicaturum. Mercurius, ut hominis experiret fidem, ſuſcepta alia figura ad eum paulopoſt rediit, rogans an uaccas quaſdam illac tranſeuntes uidiſſet polliceñsq;, ſi indicaret, ſe uaccam cum tauro daturum. quod cum accepiſſet Battus, ſub quo monte boues paſcerentur, indicauit. quã ob perfidiam eum Mercu. in lapidem, qui index dicitur, commutauit. {Phillyrius heros} Chiron Saturni & Phillyræ nimphæ filius, a qua Phillyres, gens Scythica, de noiati fuerunt. {Reſcindere} mutare, rũpere. Reſcindi uero ꝓprie teſtamẽta dicuntur, cũ rũpuntur, atque irrita fiunt. {Iuſſa Iouis} qui Ocyroen in equam conuertit. {Elim} urbs eſt Peloponneſi Elis, ab Eleo Tantali filio appellata, ut quidam uolunt, ut alii ab Eleo Neptuni filio. ſunt etiã qui ἀπὸ τοῦ ἡλίου dictam Elim uolunt. nam ſub tutela Solis fuit. unde & Augeas ipſius filius illic regnauit. altera eſt Arcadiæ. tertia Hiſpaniæ. ab Elide uero Eleus poſſeſsiuũ deriuatur. Virg. 3. Geog. Hic uel ad Elei metas & maxima campi Sudabit ſpatia. {Meſſeniaq; arua} Meſſena & regio & urbs fuit Peloponneſi, Pylo propinqua, iuxta quam Amphryſus labitur. Eſt etiã Meſſene urbs Siciliæ. unde Meſſenius deriuatur. {Illud erat tempus} Apollinis metamorphoſim in paſtorem in tranſcurſu poeta deſcribit. [Nã Apollo cum Cyclopes, ſiue illorum filios, ut quidam uolunt, interfeciſſet, eo quod Ioui fulmen contra Æſculapiũ ſuppeditaſſent, a Ioue damnatus, & in terram relegatus fuit. ubi per annum Admeti regis Theſſaliæ armenta pauit. cuius rei & Callimachus meminit his uerſibus:

Mercurius in hominẽ

*Phyllirius*

*onusq; fuit hic.*

Battus in indicem.

Apollo in paſtorem.

Φοῖβον καὶ νόμιον κικλήσκομεν, ἐξ ἔτι κείνου
Ἐξότ᾽ ἐπ᾽ Ἀμφρυσσῷ ζευγήτιδας ἔτρεφεν ἵππους.
Ἠϊθέου ὑπ᾽ ἔρωτι κεκαυμένης Ἀδμήτοιο.

De qua re plura in cõment. Euripidis in Alceſtin.] {Quo te paſtoria pellis Texit} quo ueſte paſtorali ex pellibus cõfecta indutus fuiſti. {Diſpar fiſtula} inęqualis tibi, a ex ſeptẽ cãnis inęqualibus cõfecta. {Alterius} ſiniſtræ. nam dextræ onus erat baculus. {Mulcet} ſolatur, delectat. {Pylios in agros} Pylos urbs eſt Meſſeniæ, q̃ & Coryphaſiõ fuit appellata. unde Pylius, Pyleus, & Pyliõ deriuant. {Atlantide Maia natus} Mercurius Maiæ filius. {Abactas} abductas. propriæ aũt abigi dicuntur armẽta. unde & abigei dicuntur pecorũ fures. {Nelei} pater Neſtoris fuit Neleus rex Pyli. eſt aũt ſynereſis duarum uocaliũ in unam. ſic Virg. Et furias Aiacis Oilei. {Seduxit} ſeorſum duxit. interdum ſignificat decepit. {Neu nulla gratia} & ut aliqua gratia facto tuo referatur. {Rependatur} referatur. {Ioue natus} Mercurius Iouis, & Maiæ filius. {Et uerſa pariter cum uoce figura} hoc eſt unà cũ uoce mutata figura ne agnoſceret. {Furtoq; ſilẽtia deme} hoc eſt furtum indica. {Atlãtiades} Mercurius nepos Atlantis ex Maia. {Me mihi} repetitio eiuſdem dicti irato conueniens. [Immo ema, quã battologiam uocant, exprimere uoluit, qua eadẽ ſubinde iterantur inani loquacitate. unde & uerbũ βαττρολογεῖν. cuius & Eraſ. mem. in prouerb.

AT ſenior, poſtquam merces geminata, ſub illis Montibus, inquit, erant, & erant ſub montibus illis. Riſit Atlantiades: &, me mihi perfide prodis, Me mihi prodis? ait. Q̃d tñ uerum haudaquaquã eſt. nã ἐκ τῆς ἀναδιπλώσεως quęſita orationi gr̃a eſt. qđ ex libro Phalerei Demetrii περὶ ἑρμηνείας licet agnoſcas, cũ ait, χάριτας aut in rebus: in uerbis quidẽ, ex breuitate, ordine, figura, ex ſchemate, ut in Sapphus uerſiculis, Παρθένια, παρθένια, ποῖ με λιποῦσα οἴχῃ. cui ex figura eadẽ illa reſpon. ait: (ἥξω. Οὐκ ἔτι ἥξω πρὸς σέ, οὐκ ἔτι Maior, inquit, orationi comparata eſt gratia, quàm ſi ſemel fõrent pronuntiata, καὶ αὐτὸ τὸ σχήματος, et ſi πρὸς δεινότητας, ex cogitatata magis uideri anadiploſis poteſt, ſeu pallilogia. Obſeruauerat hic Merula quoq; parte quædam, ex theſauris iis ab eodem pronuntiatum Ouid. prodens:

Si, niſi quæ facie poterit te digna uideri,
Nulla futura tua eſt, nulla futura tua eſt.

Sic & apud Homerum, Τοῦ δ᾽ ἐγὼ ἀντίος εἶμι.
Καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν, εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν.

COEL.

ET quoniam de Ouidio agimus, aduertendũ itẽ in quo ab eo taxetur Seneca in naturaliũ quæſtionũ libris. ubi diluuii excutitur ratio. illud, inquit, poetarum ingenioſſimus egregie pro magnitudine rei dixit:

Omnia Pontus erat, deerant quoque littora Ponto.

niſi tantum impetum ingenii uis materiæ ad pueriles ineptias reduxiſſet:

Nat lupus inter oues, fuluos uehit unda leones.

nõ eſt res ſatis ſobria, laſciuire, deuorato orbe terrarũ. Et ne quis parũ aptẽ agglutinata hęc a nobis putet: ad ea Quinctilianum reſpexiſſe cõtenderim, dum lib. x. laſciuire in Heroicis ſuis Ouidium ſcribit, & eſſe nimiũ ingenii ſui amatorẽ. ſimulq; frigida eſt & pueri lis in ſcholis affectatio, ut ipſe tranſitus efficiat aliquã utiq; ſuiam, & huius uelut prçſtigię plauſum petat, à quo nõ abſtinet poeta hic, quem tñ neceſsitas fortè excuſarit, res diuerſiſsimas in ſpeciẽ unius corporis colligentẽ. illud obiter adnotarim: in Cçcilii Minutiani Apuleii fragmẽtis obſeruatũ, annis ſeptẽ in exilio conſumptis, functum eſſe fato Ouidium kalendis Ian. qua die Titus quoq; Liuius deceſſerit. Structum item illi a Barbaris per multas lacrymas tymbon ante ianuam. Auctor idẽ Minutianus eſt, Corinnũ ab Ouidio appellatũ fuiſſe Ibin ex auis fœditate, cui uentrẽ roſtro purgare, inſitum ſit, & hoc ex Callimachi imitatione, pulſum quoq; in exiliũ, q Augusti inceſtũ uidiſſet. Sed, ut a diuerticulo redeamus ad fabulã, Cherephõtẽ lego Socratis perfamiliarẽ fuiſſe ἰσχνόφωνον, & qa ſimul nigricãtis erat coloris, interfuſo pallore, nycteri da cognominatũ, quæ uox nobis ueſpertilionem indicat, atque itẽ pyxinon .i. buxeum. hic uero eſt Chærephonis, cui reſpondiſſe Pythiã ferũt, σοφὸς σοφοκλῆς, σοφώτερος δ' εὐριπίδης, ἀνδρῶν δὲ πάντων σωκράτης σοφώτατος, id eſt ſapiens quidem Sophocles, ſapientior uero Euripides, at omniũ ſapientiſsimus Socrates. Eretrienſes porrò inceſſuntur apud eruditos, q litteram ρ crebrius aſperiusq; inculcarent, ſicuti in Alcibiade lambdaciſmum adnotatum ſcimus. hic eſt, de quo iactatum legitur, Alcibiades duos non tulerunt Athenæ, neq; item Lyſandros duos Sparta. Arrius apud Catullum, mirifico uelut pruritu, flatilem tum uocalibus, tum conſonantibus inſerebat, quod poetæ teſtatur epigramma nobile. Poſtremo fringultire, ex Apuleii doctrina præpedite eſt, ac obſcurius uerba enuntiare. nam in Magia ſic adnotauimus ſcriptum: Qui eloquentiæ patrociniũ uulgo profitetur, etiã honeſta dictu ſordide blaterat, ſæpe in rebus nequaquam difficilibus fringultit, uel omnino obmuteſcit. Et iterũ, Audiſti priuignum meum uix ſingulas ſyllabas fringultientem. A fringilla uerbum deflecti, putat Feſtus. Eius uero auis querula eſſe uidetur uox. nam & Martialis ait, Nunc ſturnos inopes, fringillarumq; querelas Audit. Friare autẽ aliud omnino eſt, unde ſuffriare paululum conterere eſt. In Q. Catulo oratore, quod memorabile eſt, ſumme laudatur lenis, ſuauisq; litterarum appellatio. In Cotta litterarum




ARG. Athenis uirgines per ſolenne ſacrificium caniſtris Mineruæ ferebant pigmenta: inter quas a Mercurio conſpecta eſt Herſe, Cecropis filia. itaque aggreſſus eſt ſororem eius Aglauron, precatusq; eſt, ut ſe Herſæ ſorori ſuæ iungeret. Illa autem pro miniſterio cum eum aurum popoſciſſet, Minerua grauiter offenſa eſt, cũ ob ciſtulam, quam ei, ſororibusq; eius cuſtodiendam tradiderat, quam aduerſus ſuum prædictum aperuerat, tum ob auaritiam. & igitur Inuidiam miſit: qua diu cruciata eſt, Mercurioq; repugnauit, ne amata potiretur. in ſaxum tandem ab eo mutata eſt.

HInc ſe ſuſtulerat paribus Caducifer alis,
Munychiosq́; uolans agros, gratamq́; Mineruæ
Deſpiciebat humum, cultiq́; arbuſta Lycei.
Illa forte die caſtæ de more puellæ
Vertice ſuppoſito feſtas in Palladis arces
Pura coronatis portabant ſacra caniſtris.
Inde reuertentes Deus aſpicit ales, iterq́;
Non agit in rectum, ſed in orbem curuat eundem.

damnatur dilatatio, & Catulo contraria, ſubagreſtis quædam, & plane ſubruſtica pronuntiatio.

{Index} lapis quo utimur ad aurum argentumq; probandum. [Hunc græci βάσανον uocant, Plinius coticulam. alii etiam Lydium lapidem, & Heracleum, a loco ubi plurimus reperitur. ut & Eraſmus docet in prouerbiis qui ipſe quoque eandem cum Regio ſententiam tenet, uidelicet ut Battũ paſtorem in hunc lapidẽ trãsformatum dicit, ſed tamẽ Lactantius in argumento fabulæ, uidetur de alio, q de Lydio aut Heracleo intelligere, Et ipſe Ouidius, ſaxũ immeritũ uocat. quod haud puto facturus erat, ſi de coticula intelligi uoluiſſet. nam qũo immerita dici debet, quæ ſuo indicio etiã hodie prodit auri diſcrimina?] {Nihil m.} lapis enim nihil mali commiſit.

{HINC ſe ſuſtul.} Aglauri filiæ Cecropis Athenarũ regis mutationẽ in ſaxũ ſuperiori trãsformationi poeta cõnectit. Mercurius enim poſt Battũ in lapidem conuerſum, forte inter uirgines Athenienſium ſacra Mineruę celebrantes, uidit Herſen Cecropis filiã omnium formoſiſsimam: qua cũ aliter potiri non poſſet, Aglaurõ illius ſororem rogauit, ut ſibi opem ferret. ea operam ſuam pollicetur, dũ ſibi pecunia tribuatur. id cum reſciuiſſet Pallas, ob ciſtam quoq; apertam irata, in qua Erichthonium clauſerat, ei Inuidiam immiſit; qua impedita cum Mercurio repugnaret, ne Herſe amata frueretur, in ſaxum ab eo fuit conuerſa. {Caducifer} Mercurius caduceum ferens. eſt enim caduceus uirga Mercurii, qua pax ſignificabatur. unde caduceator legatus dicitur pacem petens, ut ſcribit Pompeius. Cato. Caduceatori nemo homo nocet. {Munychios agros} Atticos. Munychia nanq; promontorium eſt Piræei portus Atticæ a Munycho dicta, qui illic ædificauit templum Munychiæ Dianæ. {Gratam humum Mineruæ} periphraſis eſt Atticæ terræ, quæ Mineruæ gratiſsima eſt. nam (ut Pauſanias ait) tota urbs Athenarum & ager Mineruæ eſt ſacer. licet enim alios quoque deos colere inſtituerint, Palladem tamen uenerantur, cuius ſimulacrum, quod in arce eſt conſecratum, de cælo fertur cecidiſſe. {Arbuſta} arbores. {Culti Lycei} exculti Ariſtotelicis diſputationibus. nam Lyceum eſt gymnaſium Athenis, in quo deambulans Ariſtoteles de philoſophia diſſerebat. Lyceion a Lyco Pandionis filio (ut ſcribit Pauſanias) appellatum, a quo quidem & Lycea regio quædam Athenis fuit dicta, ut Stephanus ait. Sine diphthongo autem æ ſcribatur Lyceum, ne mons Arcadiæ Lycęus eſſe uideatur, qui cum æ diphthongo notatur. {Coronatis ca.} canephoria ea ſacra uocata ſunt, quod in caniſtris ferrentur, quibus ad ſacrificandum opus eſſet. atque hinc ipſę etiam uirgines κανηφόροι dicuntur: non autem quælibet, ſed præſtantiores & nobiliores tantum ἐκανηφόρουν. {Deus ales} Mercurius citus. omnium nanque planetarum uelociſsimus eſt. celerrimeq; ſuum conficit curſum.

RAPH.



Vt

Vt uolucris uiſis rapidiſſima miluius extis,
Dum timet, & denſi circunſtant ſacra miniſtri,
Flectitur in gyrum, nec longius audet abire,
Spemq; ſuam motis auidus circunuolat alis:
Sic ſuper Actæas agilis Cyllenius arces
Inclinat curſus, & eaſdem circinat auras.
Quanto ſplendidior, quàm cetera ſidera fulget
Lucifer, & quanto, quàm Lucifer, aurea Phœbe:
Tanto uirginibus præſtantior omnibus Herſe
Ibat, eratq; decus pompæ, comitumq; ſuarum.
Obſtupuit forma Ioue natus, & æthere pendens
Non ſecus exarſit, quàm cùm Balearica plumbum
Funda iacit: uolat illud, & incandeſcit eundo,
Et, quos non habuit, ſub nubibus inuenit ignes.
Vertit iter, cæloq; petit diuerſa relicto:
Nec ſe diſſimulat: tanta eſt fiducia formæ.
Quæ quanquàm iuſta eſt, cura tamen adiuuat illam,
Permulcetq; comas, chlamydemq;, ut pendeat apte,
Collocat; ut limbus, totumq; appareat aurum;
Vt teres in dextra, qua ſomnos ducit, & arcet,
Virga ſit; ut terſis niteant talaria plantis.
Pars ſecreta domus ebore, & teſtudine cultos
Tres habuit thalamos, quorum tu Pandroſe dextrũ,
Aglauros læuum, medium poſſederat Herſe.
Quæ tenuit læuum, uenientem prima notauit
Mercurium, nomenq; Dei ſcitarier auſa eſt,
Et cauſſam aduentus. cui ſic reſpondit Atlantis;
Pleïoneſq; nepos: Ego ſum, qui iuſſa per auras
Verba patris porto: pater eſt mihi Iuppiter ipſe.
Nec fingam cauſſas: tu tantùm fida ſorori
Eſſe uelis, proliſq; meæ matertera dici.
Herſe cauſſa uiæ eſt: faueas, oramus, amanti.
Aſpicit hunc oculis iiſdem, quibus abdita nuper
Viderat Aglauros flauæ ſecreta Mineruæ:
Proq; miniſterio magni ſibi ponderis aurum
Poſtulat: interea tectis excedere cogit.
Vertit ad hanc torui dea bellica luminis orbes,
Et tanto penitus traxit ſuſpiria motu,
Vt pariter pectus, poſitamq; in pectore forti
Aegida concuteret. ſubit hanc arcana profana
Detexiſſe manu tum, cùm ſine matre creatam
Lemniacam ſtirpem contra data fœdera uidit;
Ingratamq; Deo fore iam, ingratamq; ſorori,
Et ditem ſumpto, quod auara popoſcerat, auro.
Protinus Inuidiæ nigro ſquallentia tabo
Tecta petit. domus eſt imis in uallibus *huius
Abdita, Sole carens, non ulli peruia uento,

*antri

RAPH. VT uolucris} hac ſimilitudine poeta oſtendit quomodo in orbem Mercurius uolarit, ut diutius aſpectu Herſes amatæ frueretur. {Miluius} auis eſt rapax, quæ in gyrum uolat. {Rapidiſſima} rapaciſſima. {Dum timet} miniſtros exta cuſtodientes. {In gyrum} in orbẽ & circuitum. {Super Actæas arces} Athenienſes. Actæa nanq; Attica, quod fere tota ſit littoralis. ἀκτὴ nanq; litus interpretatur. {Inclinat curſ.} conuertit uolatus. {Circinat} circundat. eſt autem circinus inſtrumentum, quo circuli apte conficiuntur. {Quãto ſplendidior} quanta pulchritudine fuerit Herſe, a Mercurio amata, aperte his comparationibus poeta oſtendit. {Non ſecus exarſit} non aliter amore eſt inflammatus. {Balearica funda} qua Balearium inſularum incolæ maxime utuntur. Baleares autem inſulę ſunt duę Hiſpaniæ adiacentes, quarum incolę optimi ſunt funditores. {Plumbum} plumbeam pilam. {Incandeſcit} igneſcit, liqueſcit. {Vertit iter} conuertit ac mutat iter Mercurius. cum enim eſſet in cęlũ iturus, in terras deſcendit. {Cælo relicto} quò iter & uolatum direxerat. {Nec ſe diſſimulat} nec ſe occultat eſſe Mercurium. {Tanta eſt fiducia formæ} acclamatio eſt cauſſam continens, cur ſe non diſſimularet Mercurius. adeo nanq; formoſus erat, ut nulla occultatione opus foret. {Quę quanquam iuſta eſt} fiducia formæ & pulchritudinis ſubaudiatur. {Permulcetq; comas} pectit capillos. {Chlamydem collocat} ita, inqt, componit chlamydem, ut apte ex omni parte pẽdeat. chlamys autem aliis ueſtibus ſuperimponebatur. {Vt lim. to.} hoc eſt ut limbus aureus totus appareat. eſt enim ἓν διὰ δυοῖν, id eſt unum in duo diuiſum. quam figuram imperiti endiadin uocant. cum endiadis nec gręca, nec latina uox ſit. {Vt te} recta. eſt autem caducei periphraſis, quo Mercurius dat ſomnos, adimitq;, & lumina morte reſignat. ut etiam Virg. canit. {Terſis plantis} pulchris pedibus. {Talaria} talaria autẽ ſunt Mercurii alata calciamenta. {Pars ſecreta domus} interiorem partẽ domus Cecropis deſcribit, in qua thalami filiarum erant. {Ebore & teſtudine} non ſolum ebore, ſed etiam teſtudinum cruſtis thalami ornabantur. quamuis teſtudo ædificium quoque conſ cameratum ſignificet. qua in ſignificatione ſi accipiamus, eburneam teſtudinem intelligemus. {Atlantis, Pleioneſq; nepos} Mercurius. Pleione autem uxor Atlantis fuiſſe memoratur. unde Pleiades fuere cognominatæ. {Iuppiter ipſe} qui rex eſt & deorum & hominum. {Abdita} ſecreta. Erichthonium in ciſta clauſum, ut uidimus. {Interea tectis excedere cogit} interim, inquit, dum aurum afferret, coegit Mercurium Aglauros excedere, & exire domo. {Dea bellica} Pallas, quæ & Bellona dicitur. {Torui luminis orbes} toruos oculos, quales iratis eſſe ſolent. {Ægida concuteret} Ægis munimentum eſt pectoris æreum, a Vulcano fabricatum, habẽs in medio Gorgonis caput, quo & Pallas & Iupiter uti ſolent. [Atque hinc αἰγίοχος idem dicitur. ſed alii tamen loricam, ſiue thoraca uolunt eſſe Iouis Αἰγίδα, ex corio caprę Amaltheæ, unde etiam nomen habet. Mart. lib. 7. Accipe belligeræ crudum thoraca Mineruæ, Ipſa Meduſeæ quo tumet ira deæ. Dũ uacat huic Cæſar, poterit lorica uocari: Pectore cum ſacro ſederit, Ægis erit.] {Subit} in mentem uenit. {Hanc} Aglauron. {Profana manu} impia, ſceleſta. {Sine matre} quod, ut paulo ante diximus, Erichthonius ex ſolo ſemine Vulcani, quod in terram cecidit, cum ui cum Pallade coire uellet, natus eſt. {Lemniacam ſtirpem} Erichthonium filium Vulcani, qui in Lemnum inſulam a cęlo cecidit. Lemnos autem inſula eſt Thraciæ adiacens, duas habens urbes Ephæſtiam & Myrinã, a magna deorũ matre, quæ Lemnos appellatur, denominata, cui etiam uirgines ſacrificabantur, ut Hecatæus in Europa ſcribit. hanc uero primum habitarunt Thraces, qui Sinties, Sapæiq; uocabantur, ut Strabo ait. A Lemno autem & Lemnius gentile, & Lemniacus poſſeſſiuũ declinatur. {Ingratamq; Deo fore} ob petitam pecuniã. {Ingratamq; ſor.} quia auaritia illam Mercurio pſtituebat. {Protinus Inuidiæ} primum Inuidiæ domum deſcribit poeta, deinde inuidiam ipſam. eſt autẽ inuidia dolor ex aliena prouenięns felicitate. differt ab inuidentia, ꝙ ea nõ ſolum ad eum, qui inuidet, ſed etiam ad eum, cui inuidetur, referri poteſt. inuidentia uero in eum demum cadit, qui inuidet. {Nigro tabo} nigra ſanie. diptoton autem eſt hoc nomen & duorum caſuum. nam tabi & tabo ſolum inueniuntur. {Antri} ſpeluncæ. {Abdita} abſcondita.

Ignaui

Triſtis, & ignaui pleniſſima frigoris, & quæ
Igne uacet ſemper, caligine ſemper abundet.
Huc ubi peruenit bello metuenda uirago,
Conſtitit ante domum, (neq; enim ſuccedere tectis
Fas habet) & poſtes extrema cuſpide pulſat.
Concuſſæ patuere fores: uidet intus edentem
Vipereas carnes, uitiorum alimenta ſuorum,
Inuidiam: uiſaq; oculos auertit. at illa
Surgit humo pigrè, ſemeſarumq; relinquit
Corpora ſerpentum, paſſuq; incedit inerti.
Vtq; deam uidit, formaq;, armiſq; decoram,
Ingemuit, uultumq; deæ ad ſuſpiria duxit.
Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto:
Nuſquam recta acies: liuent rubigine dentes:
Pectora felle uirent: lingua eſt ſuffuſa ueneno:
Riſus abeſt, niſi quem *uiſi mouere dolores:
Nec fruitur ſomno uigilantibus excita curis:
Sed uidet ingratos, intabeſcitq; uidendo
Succeſſus hominum, carpitq;, & carpitur unà,
Suppliciumq; ſuum eſt. quamuis tamen oderit illam,
Talibus affata eſt breuiter Tritonia dictis:
Infice tabe tua natarum Cecropis unam:
Sic opus eſt: Aglauros ea eſt. haud plura locuta
Fugit, & impreſſa tellurem reppulit haſta.
Illa deam obliquo fugientem lumine cernens
Murmura parua dedit, ſucceſſorumq; Mineruæ
Indoluit: baculumq; capit, quem ſpinea tortum
Vincula cingebant: adopertaq; nubibus atris
Quacunque ingreditur, florentia proterit arua,
Exuritq; herbas, & ſumma papauera carpit:
Afflatuq; ſuo populos, urbeſq;, domoſq;
Polluit: & tandem Tritonida conſpicit arcem,
Ingeniis, opibuſq;, & feſta pace uirentem:
Vixq; tenet lacrymas: quia nil lacrymabile cernit.
Sed poſtquam thalamos intrauit Cecrope natæ,
Iuſſa facit, pectuſq; manu ferrugine tincta
Tangit, & hamatis præcordia ſentibus implet,
Inſpiratq; nocens uirus, piceumq; per oſſa
Diſſipat, & medio ſpargit pulmone uenenum.
Ne'ue mali cauſſæ ſpatium per latius errent,
Germanam ante oculos, fortunatumq; ſororis
Coniugium, pulchraq; deûm ſub imagine ponit:
Cunctaq; magna facit. quibus irritata dolore
Cecropis occulto mordetur, & anxia nocte,
Anxia luce gemit; lentaq; miſerrima tabe
Liquitur, ut glacies incerto ſaucia Sole:
Feliciſq; bonis *aliter non uritur Herſes,
Quàm cùm ſpinoſis ignis ſupponitur herbis,
Quæ neq; dant flammas, leniq; tepore cremantur.
Sæpe mori uoluit, ne quidquam tale uideret;
Sæpe uelut crimen rigido narrare parenti.
Denique in aduerſo uenientem limine ſedit
Excluſura Deum: cui blandimenta, preceſq;,

RAPH. IGNAVI frigoris} ab effectu quod ignauos & pigros efficiat. {Bello metuenda uirago} periphraſis eſt Palladis, q̄ a latinis Bellona uocatur, quod in bello maxime ſit timenda. {Neq; enim ſuccedere tectis Fas habet} hoc eſt Palladi, ut quæ eſt dea, non licet inuidiæ domum ingredi. {Extrema cuſpide} ultima cuſpidis parte. Pallas nãque haſtam geſtare memoratur. {Vipereas carnes} uiperarum, quę ſic q̄d ui pariant, ſunt appellatæ. [nam etiam diſrumpi, cū pariunt, traduntur.] {Inuidiam} eleganti phantaſia inuidiæ & corpus, & figuram humanam, & actiones attribuit. ea uero omnia deſcribit quæ inuidis ineſſe ſolent. {Viſaq; oculos auertit} a uiſa, inquit, inuidia Pallas oculos auertit, ne diutius illam ſpectaret. {Corpora} carnes. {Vultumq; deæ ad ſuſpiria duxit} ordo eſt: & ſenſus, & ad uultū deæ ſuſpiria traxit. cum.n. uultum deæ uidiſſet hilarē Inuidia, dolore affecta ſuſpirauit. {Nuſquam recta acies} oculorum intelligatur. inuidi nãque non recto, ſed obliquo utuntur uiſu. {Liuent} liuidi & nigri ſunt {Suffuſa} pfuſa, infecta. {Niſi quem uiſi fecere dolores} non ipſius, ſed aliorum. inuidi nanque & alienis malis gaudent, & bonis dolēt. {Nec fruitur ſomno} nec dormire poteſt. {Excita} cōcita, ſtimulata. {Vigilantibus curis} ab effectu curæ uigilantes, quod hominem uigilare cogant, neque dormire patiantur. {Sed uidet ingratos} congratos ac ſibi diſplicētes. {Intabeſcit} paulatim conſumitur. {Carpitq; & carpitur una} ſimul, inquit, & lædit & læditur. {Suppliciūq; ſuum eſt} hoc eſt, ſibiipſi eſt ſupplicium. inuidus enim ſe ipſum ſemper rodit, paulatimq; conſumit. [Sic Iſocrates in Euagora. αὔτιος ὁ φθόνος, ὃ τοῦτο μόνον πρόσεστιν ἀγαθὸν ὅτι μέγιστον κακὸν τοῖς ἔχουσι ἐστί.] {Quamuis tamen} ordo eſt, quamuis oderit illam, talibus tamen eſt allocuta. {Tritonia} Pallas, a Tritonide palude, apud quam primū paruiſſe fingitur, Tritonia fuit cognominata. [Vel a τρίτω, q̄d lingua Cretum, caput ſignificat. eo quod ex capite Iouis nata fuit.] {Infice tabe tua} hoc eſt ueneno tuo inquina ac imbue. breuem autem iccirco Palladi attribuit orationem poeta, ut ſignificet deā Inuidiæ aſpectum diutius ferre non potuiſſe. {Et impreſſa tellurem reppulit haſta} hoc ex uulgari opinione dicitur. neq; enim tellus cùm ſit immobilis, repelli poteſt, quamuis uulgo uideatur. {Obliquo lumine} obliquis oculis, qualibus inuidi aſpicere ſucceſſus aliorum ſolent. {Succeſſorumq; Miner. Indoluit} archaiſmos eſt, hoc eſt, antiqua locutio. nūc.n. ſucceſſibus dolere dicimus. [Vel etiā gręca figura, quale & illud Virg. Iuſtitiæ ne prius mirer, belli'ne laborū, pro ἕνεκα τῆς δικαιοσύνης, καὶ τῶν πόνων.] Succeſſus aūt ut euentus & ſimilia, in plurali numero ſecūdę quoque eſt declinationis, nō ſolum quartę. {Proterit} proſternit. ea aūt deſcribit poeta, quę inuidorum oculi efficere creduntur. [Hinc & Virg. dixit. Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos. nā uerbū βασκαίνειν, q̄d latini faſcinare dicunt, et inuidere græcis ſignificat, & oculis, aſpectuq; nocere. Et ſumma papauera carpit. eodē pertinet quo ſuperiora niſi quod epitheto, ſumma, uſus uidetur, ut alluderet ad id, quod idē alibi dixit, Sūma petit liuor, pfluit altiſſima uenti &c. eſt.n. ea Inuidię natura, ut ſumma & excellētia maxima petat.] {Tritonida arcē} Athenarum arcem Palladi dicatā. poſuit aūt patronymicum, pro poſſeſſiuo. {Ingeniis} propter multitudinem pręſtantiſſimorū & artificū, & oratorum, & philoſophorū hoc dicit. {Et feſta pa.} ab effectu. nā tempore pacis feſta celebrantur. {Virentē} florentem. {Ferrugine} ferri rubigo, ferrugo uocatur. {Præcordia} uenę ſunt cordi præiacentes præcordia, quæ curarum ſedes eſſe dicuntur. {Hamatis ſentibus} recuruis ſpinis, qualis eſt hamus. eſt aūt nomen participio ſimile hamatus, ut galeatus. {Piceum} nigrū. {Ne'ue mali cau.} hoc eſt ne cauſſę doloris lōgius abſint, efficit ut felicitatem ſororis ſemper ante oculos cū maximo dolore & cruciatu habere uideatur. {Cecropis} Aglauros Cecropis filia eſt. eſt enim nomē patronymicum fœmininū. {Mordetur} cruciatur. {Liquitur} liqueſcit, atque, ut nix, ad ſolem conſumitur. {Lenta tabe} corruptione quæ paulatim fit. {Incerto ſole} debili ac parum uehementi ſole. {Leni tepore} exiguo calore.

*fecere

*lenius

Verbaque iactanti mitiſsima, Deſine; dixit,
Hinc ego me non ſum niſi te motura repulſo.
Stemus, ait, pacto uelox Cyllenius iſto:
Cælataſq; fores uirga patefecit. at illi
Surgere conanti partes quaſcunque ſedendo
*Flectitur, ignaua nequeunt grauitate moueri.
Illa quidem pugnat recto ſe tollere trunco:
Sed genuum iunctura riget, friguſq; per ungues
Labitur, & pallent amiſſo ſanguine uenæ.
Vtque malum late ſolet immedicabile cancer
Serpere, & illæſas uitiatis addere partes:
Sic letalis hyems paulatim in pectora uenit,
Vitaleſque uias, & reſpiramina clauſit.
Nec conata loqui eſt: nec, ſi conata fuiſſet,
Vocis habebat iter: ſaxum iam colla tenebat,
Oraque duruerant, ſignumque exangue ſedebat.
Nec lapis albus erat: ſua mens infecerat illam.




A R G. Cum Mercurius iuſſu patris in Phœnicem tranſgreſſus eſſet, ut armenta illius regionis ad litus cōpelleret: Iupiter, in taurū conuerſus, cū ſe iuuēcis Agenoris regis immiſcuiſſet, & in amorem ſui ſpatiantes in arena uirgines conſiſtere coegiſſet, paulatim ſingulas alludens, nouiſsime Europā, Agenoris filiam, cuius amore compulſus auerterat figuram, inſidentem ſibi tergo per mare in inſulam Cretam detulit, ibiq; concubitu eius potitus eſt.

HAs ubi uerborum pœnas, mentiſque profanæ
Cepit Atlantiades, dictas a Pallade terras
Linquit, & ingreditur iactatis *æthera pennis.
Seuocat hunc genitor: nec cauſſam faſſus amoris,
Fide miniſter, ait, iuſſorum nate meorum,
Pelle moram, * ſubitoque celer delabere curſu;
Quæque tuam matrem tellus a parte ſiniſtra
Suſpicit, (indigenæ Sidonida nomine dicunt)
Hanc pete; quodque procul montano gramine paſci
Armentum regale uides, ad littora uerte.

RAPH. {IACTANTI} fruſtra dicēti. eſt enim iactare interdū inaniter loqui. Vir. Talia iactanti. interdum oſtentare. {De ſine dix.} me rogare ſubauditur. {Velox Cyll.} Mercurius a Cyllene Arcadiæ monte. {Iſto pa.} ut te hinc nō moueas, ni ſi me repulſo. nunq̄ aūt me hic repellere poteris: tu igitur hic ſemꝑ maneas. {Cælatas.} ſculptas atq; pictas; {Ignaua gr.} ſcite epitheton diſtinxit, nā eſt etiā grauitas honeſta. {Partes qua} In ꝑpoſitio ſubaudiatur, ut in quaſcunque flectitur intelligamus. [Alii, quacunq; legendum putant, ut ſit, quacunq; flectitur, pro in quācunq; partē. Ego uero & quaſcunq; recte legi puto, ſi quaſcunq; flectitur accipiamus dictū κατὰ συνεκδοχὴν pro quibuſcūq;. ut, Expleri mentem, pro expleri mēte &c.]

*flectimus* — partes, ꝑ natibus accipe.

Deſcribit aūt quēadmodū Aglauros in ſaxū fuit cōmutata, ac limini ianuæ, ubi ſederat, ita affixa, ut nunq̄ ſurgere potuerit. {Illa quidē pug.} cōtendit, conatur. {Se attol.} ſe erigere. {Recto trunco} erecto pectore, nā truncus eā pars corporis dicitur, quę eſt intra collum & coxas. {Riget.} rigida ac dura eſt facta. {Malū cancer.} Morbus eſt cancer qđ Græci Carcinoma uocāt, paulatim corpus rodens. {Sic letalis hyems} mortiferū frigus. {Reſpiramina.} pulmonis reſpirationes. {Signū exāgue} ſtatua ſine ſāguine et mortua. In ſtatuam nanq; lapideā Aglauros fuit conuerſa. {Sua mens infecerat illā} inuidorū nanq; corpora ſunt nigra, quēadmodū & mens nigra eſſe ſolet, & nocens. {Infecerat} maculauerat. {Mentiſq; profanæ} a ſacris ac religione remotæ. [Videť ad ἔτυμον nōis alludere. γλαυρὸν .n. σεμνὸν græcis ſignificat, ut ſupra quoque monuimus.] {Dictas a Palladæ terras Linquit} periphraſis eſt Athenarum. nam Athenę ἀπὸ τῆς ἀθήνας, hoc eſt, a Pallade dicūtur. {Seuocat hunc gen.} Iupiter Europæ, Agenoris Phœnicū regis filiæ, amore captus Mercurio ab Attica redeunti mandat, ut ſe quā primū in Phœniciā cōferat, regiſq; armenta ad litus compellat: ibi nanq; cum aliis uirginibus Europā ſpatiari uiderat. Id uero cum effeciſſet Mercurius, omni depoſita maieſtate Iupiter in Taurū ſe conuertit, cuius dorſum poſt multas blanditias Europa aſcendere auſa, in Cretā ꝑ mare ab Ioue eſt aducta. Quod qdē iccirco fingitur, qa Cretenſes (ut hiſtorici tradūt) Europā ex Phœnicia raptam in Cretā aſportauerunt naui, cuius inſigne taurus erat. {Seuocat} ſeorſum uocat. {Delabere.} deorſum labere atq; deſcende. De nanq; ꝑpoſitio in cōpoſitione interdum auget, ut, Deamo te Syre, apud Terentium. Interdū ſignificat deorſum, ut deuolo, demitto, decurro, & ſimilia. {Quæ tuam matrē tellus} periphraſis eſt Phœnicię quę a parte ſiniſtra ſeptentrionem uerſus ſubiicitur Pleiadibus, quarum una eſt Maia Mercurii mater. [Locus hic inter obſcuriores unus eſt. nam cū tota Phœnicia extra Zodiacū ſita ſit, hoc eſt, citra Tropicum cācri, Tauri aūt ſignū intra Æquinoctialem & Tropicū eundē claudatur, A ſiniſtra, hoc eſt, a Septētrione, ut Raphaeli placet, Pleiades aſpicere, ſiue habere illa non potuit. Quare qdā longius paulo petita expoſitione, maluerunt locū hunc de ea terrarum ſubiectione intelligere, qua alię aliis ſideribus ac ſignis ſubiectæ dicūtur, aſtrologica ratione, non geometrica. ſic Phenicia a ſiniſtra hoc eſt, a ſeptētrione Cyprum habet, q̄ inſula Pleiadibus ſecundū Ptolemeū ſubicitur. Sed mihi hæc argutiora uidētur. Alii aūt, quorū opinioni & ipſe magis accedo, ſiniſtrā, hic ꝓ meridie accipiunt, idq; uel ſimpliciter: nam & hoc apud poetas alicubi inueniri tradūt: uel ēt, ut accipiamus Phœnices uultu ac ore in occidentem uerſos in ſiniſtra parte cęli Pleiades habere, ſiue ſuſpicere. quanq̄ rurſus nō negē hunc locū ēt ſecundū ſtatū & aſpectū Iouis, exponi poſſe. nam demus Iouē e ſummo ac medio cæli, hoc eſt, ab ea parte q̄ circulus æquator deſcribit, Mercuriū demittere, ſecundum ipſius ſtatum & uultū, qui qn̄ Græcia & Athenæ, unde modo aduenerat Mercurius, citeriores ſunt q̄ Phœnicia, in orientē uerſus erit, a ſiniſtra Phœniciam & Ægyptū habebit, a dextra autem eas terras ſiue inſulas, q̄ ultra æquinoctialem ſitæ ſunt. Sed tamen totum hunc locum aliis conſiderandum relinquo] {Suſpicit} ſurſum aſpicit. Interdum ſuſpicere mirari ſignificat. {Indigenæ} indigetæ incolæ. {Sidonida} Sidoniam. patronymica nanque forma pro poſſeſsiua, ac potius propria eſt uſus poeta. nam Sidon urbs eſt Phœniciæ, unde Phœnicia ipſa Sidonia uocatur.

aera. — ſolitoq;.

Aglauros in ſaxum. — Iupiter in taurū,

Dixit

Dixit: & expulſi iandudum monte iuuenci
Littora iuſſa petunt, ubi magni filia regis
Ludere uirginibus Tyriis comitata ſolebat.
NON bene conueniunt, nec in una ſede morantur
Maieſtas, & amor. ſceptri grauitate relicta
Ille pater, rectorq́; deûm, cui dextra triſulcis
Ignibus armata eſt, qui nutu concutit orbem,
Induitur faciem tauri, miſtusq́; iuuencis
Mugit, & in teneris formoſus obambulat herbis.
Quippe color niuis eſt, quam nec ueſtigia duri
Calcauere pedis, nec ſoluit aquaticus Auſter.
Colla toris extant: armis palearia pendent:
Cornua parua quidem, ſed quæ contendere poſſes
Facta manu, puraq́; magis pellucida gemma:
Nullæ in fronte minæ, nec formidabile lumen:
Pacem uultus habet. *miratur Agenore nata,
Quòd tam formoſus, quòd prælia nulla minetur.
Sed quamuis mitem metuit contingere primò:
Mox adit, & flores ad candida porrigit ora.
Gaudet amans, &, dum ueniat ſperata uoluptas,
Oſcula dat manibus, (uix ah, uix cetera differt)
Et nunc alludit, uiridique exultat in herba;
Nunc latus in fuluis niueum deponit arenis;
Paulatimque metu dempto, nunc pectora præbet
Virginea palpanda manu; modò cornua ſertis
Impedienda nouis. auſa eſt quoque regia uirgo,
Neſcia quem premeret, tergo conſidere tauri.
Tum Deus a terra, ſiccoque a littore ſenſim
Falſa pedum primis ueſtigia ponit in undis:
Inde abit ulterius, per mediiq́; per æquora ponti
Fert prædam. pauet hæc, littusq́; ablata relictum
Reſpicit, & dextra cornu tenet, altera dorſo
Impoſita eſt: *tenues ſinuantur flamine ueſtes.

RAPH. DIXIT & exp.} mira celeritate ac dicto citius Iouis mādata executus eſt Mercurius. {Iandudum.} quamprimū. {Vrginibus Tyriis} Tyrus a Tyro Phœnicis filio dicta, & inſula & urbs eſt Phœniciæ Sidoni uicina. {Non bene conue.} non decet, inquit, grauem uirū amori indulgere, quam ob cauſſam ſe in Taurum Iupiter conuertit, ut commodius uirgine amata potiretur. {Sceptri gra. rel.} depoſita regni grauitate. ſceptrum enim eſt inſigne regni. nam eſt baculus, quo ſtantes innituntur reges. unde etiam ſceptrū dictum eſt παρὰ τὸ σκήπτεσθαι, qđ ſignificat inhærere ſiue incumbere. {Ille pater rectorq́; de.} emphaſis eſt. plus enim, quàm eloquitur, ſignificat: hoc eſt, Ille potentiſsimus qui omnibus præeſt, qui omniū eſt cauſſa. {Triſulcis igni.} fulminibus: quorum triplex eſt effectus. afflant enim, ſcidunt, & urunt. {Colla toris extant} pulcherrimū deſcribit taurum, in quem Iupiter eſt mutatus. {Toris.} pulpis. {Extant} eminent. {Palea.} pelles craſſiores ab armis, colloq́; boum dependentes palearia dicuntur. {Nec formidabile lu.} nec truces, inquit, erant oculi tauri illius. {Agenore nata} periphraſis eſt Europæ Agenoris filiæ. Agenor autē Phœnicis fuit filius à fortitudine dictus. nam Agenor fortis interpretatur, quaſi ἄγαν τῇ ἠνορέῃ, hoc eſt ualde fortitudine utens. {Sed quamuis mir.} eleganter puellę naturam exprimit. timidæ nanque ſolent eſſe puellæ. *tremulæ* {Et dū ue.} donec fruatur ſperata concubitus uoluptate. {Vix ah, uix cet. dif.} cum difficultate, inquit, cōcubitum differre poteſt in aliud tempus. {Et nunc all.} ad ludentē puellā ludit. ut enim arridere eſt ad ridentem ridere, ſic alludere eſt ad ludentem ludere. interdum alludere eſt obſcure aliquid ſignificare. {Impedienda.} liganda. {Falſa ue.} ſimulatos pedes. nō enim erant tauri pedes, ſed falſi atq; ſimulati. {Senſim} paulatim. {Mediiq́; per æquora ponti.} æquor ab æquo deriuatum tam de cāpo q̄ de mari dicitur. Virg. At prius ignotū ferro q̄ ſcindimus æquor. Pro mari autem ponitur ęquato, quod uentis non eſt commotū. {Pauet hæc} timet. Virginis autem naturam expreſsit. nā uirgines natura ſunt timidæ. {Ablata.} aſportata a Ioue in Taurum cōuerſo. {Reſpicit} retro aſpicit. oculos enim ad litus conuertebat. {Et dex cor. te.} archaiſmos eſt. nam cornum poſuit pro cornu metri cauſſa priſcorū imitatione. item in quinto, Oppoſitoq́; genu curuauit flexile cornū. Luc. aūt ēt in maſculino genere uſurpat in ſeptimo, cum ait, Cornus tibi cura ſiniſtri. {Dorſo} tergo. {Sinuantur.} flectuntur, curuantur, tumeſcunt in ſinus. {Flamine} uento.

IACOBI CONSTANTII FANENSIS
*aſſumenta in ſecundum librum Ouid. Metam.*

COmmiſſas flectat habenas} Commiſſas habenas, ſimul iunctas & intra unū orbē adductas interpretor. ſic enim Phaethonta exculptū in corneola quadā eas tenētē notauimus. {Vt quęq́; altiſsima tellus} ut ꝑ ubi Porphyrionis & Diomedis teſtimonio interpretor. Qđ Gentilis mêus bononiēſis cognomento a Cruce uir eruditiſsimus ob ea q̄ dixit in illud 1. Met. Quiq́; fuit tellus: illic & pōtus ut aer. fecit ut aduerterē. {Argos Amymonen Ephyre pyrenidas undas} Amymone & Amemone. i. ἀμυμωνὴ καὶ ἀμημώνη. & pirene fons. i. πειρήνη apud Gręcos abſq; υ ſcripta inuenitur. pyrene cū y pſilo mōtis eſt nomen, auctore Stephano. {Peneusq́; ſenex} ſcribo Phæneus: grece. n. φείνεος dicit. licet nōnulli (q an recte ſenſerint, ipſi uiderint) aliter ſcribēdū ꝑcipiāt. eſt aūt poeta noſter Callimachū imitatus: q ſic ait, φεύγεν δ᾽ ὀγέρων μετόπισθε φένεος. i. fugitq́; ſenex retro Phęneus. Corripuit autē Callimachus huius nominis primā abiecta poſteriore uocali & ει diphthōgo. {Arſurusq́; iterū Xanthus} arſurus incēdio Vulcani precibus Iunōis moti, quæ a Xantho demergi Achillē metuebat. Lege Home. uigeſimo & uno li. Iliados. {Quamuis pater eſſet in illis} qūo Calliſtus pater erat inter lupos: ſi ex diluuio lupi cū ceteris aīalibus periere: reſpōdeto poetā noſtrū tꝑum ordinē nō ſeruare in fabulis explicādis, ſed ad id toto aīo intēdere, ut fabulā fabulæ cū grā atq; arte cōiungat. {Eſt uero cur qs Iunonē lædere nolit} ēt ſi uerū illud ſit (qđ nōnulli dicunt) ut antiq qdā codices aliter habeāt: nō mutandam tñ lectionē huiuſcemodi cēſeo, qm̄ poetis oratoribusq́; freq̄ntiſſima eſt. {Eſſe hoīem uetui: facta eſt dea} Priſcian. & ceteri grāmatici hoīem cōis eſſe gñis ſcribūt: ſed auctoritates non referūt: ſunt qui hoc carmen in teſtem adducant, & illud in Hypermneſtra, ſcilicet ex illo Iunonia permanet ira: Quo bos ex homine eſt, ex boue facta dea. nec non uerba illa Seruii Sulpicii ad Cic. 4. ep. Quoniam homo nata erat. Sed ii agunt fruſtra. quoniam in nullo horū exemplorum adiectiuū aliquod huic nomini iunctū inuenitur, quo probari poſſit etiam fœminino gñe inclinari. Conſtet igitur hominem marem fœminamq́; ſed ſub articulo tm̄ maſculino ſignificare. Qđ non mihi acceptū referas uolo: ſed Bap. Guarino ꝑceptori meo omni laude digniſſimo, à quo hæc inter alia multa ſcitu digna accepimus. {Quā lariſſæa coronis} aut coronis proprium nomen eſt, & Phlegiæ filiā ſignificat, ut iſte docuit, auctore Igino: aut patronymicum, & Aſteria: notat Corono (qui & Coroneus ſcribitur) genitam. cuius Apoll. commentator meminit in primum Argonauticon, utranq;

enim Apollo dilexit. {Ales ſenſit adulterium Phœbeius} qm̄ cum Lyco adulterauit; quia a Ioue fulmine extinctus fuit. teſtis Papinii interpres in Thebaid. 3. uel cum Schye Chalci filio (ut ait Iginus) qui ob id ab Apolline ſagittis eſt interfectus. {Timidas uocat una ſorores Aglauros} omnibus latinis codicibus Aglauros legitur: & Suid. apud græcos illis ſuffragatur. at Stephano Agraulos dicitur: qui ait: Tres Cecropi Athenarum regis filias fuiſſe ab augentibus fructus nominatas Pandroſon, Herſen, Agraulon. ſunt enim a rore nomina deriuata. δρόσος & ἕρση ros dicitur: ἄγραυλος autem in agro pernoctans appellatur: quod eſt epitheton rori accommodatiſſimum. Stephano aſtipulatur Herodotus in Vrania, Agraulia nuncupans, cuius tēplum iuxta Athenarum arcem fuiſſe teſtatur, in eo, ſcilicet loco, unde ſe præcipitem dedit, auctore Pauſania 1. lib. & quidam in Timæum Platonis commentator. utro igitur modo rectius hoc nomen ſcribatur, iudicio tuo relinquimus. {Opemq; tuam fruſtra Phillirius heros} corrigo Philyreius. quoniam Philyra ſecundam ſemper corripit, cum primam habeat communem: & nunc uno, nunc duobus, l, exaretur. Philyra autem Saturni coniux eiuſdem mater (niſi, ut uereor, mendoſus ſit codex) a Stephano diciur. {Plura coronatis portabant ſacra caniſtris} emendo, pura, ex uno codice mediæ uetuſtatis, ex altero antiquiori, Tecta. quarum poſterior emendatio placet magis, Pauſanias in Attica. Duę uirgines non procul a Poliadis, id eſt Mineruæ urbanæ, (nam polis proprio nomine Athenarū arx dicebatur) templo habitanti, eas Arrephorus Athenienſis nuncupat, apud deam quodam tempore permanent, & adueniente die feſto hæc noctu agunt. Capiti imponunt onus: quod Mineruæ ſacerdos dat illis geſtandum. nec ſacerdos qui id dat, nec ipſæ quę geſtant, quid nam id ſit, intelligunt. Eſt autem non procul in urbis parte quidam murorū ambitus, qui Veneris in hortis dicitur: qua deſcenſus eſt ſub terram ſponte factus. eò uirgines deſcendunt: ibiq; relictis quæ ferebant, aliud neſcio quid opertum tollunt. Has uirgines iam hic relinquens alias eorum loco in arcem ducit. {Vbi magni filia regis} Europam Agenoris fuiſſe filiam omnes ſciunt: ſed ex qua pauci. Stephanus ex Telepha inquit, quæ Thetepha in Thaſſo inſula Thraciæ proxima diem obierit

# ANNOTATIONES

## *Giberti Longolij in ſecundum librum Ouidij Metamorphoſeon.*

*Naiades Heſperiæ trifida fumantia flamma.*

IOuis fulmen triſulcum, & hoc ex proprietate fulminis, quod lucet, ferit, & ardet.

*Dixit, & arreptam prenſis a fronte capillis.*

Phurnutus ait, Calliſto uenatricem ab urſa fuiſſe deuoratam, quam uenatores cum ad urſæ luſtrū uidiſſent, nec amplius exiſtentem conſpexiſſent, in urſam conuerſam dixere. ſunt autem urſæ geminæ in cælo, (ut apud Arati interpretem lego) quarum alteram Nauplius, alteram Thales Mileſius adinuenit, maiorem Helicen appellant, quam Græci ſpectantes nauigant, unde ab Homero Helicopes uocati ſunt, ὡς ἀνατείνοντες εἰς αὐτὴν τοὺς ὦπας. at Phœnices rei nauticæ græcis peritiores minorem obſeruant. Currus autem ſiue amaxæ dicuntur, quod haud ſecus ſibi inuicem inhæreant, ac currus cum pari bouum greſſu in uiis trahuntur.

*Gurgite cæruleo ſeptem prohibete Ttriones.*

Septem prohibete } hæ ſtellæ Oceano tingi metuunt, ut a poetis dicitur: quod ideo fictum eſt, quia poetæ horizontem, quem nunquam ſubeunt, oceanum appellant. hinc eſt quod arcti, quaſi acræ, id eſt uertices, & mundi capita nuncupentur.

*Pulchrior in tota quàm Lariſſæa Coronis.*

Coronis nympha Theſſalica Leucippi Lacedæmonis filia, quę ex Apolline concepit Æſculapium: poſtea quia cum Schye Elati filio clam rem haberet, petente Apolline ſimul cum Iſchie ſagittis a Diana confecta fuit, ſed prius coruum, qui crimen indicauerat, ex albiſſimo in atrum conuertit Apollo; & puerum, quem e uentre matris exciſum, Chironi, qui in Magnete habitabat, enutriendum & erudiendum tradidit. Hæc Pindari ſcholia.

*Cum iuuene Hæmonio uidiſſe Coronida narrat.*

Hanc fabulam Heſiodus breuibus his uerſibus complexus eſt, ut græcorum ſcholia docent:

Τῷ μὲν γὰρ ἄγγελος ἦλθε κόραξ ἱερῆς ἀπὸ δαιτὸς,
Πυθὼ ἐς ἠγαθέην καὶ ῥ᾽ ἔφρασεν ἔργ᾽ ἀΐδηλα
Φοίβῳ ἀκερσεκόμῃ, ὅτ᾽ Ἴσχυς γῆμε Κορωνὶν
Ἐλατίδης, Φλεγύαο διογνήτοιο θύγατρα.

## *Henrici Glar. annotationes.*

*Nitor in aduerſum, nec me qui cetera uincit Imp.*

VErbum, uincit, bis repetendum. ceterum manifeſte hic exprimit motum Planetarum, qui eſt ab nona ſphæra, ab occidente in orientem ſuper lineam eclipticam ac Zodiaci polos, contra primi mobilis motum, qui eſt ab oriente in occidentem ſuper ęquatorem ac mundi polos. Quod autem ſubiungitur, Nec me qui cetera uincit Impetus, diligenter a Raphaele expoſitum eſt ac multis modis: inter quos ultimus mihi potiſsimum probatur. neque enim primi cæli motus Solem ita uel rapit uel fert, ut non perpetuo ęquabili motu ſub ecliptica maneat linea. Accedit ad hoc, quod ſol neque epicyclum habet, ideoq; neque directus, nec retrogradus, nec ſtationarius, ut ceteri planetæ, dici poteſt.

*Et celer Iſmenos cum Phocaicos Erimantho.*

Erimanthus Arcadiæ mons, ex quo fluuius eiuſdem nominis in alpheum exoneratur, auctoribus Strab. libro 8. ac Plin. libro quarto cap. ſexto. Phocis autem extra Peloponneſum regio eſt: quapropter id epitheti locum hic non habet. puto itaque legendum eſſe Pſophaico Erimantho. Pſophis enim, iiſdem auctoribus, Arcadiæ urbs eſt, apud quam naſcitur Erimanthus, a qua Pſophaicus, ut a Phocis Phocaicus.

*Arſit & Euphrates Babylonius, arſit Orontes.*

Diſtinguendum poſt Babylonius, non ante, ut intelligamus Euphratem dici a poeta Babylonium, quippe qui ipſam urbem mediam ſecat, non Orontem qui Syriæ fluuius eſt, cui Antiochia adiacet, ubi primum noſtræ religionis uiri Chriſtiani appellati, longe ab Euphrate fluuio.

*Inde fluunt lacrymæ, ſtillataq; ſole rigeſcunt.*

De electro loquitur, quod latine ſuccinum, de quo ſyluā opinionum ridet Plin. lib. ultimo, cap. 2. Veritatem autem rei uide cap. 3. eiuſdem oppido eleganter explicatam. De metallo nihil hoc in loco poeta.

*Numina neu uelit tenebras inducere rebus.*

Hoc carmen in omnibus, quotquot nos uidimus exēplaribus, corrupte legitur. Velit enim prima longatur, quæ correpta eſt apud omnes, nec facile dixerim quo pacto reſtituēdum. Ne ue pro neu quadraret, quod ad quantitatis rationem attinet, ſed ad ſignificationem non admodum. fortaſſis legendum, Ne uellet.

*Et erant ſub montibus illis.*

Hac repetitione & in uerbis Batti & Mercurii reſponſione βλαπτολογία ſignificatur, quæ in prouerbium abiit, ut eleganter explicauit D. Eraſmus, & in Chiliadibus ſuis, & in ſexto Matthæi capite.

*Et ſumma papauera carpit.*

Alluſio eſt ad inuidiæ naturā, quæ ſumma petere ſolet.

Surgere

*Surgere conanti partes quaſcunque ſedendo.*

Raphael ſupplendam putat præpoſitionem in, ut, in quaſcunque flectitur, intelligamus. ſed uideat lector, ſi non, quacunque, legi poſſit.

*Quæq́; tuam matrem tellus a parte ſiniſtra.*

Periprhaſis, inquit, Raphael eſt Phœniciæ, quæ a parte ſiniſtra ſeptentrionem uerſus ſubiicitur Pleiadibus. quarum una eſt Maia Mercurii mater. Hæc ille. Ingens hic difficultas eſt, & quam neſcio quis ſatis luculenter cordato lectori explicet. Primo quidem in uerbo ſiniſtra, quod planè relatiuum eſt, nec ad quid referatur, ſatis ſciri poteſt. deinde tota Phœnice extra Zodiacum eſt, ut Pleiades eam non contingant, quippe quæ Tauro aſcribuntur, ſi fortaſſis de eo aſpectu quis intelligere uelit. ſed fuit apud ueteres duodecim ſignorum ad terræ habitabilis partes, non ſecundum ſubiectionem, ut ita dicam, perpendicularem comparatio, qua ſola torrida Zona reſpondet, ſed ſecundum omnes trium partium terræ habitabilis regiones, ut uidere eſt apud M. Manilium libro quarto, cap. 3. Ceterum ea conſideratio quo fundamento nitatur, ingenue fateor me non intelligere, & perinde mihi arridere, atq; Iulii Firmici mille illa millia præceptionum. e quibus eſt & illa (uerbi gratia) libro 8. cap. tertio, ubi ita ait, In Arietis parte decima oritur nauis, ſiquis ergo oriente hac parte natus fuerit, hoc eſt, ſi in eius ortu partum eruperit, erit gubernator, nauclerus uel nauicularius. Hęc ille. Quod ſi cui ea ſtellarum forma uidebitur Pectē, hic continuo ſimili ratione finget in eo horoſcopo natum, textorem futurum. quemadmodum, quas duas faciunt urſas, antiquitas & noſtra item ętas plauſtra uocat. Qui in his ſignis natos uenatores propter urſas dicat futuros, expectabit ab aduerſariis, qui aurigam fore contendant. Quòd ſiquis forte naſutior inepta hæc urſarum exempla contendant, quod ea nunquam occidant, atq; proinde neq; oriantur: accipiūt anguſtiora aſtra ut Orionem, Perſea, &c. nam in idem redit argumentum. Verum non eſt huius loci, quid de eo auctore, ac de ea item diſciplina ſentiam pronuntiare, præſertim cum eam tam ſanctam uideri uelit, ut Mauortium Lollianum iureiurando, Orphei, Platoniſq́; exilio, conuenerit, ne hęc ueneranda (ut illius uerbis loquar) communia profanis uel imperitis auribus intimentur. Næ ille diu expectabit, donec hac conditione eius ſacris initiari cupiam. Non eſt mihi dubium, quin Ouid. ueteres in hoc ſecutus ſit, quod Manilium loco allegato docuiſſe oſtendimus. ſed lectori ſuum ſit iudicium. Longum etiam fuerit, quid ætas noſtra de hac (ut cum uulgo dicam) reſpondentia pręcipiat, enarrare, quæ, quod negotium nihil adiuuent, conſulto omittimus.

# P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER TERTIVS.




ARGVMENTVM.

Agenor, rapta Europa, fratres eius ad requirendam ſororem dimiſit, ita ut niſi eam reperiſſent, ad ſe ne reuerterentur, imperat. Cilix itaque diuerſas petit regiones, nouiſſime conſtituit Ciliciam; Phœnix quoque de ſuo nomine Phœniciam. Cadmus uero, deſperata ſpe uiſendi parentis, Apollinis oraculum ingreditur, ſciſcitans, in quibus partibus orbis conſiſteret. accepta itaque ſorte, ut uaccam a grege ſecretam, quæ Lunæ ſignum in latere haberet, ſequeretur, & ubi feſſa procubuiſſet, ibi ſtatueret urbem. parens pręcepto in eam terram deuenit, quæ poſtea a boue Bœotia eſt dicta. Hic cum ad fontem Martis ſocios aquatum miſiſſet, & poſtea etiam ipſe illuc fuiſſet, ut uidit a dracone ſocios conſumptos, ſerpentem interfecit, & dentes eius Mineruæ monitu humo ſparſit: ex quibus armatorum multitudo progignitur, quæ inter ſe domeſtico bello confligit, ita ut ex ea quinque relinquerentur, qui Mineruę uoluntate creandi populi, qui Thebis conſideret, principes eſſent: quorum nomina hæc produntur fuiſſe, Echion, Vdæus, Chthonius, Pelorus, Hyperenor. hi Cadmo ſocii condendæ urbis additi ſunt.

IAmq́ue Deus, poſita fallacis imagine tauri,
Se confeſſus erat, Dictæaq́; rura tenebat;
Cū pater ignarus *raptā perquirere Cadmo
Imperat; & pœnam, ſi non inuenerit, addit
Exilium, facto pius, & ſceleratus eodem.
Orbe pererrato (quis enim deprendere poſſet
Furta Iouis?) profugus patriamq́;, iramq́; parentis

RAPH. IAMq́; Deus poſita} hunc quoq; librum tam cōcinne cum ſuperiore cōnectit poeta, ut mutationem dentium Martii ſerpentis in uiros armatos ex priore fabula educere uideatur. Agenor nāq; Europæ pater, amiſſam filiā putans, Cadmo mandauit, ut aut eam inueniret, aut domum nō rediret. Cadmus uero cū fere totum terrarū orbem peragraſſet, neque ſororem uſquā inueniret, Apollinē conſuluit, ubi cōmode habitare poſſet. cui Apollo reſpondit, ut uaccam ſibi oblatam ſequeretur; ac, ubi ea quieſceret, urbem ædificaret, nomēq́; a boue ipſi imponeret. Cadmus igitur templo egreſſus uaccam eſt conſectatus, quæ cum feſſa procubuiſſet, locum eſſe condendæ urbi ſibi aſſignatū cognouit. Ioui igitur ſacrificatus ad hauriēdas aquas e uicino monte ſocios miſit. illi uero a dracone correpti cū non redirent, Cadmus ipſe profectus, & uaſtum draconem interfecit: & partem dentium illius a Marte & Pallade acceptā (nā altera pars Aeetæ Colchorum regi tradita eſt) iuſſu Martis ipſius, ut Pherecydes narrat, ut uero Ouid. Palladis admonitione, ſeminauit, ac terra obruit: ex qua ſtatim homines armati ſunt nati, qui ſe inuicem omnes præter quinque interfecerunt. {Fallacis tauri} falſi & ſimulati. {Se confeſſus erat} ſe manifeſtarat Iouem eſſe. {Dictæaq́; rura} Cretenſia. nā Dicte mōs eſt Cretæ a Dicte nympha cognominatus, ut quidam aiunt. ſiue q́ illic Iupiter ſit partus, παρὰ τῶ τίκτω quod eſt pario. unde & in illo Iouis imberbis ſtatua fuiſſe dicitur. alii ſcribunt, ἀπὸ τῶν δικτύων, id eſt a retibus Dictē & Dictæō dici. eſt autem & Libyæ promontorium Dicte. {Cum pater} Agenor ut quidam, ut alii Pœnix. Pherecydes uero de Cadmi geneologia ſic ſcribit: Agenor, Neptuni filius, Dāno Beli filiam uxorem duxit, ex qua Phœnicem & Iſſæam, quæ Ægypto nupſit, & Meliā quæ Danao, poſtea ex Argiope Nili fluuii filia, Cadmū ſuſcepit. {Facto pius & ſceleratus eodem} pius quidem quęrēdo filiā fuit Agenor, ſceleratus aūt filio exilium indicendo. {Orbe pe.} pro pagato. eſt aūt participiū contra grāmatices rationē formatum. in ſoluta nāq; oratione diceretur, poſtquam per totum terrarum orbem errrauit. {Quis .n. dep. poſ.} parentheſis cauſſam continēs, cur Cadmus in patriā non redierit. neq; .n. Europam ſororē a Ioue raptam inuenire potuit, cum Iouis furta non poſſunt ab homine deprehendi.

Cadmus Bœotiæ cōditor.

natam

Vitat

Vitat Agenorides, Phœbiq; oracula ſupplex
Conſulit, &, quæ ſit tellus habitanda, requirit.
Bos tibi, Phœbus ait, ſolis occurret in aruis,
Nullum paſſa iugum, curuiq; immunis aratri:
Hac duce carpe uias, & qua requieuerit herba,
Mœnia fac condas, Bœotiaq; illa uocato.
Vix bene Caſtalio Cadmus deſcenderat antro,
Incuſtoditam lentè uidet ire iuuencam,
Nullum ſeruitij ſignum ceruice gerentem:
Subſequitur, preſſoq; legit ueſtigia greſſu,
Auctoremq; uiæ Phœbum taciturnus adorat.
Iam uada Cephiſi, Panopesq; euaſerat arua,
Bos ſtetit, & tollens ſpecioſam cornibus altis
Ad cælum frontem, mugitibus impulit auras:
Atque ita reſpiciens comites ſua terga ſequentes
Procubuit, tenerasq; latus ſubmiſit in herbas.
Cadmus agit grates, peregrinæque oſcula terræ
Figit, & ignotos montes, agrosq; ſalutat.
Sacra Ioui facturus erat: iubet ire miniſtros,
Et petere e uiuis libandas fontibus undas.
Sylua uetus ſtabat nulla uiolata ſecuri,
Et ſpecus in medio uirgis, ac uimine denſus,
Efficiens humilem lapidum compagibus arcum,
Vberibus fecundus aquis: ubi conditus antro
Martius anguis erat, criſtis præſignis, & auro:
Igne micant oculi: corpus tumet omne ueneno:
Tresq; *micant linguæ: triplici ſtant ordine dentes.
Quem poſtquam Tyria lucum de gente profecti
Infauſto tetigere gradu, demiſſaq; in undas
Vrna dedit ſonitum: longo caput extulit antro
Cæruleus ſerpens, horrendaq; ſibila miſit.
Effluxere undæ manibus, ſanguisq; reliquit
Corpus, & attonitos ſubitus tremor occupat artus.
Ille uolubilibus ſquamoſos nexibus orbes
Torquet, & immenſo ſaltu ſinuatur in arcum:
Ac media plus parte leues erectus in auras
Deſpicit omne nemus: tantoq; eſt corpore, quanto,

RAPH. VITAT Agenorides} Cadmus Agenoris filius. Agenor autem fortis, contumax, & ſuperbus interpretatur. {Solis} deſertis. {Immunis} expers, quæ nunquam traxerit aratrum. {Carpe ui.} uade, perge. {Bœotiaq; il. uoca.} hoc eſt ἀπὸ τῆς βοὸς illa denominata. de urbe nãque, quæ Thebe ἀπὸ τῆς θήβης, quæ bos & uacca lingua Syria dicitur, ſunt appellatæ, ut etymologici aiunt, intelligendum eſt. non aũt de regione, quę Bœotia fuit cognominata ἀπὸ τῆς βοὸς, ut Caſtor ait, Apollinis oraculo ita mandante. tametſi quidã, ut refert Stephanus, a Bœoto Itonii filio, Deucalionis & Pyrrhæ abnepote; Nicocrates aũt a Bœoto Neptuni & Arnes filio Bœotiam denominatã uelint. Bœoton uero appellaũt paſtores, quod in boum paternarũ ſtercoribus puer uolutaretur, ut Euphorion ſcribit. ſed Ouid. ut dixi, eorum ſequitur opinionem, q a boue Cadmi duce cognominatam uolunt. ſola uero Bœotia ex omnibus gręcię regionibus ad tria maria uerſus diſpoſitos paſtores habet. alii nãq; Peloponneſum, Siculumq; & Adriaticum ſinũ reſpiciunt. alii ad Ægyptum, Cyprumq; & alias inſulas ſunt conuerſi. alii Euripũ ac Macedoniæ, Theſſaliæq; mare ſpectãt. Booetia quidem uulgo legitur, ſed cum græci per oi, & ω magno Βοιωτίαν ſcribant, mirandum eſt latinos Bœotiam quoq; non pronuntiare, cum præſertim & ſyllabæ quantitas & carminis ratio græcorum expoſcat orthographiam. quare cum œ diphthongo Bœotiam a nobis quoq; contenderim eſſe ſcribendum. hęc de Bœotia dicta ſint, quãuis de urbe ſentiat poeta, q̃ uel ἀπὸ τῆς θήβης ut dixi, hoc eſt a boue, quæ lingua Syra θήβα uocatur. niſi malimus dicere poetã ad id alludere, quod Bœotiæ Thebæ a boue fuerunt denominatæ. ſunt tamen qui Thebas a Thebe Promethei filia dictas uelint. [& rurſum qui a Thebe Aſopi filia, ut Pauſan. in Corinth.] uerum Ouid. corũ niti auctoritate uidetur, qui a boue quæ θῆβα lingua Syra dicitur, ſentiũt eſſe denominatas. Illud obiter admonuerim, eum, qui uulgo Boetius uocatur, uirum omni doctrinę genere præſtãtem, Boethum a nomine priſci philoſophi, qui auxiliator trãsferri poteſt, eſſe appellandũ. Cadmus autem, ut Strab. ſcribit, arcem Cadmeam ædificauit, cui Thebę ab ipſius poſteris Amphione & Zetho adiectæ fuerunt. {Caſtalio antro} ſpelũca Delphici oraculi. Caſtalius fons eſt Parnaſi muſis ſacer, a uirgine Caſtalia dictus: quę cum Apollinem ſe amãtem fugeret, e monte cadens in fontem ſui nominis fuit cõmutata. {Nullum ſerui. ſig.} hoc eſt quæ nullum iugum paſſa erat. ſeruitium aũt interdum ſeruitutem, interdum ſeruorum multitudinem ſignificat. [Pauſan. ut & Lactant. ſupra, addit etiam Lunæ ſigno in latere fuiſſe notabilem hanc uaccam.] {Preſſo gre.} repreſſo & tardo, ne anteiret ſequitur uaccam. {Legit} tranſit. {Veſtigia} ſigna pedum uaccæ. {Iam uada Cephiſi} fluuius eſt Bœotiæ Cephiſus, a quo Cephiſis palus & fit, & appellatur. {Panopes arua} Panope urbs fuit Phocidis a Panopeo Phoci filio appellata, unde Panopæus. {Stetit} ſubſtituit. {Mugitibus impulit auras} mugitus in aerem emiſit. {Comites} Cadmum cum ſociis. {Agit gra.} Apollini. {Sylua uetus ſtabat} erecta erat. {Nulla uiolata ſecuri} quæ nunquã fuerat cæſa. {Humilem arcũ} depreſſum. {Vbi conditus antro} abſconditus in ſpelunca. antrum autem dictũ eſt παρὰ τὸ ἀντῶ quod eſt ſupplico, quoniã deos in ſpeluncis colebant, putantes illas eſſe ſacras. {Martius anguis} Marti dicatus ac bellicoſus. [Huius fertis, item fontis, etiam Pauſan. meminit in Bœoticis, ipſe autem ſerpens, quem hic Martis appellat Ouid. ab aliis ꝓprio nomine Derryllus dicit̃, ut eſt uidere in cõment. Euripidis in Phœniſſis. fontem uero Euripides Dircen uocat, quod tamen tempori non reſpondet, cum Dirce, a qua fonti nomen factum, poſterior Cadmo fuerit. ſed hæc nihil ad rem pr. ſentem.] {Criſtis & auro} figura eſt ἓν διὰ δυοῖν, hoc eſt criſtis aureis. horrendum autem deſcribit draconem. {Præſignis} inſignis, notabilis. {Igne micãt oculi} rubore oculi fulgent. {Tumet} inflatũ eſt & repletũ. {Tres ꝑ micant linguæ} ſerpẽtibus longiſſimã ac triſulcam linguam eſſe Plin. ſcribit, eoq; tres linguas habere uident̃. {Micãt} ſaliunt & celeriter mouentur. {Stant} horrent. {Tyria de gẽte ꝓf.} Cadmi ſocii, qui de Phœnicia, ubi eſt Tyrus, uenerant. eſt aũt Tyrus inſula cũ urbe Phœniciæ adiacens, a Tyro Phœnicis filio denominata. Tyrus quoq; eſt & Laconiæ & maris rubri inſula, quam tamen Artemidorus Tylon per l, uocat. eſt etiam urbs & Indię & Lydiæ, & Piſidię. unde nomen gentile Tyrius, & poſſeſſiuum Tyriacus deriuatur, ut a Rhodo Rhodiacus. {Infauſto gra.} infelici paſſu. omnes enim a dracone illo necati ſunt. {Vrna} uas eſt hauriendæ aquæ accommodatum ab urinando dictum, quod in puteis ſubmergatur. {Cæruleus ſerpens} niger, & propter hoc horrendus. {Effluxere undæ} manibus miniſtrorum timore draconis illis aqua excidit. eſt. n. metonymia: contentum nãque pro continenti poſitum eſt. {Sanguisq; reliquit Corpus} miniſtros expalluiſſe metu ſerpentis poeta ſignificat. {Nexibus} nodis. {Orbes} ſpiras, quas ſerpentes cauda efficiunt. {Sinuatur} contrahitur, curuatur, flectitur. {Tantoq; eſt corp.} tam magnus, inquit, erat ille ſerpens, quantus eſt is, qui inter duas urſas in cęlo ſpectatur. eſt autem tantus, ut fluuius eſſe uideatur. ut Virg. ſcribit, Maximus hic fluxu ſinuoſo elabitur anguis, Circum perq; duas in morem fluminis Arctos, Arctos Oceani metuentes ęquore tingi.

Geminas

Si totum ſpectes, geminas qui ſeparat Arctos.
Nec mora, Phœnicas, ſiue illi tela parabant,
Siue fugam, ſiue ipſe timor prohibebat utrunque,
Occupat hos morſu, longis amplexibus illos;
Hos necat afflatu, funeſta hos tabe ueneni.
Fecerat exiguas iam Sol altiſſimus umbras:
Quæ mora ſit ſociis, miratur Agenore natus,
Veſtigatq; uiros. tegimen direpta Leoni
Pellis erat, telum ſplendenti lancea ferro,
Et iaculum, teloq; animus præſtantior omni.
Vt nemus intrauit, letataq; corpora uidit,
Victoremq; ſupra ſpatioſi corporis hoſtem,
Triſtia ſanguinea lambentem uulnera lingua:
Aut ultor ueſtræ, fidiſſima corpora, mortis,
Aut comes, inquit, ero. dixit, dextraq; molarem
Suſtulit, & magnum magno conamine miſit.
Illius impulſu cum turribus ardua celſis
Mœnia mota forent: ſerpens ſine uulnere manſit,
Loricæq; modo ſquamis defenſus, & atræ
Duritia pellis, ualidos cute reppulit ictus.
At non duritia iaculum quoque uicit eadem:
Quod medio lentæ ſpinæ curuamine fixum
Conſtitit, & totum deſcendit in ilia ferrum.
Ille dolore ferox, caput in ſua terga retorſit,
Vulneraq; aſpexit, fixumq; haſtile momordit.
Idq; ubi ui multa partem labefecit in omnem,
Vix tergo eripuit: ferrum tamen oſſibus hæſit.
Tum uerò poſtquam ſolitas acceſſit ad iras
Cauſſa recens, plenis tumuerunt guttura uenis,
Spumaq; peſtiferos circunfluit albida rictus:
Terraq; raſa ſonat ſquamis: quiq; halitus exit,
Ore niger Stygio uitiatas inficit herbas.
Ipſe modò immenſum ſpiris facientibus orbem
Cingitur, interdum longa trabe rectior extat:
Impete nunc uaſto, ceu concitus imbribus amnis
Fertur, & obſtantes perturbat pectore ſyluas.
Cedit Agenorides paulùm, ſpolioq; leonis
Suſtinet incurſus, inſtantiaq; ora retardat
Cuſpide prætenta. furit ille, & inania duro
Vulnera dat ferro, figitq; in acumine dentes.
Iamq; uenenifero ſanguis manare palato
Cœperat, & uirides aſpergine *tinxerat herbas; (*texerat)
Sed leue uulnus erat: quia ſe retrahebat ab ictu,
Læſaq; colla dabat retrò, plagamq; ſedere
Cedendo arcebat, nec longius ire ſinebat.
Donec Agenorides coniectum in guttura ferrum
Vſque ſequens preſſit, dum retrò quercus eunti
Obſtitit, & fixa eſt pariter cum robore ceruix.
Pondere ſerpentis curuata eſt arbor, & imæ
Parte flagellari gemuit ſua robora caudæ.
Dum ſpatium uictor uicti conſiderat hoſtis,
Vox ſubitò audita eſt: neq; erat cognoſcere promptū
Vnde, ſed audita eſt: Quid Agenore nate perēptum
Serpentem ſpectas, & tu ſpectabere ſerpens.
Ille diu pauidus pariter cum uoce colorem
Perdiderat, gelidoq; comæ terrore rigebant.
Ecce uiri fautrix ſuperas delapſa per auras
Pallas adeſt, motæq; iubet ſupponere terræ
Vipereos dentes, populi incrementa futuri.
Paret, & impreſſo ſulcum patefecit aratro.

RAPH. GEMINAS Arctos} duas & ſimiles urſas. {Phœnic.} Cadmi comites Phœnices aquatum miſſos. eſt enim græcus accuſatiuus. {Funeſta tabe ueneni} mortifera ueneni corruptione & ſanie. {Fecerat exiguas} iam, inquit, meridies erat. exiguæ enim in meridie ſolent eſſe umbræ, quo tempore ſol eſt altiſſimus. {Veſtigat} per ueſtigia inquirit. {Letata} leto data, extincta. nomen eſt participio ſimile, a leto, quod mortem ſignificat, declinatum. {Spatioſi corporis} uaſtiſſimi. {Sanguinea lingua} rubra & ſanguine infecta. {Aut ultor} aut, inquit Cadmus, ueſtram mortem ulciſcar, o fidiſſimi ſocii, aut unà uobiſcum moriar. {Fidiſſima corpora} o fidiſſimorum ſociorum cadauera. {Molarem} lapidem tā magnum, ut ex eo mola confici poſſit. molares enim lapides dicuntur, ex quibus molæ conficiuntur. [Hellanicus ſaxo interfectum, Phœrecrates gladio dicit, ut eſt in comment. Euripidis.] {Magno conamine} magno impetu. {Illius impulſu} quàm uaſtus, quamq; dura pelle fuerit ille ſerpens, aperte ex hac hyperbole colligitur, ſimul etiam quàm ualidus robuſtusq; ac præſenti animo foret Cadmus, facile cognoſcitur. qui enim molarem lapidem e terra tollit, tantoq; conatu iacit, ut turris concuti poſſit, is nimirum maximis uiribus eſt iudicandus. emphaſi, eſt igitur hoc loco, per quā plus intelligitur quàm dicitur. {Validos ictus} ualide & fortiter illatos. {Vicit} repulit. tunc enim iacula uinci dicuntur, cum repelluntur. {Lentæ ſpinæ} flexibilis dorſi. {In ilia} in inteſtina. {Labefecit} labare fecit. {Ferrum tamen oſſibus hæſit} iaculi, inquit, ferrum oſſibus infixum remāſit. {Solitas ad iras} ad conſuetam rabiem. {Acceſſit} adiuncta fuit. {Cauſſa recens} uulnus a Cadmo illatum. {Albida} alba. {Peſtiferos rictus} uenenata ora. rictus autem proprie ferarum eſt, ut roſtrum auium. {Ore ſtygio} uenenato, qualis eſt ſtyx inferorum palus. {Inficit} maculat, polluit, inquinat. {Ipſe modo immenſum} interdum, inquit, inſpirat, & in maximum orbem contrahitur, interdum in longitudinem extenditur. elegāter autem, ut omnia, ſerpentis uulnerati naturam effingit poeta. {Impete} pro impetu. metri cauſſa interdum poetæ impete utūtur. {Fertur} ruit. {Perturbat} proſternit. {Spolioq; leonis} pelle leonis. {Cuſpide p̄tenta} obiecto iaculi ferro. {In acumine} in cuſpide. {Manare} fluere. {Aſpergine} aſperſione ſanguinis. {Dabat retro} trahebat retro. {Plagamq; ſedere} hoc eſt cedendo plagam in corpus deſcendere non permittebat. {Longius ire} altius deſcēdere in corpus. {Vſq; ſequens preſſit} eouſq; ſequens infixit, donec quercus obſtitit illi retro ſe a uulnere trahenti. {Cū robore} cum quercus ſtipite. {Pondere ſerpētis} ex hac quoq; emphaſi quantus fuerit ille ſerpens, colligitur, cuius pōdere quercus ſtipes fuerit curuatus. {Gemuit} doluit. rei autem inanimatæ ſenſum tribuit poeta. {Sua robora} ſuum truncum. {Flagellari} ꝑcuti ac uerberari. {Spatium} magnitudinem. {Prōptum} facile. {Vnde} a quo emiſſa fuerit, ſubaudiatur. {Et tu ſpectabere ſerpens} nam Cadmus, relicta Spynge uxore, Hermioneq; Martis & Veneris filia accepta, ab Amphione & Zetho fuit expulſus regno: & cum ad Illyrios confugiſſet, ad ſenectutemq; perueniſſet, in ſerpentem dicitur fuiſſe conuerſus. {Rigebāt} horrebant. {Ecce uiri fautrix} repentinum Palladis aduentum illa particula, ecce, ſignificat. at Ouid. quidem Palladis iuſſu dentes ſerpentis a Cadmo ait fuiſſe ſeminatos, Lyſimachus uero Marte iubente narrat ſeminatos fuiſſe. Pherecydes autem ſcribit Martem, ac Palladem ſerpētis illius dentes in duas partes æquales diuiſiſſe, alteramq; Cadmo, alteram Aetæ tradidiſſe, Cadmumq; illos ſeminaſſe, ex quibus homines armati ſint nati. {Motæ terræ} aratæ. {Vipereos dentes} ſerpentis dentes.

Spargit humi iuſſos, mortalia ſemina, dentes:
Inde ( fide maius ) glebæ cœpere moueri :
* Primaq; de ſulcis acies comparuit haſtæ :
Tegmina mox capitum picto nutantia cono ,
Mox humeri , pectusq;, oneratáq; brachia telis
Exiſtunt : creſcitq; ſeges clypeata uirorum .
Sic ubi tolluntur feſtis aulæa theatris ,
Surgere ſigna ſolent , primumq; oſtendere uultus ;
Cetera paulatim , placidoq; educta tenore
Tota patent , imoq; pedes in margine ponunt .
Territus hoſte nouo Cadmus capere arma parabat :
Ne cape , de populo , quem terra creauerat , unus
Exclamat , nec te ciuilibus inſere bellis .
Atque ita terrigenis rigido de fratribus unum
Comminus enſe ferit : iaculo cadit eminus ipſe .
Hic quoque , qui dederat letho , non longius illo
Viuit , & expirat , modò quas acceperat , auras .
Exemploq; pari furit omnis turba , ſuoq;
Marte cadunt ſubiti per mutua uulnera fratres .
Iamq; breuis uitæ ſpatium ſortita iuuentus
Sanguineam tepido plangebat pectore matrem ,
Quinque ſuperſtitibus , quorum fuit unus Echion .
Is ſua iecit humi monitu Tritonidis arma ,
Fraternæq; fidem pacis petiitq;, deditq;.
Hos operis comites habuit Sidonius hoſpes ,
Cùm poſuit iuſſam Phœbeis ſortibus urbem .

ARG. Diana cum in ualle Gargaphiæ æſtiuo tempore fatigata ex aſſidua uenatione ſe ad fontem perlueret, Actæon, Ariſtei & Autonoes filius, eundem locum petens ad refrigerandum ſe & canes, quos exercuerat, feras perſequens, in conſpectum deæ incidit, qui ne eloqui poſſet, in ceruum conuerſus eſt, ita ut pro fera laceratus a ſuis canibus ſit.




IAm ſtabant Thebæ : poteras iam Cadme uideri
Exilio felix : ſoceri tibi Marsq;, Venusq;
Contigerant . huc adde genus de coniuge tanta ,

RAPH. MORTALIA ſemina} hominum ſemina nõ frugum. nam homines armati ex illis dentibus orti finguntur. Apollonium aũt Rhodium ſequitur Ouidius, qui in ſecundo Argonauticon ſcribit e dentibus ſerpentis a Cadmo ſatis complures armatos homines natos eſſe. nam Lyſimachus atque Hellanicus narrant quinque ſolũ homines armatos ex dentibus ſerpẽtis a Cadmo ſeminatis, exortos eſſe, quorum nomina hæc eſſe ferũtur, Vdęus, Cthonius, Pelor, Hyperenor, Echion.

*ſerpentis dentes in homines armatos.*

{Inde fide maius} deinde, inquit, glebæ illius aratæ terræ moueri cœperunt, qđ omnem exuperat fidem. {Fide maius} quod eſt maius quàm ut ſit credendum. {Primaq; de ſulcis acies apparuit haſtæ} primæ, inqt, haſtæ exortæ ſunt. eſt autẽ figurata locutio atq; poetica. ſi.n.eſſet proſa oratio, haſtæ apparuerunt, diceret. {Tegmina mox capitum} periphraſis eſt galearum. {Picto cono} criſta picta uariis pẽnarum coloribus. {Exiſtunt} extant, eminent, extra terram ſtant. {Clypeata} ſcutata. nomen participio ſimile. {Sic ubi} pulchra ſimilitudine declarat, qũo paulatim uiri illi armati ſint nati. ſic, inquit, nati ſunt, ut uideãtur ſigna & imagines ſurgere, cum aulæa parietibus affiguntur. {Aulæa} ab aula Attali regis, ubi primũ inuenta ſunt, fuere uocata. {Feſtis theatris} in quibus ludi ac dies feſti celebrantur. theatra aũt, cum ludi fiębant, aulæis ornabantur. {Deder. letho} interfecerat. {Subiti fratres} ſubito nati {Plãgebat} percutiebat. nã cadentes terram feriunt, {Quinque ſuperſtitibus} ſuperuiuentibus. omnes nanque uiri illi armati mutuis uulneribus ceciderunt, pręter hos quinque, Vdæum, Chthonium, Pelorem, Hyperenorem, & Echionem, quos quidem Cadmus ſocios urbis condendæ habuit. hi uero etiam σπαρτοὶ, hoc eſt ſeminati, fuerunt appellati, quanquam Hippias Delius, & item Diony. ſcribant Spartos Bœotiæ quãdam eſſe gentem. [Androtion aũt σπαρτοὺς uocatos ait, qm̃ σποράδην habitauerint. cõtra alii Cadmi filios hos fuiſſe dicunt, ex diuerſis uxoribus. his autem & Creontem nonnulli annumerant. uide cõment. in Phœniſ. Eurip. {Sidonius hoſ.} Cadmus Phœnix. nam Sidon urbs eſt Phœniciæ, unde Sidonius deriuatur. {Iuſſam urbem} Thebas, Bœotias. {Phœbeis ſortibus} Apollinis oraculis. {Iam ſtabant Thebæ} hæc iccirco narrantur, ut Actæonis in ceruum transformatio concinnius cum ſuperiore fabula iungatur. Thebæ autem fuerunt appellatæ uel a Theba, quæ lingua Syra, ut diximus, bouem ſignificat, uel a Thebe Ægypti urbe ampliſſima, unde Agenorem Cadmi patrem cum Phœnice fratre ueniſſe, & apud Tyrum & Sidonem regnaſſe, auctor eſt Euſebius. fuit etiam Thebe urbs Lyciæ, patria Andromaches Hectoris uxoris, de qua Ouid. ipſe lib. de Triſt. primo, Nec cruciere minus q̃ cum Thebana cruentum Hectora Theſſalico uidit ab axe trahi. alia quoque eſt urbs hoc nomine in Lucania, ut ſcribit Plin. lib. 4. natur. hiſtoriæ. {Stabant} erectæ, exædificatęq; erant. {Soceri tibi Marsq;, Venusq;} uxorem nanque Hermionẽ duxit Cadmus, Martis, Venerisq; filiam. {Huc adde genus} progeniem. {De coniuge tanta} quanta eſt Hermione Martis & Veneris filia, de qua Statius multa in Thebaidos lib. 2. Hermione quidem etiam Menelai & Helenæ filia nominatur. quod uero quidam Martis & Veneris filiam non Hermionem, ſed Harmoniam putant eſſe uocitatam, Martiani Capellę affectatis leporibus decepti ſunt. [Atqui non Capella tantum, ſed & Hellanicus, ut quidẽ citatur in comment. Apollonii, Harmoniam uocat, eamq; Electræ & Iouis filiam facit; quem ſequitur Diodorus libro 6. prætereа & Pauſanias, & Heſiodus, cuius interpres etiam rationẽ nominis huius affert, ὅτι τὰ ἐκ πολέμου καταπεπτωκότα μέρη τῶν πόλεων, συναρμολογοῦσι, καὶ οὐ πάλιν διατιθέασιν οἱ αὐτῶν ὑμειρόμενοι ἄνθρωποι, καὶ οἱ ταύτας τὰς πόλεις κατοικεῖν ἐθέλοντες, hoc eſt, Martis filiam Harmoniam propterea dici, quod partes urbium diſiectas ac dirutas, rurſum cõponant, & reſtituant homines, qui illas habitare cupiunt. eſt enim ἁρμόττειν componere & coaptare. quare non decepti, ſed auctoritate & nomine adducti Harmoniam legimus. Porro in huius nuptiis cecinisse Muſas græci poetæ tradunt, ſinguloſq; deos ſua munera contribuiſſe: Inter quæ & monile fuit a Vulcano factum, quod poſtea ad Eriphylen, Amphiarai uxorem, peruenit. ultimo autem etiã Apollini Delphis conſecratũ fuit, ut Pauſan. auctor eſt. fuit autem hoc nomine etiam nympha quædam, quæ ex Marte genuit Amazones, ut Apollo tradit lib. 2. Argonaut.]

Tol

Tot natos, natasq́;, &, pignora cara, nepotes,
Hos quoq; iam iuuenes. SED ſcilicet ultima ſemper
Expectanda dies homini eſt; diciq́; beatus
Ante obitum nemo, ſupremaq́; funera debet.
Prima nepos inter res tot tibi, Cadme, ſecundas
Cauſſa fuit luctus, alienaq́; cornua fronti
Addita, uosq́; canes ſatiati ſanguine herili.
At bene ſi quæras, fortunæ crimen in illo,
Non ſcelus inuenies. quod enim ſcelus error habebat?
Mons erat infectus uariarum cæde ferarum:
Iamq́; dies medius rerum contraxerat umbras,
Et Sol ex æquo meta diſtabat utraque:
Cùm iuuenis placido per deuia luſtra uagantes
Participes operum compellat Hyantius ore:
Lina madent comites, ferrumq́; cruore ferarum:
*Fortunamq́; dies habuit ſatis: altera lucem
Cùm croceis inuecta rotis Aurora reducet,
Propoſitum repetemus opus: nunc Phœbus utraque
Diſtat idem terra, finditq́; uaporibus arua.
Siſtite opus præſens, nodoſaq́; tollite lina.
Iuſſa uiri faciunt, intermittuntq́; laborem.
Vallis erat piceis, & acuta denſa cupreſſu,
Nomine Gargaphie, ſuccinctæ *cura Dianæ:
Cuius in extremo eſt antrum nemorale receſſu,
Arte laboratum nulla: ſimulauerat artem
Ingenio natura ſuo. nam pumice uiuo,
Et leuibus tophis natiuum duxerat arcum.
Fons ſonat a dextra, tenui pellucidus unda,
Margine gramineo patulos ſuccinctus hiatus.
Hîc Dea uenatu ſyluarum feſſa ſolebat
Virgineos artus liquido perfundere rore.
Quò poſtquam ſubiit, nympharum tradidit uni
Armigeræ iaculum, pharetramq́;, arcusq́; retentos.
Altera depoſitæ ſubiecit brachia pallæ:
Vincla duæ pedibus demunt. nam doctior illis
Iſmenis Crocale ſparſos per colla capillos
Colligit in nodum: quamuis erat ipſa ſolutis.
Excipiunt laticem Nipheq́;, Hyaleq́;, Rhaniſq́;,
Et Pſecas, & Phiale; funduntque capacibus urnis.
Dumque ibi perluitur ſolita Titania lympha,
Ecce nepos Cadmi dilata parte laborum,
Per nemus ignotum non certis paſſibus errans

*Fortunæq́;
*ſacra.

RAPH. TOT natos, natasq́;} ex Hermione quidē filias quatuor, Semelē, Agauē, Autonoe, Ino, & Podorum Cadmus ſuſtuliſſe memoratur. quos uero alios filios ſuſceperit, nuſquam memini me legiſſe. {Et pignora cara nepotes} hi fuerunt Bacchus ex Semele & Ioue, Pentheus ex Agaue & Echione, Actęon ex Autonoe & Ariſtæo, Learchus & Melicerta ex Ino & Athamante. {Sed ſcilicet ultima ſemper} ſententia eſt Solonis philoſophi, qua Crœſi Lydorū regis diuitias ſuggillauit. cum enim Crœſus ſe felicem eſſe iactaret, neminem ante ſupremum diem recte felicem dici poſſe, Solon admonuit. cuius ſententiæ quidē Crœſus memor, cum a Cyro, Perſarum rege, foret captus, rogoq́; impoſitus, Solonem appellauit, dicens, O Solon Solon, ac ſi diceret, q̃ uera mihi dixiſti. Cyrus uero, cum eam accepiſſet ſentētiam, Crœſum non ſolum liberauit, ſed etiam in maximo honore habuit. {Prima nep.} Actęō Ariſtæi & Autonoes filius, uenando feſſus, cum opacum quæreret locum, forte ad fontem peruenit, ubi ſe Diana nuda cum comitibus abluebat. quæ irata eū ſtatim in ceruum mutauit, ne cui unquam a ſe Dianam nudam fuiſſe uiſam iactare poſſet. Hoc uero iccirco fictum eſt, quia Actæon uenationi admodū fuit deditus, totumq́; patrimoniū canes alendo conſumpſit. ſumma autem fabulæ primum deſcribit poeta, deinde diffuſius omnia aperit. {Aliena cor.} ceruina. {Fortunæ cri.} caſu nāque offendit Dianam. {Cęde} ſanguine. quod .n. antecedit, p̄ eo, qđ ſequitur, poſitū eſt. {Contraxerat} corripuerat & abbreuiauerat. {Meta utraq;} oriente & occidente. {Iuuenis Hy.} Thebanus. Hyantes .n. populi ſunt Bœotiæ, qui & Hyantii appellātur. [Primi .n. ut inquit Pauſan. Hectenes Thebaidam terrā tenuere, q̄bus peſte abſumptis, Hyantes & Aones ſucceſſerunt Bœotii genere. quorum illos poſtea Cadmus deuictos expulit. Aonas aūt ſupplices recepit, & cum Phœnicibus ſuis coniunxit.] Hyantia etiā urbs eſt Locrorum, unde Hyantius deriuatur. qui uero a fonte, qui nuſquā inuenitur, uel ab Hya, Atlantis filio, hoc nomē deducunt, non minus inepti ſunt, q̃ qui id putant eſſe aduerbium cōparatiuum ab hyāte participio deriuatū. {Lina ma.} retia ſunt madefacta. eſt aūt metonymia. lina .n. ex quibus retia conficiuntur, p̄ ipſis retibus ponuntur. {Fortunamq́; dies ha. ſat.} proſperam ſubaudiamus. [Et hoc modo legendū putat Regius, cum alii, fortunę, legant patrio caſu.] {Croceis ro.} croceo & pulchro curru. a parte nāq; totum per ſynecdochē accipimus. {Propoſitum repe. opus} cras, inquit, Actæon, adueniente aurora ad uenationem redibimus. {Diſtat idem} ſpatium ſubaudiatur. ut intelligamus ſolem ab utraqua terra æquali ſpatio diſtare, atq; abeſſe ab oriente & occidente, per qđ ſignificat meridiē eſſe. {Vtraq, ter.} orientali & occidentali. {Vaporibus} feruoribus. {Siſtite opus præſens} ſtare facite, hoc eſt præſenti operi finem imponite. {Intermittuntq́; la.} uſq; in diē ſequentem uenandi laborē deponunt. {Vallis erat} topographia eſt, & uallis deſcriptio, quò ſe Diana p̄ meridiem cum ſuis comitibus conferre ſolebat. [Pauſanias aūt fontē uocat Gargaphiā, q̄ bello Perſico a Mardonio obrutus fuit, mox a Platæenſibus reſtitutus.] {Piceis} picea arbor eſt mōtana. {Acuta cu.} in acutum tendente. {Succinctæ} agilis & induſtriæ. {Cura} amor & uoluptas. erat .n. amœniſſima uallis. {Nemorale} nemoribus tectum. {Pumice uiuo} naturali. pumex aūt lapis eſt leuis, cauernoſus, poliendis rebus accōmodatus. unde pumicare, quod eſt pumice polire, declinatur. {Et leuibus t.} tophus lapis ē cauernoſus. {Duxerat} effecerat. {Natiuum} naturalē. {Tenui unda} exigua aqua. {Succinc.} circundatus. {Patulos hia.} patētes ripas. hiare .n. uidētur ripæ, ut fluuii alueū efficiant. {Dea ſyluarum} Diana. {Perfundere} madefacere. {Retentos} remiſſos, a retēdendo. {Altera de.} altera, inquit, accepit pallam ueſtem a Diana depoſitam. {Vincla} calceos & cothurnos. {Iſmenis Croc.} Iſmeni fluuii filia. [παρὰ τοῦ κροτεῖν ut uidetur dicta, tum enim & κρόκαλοι, calculi, q̄ in omnibus uoluuntur, nomen habēt.] Deſcribit aūt officia cōitum Dianę. {Quāuis erat ip. ſo.} in ſoluta oratione, quāuis eſſet diceretur. {Laticē} aquā, a latēdo, ꝙ in terræ uenis lateat. {Nipheq́;} lotrix interp̄tari pōt. Niphe ἀπὸ τοῦ νίπτειν, hoc ē a lauādo. {Hyaleq́;} ἀπὸ τῆς ὕης, hoc eſt a pluuia uī Hyale deriuari. [uel potius ἀπὸ τοῦ ὑάλου, hoc eſt uitro, ꝙ aqua uitreæ p̄ſpicuitatis ſit.] {Rhaniſq́;} rhanis aſperſio, & gutta uocaē ἀπὸ τοῦ ῥαίνειν, hoc eſt ab aſpergendo. {Et Pſ.} ſtilla minor Pſecas transfert. Pſecades .n. minutæ dicunē cuiusq; rei partes. {Et Phiale} uas eſt quidē hauriēdis, infundendisq; aquis accōmodatum παρὰ τὸ πιεῖν, hoc eſt, a bibendo deductum, mutatione tenuis conſonantis in craſſam. ſed hoc loco pro nympha ponitur quę Dianę corpus aqua p̄fundebat. {Titania} Diana Cei Titani neptis, quę eadē eſſe cum luna putatur, q́ quidem ut ſol Titā, ſic Titania Titaniſq; interdum a poetis uocatur. {Ecce ne. Cad.} Actæō. ecce aūt particula fere aliquid repentinum ſignificat. {Dilata parte laborum} dilata parte uenationis in diem ſequentem.

Sic

Peruenit in lucum : ſic illum fata ferebant .
Qui ſimul intrauit rorantia fontibus antra ,
Sicut erant nudæ , uiſo ſua pectora nymphæ
Percuſſere uiro , ſubitisque ululatibus omne
Impleuere nemus , circunfuſæque Dianam
Corporibus texere ſuis : tamen altior illis
Ipſa dea eſt , colloque tenus ſupereminet omnes .
Qui color infectis aduerſi Solis ab ictu
Nubibus eſſe ſolet , aut purpureæ Auroræ ;
Is fuit in uultu uiſæ ſine ueſte Dianæ.
Quæ, quanquàm comitum turba eſt ſtipata ſuarum,
In latus obliquum tamen aſtitit , oraque retrò
Flexit : &, ut uellet *promptas habuiſſe ſagittas,
Quas habuit , ſic hauſit aquas : uultumq; uirilem
Perfudit, ſpargensq; comas ultricibus undis ,
Addidit hæc cladis prænuntia uerba futuræ :
Nunc tibi me poſito uiſam uelamine narres ,
Si poteris narrare , licet . nec plura minata
Dat ſparſo capiti uiuacis cornua cerui :
Dat ſpatium collo , ſummasque cacuminat aures :
Cum pedibusq; manus , cum longis brachia mutat
Cruribus , & uelat maculoſo uellere corpus .
Additus & pauor eſt . fugit Autonoeïus heros ;
Et ſe tam celerem curſu miratur in ipſo .
Vt uerò uultus , & cornua uidit in unda ,
Me miſerum , dicturus erat : uox nulla ſecuta eſt .
Ingemuit : uox illa fuit , lacrymæq; per ora
Non ſua fluxerunt : mens tantùm priſtina manſit .
Quid faciat ? repetat'ne domum , & regalia tecta ?
An lateat ſyluis ? pudor hoc, timor impedit illud .
Dum dubitat , uidêre canes : primusq; Melampus ,
Ichnobatesq; ſagax latratu ſigna dedêre.
Gnoſius Ichnobates , Spartana gente Melampus .
Inde ruunt alii rapida uelocius aura
Pamphagus, & Dorceus, & Oribaſus, Arcades oẽs,
Nebrophonosq; ualens, & trux cum Lælape Theron ,
Et pedibus Pterelas , & naribus utilis Agre ,
Hylæusq; ferox nuper percuſſus ab apro ,
Deq; lupo concepta Nape , pecudesq; ſecuta
Pœmenis , & natis comitata Harpyia duobus ,
Et ſubſtricta gerens Sicyonius ilia *Ladon ,
Et Dromas, & Canache, Sticteq; , & Tigris, & Alce,
Et niueis Leucon , & uillis Asbolus atris ,
Præualidusq; Lacon , & curſu fortis Aëllo,
Et Thous , & Cyprio uelox cum fratre Lycisca ,
Et nigram medio frontem diſtinctus ab albo

RAPH. SIC illum fata trahebant} ſic dicere ſolemus, cũ cauſſam rei aſſignare neſcimus. {Qui ſimul intrauit} poſtquam ingreſſus eſt. {Rorantia} madentia. {Qui color infectis} Dianæ colorem maxime rubicundum fuiſſe oſtendit. {Infectis} tinctis. inficere enim tingere eſt, unde infectores dicuntur tinctores. {In latus obliquum tamen aſtitit} hoc eſt ſe in latus conuertit, ut facilius pudenda occultaret. {Oraq; retro flexit} ut Actæonem reſpiceret. {Et ſic hauſit} tanta, inquit, ira & indignatione Diana hauſit & accepit aquas, quibus Actæonem perfunderet, quanta ſagittas promptas ac paratas habere uoluiſſet. {Addidit} dixit. {Nunc tibi} ironia, qua uidetur id permittere Diana, cuius prorſus adimit faciendi facultatem. illum nãque in ceruum cõuertit, qui loqui nõ poteſt. eſt autem ordo & ſenſus: nunc licet narres me uiſam tibi ſine uelamine, hoc eſt nudam. {Si poteris narrare} ac ſi diceret, nunquam narrare poteris. {Sparſo cap.} capiti reſperſo aquis. {Viuacis cerui} diu uiuentis. ad quadringentos nãq; annos cerui uiuere dicũtur. [Vide Plin. lib. 8. cap. 32.] {Dat ſpatium collo} longũ efficit collum. {Cacuminat} acutas reddit. eſt autem uerbum a poeta fictum. {Maculoſo uellere} uario pilo. {Additus & pauor eſt} ſcite. ceruus enim timidiſſimum animal eſt. {Autonoeïus heros} Actæon Autonoes filius. {Non ſua} ſed cerui. {Mẽs tantum priſtina manſit} in Actæone nihil aliud hominis, q̃ mẽs remanſit. {Pudor hoc} ne domum redeat. abuſus autem eſt poeta horum pronominum elegantia. hoc nãque ad propinquius, illud ad lõginquius ſolet referri. [Sed tamen in Aldina edi. legit. timor hoc, pudor impedit illud.] {Primusq; Me.} canes Actæonis enumerat, quibus etiam nomina apta uenatoriis canibus imponit. Melãpus enim dicitur, ꝙ pedes nigros haberet. μέλας nãque niger, πȣ̃ς πόδ(ος), pes dicitur. {Ichnobatesq; ſag.} Ichnobates dicitur per ueſtigia uadens. ἴχν(ος) enim dicitur ueſtigium, βάω βῶ uado. {Sagax} odorus, & acrem odorandi uim habens. {Gnoſius} Cretenſis. Gnoſos enim Cretæ urbs fuit clariſſima. {Spartana} Laconica. Cretenſes autem & Laconici canes aptiſſimi ſunt uenationibus. {Pamphagus} omnia comedens. πᾶν.n. totũ ſignificat, φάγω comedo. {Dorceus} acute uidẽs. δέρκω.n. eſt uideo. {Oribaſus} montes aſcendens. ὄρ(ος).n. mõs dicitur, βαίνω aſcendo. {Nebroph. ua.} hinnulos, hoc eſt ceruorũ catulos interficiẽs. νεβρ(ός).n. hinnulũ ſignificat, φονεύω interficio. {Trux Th.} terribilis aſpectu. Theron aũt dicitur ferinus, ac feras pſequens. θὴρ.n. fera dicitur. {Lælape} a uelocitate atq; impetu ſic eſt appellata. nã λαῖλαψ, λαῖπ(ος), turbinẽ ſignificat. {Et ped. Pt.} alatus ſiue alis impulſus Pterelas transformari põt. πτέρον nãq; ala, ἐλαῦ impellere ſignificat, quãuis in exẽplaribus corrupte Plerelas legatur. {Agre} uenatio interpretatur ἄγρα. {Hylæus} ſylueſtris. ὕλη nãq; ſyluam ſignificat. {Nape} ꝙ in ſaltibus uerſaretur. νάπη.n. νάπης dicit terræ planities. {Pœmenis} paſtoralis. ποιμὴν nãq; paſtorẽ ſignificat. {Harpya} rapax, & Harpyarum ſimilis, q̃ aues ſunt rapaciſſimæ. {Sicyonius La.} a fluuio Arcadiæ nomen ſumpſit hic canis. nã a fluminibus etiã nũc canes interdum cognominantur. [Vel etiã a λάζομαι, qđ capio ſignificat.] Sicyonius aũt ab urbe Pelopõneſi Sicyone, q̃ & Mecõ, et Telchinia etiã fuit dicta. {Subſtri.} cõſtricta & parua. {Et Dr.} currẽs. δρόμ(ος).n. curſum ſignificat. {Canache} καναχὴ ſtrepitũ ſignificat, unde nomẽ cani fuit inditũ, ꝙ eius latratu oĩa reſonarent. {Sticteq;} hæc a colorũ uarietate nomẽ ſumpſit. nã ςίκτη diſtincta uariis maculis dici põt. ἀπὸ τȣ̃ ςίζειν. i. a diſtinguẽdo. {Tigris} Tigridi ſimilis, quæ eſt fera uelociſſima. {Et Alce} ſimilis Alcæ, feræ perniciſſimæ, de qua Plin. Septẽtrio fert & equorum greges ferorum, ſicut aſinorum Aſia & Africa. præterea Alcen ni proceritas auriũ & ceruicis diſtinguat, iumẽto ſimilem, ἀλκὴ etiã robur, potentiaq; dicitur. [quæ etymologia ꝓximior ac uerior uidetur.] {Leucon} albus a colore. λευκός.n. albũ ſignificat. {Et uillis Asb. at.} hoc eſt pilis nigris. Asbolus aũt a colore eſt dictus. ἄσβολ(ος).n. fuliginẽ ſignificat, eo ꝙ nigris uillis ac fuliginoſis eſſet. {Lacon} a patria, quod Laconicus eſſet. {Aello} a ꝓcella, quòd eſſet impetuoſus. Aella nãque turbinem ſignificat, & procellam. {Thous} uelox dicitur & impetuoſus, tametſi Thos forſitã rectius legeretur. ſunt enim Thoes, ut ſcribit Plinius, luporum genus, procerius longitudine, breuitate crurum diſſimile, uelox ſaltu, uenatu uiuẽs, innocuum homini, habitum, nõ colorem, mutat, per hyemes hirti, æſtate nudi. {Lycisca} canis ex lupo nata Lycisca dicitur, quaſi parua lupa. eſt enim diminutiuum a lupo, qui græce dicitur λύκ(ος).

Actæon in ceruum.

poſitas

Lagon

Harpalos}

RAPH. HARPALOS} rapax. ἁρπάζω nanque rapio ſignificat. {Melaneus} niger. {Hirſutaq; corpore Lachne} uerbum de uerbo expreſſit. Lachne enim uillorum denſitas uocatur. {Dictæo} Cretenſi. {Labros} hoc quoque nomen cani conueniens eſt. uehemens enim impetuoſusq; transfertur. {Et Aglaodos} ſplendidos ac nitentes habens dētes interpretatur. ἀγλαὸς nanque ſplendidus, ὀδοὺς dens dicitur. quanquam mihi potius uidetur legendum eſſe Agriodos, qui agreſti ac feroci dente interpretari poteſt. ἄγριος nāque agreſtis, feroxq; dicitur. {Hylactor} latrator. nam ὑλάκτω latro ſignificat. {Sæpe ſecutus} canes ſuos ſubaudiamus. {Melanchætes} iubam & pilos habens nigros. χαίτη nanque iuba dicitur. {Theridamas} feras domans. nam θὴρ, θηρὸς fera dicitur. δαμάζω domo. {Oreſitrophus} in montibus nutritus. ὄρος enim mōtem, τρέφω ſignificat nutrio. {Per compendia montis} per compendioſa & breuia montis itinera. {Præcipitata uia eſt} præcipiti curſu peracta. {Quem non tamen edere poſſit Ceruus} hoc eſt, nec hominis uocem, nec cerui habet, ſed diſſimilem emittebat ſonum, ac querelas. {Iuga nota} cognitos ipſi montes. {Circunfert tacito} hoc eſt pro manibus & brachiis, quæ in crura fuerant conuerſa, uultus ac faciem circunferebat. {At comites} Actæonis ſocii. {Agmen} canum multitudinem. {Ad nomen caput ille refert} retrahit, attollit, cum reſpondere nō poſſet. eſt autem parentheſis. {In corpore} in carne. {Roſtris} oribus. nam roſtra proprie auium dicuntur. per ſimilitudinem uero etiam nauium. {Falſi cerui} ficti ac ſimulati. {Pharetratæ} pharetra armatæ. eſt enim nomen participio ſimile. pharetra autem ſagittarum eſt repoſitorium. {Rumor in ambiguo eſt} quæritur, inquit, utrum Diana iuſte Actæonem ea pœna affecerit. ac multi quidem dicunt eam fuiſſe nimium crudelem, alii recte conſuluiſſe uirginitati ſuæ aſſerunt. {Violentior} crudelior. {Cauſſas} argumenta, quibus utraq; pars ſuam defendat opinionem,

*Agriodos*

*clamoribus*

Harpalos, & Melaneus, hirſutaque corpore Lachne,
Et patre Dictæo, ſed matre Laconide nati
Labros, & *Aglaodos, & acutæ uocis Hylactor,
Quosque referre mora eſt, ea turba cupidine prædæ
Per rupes, ſcopulosq;, adituq; carentia ſaxa,
Quaq; eſt difficilis, quaq; eſt uia nulla, ſequuntur.
Ille fugit, per quæ fuerat loca ſæpe ſecutus.
Heu famulos fugit ille ſuos. clamare libebat,
Actæon ego ſum, dominum cognoſcite ueſtrum:
Verba animo deſunt. reſonat latratibus æther.
Prima Melanchætes in tergo uulnera fecit,
Proxima Theridamas: Oreſitrophus hæſit in armo.
Tardius exierant, ſed per compendia montis
Præcipitata uia eſt. dominum retinentibus illis,
Cetera turba coit; confertq; in corpore dentes.
Iam loca uulneribus deſunt. gemit ille, ſonumque
Etſi non hominis, quem non tamen edere poſſit
Ceruus, habet, mœſtisq; replet iuga nota querelis:
Et genibus pronis ſupplex, ſimilisque roganti
Curcunfert tacitos, tanquam ſua brachia, uultus.
At comites rapidum ſolitis *hortatibus agmen
Ignari inſtigant: oculisque Actæona quærunt:
Et, uelut abſentem, certatim Actæona clamant;
(Ad nomen caput ille refert) & abeſſe queruntur,
Nec capere oblatæ ſegnem ſpectacula prædæ.
Vellet abeſſe quidem, ſed adeſt: ueiletque uidere,
Non etiam ſentire, canum fera facta ſuorum.
Vndique circunſtant, merſisque in corpore roſtris
Dilacerant falſi dominum ſub imagine cerui.
Nec, niſi finita per plurima uulnera uita,
Ira pharetratæ fertur ſatiata Dianæ.

ARG. Iuno ſuſpectam Semelen, Cadmi & Hermiones filiam, cum haberet, quod cum Ioue concubuiſſet, in annum conuerſa, ut ſe fallacia ſine inuidia cuiuſquam ulciſceretur, ad eam uenit, perſuadetq; ei, ne alio Iouem apparatu recipiat ad cubile, quam ſolitus ſit apparere Iunoni. quo ut illius auctoritas grauis, proinde ipſius concubitus inſignis eſſet. quod cum impetraſſet a cupiente, Deus, inſtructus tonitribus ac fulminibus, domum Semeles ingreſſus eſt, tecta eius deceptæ optatis flammis adurit, liberumq; conceptum utero grauidæ incendio eripit, ac femori inſuit ſuo. poſtea eum, completis menſibus, nymphis, quæ Nyſam, montem Indiæ, perfrequentabant, tradidit nutriendum.

RVmor in ambiguo eſt: aliis uiolentior æquo
Viſa dea eſt: alij laudant, dignamque ſeuera
Virginitate uocant: pars inuenit utraque cauſſas.
Sola Iouis coniux non tam culpet'ue, probet'ue,
Eloquitur, quàm clade domus ab Agenore ductæ
Gaudet, & a Tyria collectum pellice transfert
In generis ſocios odium. ſubit ecce priori
Cauſſa recens; grauidamq; dolet de ſemine magni
Eſſe Iouis Semelen. tum linguam ad iurgia ſoluit.
Profeci quid enim toties per iurgia? dixit:
Ipſa petenda mihi eſt: ipſam, ſi maxima Iuno
Ritè uocor, perdam; ſi me gemmantia dextra
Sceptra tenere decet; ſi ſum regina, Iouisque
Et ſoror, & coniux, certè ſoror. at, puto, furto eſt
Contenta, & thalami breuis eſt iniuria noſtri.
Concipit: id deerat: manifeſtaque crimina pleno
Fert utero, & mater, quod uix mihi contigit uni,

hæc autem iccirco a poeta referuntur, ut ſequentem fabulam cum ſuperiore transformatione aptius coniungat. {Eloquitur} uerbis exprimit. {A Tyria pellice} ab Europa, quàm e Phœnicia Iupiter rapuit. Pellex autem proprie dicitur, quæ cum aliarum maritis rem habet. {In ſocios generis} in cognatos. {Subit ecce priori Cauſſa recens} fabulam incipit, quæ talis eſt: Iuno, cum reſciuiſſet Semelen ex Ioue concepiſſe, eam perdere decreuit. conuerſa igitur in Beroen, Semeles ipſius nutricem, ei perſuadet, ne aliter Iouem in amplexus admittat, quàm ſi ſecum eo modo, quo cum Iunone ſolet, concumbere promittat, ut an ſit Iupiter, aperte cognoſcat. quod quidem cum impetraſſet, neque uiam tantæ maieſtatis, fulminum'que tolerare poſſet, extincta eſt. Puerum uero nondum maturum cæſo matris utero Iupiter excepit, ac femori ſuo inſutum, donec menſes nouem complerentur, fouit. poſtea uero nymphis tradidit nutriendum, unde & Dythyrambus fuit appellatus, quod διὰ δύο θυρῶν, hoc eſt per duas ianuas, & Semeles uterum, & Iouis femur, tranſierit. {Subit} ſuccedit. {Semelen} Cadmi filia fuit Semele, & Hermiones, quæ ex Ioue Bacchum generauit. {Per iurgia} per obiurgationes. {Certe ſoror} hoc ita a Iunone infertur, ac ſi coniux eſſe deſierit, cum Iupiter alias amet. ſic quoque apud Senecam ipſa loquitur: Soror Tonantis, hoc enim ſolum mihi. {Quod uix mihi contigit uni} ut de Ioue conceperim. Vulcanum enim ex Ioue ſuſcepit Iuno, tametſi Heſiodus dicat Vulcanum ex ſola Iunone fuiſſe natum. [Et hic locus obſcuritatis nonnihil habet. nam & aliæ multæ ex Ioue conceperunt, non Iuno tantum. quare quidam, uni, accipiunt dictum, pro ſemel. quod tamen nec ipſum ſatis defendi poſſe uidetur. cum & Vulcanus, & Hebe, item Mars & Ilithya, ſiue Lucina, Iunone nati ab Heſiodo traduntur. uide igitur, num uno legendum ſit, & ad ſequentem caſum referendum.

*Iuno in uetulam.*

De Ioue uult fieri : tanta eſt fiducia formæ.
Fallat eam faxo : nec ſim Saturnia, ſi non
* De Ioue merſa ſuo Stygias penetrabit ad undas. *Ab*
Surgit ab his ſolio, fuluaque recondita nube
Limen adit Semeles : nec nubes antè remouit,
Quàm ſimulauit anum, poſuitq; ad tempora canos,
Sulcauitque cutem rugis, & curua *trementi *rigenti*
Membra tulit *greſſu, uocem quoque fecit anilem : *paſſu*
Ipſaque erat Beroe Semeles Epidauria nutrix.
Ergo ubi captato ſermone, diuque loquendo
Ad nomen uenere Iouis, ſuſpirat : & opto
Iuppiter ut ſit, ait : metuo tamen omnia. multi
Nomine diuorum thalamos iniere pudicos.
Nec tamen eſſe Iouem ſatis eſt : det pignus amoris,
Si modò uerus is eſt : quantuſque, & qualis ab alta
Iunone excipitur, tantus, taliſque rogato,
Det tibi complexus, ſuaque antè inſignia ſumat.
Talibus ignaram Iuno Cadmeida dictis
Formarat. rogat illa Iouem ſine nomine munus.
Cui Deus, Elige, ait, nullam patiere repulſam.
Quoque magis credas, Stygij quoque conſcia ſunto
Numina torrentis. timor, & Deus ille deorum eſt.
Læta malo, nimiumque potens, perituraq; amantis
Obſequio Semele, qualem Saturnia, dixit,
Te ſolet amplecti, Veneris cùm fœdus initis,
Da mihi te talem. uoluit Deus ora loquentis
Opprimere : exierat iam uox properata ſub auras.
Ingemuit : neque enim non hæc optaſſe, neque ille
Non iuraſſe poteſt. ergo mœſtiſſimus altum
Aethera conſcendit, uultumque ſequentia traxit
Nubila ; queis nimbos, immiſtaque fulgura uentis
Addidit, & tonitrus, & ineuitabile fulmen.
Quà tamen uſque poteſt uires ſibi demere tentat.
Nec quo centimanum deiecerat igne Typhoea,
Nunc armatur eo : nimium feritatis in illo eſt.
Eſt aliud leuius fulmen, cui dextra Cyclopum
Sæuitiæ, flammæque minus, minus addidit iræ.
Tela ſecunda uocant ſuperi. capit illa ; domumque
Intrat Agenoream. corpus mortale tumultus
Non tulit æthereos, doniſque iugalibus arſit.
Imperfectus adhuc infans genitricis ab aluo
Eripitur, patrioq; tener (ſi credere dignum eſt)
Inſuitur femori, maternaq; tempora complet.
Furtim illum primis Ino matertera cunis
Educat : inde datum nymphæ Nyſeides antris
Occuluere ſuis, lactiſque alimenta dedêre.

RAPH. TANTA eſt fiducia formæ} acclamatio ex maxima proueniens indignatione. {Fallat eam faxo} efficiam, inquit, ut Iupiter illam decipiat. {Nec ſim Saturnia} nec mear Saturni filia uocari. {Ab Ioue ſuo} ab Ioue tam ſibi caro. {Merſa} perdita. {Penetrarit} deſcenderit. {Surgit ab his} poſt hæc dicta. {Quã ſimulauit anum} Iunonis transfigurationem in uetulam deſcribit. {Epidauria nutrix} Epidaurus urbs eſt Achaiæ Æſculapii templo nobilis in Saronici ſinus intimo receſſu ſita, quæ antea Epitaurus fuit appellata. {Sua inſignia} qbus ab aliis diis ſeparatur. fulmina aũt dicit, nã fulmen Iouis eſt inſigne. {Cadmeida} Semelẽ Cadmi filiam. {Ignaram} neſciam ſe decipi a Iunone. {Formarat} informarat, inſtruxerat. {Stygii torrentis} Stygis paludis. {Timor deorum} nam dii, ut inquit Virg. per Stygem iurare timent, ne forte peierantes diuinitate priuentur. {Opprimere} obſtruere, obturare, ne petitioni finẽ imponere poſſet. {Vox properata} celeriter prolata. E neſcit uox emiſſa reuerti, ut Horatius ait. {Neq; n. non hæc optaſſe} hoc eſt fieri non poteſt, ut & Semele nõ petierit ea, quæ petiit, & Iupiter non promiſerit ea, q̃ ſe iam præſtiturum iurauit. præterita enim ut non fuerint, nulla ratione effici poteſt. {Quæ tamen uſque poteſt} in quantum, inquit, poteſt Iupiter, ſuas uires diminuit. {Centimanum Typhoea} Typhoeus (qui & Typhaon, & Typhon dicitur, filius Terrę fuiſſe ab Heſiodo ſcribitur. Steſichorus autem illum a ſola Iunone genitum ait, iniuriarũ Iouis recordatam) Gigas fuit uiolẽtiſſimus, centũ habẽs manus, quem Iupiter fulmine ſtrauit, eiq; Inarimẽ mõtem impoſuit. [Vel, ut Pindaro placet, Ætnam. alii uero quidam in Cilicia ſepultum dicunt, quidam in Bœotia, Herodotus etiã circa, Ægyptum in palude Herbonide.] Eſt autem triſyllabum nomẽ, nec unquam o & e uocales in unã ſyllabam, niſi figurate, iunguntur. ultima enim eſt diphthongus non ſecunda, ut quidã putãt. id quod aperte accuſatiuus in a deſinens oſtendit. nullum enim nomen ſecundæ declinationis accuſatiuum in a finit, niſi in nominatiuo eius diphthongum habeat. {Feritatis} uiolentiæ. {Eſt aliud leuius fulmen} duo, inquit, ſunt fulminum genera, uiolentius, & minus uiolentum, quod ſecundum ſuperi uocant. illud. n. uiolentum, primum uocatur. uidetur autem Ouid. ad id alludere, quod de fulminibus phyſici ſcribunt, ut refert Plin. in 2. naturalis hiſtoriæ. Fulminũ duo eſſe genera, alia nãque fatidica uocari, quæ ex alto, ſtatutiſq; de cauſſis, & ex ſuis ueniant ſideribus, alia uero bruta & uana, ut quę nulla ueniant ratione naturæ. his percuti mõtes, his maria, omneſq; alios irritos ictus fieri. {Donis iug.} coniugalibus, quæ pro coniunctione & coitu petierat. {Imperfectus infans} qui poſtea Bacchus fuit appellatus. {Femori} Iouis ſubaudiatur. femora aũt ſunt coxarum ſummitates, ubi coxæ ipſæ iunguntur. {Materna tẽpora} hoc eſt menſes nouem, quibus in utero a matribus geſtantur infantes. {Ino matertera} Ino Cadmi fuit filia ac Semeles ſoror, quę Bacchum ex Iouis femore eductum, clam Iunone nutriuit. {Nyſeides} e Nyſa Cithęronis uertice Nyſeides dictæ ſunt nymphæ, quæ Bacchum nutriuerunt. unde Dionyſos ἀπὸ τοῦ διὸς & Nyſa Bacchus appellatus. quãuis Diodorus Siculus indicet a Nyſa felicis Arabiæ urbe dici. ſed perquam abſurdum eſt Bacchum adhuc infantem ex Bœotia in Arabiam educandum fuiſſe translatum, cum tot nymphæ præſertim in uicinorum montiũ antris eſſent. { Verum, ut Diodorus ipſe refert, tres fuerunt Dionyſi, ac priorũ geſta poſteriori, qui ex Semele & Ioue fertur natus, fuerunt aſcripta. primus nãque fuit Indus, uini, multorumq; adinuentor, quibus maxime hominũ uita exculta eſt. unde & immortalitate fuit donatus. ſecundũ ferũt ex Ioue Proſerpinaq; genitum, uel Cerere, ut alii ſentiunt, quem primum tradũt boues ad aratrum iunxiſſe, propter quod ſtatuis illis cornua adiiciebantur. tertius ex Ioue & Semele natus, cui Ouid. priorum quoq; attribuit geſta, queq; nymphis Nyſam habitantibus commendatum fuiſſe ait. ſunt autem decẽ urbes hoc nomine appellatæ, ac Baccho omnes dicatæ, quarum prima eſt in Helicone, ſecunda in Thracia, tertia in Caria, quarta in Arabia, quincta in Ægypto, ſexta in Nazo, ſeptima in India, octaua in mõte Caucaſo, nona in Libya, decima in Euboea, ubi uno die ferunt uitem & florere, & uuam matureſcere. {Antris ſuis} propriis ſpeluncis. Antra nãque montium, præcipueq; Heliconis, nymphis ſunt dicata. Antrum autem illud, in quo Bacchus fertur educatus, Dythyrites uocatur. unde & Bacchus Dythyrambus fuit appellatus, eo quod δύο θύρας, hoc eſt duas ianuas antrum habuerit, ut quidam e græcis narrant.

[De

RAPH. [De nymphis Bacchi nutricibus, Pherecides, ut in cōmēt. Homeri citatur, in hunc fere modum tradit: Poſtq̃ Iupiter, inquit, ex femore Dionyſium procreaſſet, nymphis Dodonæis illum dedit clam Iunone educandum. quarum nomina hæc ſunt, Ambroſia, Coronis, Eudora, Dione, Feſula, & Polyxo. hæ Dionyſium nutrientes, ſimul cum eo circumibant, & ratione uitis plantandæ, ut ab illo inuenta erat, mortales docebant. donec re Thracum Lycurgus & has, & illum ad mare uſq; perſecutus eſt. tum enim Iouis auxilio implorato, inter ſidera receptæ ſunt, Hyadesq; uocatæ, ut addit Hyginus. hæ eædem etiam ab Heſiodo recēſentur, ſed quinque duntaxat, & paulo aliis nominibus, his uerſib.

Φαισύλη, ἠδὲ κορωνὶς, ἐυστέφα
νός τε κλέεια,
Φαιώ θ' ὑμερόεσσα, καὶ εὐδώρη
τανύπεπλος,
Νύμφαι ἃς ὑάδας καλέουσι
φῦλ' ἀνθρώπων.]

Tireſias i fœminam. {Dumq; ea per terras} narraturus Tireſiæ mutationē in fœminam primum, deinde rurſus in marem, quędam interſerit, quibus fabulæ eleganter connectuntur. {Bis geniti Bacchi} primū náq; ex utero Semeles, deinde ex femore Iouis natus eſt Bacchus. unde etiam Dythyrābus eſt dictus. quia διὰ δύο θυρῶν, hoc eſt per duas ianuas, ut diximus; exiuit, & per uterum Semeles, & per femur Iouis. {Nectare} uino ſuaui. eſt enim nectar deorum potio ſuauiſſima. [Deriuatur autem, ut pleriſque placet etymologicis, a νε, priuādi particula, & κτῶ, quod idem, quod poſſideo, quaſi quod nullius mortalis κτῆσις poſſeſſio ſit. uel etiam a νέον & κτίσας, quaſi quod perpetuo nouum ſit, ac uirens. unde etiam ab Hebe, quæ iuuentutis dea eſt, miſcetur & tēperatur.] {Cum uacua Iunone} otioſa & ira carente. {Docti Tireſiæ} periti illius quæſtionis. Tireſias.n. Thebanus Eueris filius, & iccirco Euerides a Callimacho & Theocrito dictus, cū forte duos angues coeūtes uirga percuſſiſſet, in fœminam fuit conuerſus, ac ſeptem annos in eo ſexu duraſſe fertur. rurſusq; cum eoſdem ſerpentes uerberaſſet, in priſtinum ſaxum reuerſus eſt. quod quidem nequis omnino fabuloſum

A R G. Iupiter cum Iunone iocando, omiſſis omnibus iurgiis, referens in coniunctione maiorem capere fœminas, quam uiros, uoluptatem, Tireſiam iudicem adeundum cenſuit; qui utranq; naturam maris ac fœminę fuerat expertus. nam quodam tempore cum ſerpentes, concubitu hærentes, baculo percuſſiſſet, in mulierem uerſus fuerat; ac rurſus proximo uere eadem uſus ratione, ac tactu, in uirum ceſſerat. qui cum Iouis ſententiam tutatus eſſet: dānata Iuno luſum in iracundiam uertit, ac Tireſiam luminibus orbauit. pro qua iniuria, quod maius eſſet, Iupiter futurorum ei ſcientiam tribuit.

DVmque ea per terras fatali lege geruntur,
Tutaque bis geniti ſunt incunabula Bacchi;
Fortè Iouem memorant diffuſum nectare curas
Sepoſuiſſe graues, uacuaque agitaſſe remiſſos
Cum Iunone iocos: &, Maior ueſtra profectò eſt,
Quàm quæ contingit maribus, dixiſſe, uoluptas.
Illa negat. placuit, quæ ſit ſententia docti
Quærere Tireſiæ. Venus huic erat utraque nota.
Nam duo magnorum uiridi coeuntia ſylua
Corpora ſerpentum baculi uiolauerat ictu;
Deque uiro factus (mirabile) fœmina, ſeptem
Egerat autumnos. octauo rurſus eoſdem
Vidit: &, Eſt ueſtræ ſi tanta potentia plagæ,
Dixit, ut auctoris ſortem in contraria mutet,
Nunc quoque uos feriam. percuſſis anguibus iiſdem
Forma prior rediit, genitiuaque uenit imago.
Arbiter hic igitur ſumptus de lite iocoſa,
Dicta Iouis firmat. grauius Saturnia iuſto,
Nec pro materia fertur doluiſſe: ſuique
Iudicis æterna damnauit lumina nocte.
At pater omnipotens (neque enim licet irrita cuiquā
Facta dei feciſſe deo) pro lumine adempto
Scire futura dedit; pœnamque leuauit honore.

A R G. Liriope nympha ex amne Cephiſo procreauit Narciſſum, cui Tireſias, Eueris filius, omnia proſpera reſponſo pollicitus eſt, ſi pulchritudinis ſuæ nullam habuiſſet notitiam. hunc igitur Echo cum diligeret, neque uiam potiundi inueniret, cura & ſollicitudine iuuenis, quem extremis uocibus perſequebatur fugientem, extabuit. eiusq; reliquiæ corporis in lapidem conuerſæ ſunt. quod ei incidit Iunonis ira, quia garrulitate ſua eā ſæpe eſſet morata, ne Iupiter in montibus perſequēs nymphas manifeſto deprehendi poſſet. Fertur Echo filia Iunonis, ob deformitatem montibus recondita, neque eius præter uocem quicq; inſpici poſſe, quæ tamen poſt obitū auditur.




ILle per Aonias fama celeberrimus urbes
Irreprehenſa dabat populo reſponſa petenti.
datæ Prima fide, uociſque *ratæ tentamina ſumpſit
Cærula Liriope: quam quondam flumine curuo

putet, legat & Plin. in 7. nat. hiſt. & D. Auguſtinum de coniugiis ueteris ac nouæ legis, qui aſſerunt quibuſdā id accidiſſe. ceterū Tireſias ab Ioue Iunoneq; contendentibus utrius maior in coitu uoluptas ſit maris an fœminæ, iudex electus maiorem eſſe fœminæ uoluptatē affirmauit. qua ſententia, Iuno irata, illū obcæcauit. Iupiter uero ꝓ oculis adēptis ei futurorum præſciētiam conceſſit. {Mirabile} dictu ſubaudiat. eſt aūt parētheſis, qua ſignificat uix id credi poſſe. {Vt auct. ſor.} naturā & ſexum. {Auctoris} effectoris ueſtrę plagæ. {Genitiua} natiua, q̃ in natiuitate habuit Tireſias, mas aūt natus eſt. {Arbiter} iudex. {Nec ꝓ mat.} nec ſecundū materiæ ac rei qualitatē. res.n. iocoſa erat; ideoq; Iuno Tireſiæ ſniam ęgre ferre nō debebat. {Sui iud. l.} Tireſię iudicis electi oculos. {Æterna no.} ꝑpetua cęcitate. ſic quidē Ouid. Callimachus uero Tireſiā excęcatū fuiſſe ait, eo quod Palladem nudā in balneis uiderit. {Neq;.n. licet} parētheſis eſt cauſſam continēs quare Iupiter Tireſiæ oculos nō reſtituerit. nō.n. inquit, licet cuiq̃ Deo alterius Dei quālibet parui facta reſcindere. {Leuauit} leuē fecit. {Ille p Aon.} Bœotias. Aonia.n. pars eſt Bœotiæ montana ab Aone rege cognominata. hęc aūt inſeruntur, ut cōmodius fabulę cōiungātur. {Irreprehēſa} uera q̃ nihil poterāt reprehendi. {Vociſq; datæ} cōceſſæ artis uaticinādi. {Tentamina} experiméta. {Cær. Li.} Narciſſi in flore eiuſdem nōis mutationē referre incipit poeta. nā Liriope nympha, Oceani ac Tethyos filia a Cephiſo fluuio cōpſſa, Narciſſum peperit, quē Tireſias conſultus a matre, ad maturā ſenectutē peruenturū, ſi ſe non noſſet, ꝑdixit. id uero cū ambiguū uideret, exitu tandē fuit cōprobatū. Narciſſus.n. oīum formoſiſſimus adoleſcens, cum oēs ſperneret amantes, ſe.q; ipſe ĩ fonte uidiſſet, ita ſuīpſius exarſit amore, ut paulatim fuerit cōſumptus. eius uero cadauer cū nymphæ rogo imponere uellent, ipſum in florem cōmutatū animaduertunt, quem a iuuenis nomine Narciſſum uocarunt. Narciſſus in florē. Cephiſus, ut diximus, fluuius eſt Bœotię adiacēs paludi, q̃ ab ipſo Cephiſis appellat. hoc aūt loco ꝓ Deo fluminis ipſius accipitur.

RAPH. NYMPHÆ} cum ſit nominatiui caſus, ſine diphthōgo ſcribatur. {Iam tum} ab infantia uſq; maximam præſeferebat pulchritudinem Narciſſus. {Si non nouerit} hoc eſt ſi nunquā ſuā pulchritudinem cognouerit. {Vana diu uiſa eſt uox aug.} .i. ſtulta & falſa. {Nā quater ad quinos} hoc eſt unum & uiginti annos natus erat. {Puer} ꝓpter pulchritudinem. {Iuuenis} ꝓpter magnitudinem. erat.n. magnus & formoſiſſimus, q̄ quidem rara eſt felicitas. {Aſpicit hūc} fabulā interponit de Echo nympha cō poſitam, cui primū hoc ira Iunonis euenit, ut ultimas tm̄ de uocibus auditis referret. deinde cū a Narciſſo, cuius amore ardebat, ſpreta eſſet, in lapidē ita fuit cōuerſa, ut uox ſine corpore remanſerit, in mōtibus ultima uerborū auditorū repetēs. [Duplex igitur mutatio in illa facta, uocis altera, altera corporis] {Reſo. Echo} uerbū de uerbo expreſſit. nā Echo dici pōt reſonantia. {Corpus adhuc Echo} nōdum, inquit, corpus Echus in lapidē erat cōmutatum. nūc.n. ſola uox ſentitur. {Et tn̄ uſum} quāuis, inq̄t Echo, nympha eſſet corpore prędita, alium tn̄ uſum linguæ q̄ nunc habeat, non habebat. nā ultimas ſolum uoces referebat. {Fecerat hoc Iuno} unde id incommodi habuerit Echo, ut nouiſſima ſolū uerba referret, exponit poeta. Iuno igit̄ fuit in cauſſa uidens ſe ſępius illius nugis deluſam eſſe ac impeditā, ne Ioue cū nymphis coeūtem deprehenderet. {Sub Ioue ſuo iacentes} cū Ioue marito ſuo coeuntes. {Poſtq̄ Saturn. ſenſit} ꝙ, ſubaudiatur. ſic.n. in ſoluta oratione loquimur, quod poſtea quā Iuno Saturni filia ſenſit et cognouit. {Req; minas fir.} re ipſa & effectu minas exequitur. {Reportat} repetit & refert. {Per deuia ru.} ꝑ inuias ſyluas. {Incaluit} amore illius capta fuit. amore nāq; incaleſcere aliquē, ut inflāmari & ardere dicimus. {Circūlita} circūpoſita. eſt aūt periphraſis ſulfuratorum lignorum. {Viuacia ſulf} q̄ difficulter corrūpuntur. hac aūt ſimilitudine oſtēditur Echo quo propinquior Narciſſo erat, eo magis amore inflāmatā eſſe. {O quoties uo.} hac interiectione ſignificatur uehemētia amoris, quo Echo Narciſſum proſequebatur. {Accedere} adire. {Blandis dictis} uerbis blanditiarum plenis, quibus amatores uti conſueuerunt. {Molles p̄.} ab effectu preces dicuntur molles, quod illis homines mites, māſuetiq; reddūtur. {Natura rep.} neq;.n. prior loqui poterat ſic uolēte Iunone, ſed ultima tātum uerba referebat. {Nec finit incipiat} hoc eſt illam incipere non permittit. {Seductus} ſeparatus, alias deceptus. {Comitū ab agmine fi.} hypallage eſt. ab agmine.n. & turba fidorum comitum Narciſſum intelligimus receſſiſſe. {Aciem} oculorū ſubaudiamus. {Recepit} accepit, audiuit. {Alternæ uocis} alternatim emiſſæ, primum a Narciſſo, deinde ab Echo. {Huc coeamus} cōueniamus huc, in hunc locum, ſed Echo eandem quidem uocem refert, ſed non eandem ſignificationem. coire nāq; & cōuenire & cōcūbere ſignificat. qua in ſignificatione ab Echo fuit repetitum, ut aperte, quę ſequūtur, oſtendunt. {Et uerbis fauet ipſa ſuis} hoc eſt ſua uerba re ipſa cōprobat & cōfirmat. {Quàm ſit tibi copia no.} quam me potiri poſſis, & in tua poteſtate habere. {Protegit} occultat, alibi defendit. {Solis in antris} deſertis ſpelūcis. {Hæret} remanet. {Tenuāt} extenuant, & macilentum reddunt. {Vigiles cu.} ab effectu, quod homines dormire non ſināt. {Adducit} cōtrahit, diminuit. {Omnis ſuccus} totus ſanguis. {Superſunt} reſtant. {Oſſa ferunt lapidis traxiſſe figurā} .i. oſſa feruntur in lapides fuiſſe conuerſa. {Inde latet ſyluis} ex eo, inquit, tempore, quo oſſa in lapides fuerunt commutata, ſic latet in ſyluis Echo, ut ab omnibus quidem audiatur, ſed a nullo uideatur. {Sonus eſt qui uiuit in illa} ſcite dixit. nam Echo nihil aliud eſt, q̄ ſonus, a quo etiā deducta eſt. nam Echo ἀπὸ τοῦ ἤχου, qui eſt ſonus, deriuatur.

Echo in lapidē.

Implicuit, clauſæque ſuis Cephiſus in undis
Vim tulit. enixa eſt utero pulcherrima pleno
Infantem nymphæ, iam tunc qui poſſet amari,
Narciſſumque uocat. de quo conſultus an eſſet
Tempora maturæ uiſurus longa ſenectæ,
Fatidicus uates, Si ſe non nouerit, inquit.
Vana diu uiſa eſt uox auguris: exitus illam,
Reſque probat, letique genus, nouitaſque furoris.
* Nam quater ad quinos unum Cephiſius annos
Addiderat, poteratque puer, iuuenisque uideri.
Multi illum iuuenes, multæ *petiere puellæ:
Sed fuit in tenera tam dura ſuperbia forma;
Nulli illum iuuenes, nullæ tetigere puellæ.
Aſpicit hunc trepidos agitantem in retia ceruos
Vocalis nymphæ, quæ nec reticere loquenti,
Nec prior ipſa loqui didicit, reſonabilis Echo.
Corpus adhuc Echo, non uox erat: & tamen uſum
Garrula non alium, quàm nunc habet, oris habebat,
Reddere de multis ut uerba nouiſſima poſſet.
Fecerat hoc Iuno: quia, cùm deprendere poſſet
Sub Ioue ſæpe ſuo nymphas in monte iacentes,
Illa deam longo prudens ſermone tenebat,
Dum fugerent nymphæ. poſtquā hæc Saturnia ſenſit,
Huius, ait, linguæ, qua ſum deluſa, poteſtas
Parua tibi dabitur, uocisque breuiſſimus uſus.
Reque minas firmat. tamen hæc in fine loquendi
Ingeminat uoces, auditaque uerba reportat.
Ergo ubi Narciſſum per deuia rura uagantem
Vidit, & incaluit: ſequitur ueſtigia furtim,
Quoque magis ſequitur, flamma propiore caleſcit.
Non aliter, quàm cùm ſummis circunlita tedis
Admotas rapiunt uiuacia ſulphura flammas.
O quoties uoluit blandis accedere dictis,
Et molles adhibere preces: natura *repugnat;
Nec finit, incipiat: ſed, quod ſinit, illa parata eſt
Expectare ſonos, ad quos ſua uerba remittat.
Fortè puer comitum ſeductus ab agmine fido
Dixerat, *Hîc quis adeſt? Et adeſt, reſpōderat Echo:
Hic ſtupet, atque aciem partes dimiſit in omnes,
Voce, Veni. magna clamat uocat illa uocantem.
Reſpicit, & rurſus nullo ueniente, Quid, inquit,
Me fugis? & totidem, quot dixit, uerba recepit.
Perſtat: & alternæ deceptus imagine uocis,
Huc coeamus, ait. nullique libentius unquam
Reſponſura ſono, Coeamus, rettulit Echo:
Et uerbis fauet ipſa ſuis: egreſſaque ſylua
Ibat, ut iniiceret ſperato brachia collo.
Ille fugit, fugiensque, manus complexibus aufert.
Antè, ait, emoriar, quàm ſit tibi copia noſtri.
Rettulit illa nihil, niſi, Sit tibi copia noſtri.
Spreta latet ſyluis; pudibundaque frondibus ora
Protegit; & ſolis ex illo uiuit in antris.
Sed tamen hæret amor; creſcitque *dolore repulſæ;
Et tenuant uigiles corpus miſerabile curæ;
Adducitque cutem macies; & in aera ſuccus
Corporis omnis abit: uox tantùm, atq; oſſa ſuperſunt:
Vox manet: oſſa ferunt lapidis traxiſſe figuram.
Inde latet ſyluis, nulloque in monte uidetur.
Omnibus auditur: ſonus eſt qui uiuit in illa.

Nāq; ter ad
cupiere
recuſat
Ecquis
pudore

Luſerat}

RAPH. LVSERAT} illuſerat. {Sic cœtus ante uiriles} ſic, in- quit, ante, dũ eſſet puer, multos uiros eius amore captos illu- ſerat Narciſſus. {Inde} ex illa Narciſsi ſuperbia. {Aliquis de ſpectus} quidã cõtemptus. {Sic amet ipſe licet} utinã, inquit, ipſe Narciſſus ſic amare poſſit, ut nunq̃ amato potiatur. {Rhamnuſia} Nemeſis Rhamnuſia, a Rhãnunte pago & re- gione Atticę, ubi celeberri- mo tẽplo colebatur, dicta, q̃ aduerſus ſuperbos maxi- me inexorabilis eſſe narra- tur. cuius q̃dem ſtatuæ capi ti corona impoſita erat (ut ſcribit Pauſanias) in qua & cerui & fortunæ parua inſi- gnia cõtinebãtur. in manuũ altera ramus fraxineus, in dextera phiala, in qua Ætio pes effecti erant. ſtatua aũt illa, quæ magnitudine & pulchritudine perfecta cũ Phidiæ operibus contende bat, non minus Rhamnus celebrabatur, quã Marathõ prælio contra Perſas cõmiſ ſo. ſic aũt Nemeſis Rhãnu ſia dicta eſt ut Diana Ephe- ſia, Venus Cytherea. Ne- meſin uero Oceani & The- thyos filiam fuiſſe Pauſa- nias ſcribit. Huius deę ſi- mulacrum in Capitolio qui dẽ erat (ut ſcribit Plinius) quamuis nomẽ latinũ non ſit. {Fons erat illimis} fon- tẽ amœniſſimũ deſcribit poeta. {Illimis} ſine limo. {Argenteus} ut argentũ, ni- tidus, & ſplẽdidus. {Gra- mẽ} herba. {Syluaq; Sole lo cũ paſſura} ſylua, inq̃t, adeo denſa fonti imminebat, ut Solis radii nequaquam ad fontem penetrare poſſent. {Sole nullo} nullo Solis ca lore. {Et æſtu} Solis feruo- re. {Procubuit} in faciem ia cuit, id quod laſſi in herbo- ſis locis facere ſolent. {Fa- ciem loci} amœniſſimum loci ſitum. {Sitis altera} cu- piditas altera: hoc eſt, a- mor. nihil enim aliud eſt amor, quàm cupiditas po tiundi re amata. {Dumq; bi bit} que pro quia accipien- da uidetur: ut exponatur, Quia dum bibit. {Spem ſi- ne corpore amat} hoc mi- nus recte dictũ eſſe uidetur. omnis .n. ſpes eſt ſine cor- pore. ſpes aũt pro ſpecie & umbra poſita eſſe uidetur. ſed forſitan hunc locũ poe- ta, ſi licuiſſet, erat emenda- turus. uerum ſic puoque de fendi poteſt. Sperabat enim ſe eo potiturũ, quod tangi non poteſt. [Ego nihil uideo, cur ſe tantopore torqueat hac loco Regius. amat .n. ſpem ſine corpore Narciſſus, hoc eſt, illud, quod re ipſa nihil erat, amat, umbram uidelicet, & ſpẽ corporis, q̃d nunſq̃ extabat.] {Ac ſtupet ipſe ſibi} ſua ipſius pulchritudine ſtupet Narciſſus. {Signum} ſtatua. {Pario mar- more} Paros inſula eſt Ægei candidiſsimo marmore nobi- lis. {Spectat humi poſitus} Narciſſi ſingula mẽbra deſcribit, quo melius ipſius pulchritudinẽ oſtendat. Ordo eſt autem, Spectat lumina .i. oculos, ceu geminũ ſidus. qua ſimilitudi- ne pulcherrimos Narciſſo oculos fuiſſe poeta demonſtrat. {Impubes genas} imberbes, ac ſine ulla prorſus lanugine.

*Sylu.* (margin)

ARG. Narciſſum ſupradictum ob nimiam crudelitatem, quã in Echo exhibuerat, Nemeſis ultrix faſtidientium in amorem ſui impulit, ut non minore ipſe exureretur flamma. nam cum ex aſſidua uenatione fatigatus ſe- cundum fontem in opaco procubuiſſet, & hauriens aquam, imaginem ſui conſpexiſſet, eius amore exarſit, diutiusq; ibi moratus nouiſsime tabuit, ita ut uita priuaretur: ex cuius reliquiis flos extitit, quem Naiades nymphæ, flentes caſum fratris Narciſsi, nomine eius adnotauerunt.

Sic hanc, ſic alias *undis, aut montibus ortas,
Luſerat hic nymphas, ſic cœtus antè uiriles.
Inde manus aliquis deſpectus ad æthera tollens
Sic amet ipſe licet, ſic non potiatur amato.
Dixerat: aſſenſit precibus Rhamnuſia iuſtis.
Fons erat illimis nitidis argenteus undis,
Quem neq; paſtores, neque paſtæ in monte capellæ
Contigerant, aliud'ue pecus; quem nulla uolucris,
Nec fera turbarat, nec lapſus ab arbore ramus.
Gramen erat circà, quod proximus humor alebat,
Syluaque Sole locum paſſura tepeſcere nullo.
Hc puer, & ſtudio uenandi laſſus, & æſtu
Procubuit, faciemque loci, fontemque ſecutus:
Dumque ſitim ſedare cupit, ſitis altera creuit:
Dumq; bibit, uiſæ correptus imagine formæ (eſt:
Spẽ ſine corpore amat: corpus putat eſſe q̃d umbra
Ac ſtupet ipſe ſibi, uultuque immotus eodem
Hæret, ut e Pario formatum marmore ſignum.
Spectat humi poſitus geminum, ceu lumina, ſidus,
Et dignos Baccho digitos, & Apolline crines,
Impubesque genas, & eburnea colla, decusque
Oris, & in niueo miſtum candore ruborem:
Cunctaque miratur, quibus eſt mirabilis ipſe.
Se cupit imprudens; & qui probat, ipſe probatur:
Dumq; petit, petitur: pariterq; accendit, & ardet.
Irrita fallaci quoties dedit oſcula fonti,
In medias quoties uiſum captantia collum
Brachia merſit aquas, nec ſe deprendit in illis.
Quid uideat, neſcit: ſed, quod uidet, uritur illo:
Atque oculos idem, qui decipit, incitat error.
Credule quid fruſtra ſimulacra fugacia captas?
Quod petis, eſt nuſquã: quod amas, auertere, perdes.
Iſta repercuſſæ, quam cernis, imaginis umbra eſt.
Nil habet iſta ſui: tecum uenitque, manetque:
Tecum diſcedet, ſi tu diſcedere poſſis.
Non illum Cereris, non illum cura quietis
Abſtrahere inde poteſt: ſed opaca fuſus in herba
Spectat inexpleto mendacem lumine formam:
Perque oculos perit ipſe ſuos: paulumque leuatus
Ad circunſtantes tendens ſua brachia ſyluas,
Ecquis Iò ſyluæ crudelius, inquit, amauit?
(Scitis enim, & multis latebra opportuna fuiſtis)
Ecquem, cùm ueſtræ tot agantur ſæcula uitæ,

{Eburnea colla} candida ſic, ut eburnea uiderentur. {Pariterq; accendit & ar- det} hoc eſt una & urit & urit. In hac uero deſcriptio ne ualde poeta laſciuit. {Ir- rita oſcula} uana. nihil .n. præter aquam tangebat. {Captantia} captare & cõ- prehendere conantia. neq; .n. captabant. {Incitat} ſti- mulat ad amandũ. {Credu- le q̃d fruſtra} miſeratione quadã poeta motus uide- tur conuertere ſermonẽ ad Narciſſum. Credulus aũt dr̃ qui facile, & nimiũ cre- dit. {Simulacra fugacia ca- ptas} imaginẽ fugientem. {Quod petis eſt nuſquã} ac ſi diceret, nihil eſt id q̃d cu- pis. ſecundũ autem eorũ lo quitur opinionẽ, q corpora ſolum eſſe putant. {Quod amas, auertere, perdes} hoc eſt auerte a fonte uultum tuum, quẽ amas, & ipſum ſtatim amittes. eſt .n. impa- tiui modi auertere. admo- nere .n. eum uidetur, ut uultũ auertat, ſicq; cognoſcet ſe umbram amare. {Reper- cuſſæ} ab aqua remiſſæ. {Nil habet iſta ſui} iſta, in- quit, imago, quam cernis, nil habet proprii, ſed tota a te pendet. {Cereris} ci- bi. {Quietis} ſomni. {Opaca herba} umbroſa. {Inexpleto lumine} ocu- lis, qui non poterant ſa- tiari. {Mendacem formã} falſam adoleſcentis figu- ram. {Ecquis Io ſyluæ} exclamatio eſt cum inter- rogatione hominis uehe- menter affecti. aſt aũt ſola dictio Ecquis, & p c ſcribi tur, non per t, ut fere in exemplaribus eſt deprauatum. Io uero dolentis hoc loco eſt interiectio, alibi bacchantis & gaudentis. {Scitis enim} parentheſis eſt, qua oſtendit Narciſ- ſus ſe merito ſyluas ro- gare, an aliquem ſic tabe- ſcere uiderint. {Et multis latebra opportuna fuiſtis.} hoc eſt multis amantibus latebras præbuiſtis, ut commode ſuis amoribus frui poſſent. {Opportuna} commoda. {Ecquem cum ueſtræ} ordo eſt: Ecquem meminiſtis in longo æuo, qui ſic tabuerit, & paulatim conſumptus ſit? {Tot ſæcula} ſyluæ enim multa ſæcula uiuunt. ſæculum au- tem centum annorum ſpatium dicitur.

Qui ſic tabuerit, longo meminiſtis in æuo?
Et placet, & uideo: ſed quod uideoque, placetque,
Non tamen inuenio. tantus tenet error amantem.
Quoque magis doleam, non nos mare ſeparat ingēs,
Nec uia, nec montes, nec clauſis mœnia portis:
Exigua prohibemur aqua. cupit ipſe teneri.
Nam quoties liquidis porreximus oſcula lymphis,
Hic toties ad me reſupino nititur ore.
Poſſe putes tangi: minimū eſt quod amantibus obſtat.
Quiſquis es, huc exi. quid me puer unice fallis?
Quo'ue petitus abis? certè nec forma, nec ætas
Eſt mea, quam fugias: & amarunt me quoq; nymphæ.
Spem mihi neſcio quam uultu promittis amico:
Cumque ego porrexi tibi brachia, porrigis ultro:
Cùm riſi, arrides. lacrymas quoque ſæpe notaui,
Me lacrymante, tuas: nutu quoque ſigna remittis:
Et quantum motu formoſi ſuſpicor oris,
Verba refers aures non peruenientia noſtras.
Ille ego ſum, ſenſi: nec me mea fallit imago.
Vror amore mei, flammas moueoq;, feroque.
Quid faciā? roger, an ne rogē? quid deinde* negabo? *rogabo
Quod cupio, mecum eſt: inopem me copia fecit.
O utinam a noſtro ſecedere corpore poſſem.
Votū in amāte nouū eſt: uellē, quod amamus, abeſſet.
Iamque dolor uires adimit, nec tempora uitæ
Longa meæ ſuperant, primoque extinguor in æuo.
Nec mihi mors grauis eſt poſituro morte dolores:
Hic qui diligitur, uellem diuturnior eſſet.
Nunc duo concordes anima moriemur in una.
Dixit: & ad faciem rediit malè ſanus eandem,
Et lacrymis turbauit aquas: obſcuraque moto
Reddita forma lacu eſt: quam cùm uidiſſet abire,
Quò refugis? remane, nec me crudelis amantem
Deſere, clamauit: liceat, quod tangere non eſt,
Aſpicere, & miſero præbere alimenta furori.
Dumque dolet, ſumma ueſtem diduxit ab ora,
Nudaque marmoreis percuſſit pectora palmis.
Pectora traxerunt tenuem percuſſa ruborem
Non aliter, quàm poma ſolent, quæ candida parte,
Parte rubent: aut ut uariis ſolet uua racemis
Ducere purpureum nondum matura colorem.
Quæ ſimul aſpexit liquefacta rurſus in unda,
Non tulit ulterius; ſed ut intabeſcere flauæ
Igne leui ceræ, matutinæque pruinæ
Sole tepente ſolent: ſic attenuatus amore
Liquitur, & tecto paulatim carpitur igni.
Et neque iam color eſt miſto candore rubori,
Nec uigor, & uires, & quæ modò uiſa placebant;
Nec corpus remanet, quondā quod amauerat Echo.
Quæ tamen ut uidit, quamuis irata, memorque,
Indoluit: quotieſque puer miſerabilis eheu
Dixerat, hæc reſonis iterabat uocibus, eheu.
Cumque ſuos manibus percuſſerat ille lacertos,
Hæc quoque reddebat ſonitum plangoris eundem.
Vltima uox ſolitam fuit hæc ſpectantis in undam,
Heu fruſtra dilecte puer: totidemque remiſit
Verba locus: dictoque uale, uale inquit & Echo.
Ille caput uiridi feſſum ſubmiſit in herba:
Lumina mors clauſit domini mirantia formam.
Tum quoque ſe, poſtquam eſt inferna ſede receptus,

RAPH. TABVERIT} paulatim cōſumptus ſit. tabeſcere nanque eſt paulatim deficere & abſumi. A tabe autem deriuatur, quæ humorum corruptio eſt, qua corpora ad extremam maciem deducuntur. {Tantus tenet error amantem} acclamatio eſt qua ſe in maxima miſeria conſtitutum eſſe oſtendit Narciſſus, cū quem amat, inuenire non poſſit. {Nec mœnia} mœnia a muniendo dicuntur, & ea ſunt proprie, quę urbem cingunt, quanquam & priuata ædificia ſignificent. {Teneri} amplecti. {Reſupino ore} ſurſum uerſo ore. {Puer unice} ſingularis. neminem enim alium tanta pulchritudine prędítum eſſe putabat. {Petitus} expetitus, exoptatus. {Fugias} faſtidias. {Aſperneris} renuas. {Fero'que} patior & tolero. [Quid deinde negabo? quidam poſt deinde, diſtinguunt, ut ſit ſenſus, quid deinde faciam? negabo ne? ſed alii pro negabo, rogabo, legunt. quod uerbum rectius eſt, & ſententiam planiorem facit. dubitat enim utrum roget, an non. deinde ſi roget, quid nam roget.] {Inopem me copia fecit} ſtulte dictum eſſe uidetur. Oxymoron autem a græcis uocatur, quod quamuis fatuum uideatur, acutus tamen ineſt ſenſus. copia enim inopem fecit Narciſſum, quia quod in ſe ipſo erat, potiri & frui non poterat. {Votum nouum} cupiditas noua & innuſitata, ut quod quis amat, longius ab ſe cupiat abeſſe. {Superant} ſuperſunt, reſtant. {Primo in æuo} in prima ætatis meæ parte. adoleſcens enim adhuc erat Narciſſus. {Nec mihi mors grauis eſt} nec mihi, inquit, moleſta eſt mors, quippe quæ meis doloribus finem ſit impoſitura. {Diuturnior eſſet} diutius uiueret. {Nunc duo concordes} unanimes. {Ad eandem faciem} imaginem. facies enim interdum pro totius corporis forma, interdum pro imagine ponitur. {Male ſanus} inſanus & demens} {Moto lacu} turbato fonte. lacus enim dicitur etiam fontium receptaculum. lacus quoq; uas eſt in quo uuæ calcantur. Tibullus, Et pleno pinguia muſta lacu. {Liceat quod tangere nō eſt, Aſpicere} hoc eſt permitte me aſpicere id, quod tangere impoſſibile eſt. nam hoc uerbum, eſt, cum infinito iunctum ſignificat poſſibile eſt. {Miſero furori} ab effectu miſer dicitur furor, quod miſeros homines faciat, qui illo uexantur. miſeri autem ſunt qui amant, ut Plautus quoque in Aſinaria teſtatur. {Diduxit} diuiſit. {Ab ore ſummo} ſic quidem legitur. ſed, ab ora ſumma, forſitan ab Ouidio fuit ſcriptum, ut a ſuperiore extremitate ueſtē fuiſſe diductam intelligamus. nā ora uniuſcuiuſque rei, non ſolum terrarum, extremitas appellatur. [Sed tamē & os non ſolum de facie, ſed de tota quoque ſpecie, quæ cernitur, intelligi poteſt.] {Marmoreis palmis} manibus, ut parium marmor, candidis. {Pectora traxerunt} conceperunt. {Tenuem percuſſa ruborem} exiguum. duplici autem ſimulitudine, qualis eſſet rubor ille, oſtendit. {Liquefacta in unda} in liquida aqua. {Non tulit ulterius} dolorem ulterius ferre non potuit. {Intabeſcere} paulatim liquefieri & abſumi. {Matutinæ pruinæ} pruina ros eſt congelatus. {Attenuatus} extenuatus, macer factus. } Liquitur } liqueſcit, ac paulatim conſumitur. {Et tecto carpitur igni} occulto amore cruciatur. tale eſt illud Virgilianum, Et cæco carpitur igni. {Et uires} non, aduerbium ſubaudiatur, ut intelligamus & uires non remanent. eſt enim hypozeugma. {Quamuis irata memorq;} ſe a Narciſſo fuiſſe ſpretam. eſt autem ordo: Quæ tamen indoluit, ut uidit, quamuis irata eſſet. {Miſerabilis} miſerandus, ac miſericordia dignus. {Plangoris} percuſſionis. {Locus} Echo, quæ in illo erat loco. continens enim pro contento per metonymiam poſitum eſt. {Summiſit} depoſuit.

Narciſſus in florem.

In Stygia ſpectabat aqua . planxere ſorores
Naiades , & ſectos fratri impoſuere capillos .
Planxerunt Dryades : plangentibus aſſonat Echo .
Iamq; rogum, quaſſasq; faces, pheretrumq; parabāt:
Nuſquam corpus erat : croceum pro corpore florem
Inueniunt , foliis medium cingentibus albis .

ARG. Pentheus , Echionis & Agaues filius , in contemptum trahens prædicta Tireſiæ auguris , cum in aduentu Liberi , Thebani hedera redimiti procederent , ac ſacra ſuſciperent , prohibet ſuos Pentheus parere monitis , quod negaret ex Semele Bacchum deum proditum. confeſtim itaque famulis imperat , ut in conſpectum ſuum Liberum uinctum attrahant . at ille , ut ueſa nientem eluderet , uerſus in Acœtem ducitur uinctus, & cuſtodia clauditur.

Cognita res uatis meritam per Acheidas urbes
Contulerat famam , nomenque erat auguris ingens.
Spernit Echionides tamen hunc ex omnibus unus
Contemptor ſuperûm Pentheus , præſagaque ridet
Verba ſenis : tenebrasque , & cladem lucis ademptæ
Obiicit . ille mouens albentia tempora canis ,
Quàm felix eſſes , ſi tu quoque luminis huius
Orbus , ait , fieres , nec Bacchica ſacra uideres .
Nanque dies aderit , quam non procul auguror eſſe ,
Qua nouus huc ueniet proles Semeleïa Liber :
Quem niſi templorum fueris dignatus honore ,
Mille lacer ſpargêre locis , & ſanguine ſyluas
Fœdabis , matremque tuam , matrisque ſorores .
* Eueniet : neque enim dignabere numen honore :
Meque ſub his tenebris nimiùm uidiſſe querêris .
Talia dicentem perturbat Echione natus .
Dicta fides ſequitur , reſponſaq; uatis aguntur .
Liber adeſt , feſtisque fremunt ululatibus agri :
Turba ruit , miſteque uiri , matresque , nurusq; ,
Et uulgus , proceresq; ignota ad ſacra feruntur .
Quis furor , anguigenæ , proles Mauortia , ueſtras
Attollit mentes ? Pentheus ait : æra ne tantum
Aere repulſa ualent , & adunco tibia cornu ,
Et magicæ fraudes ; ut quos non bellicus enſis ,
Non tuba terruerit , non aſtrictis tegmina telis ,
Fœmineæ uoces , & mota inſania uino ,
Obſcenique greges , & inania tympana uincant ?
Vos ne ſenes mirer , qui longa per æquora uecti

*Et ueniet*

RAPH. PLANXERE ſorores Naiades} fleuere nymphę fontium & fluminum , quæ ſorores uidentur eſſe . Naiades enim fontium ac fluuiorum nymphæ dicuntur , ἀπὸ τοῦ νάειν , hoc eſt a fluendo . }Et ſectos fratri impoſuere capillos} id enim in luctu mulieres facere ſolebant . {Quaſſasq; faces} ſciſſas faces nanque cadaueribus præferebantur. {Feretrum} capulum quo cadauera efferuntur . {Croceum florem} Narciſſum florem coloribus depingit . nam croceus cum ſit , foliis candidis cingitur . Eſt autem idem cum lilio, ut ait Theophraſtus in libro de plantis . {Cognita res} expoſiturus quemadmodum Tyrrheni quidam nautæ Bacchum contemnentes in delphinos mutati fuerunt , & alia quædam , & Penthei regis Thebarum impietatem & cædem narrat, ut fabulæ melius coniungantur. { Per Acheidas urbes } Achaicas . eſt enim forma patronymica pro poſſeſſiua . Achaia regio eſt græciæ , Peloponneſo contermina . hinc Acheis , a in e conuerſo. {Echionides Pentheus } Pentheus Echionis & Agaues fuit filius , qui dum Bacchum contemneret , eiusq; ſacra in Cithærone ſpectaret , a matre , aliis'que Bacchis putantibus ipſum eſſe aprum , fuit dilaceratus . Pentheus autem ἀπὸ τοῦ πένθους, hoc eſt a luctu fuit cognominatus. {Verba præſaga} quæ futura ſignificabant. {Cladem lucis ademptæ} cæcitatem. { Obiicit } exprobrat . {Quam non procul auguror eſſe } hoc eſt quam puto atque uaticinor prope eſſe . {Nouus Liber } innuit poeta alium quoque Bacchum ueterem & antiquum fuiſſe . nam , ut ſcribit Diodorus, quidam unũ duntaxat , alii tres Dionyſios & Bacchos fuiſſe putarunt, ſua cuique geſta attribuẽtes , ac primum Indũ fuiſſe aiunt, qui cũ exercitu orbem peragrans & uitem plantare , & ex uua uinum torculari exprimere omnium primus mortales docuit , pluraq; alia ad uſum hominum excogitata effecerunt , ut pro deo coleretur . ſecundum ex Ioue & Proſerpina , uel , ut alii ſentiunt, ex Cerere genitum ferunt , qui primus boues ad arandum iunxiſſe narratur , quamobrem illius ſtatuis cornua apponebantur . tertium ex Ioue & Semele Cadmi filia natum aiunt , qui ſpecie decorus inter mulierum choreas ſumma cum uoluptate nutritus fuit , atque educatus . Fœminarum deinde , quas thyrſis armauit , exercitu congregato , orbem terrarum peragrauit , eos , qui pie iuſteq; uiuerent , ſacra myſteriaq; docens . Feſtos præterea ubique dies publice celebrari , choreasq; agi, & muſicam exerceri artem inſtituit . Poſtremo ſedatis inter omnes nationes urbesq; diſcordiis , bellisq; ubique ſublatis , pacem omnibus largitus eſt . Quoſdam uero ob ſuperbiam , impietatemq; ipſum contemnentes , iactantesq; bacchas propter incontinentiam & libidinem ab ipſo circunduci : cæremonias uero , ac myſteria ad corruptelam externarum mulierum adinuenta , merita pœna affecit . quorum in primis fuit Pentheus . Hæc & multo plura Diodorus de Baccho . Ouidius uero q̄ ab aliis duobus quoq; geſta fuere , Baccho ſoli , Iouis & Semeles filio , attribuere uidetur . { Matrisq; ſorores } Ino & Autonoe . hæ nanque unà cum Agaue matre Pentheum dilacerarunt . {Perturbat } interpellat , impedit , ne plura loquatur . {Aguntur } peraguntur , perficiuntur . {Liber adeſt } Bacchus aduenit , qui iccirco Liber dicitur , quod curis mentem liberet merum . Orgia autem & Bacchi ſacra tam eleganter deſcribit, ut facile ab omnibus percipi poſſint . {Feſtisq; tremunt ululatibus } clamoribus . qui enim Bacchi ſacra celebrabant, in furorem acti, tympanorum , tubarumq; ſtrepitu ita clamabant , ut ululare uiderentur. {Ignota ad ſacra } quibus alias nunquam interfuerant . {Quis furor anguigenæ} hac oratione Pentheus conatur deterrere Thebanos a ſacrificiis Bacchi celebrandis . iccirco autem eos & anguigenas & prolem Mauortiam uocat , quod a Draconis dentibus , qui in tutela Martis erat, originem ducant . per quod quidem ſignificat eos nullum cum mollibus uiris uino ac libidini deditis commercium habere debere . { Attollit } aufert . {Aera ne tantum } ærea uaſa . {Aere repulſa } ſæpius ferreis baculis percuſſa . { Et adunco tibia cornu} aut, cum, præpoſitio ſubaudiatur , aut pro genitiuo ablatiuus eſt poſitus. {Et magicæ fraudes } magicæ artes dicuntur , quæ carminibus ac beneficiis mentes hominum peruertunt , efficiuntq; , ut eſſe uideantur , quæ non ſunt . a magis autem , qui lingua Perſarum ſapientes dicuntur, ſunt deriuatæ . Zoroaſtres uero primus magicæ uanitatis inuentor fuiſſe dicitur . {Strictis telis } nudis enſibus . {Agmina } acies , exercitus . {Terruerit } autem ſubaudiatur . eſt autem a maiori ad minus argumentum . {Obſceniq; greges } turpis ac libidine corrupta multitudo . {Et inania tympana uincant } tympanum inſtrumentum ex pellibus confectum , quo Bacchæ in ſacris Bacchi utebantur . Dictum eſt autem tympanum παρὰ τὸ τύπτω, quod eſt percutio, m litterę additione . {Vos'ne ſenes mirer }ſermonem conuertit ad ſocios Cadmi, qui unà cum ipſo Phœniciam , patriamq; relinquentes, tandem per uaria pericula in Bœotiam peruenerunt .

RAPH

A' Tyro}Tyros inſula eſt Phœnicię adiacẽs,a Tyro,Phę nicis filio dicta eſt ẽt Tyros Laconiæ urbs,& inſula in mari rubro.eſt p̃terea urbs indię Tyros atq; Lydię. [Habet aũt hic uerſus a principio Dactylũ, nõ Spondęũ,lgẽdũq; Tyro integre,correpta o,pp ſequẽtẽ uocalẽ gręcorum more] {Vos ne a c. æt.}ſenſus eſt: uos'ne mirer o iuuenes, quorum ætatem robuſtiorem, magis decet arma quàm thyrſos tenere? eſt autem ordo, uos'ne mirer o iuuenes, quorũ acriorem ætatem, propioremq; meæ decebat tenere arma. {Non t.} thyrſi haſtæ erant pãpinis ornatę: quas Bacchi ſacerdotes geſtabãt.unde etiã Bacchus thyrſiger uocatur.Seneca in Medea. Cãdida Thyrſigeri proles. {Qua ſtir.} ac ſi diceret originem uos ducere a Martio ſerpentem memẽtote, q ſolus multos interfecit,ut fontẽ ſuũ tutaretur. {Ille de. le.for.}. argumentum eſt a maiori. eſt autem antitheton, molles enim fortibus opponuntur. {Dedit le.} interfecit. {Vtinam tor.} inſtrumenta ſunt bellica a torquendis lapidibus,aliiſq; miſſilibus dicta. {Sine criminæ} ſine culpa. {Sorsq; que.} hoc eſt ſors noſtra lamẽtatione quidem digna foret,non uituperatione.{Non cæ.}non occultãda propteruituperationẽ. {Sed ma.my.cr.}hoc eſt ſed capillus unguento delibutus.Myrrha genus eſt aromatis quo unguenta cõmẽdantur. habitum aũt Bacchi ita deſcribit, ut molliſſimus uideatur. {Et pictis ueſt.} uerſicoloribus,uariorum colorũ. {Quem quidẽ ego actutum}ſtatim ſine ulla mora. minatur Pentheus ſe Bacchum ita eſſe torturũ, ut eum fateri ſit coacturus, & quem habeat uerum patrẽ, & cur ea ſacra cõfinxerit.{Cõmẽtaq; ſacra}cõficta.cõminiſci nanq; cõfingere eſt,unde cõmentũ pro cõfictio ne apud Terentiũ: Atque illis cõmẽtũ placet. {An ſatis Acriſio} exẽplo pbat Bacchum facile poſſe repelli. nã Acriſius rex Argiuorum Baccho clauſit urbis portas, neq; illius ſacra admittere uoluit. Acriſius aũt Albantis Argiuorum regis filius fuit, ac pater Danaes a Ioue amatæ. hic cũ a Prœto fratre regno fuiſſet pulſus, a Perſeo nepote fuit reſtitutus,a quo tamen poſtea inuito, dum luderet diſco, fuit interemptus, ut in ſequenti uolumine narrat Ouidius. {Aduena} Bacchum aduenam contemptus gratia appellat. Pentheus.neque.n.eum Semeles & Iouis filium eſſe credit. {Cum totis The.}cum omnibus Thebanis. continens enim pro contento per metonymiam ſæpenumero ponitur. eſt aũt interrogatiue cum magna indignatione legendum.{Famulis hoc imperat} parentheſis eſt, qua declarat poeta quibus mandauerit Pentheus,ut uinctum adducerent Bacchum. {Hunc auus} Cadmus. {Hunc Athamas} Æoli filius fuit Athamas,Cadmi gener.{Acrior}proteruior, contumacior. {Moderamina} ſeniorum admonitiones.{Sic ego torrentem} pulchra ſimilitudine declarat Penthei aduerſus ſeniorũ admonitiones proteruitatẽ. ut enim, inquit,torrentes uiolentiores fiunt,ubi aliquid ipſis obiicitur: ſic Penthei furor monitis ſeniorũ magis, magiſq; creſcebat. Torrens autẽ dicitur fluuius, qui ęſtate ſiccatur.{Obſtructa}oppoſita.{Obiice}obiectione. {Sęuior}uiolẽtior.{Ecce cruẽtati re.} famuli ad Bacchũ cõprehendẽdum miſſi ſanguinolenti ſunt reuerſi: quoſdam.n. ex Bacchi comitibus uulnerauerant.. [Vel ẽt ipſi ab illis uulnerati fuerant, dũ Bacchum cõprehendere tentãt.] {Quęrenti domino} tyranno. {Tyrrhena gente} Thuſca. nam Tyrrheni populi ſunt Italiæ,qui & Thuſci dicuntur, & Tyrrhenis q̃ Thuſcia uocatur. [Alii de Lydia gente intelligere malũt, qm̃ ſequitur, Patria Męonia eſt.& infra lib.4. Mæonii uocantur nautæ, quos hic Tyrrhenos dicit.deinde & alias, Lydi notantur, ut molles & mulieroſi,quales Bacchi comites & miniſtri finguntur.Sed Regium mouiſſe uidetur, quòd Tyrrheni, Italici uidelicet,non Lydii,re nautica celebres fuerunt. deinde quòd ipſe Acœtes infra Tyrrhenus ab eodem poeta appellatur. & Homerus in hymno,ubi eandem hanc fabulam tractat, ſimpliciter Tyrrhenos uocat hos nautas, a quibus Bacchus captus ſit. quare quòd patria Mæonium ſe dicit Acœtes, uel ſimpliciter intelligendum, hoc eſt,ut in Lydia natus, atque inde ad Tyrrhenos profectus accipiatur: uel eò referendum, quòd Tyrrheni a Lydis originẽ traxere, duce Tyrrheno in Italiam inde profecti, ut Herodotus ſcribit. quemadmodum & Virgilius Lydium amnem Tibrim dixit, non quia in Lydia eſſet, ſed quòd a Lydis oriundi Tyrrheni,ſiue Hetruſci iuxta eum habitarẽt.] {Differt}profert, protrahit ac prolongat. ſignificatur autem Pentheus maximo agitari furore, ut qui ſubito de immerito ſumere ſupplicium uellet,

*A Tyro, hac prof.*

*Hac Tyron, & profugos poſuiſtis ſede penates:
Nunc finitis ſine Marte capi? uos'ne acrior ætas,
O' iuuenes, propiorq; meæ, quos arma tenere,
Non thyrſos, galeaq; tegi, non fronde, decebat?
Eſte,precor,memores, qua ſitis ſtirpe creati;
Illiusq, animos,qui multos perdidit unus,
Sumite ſerpentis. pro fontibus ille, lacuq;
Interiit: at uos pro fama uincite ueſtra.
Ille dedit leto fortes: uos uincite molles,
Et patrium retinete decus, ſi fata uetabunt
Stare diu Thebas: utinam tormenta,uiriq;
Mœnia diruerent, ferrumq;, ignisq; ſonaret.
Eſſemus miſeri ſine crimine, ſorsq; querenda,
Non cælanda foret, lacrymæq; pudore carerent.
At nunc a puero Thebæ capientur inermi,
Quem neq; bella iuuant, nec tela,nec uſus equorum,
Sed madidi myrrha crines, molleſq; coronæ,
Purpuraq;, & pictis intextum ueſtibus aurum.
Quem quidẽ ego actutùm, modò uos abſiſtite,cogã,
Aſſumptumq; patrem, commentaq; ſacra fateri.
An ſatis Acriſio eſt animi contemnere uanum
Numen, & Argolicas uenienti claudere portas:
Penthea terrebit cum totis aduena Thebis?
Ite citi (famulis hoc imperat) ite, ducemq;
Attrahite huc uinctum: iuſſis mora ſegnis abeſto.
Hunc auus, hunc Athamas,hunc cetera turba ſuorum
Corripiunt dictis, fruſtraq; inhibere laborant.
Acrior admonitu eſt, irritaturq; retenta,
Et creſcit rabies, moderaminaq; ipſa nocebant.
Sic ego torrentem, quà nil obſtabat eunti,
Lenius, & modico ſtrepitu decurrere uidi:
At*quæcunq; trabes, obſtructaq; ſaxa*iacebant,
Spumeus, & feruens, & ab obiice ſæuior ibat.
Ecce cruentati redeunt: & Bacchus ubi eſſet,
Quærenti domino, Bacchum uidiſſe negarunt:
Hunc, dixere, tamen comitem, famulumq; ſacrorum
Cepimus: & tradunt manibus poſt terga ligatis,
Sacra Dei quondam Tyrrhena gente ſecutum.

*quacunq; tinebant*

A R G. Acœtes ſupra dictus Liberi comes, cuius ſub imagine Deus latuerat, eludens Penthea, iudicat regi, quia ita exigeret, nomen, genuſq; artis ſuæ, & quanta uis apparuerit in Libero, quo tempore petens Naxon in Tyrrhenos inciderat. ab his enim propter eximiam pulchritudinem captus pro præda, impoſituſq; nauigio, ut uidit in aliam ſe duci regionem, armamenta nauis in feras ac ſerpentes conuertit, quo prodigio exterriti Tyrrheni in pelagus ſe præcipitauere, ac in delphinos, & aues ſe mutauere. poſt hæc iterum cuſtodia clauditur, quæ cum ſponte Dei patuiſſet, & uincla a manibus defluxiſſent in montem Cythærona digreditur: ibiq; Agauen matrem eius, alienatã furore, adiuuantibus ſororibus Ino & Autonoe, impellit, ut ſacra proterentem ſua interimat manu.

Aſpicit hunc Pentheus oculis, quos ira tremendos
Fecerat: & quanquàm uix pœnæ tempora differt,

Documenta

O periture , tuaq; aliis documenta dature
Morte , ait, ede tuum nomen , nomenq; parentum ,
Et patriam, moriſq; noui cur ſacra frequentes.
Ille metu uacuus, nomen mihi, dixit, Acœtes,
Patria Mæonia eſt, humili de plebe parentes.
Non mihi quæ duri colerent pater arua iuuenci,
Lanigeros'ue greges , non nulla armenta reliquit.
Pauper & ipſe fuit ; linoq; ſolebat , & hamis
Decipere , & calamo ſalientes ducere piſces.
Ars illi ſua cenſus erat, cùm traderet artem.
Accipe , quas habeo , ſtudij ſucceſſor, & hæres,
Dixit, opes moriensq; mihi nil ille reliquit
Præter aquas: unum hoc poſſum appellare paternum.
Mox ego , ne ſcopulis hærerem ſemper in iiſdem ,
Addidici regimen , dextra moderante, carinæ
Flectere : & Oleniæ ſidus pluuiale capellæ,
Taygetenq; , Hyadaſq; oculis , Arctonq; notaui ,
Ventorumq; domos, & portus puppibus aptos.
Fortè petens Delon Chiæ telluris ad oras
Applicor , & *ducor dextris ad littora remis , *dextris adducor ſit.*
Doq; leues ſaltus , udæq; immittor arenæ.
Nox ubi conſumpta eſt , Aurora rubeſcere primò
Cœperat : exurgo , laticesque inferre recentes
Admoneo , monſtroque uiam , quæ ducit ad undas.
Ipſe quid aura mihi tumulo promittat ab alto
Proſpicio , comitesque uoco , repetoque carinam .
Adſumus en , inquit ſociorum primus Opheltes :
Vtque putat prædam deſerto nactus in agro
Virginea puerum ducit per littora forma .
Ille mero , ſomnoque grauis titubare uidetur,
Vixque ſequi. ſpecto cultum , faciemq; , gradumq; ,
Nil ibi , quod credi poſſet mortale , uidebam.
Et ſenſi , & dixi ſociis : quod numen in iſto
Corpore ſit , dubito ; ſed corpore numen in iſto eſt.
Quiſquis es ò faueas , noſtriſque laboribus adſis :
His quoque des ueniam . pro nobis mitte precari ,
Dictys ait , quo non alius conſcendere ſummas
Ocior antennas , prenſoq; rudente relabi .
Hoc Libys , hoc flauus proræ tutela Melantus ,
Hoc probat Alcimedon, & qui requiemq;, modumq;
Voce dabat remis, animorum hortator Epopeus :
Hoc omnes alij: prædæ tam cæca cupido eſt.
Non tamen hanc ſacro uiolari pondere pinum
Perpetiar , dixi : pars hîc mihi maxima iuris:
Inq; aditu obſiſto . furit audaciſſimus omni
De numero Lycabas , qui Tuſca pullus ab urbe

RAPH. DOCVMENTA} exempla. {Noui moris} ritus. nā Bacchus ea tum primum ab India cum triumpho reuertens inuehebat ſacra. {Frequentes} celebres & colas. { Patria Mæonia eſt} Lydia ,ac potius Thuſcia. Lydii nanque duce Tyrrheno Atyos filio penuria frugum laborantes ,ut narrat Herodotus, coloniam in Italiam deduxerunt. {Non mihi quæ duri} cur ſacra Bacchi ſit ſecutus Acœtes, expoſnit, id quod ultimo loco a tyranno fuerat rogatus. {Lino} retibus, quæ ex lino conficiuntur. ſignificat autem patrem ſibi fuiſſe piſcatorem. {Ars illi ſua cenſus erat} hoc eſt nullis aliis diuitiis pater meus quàm arte cenſebatur, atque inter capite cenſos numerabatur, qui nullum prorſus patrimonium habebāt. {Studii} artis & inſtituti. {Præter aquas} in quibus piſcaret. { Et Oleniæ capellæ} Amaltheam capram dicit, q̄ Iouem aluiſſe fertur, ac ꝓpterea in cælum ſublata inter ſidera cum geminis hœdis fuit collocata , in cuius ortu & occaſu maxime pluuiæ ſolent eſſe. Olenos autem, ut inquit Hyginus, urbs eſt Bœotiæ, ut alii, Achaiæ, in qua Amalthea nutrita merito Olenia uocatur capella. unde Ouid. in Faſtorum quinto. Naſcitur Oleniæ ſignum pluuiale capellæ. [ſunt tamen qui Oleniā appellatiue dici putent, quod ἐπὶ τῶν ὠλενῶν, hoc eſt, in humeris eius, qui Heniochus, Auriga dicitur, ſtare uidet.] ea uero enumerat Acœtes, quorū maxime periti eſſe debent nauiū gubernatores. {Taygeten} una eſt ex Pleiadibus Taygete : per quam totum Pleiadum , quæ latine Vergiliæ dicuntur, ſidus oſtenditur. Fuit etiam Taygeta Agenoris filia. unde Taygetus Laconiæ mons, qui & Taygeta dicitur, fuit appellatus. {Hyades} latine Suculæ quidem dicuntur, non ἀπὸ τῶν ὑῶν, id eſt, a ſuibus, ut priſci illi Romani parum græci ſermonis adhuc periti putarūt, ſed ἀπὸ τοῦ ὕειν, hoc eſt a pluendo Hyades ſunt appellatæ, ꝙ ortu & occaſu pluuias inducunt. ſunt autē ſtellæ in fronte Tauri collocatæ. {Arcton} urſam , per quam Septentriones, qui nunquam occidunt, ſignificat. {Ventorumq; domos} hoc eſt quattuor mundi partes , unde flare dicuntur uenti, Orientem, Occidentem, Meridiem, Septentrionem. nam Eurus in oriente, Zephyrus in occidēte, Auſter ad meridiem, Boreas ad ſeptentrionem domos habere in primo a poeta narrantur. { Chiæ telluris ad oras} ad litus Chii inſulæ. eſt enim Chios clariſſima Ionum inſula, cum eiuſdem nominis urbe a Chio Oceani filio cognominata. uel a niue quæ χίων græce dicitur, uel a Chione nympha. eſt etiā urbs Cariæ Chios, & Cherroneſi, & Eubœæ. ſane ſciendum primam ſyllabam in primitiuo corripi, in deriuatiuo uero produci. [Sunt qui putent legendum Ceæ , ſiue Ciæ, telluris, propterea quod infra ſequitur , dextera Naxos erat. nam ex Ceo Delum uerſus nauigantibus, Naxus a dextra iacet. ſed de hoc geographi uiderint.] {Adducor littora} eleganter nomini detracta præpoſitio uerbo eſt adiecta. {Latices recentes} recentem aquam. {Inferre} in nauem. {Admoneo} ſocios ſubaudiamus. { Vtq; putat} quia fallebatur Opheltes : ideo putaſſe eum, inquit poeta. nam fere qui putare dicuntur, decipiuntur. De hymno autem Homeri in Bacchum hęc omnia Ouidius ſumpſiſſe uidetur, quæ de Baccho in puerum mutato hoc loco ſcribuntur. {Titubare uidetur} uacillare mero, ſomnoq; ſimulabat ſe Bacchus, ne a nautis Deus eſſe cognoſceretur. tametſi Bacchus temulentus, & oſcitans, ac a ſomno languentibus oculis fere fingatur. {Vixq; ſequi} poſſe ſubaudiatur. uix, inquit, uidebatur eos ſequi poſſe, qui ipſum ducebant. {Gradumq;} greſſum. {Nil ibi quod credi poſſet} ex cultu, facie, & ingreſſu cōiectat Acœtes puerum illum non mortalem , ſed Deum eſſe. {Adſis } auxilio ſis. {His quoq; des ueniā} parcas iis qui te huc tanq̄ prædam attraxerunt. {Pro nobis mitte precari} Acœtis ſocii putantes ſe puerū , nō Bacchū, cepiſſe, nō modo noluit ipſum precari , ut ſibi det ueniā, ſed Acœtis quoque preces ægre ferunt. quare Bacchum irridentes atque contemnentes in Delphinos omnes fuerunt conuerſi. {Antennas ſummas} antennarum ſummitates. ſunt autem antennæ ligna unde uela dependent. {Rudente} fune nautico. {Relabi} deſcendere. { Prædæ tam cæca cupido eſt} acclamatio in cæcam ſociorum auaritiam. { Non tamen hanc} hypallage eſt: ut intelligamus, non patiar ſacrum pondus, & numen hac naue uiolari, quod certe fieret, ſi ueheretur. { Pars hic mihi maxima iuris } maxima, inquit, pars huius nauis eſt mea. {Hic} in hac naue. {Inq; aditu obſiſto} in ipſo , inquit, ingreſſu reſiſto , ne in nauem inducatur puer.

Bacchus in puerū.

Dira

RAPH.

Exilium dira pœnam pro cæde luebat.
Is mihi, dum reſto, iuuenili guttura pugno
Rupit, & excuſſum miſiſſet in æquora, ſi non
Hæſiſſem. quamuis amens in fune retentus,
Impia turba probat factum. tum denique Bacchus,
(Bacchus enim fuerat) ueluti clamore ſolutus
Sit ſopor, atque mero redeant in pectora ſenſus,
Quid facitis? quis clamor? ait: qua, dicite nautæ,
Huc ope perueni? quò me deferre paratis?
Pone metum Proreus, &, quos contingere portus,
Ede, uelis, dixit: terra ſiſtere petita.
Naxon, ait Liber, curſus aduertite ueſtros:
Illa mihi domus eſt, uobis erit hoſpita tellus.
Per mare fallaces, perq; omnia numina iurant
Sic fore: meque iubent pictæ dare uela carinæ.
Dextera Naxos erat, dextra mihi lintea danti,
Quid facis o demens? quis te furor, inquit *Opheltes.
Pro ſe quiſque timet: læuam pete, maxima nutu
Pars mihi ſignificat: pars, quid uelit, aure ſuſurrat.
Obſtupui, Capiatq; aliquis moderamina, dixi:
Meque miniſterio ſceleriſque, artiſque remoui.
Increpor a cunctis, totumque immurmurat agmen.
E quibus Ethalion, Te ſcilicet omnis in uno
Noſtra ſalus poſita eſt, ait: & ſubit ipſe, meumque
Explet opus, Naxoque petit diuerſa relicta.
Tum Deus illudens, tanquam modò denique fraudẽ
Senſerit, e puppi pontum proſpectat adunca,
Et flenti ſimilis, Non hæc mihi littora nautæ
Promiſiſtis, ait; non hæc mihi terra rogata eſt.
Quo merui pœnam facto? quæ gloria ueſtra eſt,
Si puerum iuuenes, ſi multi fallitis unum?
Iam dudum flebam: lacrymas manus impia noſtras
Ridet, & impellit properantibus æquora remis.
Per tibi nunc ipſum (neque enim præſentior illo
Eſt Deus) adiuro tam me tibi uera referre,
Quàm ueri maiora fide. ſtetit æquore puppis
Haud aliter, quàm ſi ſiccum nauale teneret.
Illi admirantes remorum in uerbere perſtant,
Velaque deducunt, geminaque ope currere tentant.
Impediunt hederæ remos, nexuque recuruo
Serpunt, & grauidis diſtinguunt uela corymbis.
Ipſe recemiferis frontem circundatus uuis
Pampineis agitat uelatam frondibus haſtam.
Quem circa tigres, ſimulacraque inania lyncum,
Pictarumque iacent fera corpora pantherarum.
Exiliere uiri, (ſiue hoc inſania fecit,
Siue timor) primuſque Medon nigreſcere pinnis,

DIRA pro cæde} propter crudelem occiſionem. homicidium nãq; perpetrarat. {Dum reſto} dum reſiſto. {Excuſſum} impulſum. {Amens} turbatus. {Impia turba} ſociorum. {Probat factum} approbat, & laudat percuſſionem, & iniuriam mihi illatam. {Bacchus enim fuerat} parentheſis eſt exponens puerum illum, Non prædam, ſed Bacchum fuiſſe.

{Veluti clamore ſolutus Sit ſopor} tanquam, inquit, ſomnus Bacchi clamore & ſtrepitu nautarum ſolutus foret. {Atque mero} hoc eſt poſt ebrietatem. {Qua ope} cuius opera. {Pone metum Proreus} aut eſt nomen ꝓprium unius ex Tyrrhenis nautis, aut eum ſignificat qui proræ præeſt. {Siſtere} exponeris & collocaberis. {Naxon ait Liber} Naxos inſula eſt Ægei Cycladum clariſſima, quæ & Dionyſias dicta fuit, ut inquit Solinus, uel ꝙ hoſpita Baccho fuerit, qui Dionyſius cognominatur, uel ꝙ uini fertilitate alias Cycladas uincat. unde Virg. Bacchatamq; iugis Naxõ. Dicta eſt autem Naxos, ut quidam ſcribunt, a Naxo earum duce, qui illam tenuit, uel a Naxo Endymionis filio. Euphoriõ uero παρὰ τὸ νάξαι quod eſt ſacrificare. Aſclepiades quidem narrat Naxias mulieres ex omnibus ſolas octo menſium pueros parere, uel ꝙ & Bacchus ipſe, cũ octo menſium eſſet, natus fertur: uel ꝙ Iuno Baccho reconciliata, hoc munere Naxias mulieres, maxime Bacchi ſacris deditas, ſit proſecuta: uel ꝙ ibi fons eſt, ex quo certo anni tempore uinum fluit ſuauiſſimum, cuius hauſtu partus acceleratur. Eſt etiam Naxos urbs Siciliæ. ſane hæc inſula aliis quoq; nominibus appellatur. nã, ut ſcribit Plin. illã & Strongylen, & Dian, & Siciliam minorem, & Callipolin uocitarunt. {Aduertite} conuertite. {Quis te furor} uexat uel ſimile uerbum ſubintelligatur. {Pro ſe quiſq; timet} unuſquiſque, inquit, pro ſe eſt ſollicitus, ne Naxon deuehatur. {Moderamina} gubernacula. {Sceleris} quia Deus contra ꝓmiſſa fallebatur. {Te ſcilicet} ironia qua ſignificat Ethalion ſe quoque ſcire nauem gubernare. {Scilicet} certe. ac fere ſemper illuſionem ſignificat. Virg. Scilicet hic ſuperis labor eſt. {Tanquã modo denique} tanquam nunc ſolũ, & non antea. cum tamen a principio ſe decipi cognouerit. {Non hæc mihi littora nautæ} pulchra illuſio, qua ſignificat Bacchus ſe ualde timere, cum eos omnes præter unum Acœtem ſit in delphinos conuer-ſurus. {Iandudum flebam} iam a principio querelarum Bacchi, Acœtes inquit, lacrymas continere non poteram. {Manus impia} multitudo impiorum. {Præſentior} magis propitius, & qui magis precibus ac uotis adſit. ex affectu hoc dictum eſt. unicuique enim Deus, quem colit, maximus uidetur. {Quã ueri maiora fides} ſenſus eſt, iuro me tibi relaturum uera. quamuis fide maiora, & quàm ut credi poſſint, uideantur. {Stetit æquore puppis} nauis, inquit, immota permanſit in mari. {Remorum in uerbere} in remigio perſeuerant. {Velaq; deducunt} diſſoluunt uela, quando remis nihil proficiebant. {Gemina ope} duplici auxilio & remorum, & uelorũ. {Impediũt hederę remos} ne moueri poſſent. Hederæ autẽ, quæ eſt Baccho dicata, ineſt uis, quæ mentes in furorem agit, ac ſine uino ebrietatem inducit, ut in problematis Plutarch. ait, Hederæ igitur ſic remos impediebant, ut nautas in furorem agerent. Bacchus & ipſe, & eius ſacerdotes hedera coronabantur, quo ad libidinem prõptiores redderentur, unde & a græcis κίττος uocatur ἀπὸ τοῦ κιττᾶν, ut ſcribit Euſtathius, quod ſignificat pronũ in libidinẽ ferri. {Diſtinguunt} uariant & pingũt. {Corymbis} uuæ hederarum corymbi dicuntur. {Vuis racemiferis} uitibus racemos ferentibus. uuas enim pro uitibus poſuit. {Agitat} concutit, ad terrorem nautis incutiendum. {Haſtam uelatam} thyrſi eſt periphraſis. thyrſus nanque haſta eſt pampinis uelata & cooperta. {Quem circa tigres} anaſtrophe eſt. circa enim præpoſitio anteferenda poſtponitur. tigres autem & Lynces feræ ſunt, Baccho dicatæ, quas icirco nautarum oculis obieciſſe Bacchus eſt uiſus, ut earum aſpectu territi in mare deſilirent. {Pictarum pãtherarum} fera eſt panthera pellem habẽs uariis maculis diſtinctam. {Exiliere uiri} extra nauem in mare intelligamus. in delphinos autem fuere transmutati, qui omnium piſcium ſunt uelociſſimi. lingua his eſt contra naturam aquatilium mobilis, pro uoce gemitus humano ſimilis, dorſum repandum, roſtrum ſimum, qua de cauſſa nomine Simonis delectantur. mulcentur & ſono & cantu, puerorum amore capiuntur, hominem enim non expaueſcunt. {Nigreſcere} quia in delphinem mutabatur, delphinum uero pellis nigreſcit.

Aceſtes

Spina

Corporeque, & preſſo ſpinæ curuamine flecti
Incipit. huic Lycabas, In quæ miracula, dixit,
Verteris? & lati rictus, & panda loquenti
Naris erat, ſquamamque cutis durata trahebat.
At Lybis, obſtantes dum uult obuertere remos,
In ſpatium reſilire manus breue uidit, & illas
Iam non eſſe manus, iam pinnas poſſe uocari.
Alter ad intortos cupiens dare brachia funes,
Brachia non habuit, truncoque repandus in undas
Corpore deſiluit: falcata nouiſſima cauda eſt,
Qualia dimidiæ ſinuantur cornua Lunæ.
Vndique dant ſaltus, multaque aſpergine rorant,
Emerguntque iterum, redeuntque ſub æquora rurſus,
Inque chori ludunt ſpeciem, laſciuaque iactant
Corpora, & acceptum patulis mare naribus efflant.
De modò uiginti (tot enim ratis illa ferebat)
Reſtabam ſolus, pauidus, gelidusque, trementi
Corpore: uixq; *animum firmat Deus, Excute dicens
Corde metum, *Diamque tene. delatus in illam
Acceſſi *ſacris, Baccheaque ſacra frequento.
Præbuimus longis Pentheus ambagibus aures,
Inquit, ut ira mora uires abſumere poſſet.
Præcipitem famuli rapite hunc, cruciataque duris
Corpora tormentis Stygiæ demittite morti.
Protinus abſtractus ſolidis Tyrrhenus Acœtes
Clauditur in tectis: &, dum crudelia iuſſæ
Inſtrumenta necis, ferrumque, ignesque parantur,
Sponte ſua patuiſſe fores, lapſasque lacertis
Sponte ſua, fama eſt, nullo ſoluente catenas.
Perſtat Echionides, nec iam iubet ire, ſed ipſe
Vadit, ubi feſtus facienda ad ſacra Cithæron
Cantibus, & clara bacchantum uoce ſonabat.
Vt fremit acer equus, cùm bellicus ære canoro
Signa dedit tubicen, pugnæque aſſumit amorem:
Penthea ſic ictus longis ululatibus æther
Mouit, & audito clamore recanduit ira.
Monte ferè medio eſt, cingentibus ultima ſyluis,
Purus ab arboribus, ſpectabilis undique campus.
Hic oculis illum cernentem ſacra profanis
Prima uidet, prima eſt inſano concita curſu,
Prima ſuum miſſo uiolauit Penthea thyrſo
Mater: &, O geminæ, clamauit, adeſte ſorores:
Ille aper, in noſtris errat qui maximus agris,
Ille mihi feriendus aper. ruit omnis in unum
Turba furens, cunctæ coeunt, trepidumque ſequũtur,
Iam trepidum, iam uerba minus uiolenta loquentem
Iam ſe damnantem, iam ſe peccaſſe fatentem.
Saucius ille tamen, Fer opem matertera, dixit,
Autonoe: moueant animos Actæonis umbræ.
Illa quis Actæon neſcit, dextramque precantis
Abſtulit: Inoo lacerata eſt altera raptu.
Ille etiam matri cum brachia tendere uellet,
Non habet infelix, quæ matri brachia tendat:
Trunca ſed oſtendens deiectis *uulnera membris,
Aſpice mater, ait: uiſis ululauit Agaue,

*meum* — *Chiamq;* — *terris* — *uulnere*

RAPH. SPINÆ cur.} dorſi incuruatione. {Lati rictus} lata ora. {Pãda naris} ſima, recurua. {Trahebat} paulatim ſuſcipiebat ſquamã. {Obuertere} conuertere. {Reſilire} retrocedere, & abbreuiari. {Pinnas} quę brãchiæ a gręcis dicuntur, quibus piſces natant. {Dare brachia ad int. fu.} brachiis & manibus funes tortos apprehendere. {Repandus} incuruus. {Trunco corpo} brachiis mutilato. {Falcata} in falcis ſimilitudinem figurata. {Sinuantur} curuantur. {Multaq; aſpergine} multa reſperſione. Delphinum luſus naturamq; deſcribit. nam, ut Plinius ait, mira eſt inter delphinos ſocietas. inter ſe nanque ludunt, & minores natu ſemper aliquis grãdior comitatur, ut cuſtos. uiſiq; ſunt mortuum portare, ne laceraretur a beluis. captis denique, quantum poſſunt, opitulantur. [Itẽ, hominem non expaueſcũt, ut alienum, obuiam nauigiis ueniunt, alludunt exultantes, certant etiam, & quamuis plena prætereunt uela. Plura uide libro octauo, capite nono.] {Inq; chori ludunt ſpeciem} in ſimilitudinẽ multitudinis hominum ludentium. Chorus enim dicitur conuentus ſaltantium, & canentium ἀπὸ τῆς χαρᾶς, hoc eſt, a gaudio, ut Plato ſcribit. {Vixq; meum firmat} cum difficultate, inquit, meum corpus confirmat Bacchus, ut tremere ceſſaret. [At alii, pro, meum, animum, legunt. quæ lectio planior eſt, ac uerior uidetur.] {Chiam} inſulam ſubaudiamus. eſt enim adiectiuum. [At melius, qui Diam legunt. nam Naxos, ad quam ſupra quoque iuſſerat ſe deuehi Bacchus, alio nomine Dia uocatur, ut Plinius libro 4. cap. 12. indicat. & Seruius item in 3. Æneid.] {Acceſſi ſacris} adiunctus ſum Bacchi ſacris. {Longis ambagibus} longis nugis. {Solidis in tectis} in carcere nulla ex parte peruio, ac prętérquàm per ianuam ingreſſum non habenti. {Perſtat Echionides} Pentheus Echionis filius. {Feſtus Cithæron} mons eſt, ut diximus, Bœotiæ Cithæron, Baccho dicatus, ad faciendaq; ſacra accommodatus. [A rege Cithærone dictus, ut Pauſanias auctor eſt.] {Bacchantum} Bacchi ſacra celebrantum. {Sonabat} reſonabat, ſtrepebat. {Vt fremit acer equus} Pentheum equo bellicoſo ſimilem eſſe ait. {Ære canoro} periphraſis eſt tubæ. {Signa} pugnandi. {Ictus æther} aer impulſus & percuſſus. {Longis ululatibus} magnis bacchantum clamoribus. {Mouit} ad iram concitauit. {Recanduit} iterum eſt inflammata. {Monte medio} in medio Cithærone. {Vltima} extremas montis partes. {Purus ab arboribus} carens arboribus. {Spectabilis undique} qui undique & ex omni parte poterat ſpectari. {Oculis profanis} non initiatis, non ſacris. eſt autem hypallage. illum enim profanum intelligimus. profanis uero ſacra Bacchi ſpectare nõ licebat. unde & orgia dicta ſunt ἀπὸ τοῦ εἴργειν, hoc eſt a prohibendo & arcendo, quod illinc profani, ac illis non initiati arcerentur, tametſi quidam ἀπὸ τῶν ὀργάδων, hoc eſt a locis arboribus conſitis, & humidis, in quibus celebrabantur, orgia denominata eſſe putent. {Prima eſt inſano} repetitio hęc eò pertinet, ut oſtendat Pentheũ ira Bacchi potiſſimũ a matre cœpiſſe lacerari. {Mater} Agaue. {O geminæ ſorores} Ino & Autonoe. {Adeſte} aduenite. {Ille aper} Pentheus matri Bacchi furore correptæ aper eſſe uidebatur. {Trepidum} timidum ac trepide fugientem qui pauloante tam ſuperbus tamq; contumax erat. {Autonoe matertera} ſoror nanque Agaues erat Autonoe, materq; Actæonis. {Vmbræ} manes Actæonis, quem a canibus dilaceratum paulo ante legimus. {Illa quis Actæon neſcit} Bacchæ nanque furore numinis correptæ omnia obliuiſcebantur, neque ſuos ab aliis dignoſcebant. {Inoo raptu} receſſione ab Ino facta. nam Ino alteram Penthei manum abſcidit. ab Ino enim Inous deriuatur. {Trunca uulnera} ſic quidem corrupte legitur. nam uulnere ſcripſit Ouidius, ut trunca ad brachia referamus. {Deiectis membris} reciſis mẽbris, & in terram proiectis. {Vlulauit} clamorem ululatui luporum ſimilem emiſit. eſt enim ululare luporum proprium, ab eorũq; uoce uerbum eſt factum.

Auulſum

RAPH. AVVLSVM} reciſum. {Complexa} tenens. {Io comites} uox eſt bacchantium. {Non citius frondes} pulchra ſimilitudine declarat Pentheum ſumma celeritate a matre, ac materteris fuiſſe dilaceratum. quo quidem ſignificatur religionis contemptores ne apud ſuos quidem ita diis uolentibus, tutos eſſe poſſe. {Iſmenides} Thebanæ mulieres ab Iſmeno fluuio Bœotiæ cognominatæ.

Collaque iactauit, crimenque per aera mouit:
Auulſumque caput digitis complexa cruentis
Clamat, Iò comites opus hoc uictoria noſtra eſt.
Non citius frondes autumni frigore tactas,
Iamque malè hærentes alta rapit arbore uentus;
Quam ſunt membra uiri manibus direpta nefandis.
Talibus exemplis monitæ noua ſacra frequentant,
Turaque dant, ſanctasque colunt Iſmenides aras.

*Iacobi Fanenſis aſſumenta in librum tertium.*

MArtius anguis erat} anguis a Marte eius loci cuſtos appoſitus. nam Suidas ubi prouerbium illud explicat καδμεία νικὴ, id eſt cadmea uictoria, Cadmum ait octo annos conſeruire Marti: quoniã ſerpentem, qui ſacrum ei deo fontem cuſtodiebat, interemerit. {Excipiunt laticẽ Nipheq; Hyaleq;} in antiquo codice Nipte ſcribitur. quod magis placet, q̃ niphe: quæ primam natura corripit. νιπτῶ lauo ſignificat. Hyalen autem a uitreo aquarum colore dictam cenſuerim. ὑαλὸς enim uitrum appellatur. Rhanis uero & Pſecas cum maſculini generis ſunt, eum ſignificant, qui præ imbecillitate non niſi ſummiſſa uoce loqui poteſt. auctor Iulius Pollux, lib. 6. c. 30. {Quosq; referre mora eſt} Æſchylus quattuor tantum memorat fuiſſe Actæonis canes, Coracem, Harpyam, Charonta, & Lycitam. auctor Pollux, lib. 7. cap. 5. {Quæ ſit ſententia docti Quærere Tireſiæ} Tireſiam Chariclus Thebanæ filium fuiſſe Callimachus in Palladis lauacris enarrat. ſed patris nomen hactenus non comperio. uereor tamen, ne Chironis filius fuerit. quoniam Apollini interpres in quartum Argon. Chariclo Chironis uxorẽ facit. niſi duas eius nominis mulieres fuiſſe quis uelit. {Genitiuaq; uenit im.} genitiuam imaginem maſculam interpretamur. {Narciſſumq; uocat} hũc patria Theſpieum fuiſſe Lucianus in ſecundo ueridicarum narrationum teſtatur. ſunt autem Theſpiæ in Bœotia oppidum ut Stephanus ſcribit. {Vos ne ſenes miſeri} non, Mirer, & eiuſdem auctoritate, ac ſyllabæ ratione ita poſcente, & codicis mei teſtimonio. {Hac Tyron, hac profugos poſuiſtis ſede penates. eſt enim ſic dictum, ut illud Maronis, Ilium in Italiam portans, uictosq; penates. {Vos ne acrior ætas o iuuenes} ſupple, quod ſupra dictum eſt, eſtis miſeri. {Si fata uetabunt} codex meus uetabãt. {Nomen mihi dixit Acœtes} emendãdi ſunt illi codices, in quibus Aceſtes. nam Acœtes conuenientiſſimum nomen eſt nauis gubernatori, quem conuiuæ uigilẽ eſſe oportet. Ακοίτης in ſomnis interpretatur: quia κοιτὸς ſomnus dicitur. & apud græcos ἀκοίτης uir & ἀκοίτης uxor nominatur, ꝙ utrunque uigilem eſſe conueniat ad ſobolem procreandam, uel, ut aliis placet, ad familiare officium recte gerendum. {Forte petens Delon Chiæ telluris ad oras Applicor} lego Diæ ex Abſtemii codice: & infra, Diamq; tene, non autem Chiã. eſt enim Dia inſula Baccho ſacra, quæ antea Naxos fuit appellata teſte Apollonii interprete in quartũ Argon. cuius meminere Theocritus, Callimachus, Diodorus, & ceteri. Ouidius alibi, Qua breuis æquoreis Dia fertur aquis. & in octauo huius operis, Protinus Egeides rapta Minoide Diã uela dabat. cum etiam uerſus ille in hac fabula Naxon ait, liber curſus aduertite ueſtros hoc modo, quem diximus corrigendum utrunque uerſum apertiſſime monet. Stephanus nouem ciuitates & quattuor inſulas Diæ appellatione fuiſſe uocatas monumentis mandauit. {A' que mero redeant in pectora ſenſus} lege Atque mero, id eſt poſt digeſtum merum. nam ſupra dixerat, Ille mero ſomnoq; grauis titubare uidetur. {Vixq; meum firmat Deus} ordo eſt. Deus firmat me uix meum, id eſt ita attonitum, ut a me ipſo eſſem alienus. uulgo dicitur exiiſſe a ſeipſo, qui ut græci dicunt, ἐν ἐκστασεῖ ἐςὶ: id eſt in ectaſi eſt.

# HENRICI GLARIENSIS
## *annotationes in librum tertium.*

*Tegimen direpta leoni Pellis erat.*

NEc admonendum quidem hoc erat niſi in codice etiã Aldino deprauatum reperiſſemus. legendum enim eſt leoni in dandi caſu, non in gignendi leonis, ut recte hoc Raphaelis exhibuit codex.

*Et obſtantes proturbat pectore ſyluas.*

Omnes, quotquot nos uidimus exemplaria, perturbat legunt. ſed proturbat legendum eſt.

*Sanguineam tepido plangebant pectore terram.*

Apud hunc poetam plangere pro percutere frequens eſt, ut apud Lucilium, Plangunt littora fluctus.

*Huc adde genus de coniuge tanta.*

Mirum eſt apud auctores cum apud latinos, tum græcos huius uxoris nomen tam uarie legi. alii Hermionem appellatam uolunt, ut Menelai filiam, de qua Odyſſeæ libro quarto. alii Harmoniam, quos Raphael irridet. ego plane etiam hoc apud ueteres uariatum puto, idemq; ab Ouidio omiſſum nomen, nuſquam enim nominat.

*Qui ſimul intrauit rorantia fontibus antra.*

Qui ſimul intrauit, ideſt, poſtquam ingreſſus eſt, exponit Raphael. efficacius erat, ſi ſimul expoſuiſſet, ſtatim ut, quemadmodum apud Horatium ſæpiſſime, & item Liuiũ. Quod ſemel admonuiſſet ſatis puto etiam ſi non ſemel Raphael ita exponat.

*Qui color infectis aduerſi ſolis ab ictu.*

Periphraſis eſt Iridis ut puto, quanquàm ſimpliciter intelligi poteſt. Ceterum quod tertio deinde ſequitur carmine, Is fuit in uultu uiſæ ſine ueſte Dianæ, quidam in uultu exponunt pro in corpore, quod uultus ſemper ſit ſine ueſte, corpus cum ueſte. ſed mihi uidetur ita dictum, ut intelligamus uultum Dianæ rubore perfuſum, quod uiſa nuda eſſet. id enim maxime uirgineo conuenit pudori. quod & ſequentia carmina comprobant, quæ diligenter ab Raphaele ſunt expoſita.

*An lateat ſyluis, pudor hoc, timor impedit illud.*

Abuſus eſt, inquit Raphael, poeta horum pronominum elegantia. hoc nanque ad propinquius, illud ad longinquius ſolet referri. Hæc ille. Aldinus codex hoc rectius legit, Timor hoc, pudor impedit illud. quare poeta elegantiam obſeruauit, etiam ſi aliquando apud auctores ea confundatur.

*Tardius exierant ſed per compendia montis.*

De famulis hoc intelligo: nam paulo ante dixerat, Heu famulos fugit ille ſuos: tametſi ſuperius ait, Intermittuntq; laborem. id enim propoſitum erat, ſed caſus aliud attulit. illud autem, Cetera turba coit, intelligo de canibus a famulis allatis. nam qui præcurrerant, retinebant dominum.

*Ad nomen caput ille refert.*

Tot uerba in parentheſi poſita ſunt: alioqui ſenſus non procedet. quæ enim ſequitur coniunctio, &, duo uerba connectit, clamant & queruntur.

*At puto furto eſt contenta &c.*

Vide rationantis aſtum: nam ita obiicit, ut ſtatim confutet negatiue. non enim contenta eſt furto, ſed concipit. nam id ad malitiam deerat, manifeſtaq; crimina pleno fert utero, & mater, quod uix mihi contigit uni, de Ioue uult fieri. Illud una etiam memoratur, niſi quis pro ſemel poſitum putet. Raphael de Vulcano intelligit. ego etiam de Hebe intelligi poſſe exiſtimo.

*Nec tamen eſſe Iouem ſatis eſt det pignus.*

Hoc ita dicit: Fac ut non ſatis ſit, quod dicit, ſe Iouem eſſe, multi enim ſic uos decipiunt: ſed omnino cura, ut det amoris donum Ioue dignum. Continuoq; docet, quale ſignum poſtulet, Quantusq; & qualis ab alta &c. & nota diligenter obſeruatam quantitatem ac qualitatem, cum dicit quantusq; & qualis.

*Donisque iugalibus arſit.*

Dona iugalia uocat, quæ cum coniugis eſſent, ipſa ſibi petiit, ut periret ad uota Iunonis coniugis. Raphael exponit quæ pro coniunctione & coitu petierat.

*Corpus adhuc Echo, non uox erat.*

Duas Echus metamorphoſeis commemorat, alteram uocis tantum quam Iuno fecit; alteram etiam corporis, quæ contigit ei ob Narciſſi deſpectum. manſit tamen poſt alteram quoque metamorphoſin uocis uſus, quam Iuno primum fecerat. Hæc ideo annotare placuit, quod in his mire quoſdam hallucinatos uidimus.

*Spectat humi poſitus geminum ceu lumina ſidus.*

Raphael ordinem ait, ſpectat lumina ceu geminum ſidus, quod utique intelligibilius eſt, ſed uidetur coactum. poterat etiam eſſe hypallage, huic poetæ ſupra modum familiaris: ſed idem caſus quibuſdam impedimento uidetur.

*Quid faciam roger? an'ne rogem? quid deinde negabo.*

Finis huius carminis oppido obſcurus eſt. quidam etiam poſt deinde, interrogationis punctum ponunt, ſed non multum iuuant ſenſum.

*Dumq; dolet, ſummo ueſtem deduxit ab ore.*

Raphael putat pro ſummo ore, legi poſſe ſumma ora; quod ora cuiuſq; rei, non ſolum terrarum extremitas uocetur. ſed & os non ſolum de facie dicitur, quinetiam de tota qua cernitur ſpecie. iudicet lector, quod legendum exiſtimet.

*Nec uigor, & uires, & quæ modo uiſa placebant.*

Idem hoc in loco hypozeugma eſſe ait, intelligitq; aduerbium non. uerum hic locus exemplum eſſe poterat, negationem in priora quoque nonnunquam referri. id fortaſſis plus lectorem torſerit, quo pacto Echo iam in lapidem mutata Narciſum uidere potuerit. nam quod cum eo locuta id minus mirum, quando uox manſerat. ſed in fabulis rationem dare, fortaſſis nimium curioſum uideri poterit.

*Cognita res uatis meritam per Achæides urbes.*

Achæidas legendum non Achæides, & patronymicum pro poſſeſſiuo & pro Græcas manifeſte poſitum, ut ſæpe in his fieri ſolet.

*Sacra dei quondam Tyrrhena gente ſecutum*

Raphael exponit Tuſca, ego malim Lydia uel Lyda exponere. ſequitur enim, Patria Mȩonia eſt, id eſt Lydia, quod idem Tuſcia exponit. Tyrrhenorum enim nomen etiam in Aſia fuiſſe puto ἀπὸ τȣ̃ τυρσοῦ id eſt, denſus a cædibus, ut Dionyſ. Halicar. lib. 1. exponit, atq; inde ab Homero hymno quinto, unde Ouid. aliqua ex parte hanc accepiſſe fabulam uidetur τυρσηνοὺς uocatos. ipſe Dionyſius negat Thyrrhenos a Lydis colonos eſſe, quanquam hoc nihil ad hunc locum attinet. nominum tamen confuſio manſit, quippe de Lycaba poſtea dicet, qui Tuſca pulſus ab urbe exilium dira pœnam pro cæde luebat. niſi quis hoc de exule in aliena religione etiam merito dictum exiſtimet.

*Forte petens Delon Chiæ telluris ad oras.*

Non parua difficultas eſt. neq; enim certum eſt unde primum Acœtes mouerit, ſed neq; Hom. neq; Ouid. meminit. quando autem Lydii erãt, ex Lydia Delum petentes, Chium uenire poterant. ceterum quod poſtea ait, Dextera Naxos erat, de longa poſita dextra nimirum intelligitur, ſi quidem a Chio nauigabant. ideoq; quidam non omnino temere dubitant, ſit ne legendum Ceæ telluris. ſic enim Delum petentibus Naxos erat dextera. at non facile quicquam mutarim. hoc obiter notandum quam Herod. lib. 8. Ceon, & itẽ Strabo lib. 2. eã a Ptolemæo Ciam, a latinis Ceam, ut Plin. lib. 4. c. 12. aſſerit, dici. Tetrapolin quondam dictam a quattuor urbibus quæ poſtea duæ fuere. quæ uero inter Ciam & Siphnum, non Chion, ut perperam quidam Ptolemæi habent codices, ſed Ion eſſe inſulam, Homeri ſepulcro inclytam.

*Sit ſopor, aq; mero redeant in pectora ſenſus.*

Plerique libri pro aq;, legunt, atque. ſed Raphaeli placuit aq; legi, quod probo.

*Corde metum, Diamq; tene.*

Idem Raphael, Chiamq; tene, legit: at alii Diamq; legunt. ceterum Plin. lib. 4. cap. 12. ait, Naxon olim etiam Diam dictam. idem Seruius in 3. Æneid. aſſerit. Ptolemæus autem Dian propè Cretam ponit a latere ſeptentrionali, aliam a Naxo, ad quam Theſeus ueniſſe uidetur, poſt quam occiſo in labyrintho Minotauro, cum Ariadne e Creta aufugiſſet, ut in octano poſtea.

*Protinus Aegydes rapta Minoide Dia Vela dedit.*

Meminit & eius inſulæ, ut uidetur, Hom. Odiſſeæ α.

Δίῳ ἀνθιρύτη διονύσου μαρτυρίησι.

*Trunca ſed oſtendens deiectis uulnera membris.*

Vulnera omnes habent libri; ſed ego in ablatiuo ſingulari, uulnere, malim.

RAPH. AT NON Alcithoe} at particula eſt qua cōcinne liber libro connectitur. ſic Virg. At regina graui iandudum ſaucia cura. aliæ quidem, inquit, omnes Thebanæ mulieres ſacra Bacchi celebrabant, ſed Alcithoe, quadam ducta temeritate, ea ſpernebat, Bacchumq; Iouis filium minime eſſe prædicabat. ac quo tempore ſacra Bacchi ab aliis celebrabantur, ipſa lanificio unà cum ſororibus & ancillis operā dabat. earum uero una ad leuandū laborem reliquas hortatur, ut fabularum aliquid uiciſſim narrent. hac autem phantaſia multas deſcribit fabulas poeta, ac Mineidas tandē in ueſpertiliones conuerſas fuiſſe narrat. {Mineias} Minei filia. eſt enim nomē patronymicum. {Orgia} dicuntur a græcis omnia ſacra Liberi patris: quę in Thracia primum ab Orpheo inſtituta, a quo, ut tradit Diodorus, etiam Orphica fuerunt cognominata, deinde, ut ſcribit Lactantius, in græciam ab eodē Orpheo inducta, et in mōte Bœotię Thebis, ubi Liber natus eſt, uicino primum celebrata: qui cum frequenter citharæ cantu perſonaret, Cithærō fuit appellatus. illa autem primum ſolis mulieribus, menſtrua patientibus, celebrari ſtatuit, quo eas illo potiſſimum tempore a uiris ſepararet. poſtea aliis quoque mulieribus, ut illa celebrarent, fuit permiſſum. {Sed adhuc} ſed etiam, inquit, poſt tā grauia de Pentheo ſumpta ſupplicia negat Bacchum Iouis eſſe filium. {Socias imp.} nam & ſorores ſacra Bacchi ſpernabāt. {Feſtum celebrare ſacerdos} aut Tireſias, aut quis alius ſacerdos. {Immunes operum} ab operationibus liberas. Baccharum autē habitus deſcribit. nam & ferarum pellibus induebantur, & crinibus ſolutis coronas imponebant, & thyrſos manibus iactabant. {Calathos} ciſtas, ac fuſorum, lanæq; repoſitoria. Calathus autem proprie uas, in quod τὰ κάλλη ἀποτίθεται, hoc eſt in quod lanæ tinctæ reponuntur, unde & nomen. abuſiue autem aliorum quoque eſt repoſitorium. {Infecta penſa} lanas colo impoſitas, ſed nondum filatas: uel infecta, id eſt, tincta purpura, aliis'ue coloribus. nam inficere tingere eſt, unde infectores dicuntur tinctores. penſum autem lana dicitur a colo pendens. {Thuraq; dant} ſacrificant. {Bacchūq; uocant} nomina Bacchi enumerat, quibus a Bacchis inuocabatur. Bacchus autem dictus eſt ἀπὸ τοῦ βακχεύειν, hoc eſt ab inſaniendo, quod & ipſe & eius comites furere uiderentur. {Bromius} ἀπὸ τοῦ βρέμειν, hoc eſt a fremendo. {Lyęus} ἀπὸ τοῦ λύειν, hoc eſt a ſoluendo, quod curas ſoluat uinum, unde etiam Liber a noſtris fuit appellatus, quod animum a curis liberet: uel, ut alii uolunt, ἀπὸ τῆς λύσεως, hoc eſt a ſolutione fœturæ, quia in femore Iouis immaturus infans fertur fuiſſe inſutus. {Ignigenāq;} quod ex fulminis igne genitus ſit. latinum autem pro græco nomine poſuit. Pyrigenes enim gręce dicitur. {Satumq; iterum} bis ſatum, primum in uentre Semeles, deinde in femore Iouis. {Bimatrem} quod duas matres habuiſſe uidetur, Semelen, ut diximus, & Iouis femur. iccircoq; etiā Dythyrambos fuit appellatus, quod διὰ δύο θυρῶν, hoc eſt per duas ianuas tranſierit, & uterum Semeles & Iouis femur. Bacchus autem eo fingitur Iouis femini inſutus, ut narrat Plin. in 6. nat. hiſtoriæ libro, ꝙ Nyſa Indiæ urbs eſt, ubi mōs Merus Baccho dicitur eſſe ſacer. nā μηρὸς ſemen tranſfertur. {Additur his Nyſeus} uel a Niſa Cithæronis uertice, ubi eum a nymphis nutritum fuiſſe iam diximus; uel a Nyſa Indiæ urbe clariſſima Nyſeus Liber pater eſt appellatus. huic uero opinioni accedere uidetur et Pōponius Mela. ſic enim in geographia ſcribit: Vrbium, quas incolunt Indi, ſunt aūt plurimæ, Nyſa eſt clariſſima & maximā montium, Meros Ioui ſacer. famam hinc præcipuam habent, quod in illa genitū, in huius ſpecu Liberum arbitrantur eſſe nutritum. unde græcis auctoribus, ut femori Iouis inſutum dicerent, aut materia ſuggeſſit, aut error. Hæc Mela. Ceterum, ut ſcribit Diodorus, plures fuerunt Bacchi, quorum omnium geſta in unum a poetis inferuntur. {Indetonſusq; Thyoneus} Indetonſus, id eſt comatus. ſic enim pingebatur. Thyoneus uero dictus eſt Bacchus ἀπὸ τοῦ θύω, quod eſt ſacrifico, impetum facio, occido, excito, feſtino, unde etiam Thyades Bacchæ dicuntur, ſiue potius a Thyone matre, quæ & Semele, ſiue nutrice, fuit denominatus,

# P. OVIDII NASONIS
## METAMORPHOSEON
## LIBER QVARTVS.



ARGVMENTVM.

Thebis cum Tireſias, Eueri filius, diem feſtum ſacrorum Liberi patris edidiſſet; Alcithoe, Minei filia, eiuſdem ciuitatis in eodem permanſit iudicio cum ſororibus ſuis, quo Pentheus: quæ lanæ potius operandæ ſtudio, quam ſacrorum adeſſe uoluerunt. itaque rogata fuit Leuconoœ a ſororibus, ut inter opus lanificii referret fabulas, quibus oblectarent aſſuetum laborem. quibus obſequi uolens, ſecum dubitat de multis fabulis, (nam plurimas norat) quam potiſſimum narret: an de Babylonia, Derceti Nini filia, in piſcem uerſa; an de Semiramide eius filia, in columbam mutata; an de Naide nympha, quæ iuuenes propter libidinem ſuam ſolita erat in piſces immutare, utq; in eundem caſum reciderit; an de ea arbore, cuius poma albi coloris in ſanguineum ceſſerunt: quæ quoniam trita non erat, placuit:

AT non Alcithoe Mineïas Orgia cenſet,
Accipienda Dei: ſed adhuc temeraria Bacchum
Progeniem negat eſſe Iouis: ſociasque ſorores
Impietatis habet. Feſtum celebrare ſacerdos,
Immunesq; operum famulas, dominasq; ſuorum,
Pectora pelle tegi, crinales ſoluere uittas,
Serta comis, manibus frondentes ſumere Thyrſos
Iuſſerat, & ſæuam læſi fore numinis iram
Vaticinatus erat. parent matresque, nurusque;
Telasque, & calathos, infectaq; penſa reponunt;
Turaq; dant; Bacchūq; uocant, Bromiūq;; Lyæūq;,
Ignigenamque, ſatumq; iterum, ſolumq; bimatrem.
Additur his Nyſeusque, indetonſusq; Thyoneus,

[De

Et cum Lenæo genialis conſitor uuæ,
Nyctеliusq;, Eleleusq; parens, & Iacchus, & Euan,
Et quæ præterea per Graias plurima gentes
Nomina Liber habes. tibi.n.incōſumpta iuuenta eſt
Tu puer æternus, tu formoſiſſimus alto
Conſpiceris cælo: tibi, cùm ſine cornibus aſtas,
Virgineum caput eſt: Oriens tibi uictus, ad uſque
Decolor extremo qua cingitur India Gange.
Penthea tu uenerande, bipenniferumq; Lycurgum
Sacrilegos mactas, Tyrrhenaq; mittis in æquor
Corpora: tu biiugum pictis inſignia frænis
Colla premis Lyncum: Bacchæ, ſatyriq; ſequuntur,
Quique ſenex ferula titubantes ebrius artus

RAPH. [De Thyone & quod hoc cognomine Semele uocata fuerit, meminit etiam interpres Apollonii libro primo Argon. afferens hanc eius nominis rationem ὅτι αὔχυλος εἰκυον αὐτὴν παρεισήγαγεν ὕδωρ καὶ ἐνθεαζομένην, ὁμοίως δὲ καὶ τὰς ἐφαπτομένας τῆς γαστρὸς αὐτῆς ἐνθεαζομένας. inde enim & Thyadas appellatas παρὰ τὸ θύειν uidelicet, τὸ ὁρμᾶν καὶ μαίνειν, &c. ceterum disputant de hoc uerſu grammatici: alii enim legũt, Additur his Nyſeus, intonſusq; Thyoneus, ut Nyſeus ſit diſyllabum, græca gentilium forma. alii Nyſæus malunt, ut ſit triſyllabũ a Nyſa, perinde ut Muſæus a Muſa, Timęus a τιμὴ & cet. leguntq;, Additur his Nyſęusq;, intonſusq; Thyoneus. ego uero nihil uideo, cur prior lectio immutari debeat. nam & Stephanus auctor eſt, a Nyſa Nyſeus, gentile diſyllabum fieri, & Nyſeus triſyllabum, in diſyllabum contrahi eodem modo, ut Gryneus, in Gryneus & id genus alia] {Et cum Leneo} ἀπὸ τοῦ ληνοῦ, hoc eſt a lacu torcularis Lenæus dicitur Bacchus. {Genialis uuæ} genio & uoluptati accommodatæ. Genius enim Deus eſt uoluptatis, unde genialis dicitur uoluptuoſus. uini autem inuentio, tum propter potus uoluptatem, tum quia corpus reddit ualidius, grata ſupra modum mortalibus fuiſſe perhibetur. {Conſitor} primus enim uini uſum hominibus oſtendit. {Nyctelius} quod noctu illius ſacra celebrarentur ἀπὸ τῆς νυκτὸς hoc eſt a nocte. {Eleleusq; parēs} Eleleus dictus eſt Bacchus ab hac uoce ἐλελεῦ, qua procedentes ad orgia celebranda, ad conferendamq; pugnam utebantur. eſt enim hortantis aduerbium. uinum autem hortatur ac reddit hominem ad omnia aggredienda audacem. unde Horat. Quid non ebrietas deſignat? operta recludit, Spes iubet eſſe ratas, ad prælia trudit inermē, Sollicitis animis onus eximit, addocet artes. Fecundi calices quem non fecere diſertum? Contracta quem non in paupertate ſolutum? {Iacchus} ἀπὸ τῆς ἰακχῆς, hoc eſt a clamore. {Euan} uox eſt bacchantium qua Bacchus ipſe ſignificatur. {Et quæ præterea} aliis quoque multis cognominibus Bacchum inuocari ait poeta. nam Euhyus, Bryſeus, Baſſareusq; appellatur. {Tibi enim inconſumpta iuuenta} hymnum deſcribit in Bacchum, qui in ipſius ſacris canebatur. {Tu puer æternus} exponit quemadmodum iuuenta Baccho ſit inconſumpta. nunquam enim ſeneſcit, eoq; & puer pingebatur & nudus, quod ebrii & pueris ſimiles ſunt, & omnia reuelant. {Tu formoſiſſimus alto Conſpiceris cælo} Liber pater, ut ſcribit Macrob. ſol ab antiquis eſſe creditus eſt. quam ſententiam Virgil. quoque Georg. primo ſequi uidetur, cum inquit, Vos o clariſſima mundi Lumina labentem cælo quæ dicitis annum Liber & alma ceres. Omnium uero ſiderum Solem pulcherrimum eſſe conſtat. {Tibi, cũ ſine corn. aſtas, Virgineum caput eſt} cornua iccirco attribuuntur Baccho, ut ſcribit Sext. Pompeius, quod homines nimio uino truces fiant, modice uero ſumpto hilares ac manſueti, quales ſunt uirgines, efficiuntur, eoq; ſine cornibus Bacchi caput uirgineum eſſe fingitur. Diod. uero ait, cornua iccirco fuiſſe Baccho attributa, quod primus omnium boues ad iugum iunxit, quorum opera iacta ſemina fruges emiſerunt. {Oriens tibi uictus ad uſque} Liber pater, ut hiſtorici, in primiſq; Diodor. ſcribunt, primus omnium cum exercitu, in quo mulieres quoque erant furentes, in Indiam ingreſſus fuiſſe, eamq; ſubegiſſe, ac gentem nulli unquam hominum obnoxiam, ac ſola quiete contentam, cædibus, libidinibusq; uexaſſe ac polluiſſe, indeq; magnificentiſſimum triumphum reportaſſe fertur. {Ad uſq;} ἀναστροφή eſt, pro, uſque ad eam partē. {Qua decolor India} id eſt nigra & mali coloris. {Extremo Gange} fluuius eſt Indiæ ultimus Ganges. unde Gangeticus ſinus eſt cognominatus. {Bipenniferumq; Lycurgum} ſecurem ferentem, qua uites incidebat. nam Lycurgus iſte, rex fuit Thraciæ, qui cum in contemptum Bacchi uites ſecuri ſuccideret, ſibi ipſi crura amputauit. Diod. narrat Bacchum ex Aſia in Europam tranſiturum cum Lycurgo Thracũ rege ſocietatem iniiſſe. cum uero fœminas primũ in Thraciam uelut ad amicos traieciſſe, mandaſſe Lycurgũ ſuis militibus, ut Bacchum aggrederentur, ipſumq; ac pellices omnes obtruncarent. de his certior factus Liber pater a quodam indigena, Tharope nomine, cum nondum milites transfretaſſent, amicorum præſidio occulte ad exercitum rediit. Lycurgus pellices aggreſſus omnes intereniſſe dicitur, at Bacchus, exercitu traiecto, Thracem pugna ſuperatum, captumq; oculis priuauit, illius domeſticis cruci affixis, Tharopi uero beneficii memor Thracum imperium conceſſit, ac ritum orgia celebrandi tradidit. fuit etiam Lycurgus Lacedæmoniorum rex, qui ipſis leges condidit. alius item fuit Nemeæ regionis rex, cuius filius ab Hipſipyle, Thoantis regis filia, educatus fertur. [Videtur Ouid. ad Homeri locum reſpexiſſe qui eſt Iliados ſexto. ibi enim Lycurgus dicitur Bacchi τιθήνας, hoc eſt nutrices bipenni, ſiue ſecuri perſecutus eſſe, eoq; poſtea a Ioue oculis priuatus. uerſus Homeri ſunt,

Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ δρύαντος υἱὸς κρατερὸς λυκόεργος
Δὴν ἦν ὅς ῥαθεοῖσιν ἐπουρανίοισιν ἔριζεν,
Ὅς ποτε μαινομένοιο διωνύσοιο τιθήνας
Σεῦε κατ' ἠγάθεον νυσήϊον. αἱ δ' ἅμα πᾶσαι
Θύσθλα χαμαὶ κατέχευαν ὑπ' ἀνδροφόνοιο λυκούργου
Θεινόμεναι βουπλῆγι, διώνυσος δὲ φοβηθεὶς
Δύσεθ' ἁλὸς κατὰ κῦμα, θέτις δ' ὑπεδέξατο κόλπῳ.
Τῷ μὲν ἔπειτ' ὀδύσαντο θεοὶ ῥεῖα ζώοντες
Καί μιν τυφλὸν ἔθηκε κρόνου παῖς, &c.

Alii autem fabulæ addunt etiam in furorem uerſum poſtea, & dum uites incidere parat, ſibi ipſi crura amputaſſe.] {Sacrilegos} ſacrorum tuorum uiolatores. nam, ut refert Diod. Bacchus orbem terrarum ſacrilegis ac deorum contemptoribus purgauit. {Tyrrhenaq; corpora} Tyrrhenorum, nautarum, ut in ſuperiore libro poeta narrauit. {Tu biiugum lyncum} biiugarum. nam lynces Liberi patris currum trahere dicuntur. ſunt autem feræ pellem maculis diſtinctam habentes. unde Virg. Quid lynces Bacchi uariæ? Comitatũ aũt Bacchi & Statius eleganter deſcribit, cum inquit: Effrænæ dextra læuaq; ſequuntur Lynces, & uda mero lambunt retinacula tigres. Poſt exultantes ſpolia armentalia portant, Seminecesq; lupos, ſciſſasq; mimallones urſas. Nec comitatus iners, ſunt illic ira, furorq;, Et metus, & uirtus, & nunquam ſobrius ardor, Succiduiq; gradus, & caſtra ſimillima regni. curioſus cetera uideat quę ſequũtur. {Satyriq; ſequuntur} ſatyri, ut inquit Plinius, nihil aliud hominis quàm figuram habent. in Æthiopia naſcuntur, aduncis naribus, aſpera cornibus fronte, pedes caprinos habentes. illorum ſaltatione ac iocis & riſu plurimum oblectabatur Bacchus. {Quiq; ſenes} periphraſis eſt Sileni: qui Bacchi fuit pædagogus, atque educator, eiq; plurimum ad uirtutem & gloriam resq; bellicas profuit. Silenus autem a Sileno Nyſeorum rege originem duxit, qui circa lumbos caudam habuit: quam & poſteri eius omnes geſtaſſe feruntur. {Ferula} uirgultum eſt leuiſſimum, quo ſenes inter ambulãdum etiam nunc uti ſolent.

Pando

RAPH. PANDO} curuo. {Aſello} nam aſello uehitur Silenus Bacchum ſequens. {Concauaq; æra ſonant} cymbala ęrea. {Longoq; foramine buxus} periphraſis eſt tibiæ, quæ ex buxo fieri ſolet. {Solæ Mineides} quodam furore Bacchico uidetur poeta in laudes Bacchi referendas excurriſſe, quare nunc ad Mineidas illius contemptrices refert orationem.

Suſtinet, & pando non fortiter hæret Aſello.
Quacunque ingrederis, clamor iuuenilis, & unà
Fœmineæ uoces, impulſaque tympana palmis,
Concauaq; æra ſonant, longoque foramine buxus.
Placatus, mitiſque, rogant Iſmenides, adſis:
Iuſſaq; ſacra colunt. ſolæ Mineides intus
Intempeſtiua turbantes *feſta Minerua, *sacra*
Aut ducunt lanas, aut ſtamina pollice uerſant,
Aut hærent telæ, famulasq; laboribus urgent.
E quibus una leui deducens pollice *filum, *fuſum*
Dum ceſſant aliæ, commentaque ſacra frequentant,
Nos quoque, quas Pallas melior Dea detinet, inquit,
Vtile opus manuum uario ſermone leuemus:
Perq; uices aliquid, quod tempora longa uideri
Non ſinat, in medium uacuas referamus ad aures.
Dicta probant, primamque iubent narrare ſorores.
Illa quid e multis referat, (nam plurima norat)
Cogitat: & dubia eſt, de te Babylonia narret
Derceti; quam uerſa ſquamis uelantibus artus
Stagna Palæſtini credunt coluiſſe figura:
An magis ut ſumptis illius filia pennis,
Extremos altis *in turribus egerit annos: *montibus*
Nais an ut cantu, nimiumq; potentibus herbis
Verterit in tacitos iuuenilia corpora piſces,
Donec idem paſſa eſt: an, quæ poma alba ferebat,

{Intus} intra domum clauſæ, cum aliæ omnes ſe in Cithæronem contuliſſent. {Intempeſtiua Minerua} lanificio tempori non conuenienti. eſt autem metonymia. nam Mineruam lanificii inuentricem pro ipſo lanificio poſuit. {Aut lanas ducunt} aut ſubtegmen filant, inquit, aut ſtamen, aut texunt. {Dum ceſſant alię} otiantur feſta Bacchi celebrantes. {Commenta} ficta. {Leuemus} leue faciamus. {In medium} in commune, & uoluptatem commune m. {Aures uacuas} otioſas. {Illa quid e multis} pulchra phantaſia ad complures narrandas ingreditur transformationes poeta. ac eas quidem, quæ a poetis attinguntur plenius, quæ uero obſcuræ ſunt, minusq; celebratæ, breuiſſime percurrit, cum earum uſus nullus ſit futurus. {Dirce Babylonia} Dirce quidem fere in exemplaribus legitur, egoq; hactenus ſic putaui eſſe legendum: nunc uero & annotatione Hermolai Barbari, uiri in primis docti, cuius morte maximam iacturã nuper diſciplinæ omnes fecere, & quod ita in uetuſtis codicibus ſcriptum eſt, Derceti exiſtimo eſſe legendum. nam Dercetis quæ & δερκετὼ Acteſia uocatur, & a barbaris Atergatis, dea eſt eadem cum Rhea, quã Syri piſcium abſtinentia colunt. unde & nomen, ut Athenęus auctor eſt, quaſi ἀπὲρ γάτιδος, hoc eſt Syrorum lingua, ſine piſcibus. Cornutus uero ſcribit etiam columbas uetari menſis, quaſi duobus elemẽtis naturæ maximis parci, iubente numine, aeri & aquę. Diodorus aũt lib. 3. iuxta Aſcalonem, inquit, lacus eſt, ubi tẽplum inſignis deæ, quam Syri uocãt Dercetũ, hoc eſt δερκετὼν, muliebri facie, reliquum uero corpus figura piſcis, cuius filia Semiramis a colũbis educata ſit, & ob id ſacras genti aues eas eſſe. Verũ Dercetis etiam Athar a Strab. uocatur: cui quidẽ Venus obuia facta amorem cuiuſdam formoſi adoleſcentis ſibi ſacrificantis iniecit, ex quo quidem cũ filiam dea ſuſcepiſſet, ſui erroris pudore ducta, adoleſcentem ab ſe remouit. filiam uero in loca quædã deſerta & ſaxoſa, in quibus plurimæ erant columbæ, expoſuit. illa uero quaſi diuino nutu ab auibus fuit enutrita. at dea pudore, doloreq; compulſa cum ſe in ſtagnum abieciſſet, in piſcem fuit conuerſa. unde & Syri & piſcibus illius ſtagni abſtinent, & templum iuxta lacum ipſum illi deæ, quam Dercetum uocant facie hominis, reliquis corporis partibus piſcis, ædificarunt. [Apud Athenæum lib. 8. ita legitur, Ἀντίπατρος ὁ ταρσεὺς λέγεσθαί φησι πρός τινων, ὅτι γάτις ἡ σύρων βασίλισσα οὕτως ἦν ὀψοφάγος, ὥς τε κηρύξαι ἄτερ γάτιδος μηδένα ἰχθὺν ἐσθίειν. ὑπ' ἀγνοίας δὲ τοὺς πολλοὺς αὐτὴν μὲν Ἀτεργάτιν ὀνομάζειν, ἰχθύων δὲ ἀπέχεσθαι. & rurſum, ἡ δὲ Ἀτεργάτις, ὥσπερ ξάνθος λέγει, ὑπὸ μόψου τοῦ λυδοῦ ἁλοῦσα κατεποντίσθαι μετὰ ἰχθύος τοῦ υἱοῦ ἐν τῇ περὶ ἀσκάλωνα λίμνῃ διὰ τὴν ὕβριν, καὶ ὑπὸ τῶν ἰχθύων κατεβρώθη. ex quibus uerbis clarius aliquãto ea patent, quæ hic a Regio obſcure tradunt.

meminit autem huius deæ etiam Plin. lib. 5. cap. 25. & Strabo lib. 16. cuius hæc ſunt uerba: ὑπέρκειται δὲ τοῦ ποταμοῦ, Euphratem intellige, ἡ Βαμβύκη, ἣν καὶ ἔδεσσαν, καὶ ἱερὰν πόλιν καλοῦσι, ἐν ᾗ τιμῶσι τὴν συρίαν θεὸν τὴν ἀτεργάτιν. Apud Lucianum tamen diſputatur, utrum dea hæc Iuno, an Rhea magis accipienda ſit. ſed plura qui uolet, ex ſermone illius petat, qui περὶ τῆς συρίας θεοῦ inſcribitur.] {Palæſtini} autem populi ſunt Syriæ, Arabiæ conterminі, a Palęſtina urbe, regioneq; dicti. ſtagnum ſane illud, in quod ſe Dercetis abieciſſe fertur, eſt iuxta Aſcalonem Syriæ urbem, ut Diodorus ſcribit. {Coluiſſe} habitaſſe. neque, mutaſſe, legendum eſt, ut in pleriſq; codicibus eſt deprauatum. {An magis ut ſumptis} Semiramis, Dercetis deæ filia, miro quodam modo a columbis coagulato lacte e proximis paſtorum mapalibus rapto nutrita fuit, unde & Semiramis fuit appellata. nam Syriorum lingua ſemiramides uocantur columbæ, quas Syri, ut deas, colunt. Semiramis uero poſt maxima bella confecta, Babylonemq; ædificatam, cum inſidias ſibi a filio ſtrui cõperiſſet, omni iniuria illi remiſſa, præfectis omnibus mandauit, ut filio tanquam regi parerent, eueſtigioq; euanuit, ad deos, ut creditum eſt, translata. quidam fabulantur illam in colũbam fuiſſe conuerſam, quorum opinionem etiam Ouid. ſequitur. compluribus enim columbis domum ingreſſis, & illam cum reliquis auolaſſe putant. quo factum eſt, ut Syri columbam, ut deam, colant, immortalem reginam arbitrati. Imperauit autem Semiramis uniuerſæ Aſiæ præter Indos. uixitq; annos duos & ſexaginta, cum quadraginta duobus regnaſſet. Hæc Diodorus. {Nais an ut cantu} quęnam hæc fuerit Nais, mihi parum eſt compertum. nympha quædam, quæ carminibus & herbis iuuenes quoſdam ſe clamoribus infeſtantes in mutos piſces tranſmutauit, ac tandem ipſa quoque facta eſt piſcis. [Fuit autem multarum nomen hoc proprium: nam & Amphionis filia, ex Aedone Nais fuit. & Naidis nymphæ meminit Pauſanias in Arcadicis, Naidis meretricis Athenęus libro 13.] {An quæ poma alba} mori arboris eſt periphraſis. Morus enim arbor poma primum quidem alba, deinde nigra Pyrami ac Thisbes ſanguine effecta ferre cœpit. nam Pyramus iuuenis, & Thisbe puella cum domos contiguas haberent, ſe mutuo amare cœperunt. cum autem ſe amplecti aliter non poſſent, egredi urbem ad conſtitutum locum decreuerunt. quo quidem cum prior peruenisset Thisbes, leæna illac tranſeunte perterrefacta, in antrum uicinum confugit. Pyramus deinde adueniens cum uelum, quod fugienti Thisbe e capite deciderat, cruentatum reperiſſet, eam putans a feris fuiſſe laceratam, gladio, quem ſecum habebat, ſub moro arbore incubuit: cuius ſanguine quidem mora effecta fuere nigra, cum antea candida fuiſſent. Thisbe autem ex antro egreſſa, cum Pyramum uulnere confectum uidiſſet, eodem ſe gladio confodit. Sane Pyramus non ſolum uiri eſt proprium, ſed etiam fluuii nomen, qui per anguſtias Tauri montis in Ciliciam defertur. Thisbe quoque & mulieris & urbis eſt nomen, unde Thisbeus declinatur.

*Mora ex albis nigra.*

Contiguas}

Vt nunc nigra ferat cotactu ſanguinis arbor.
Hæc placet, hæc quoniam uulgaris fabula non eſt.
Talibus orſa modis, lana ſua fila ſequente.

ARG. Pyramus & Thisbe urbis Babyloniæ, quam Semiramis regina muro cinxerat, & ætate & forma pares, cum in propinquo habitarent, rima parietis & colloquii & amoris fundamenta iecerunt. conſtituerunt itaque, ut matutino tempore ad monumentum Nini regis ſub arborem morum conuenirent ad amorem. & cum celerius ſub lucem Thisbe, nacta occaſionẽ, ad deſtinatum locum ueniſſet, conſpectu leænæ exterrita, abiecto amictu, in ſyluam refugit. at fera a recenti præda cum ad fontem uicinum tumulo ſitiens decurreret, relictam ueſtem cruento ore lacerauit. poſt cuius diſceſſum, Pyramus cum ad eundem ueniſſet locum, & amictum, ſanguine aſperſum, inueniſſet, exiſtimans amicam a fera conſumptam, ferro ſe ſub arbore interfecit. deinde Thisbe, depoſito metu, cum ad eundem fuiſſet reuerſa locum, & comperiſſet ſe cauſſam mortis adoleſcenti extitiſſe, ne diutius dolori ſupereſſet, eodem ferro ſe traiecit. quorum cruore morus arbor aſperſa, quia ſpectaculi fuerat inſpectrix, poma, quæ gerebat alba, in ſanguineum uertit colorem.

PYramus, & Thisbe, iuuenum pulcherrimus alter,
Altera, quas Oriens habuit, prælata puellis,
Contiguas habuere domos, ubi dicitur altam
Coctilibus muris cinxiſſe Semiramis urbem.
Notitiam, primosq; gradus uicinia fecit.
Tempore creuit amor: tedæ quoque iure coiſſent,
Sed uetuere patres. quod non potuere uetare:
Ex æquo captis ardebant mentibus ambo.
Conſcius omnis abeſt: nutu, ſignisq; loquuntur.
Quoq; magis tegitur, *tanto magis æſtuat ignis.
*tectus
Fiſſus erat tenui rima, quam duxerat olim,
Cùm fieret, paries domui communis utrique.
Id uitium, nulli per ſæcula longè nota tum,
(Quid non ſentit amor?) primi uidiſtis amantes,
Et uocis feciſtis iter, tutæq; per illud
Murmure blanditiæ minimo tranſire ſolebant.
Sæpe ubi conſtiterant hinc Thisbe, Pyramus illinc,
Inq; uices fuerat captatus anhelitus oris,
Inuide, dicebant, paries quid amantibus obſtas?
Quantum erat, ut ſineres toto nos corpore iungi?
Aut hoc ſi nimium eſt, uel ad oſcula danda pateres?
Nec ſumus ingrati: tibi nos debere fatemur,
Quòd datus eſt uerbis ad amicas tranſitus aures.
Talia diuerſa nequidquam ſede locuti
Sub noctem dixere uale: partiq; dedêre
Oſcula quiſque ſuæ non peruenientia contrà.
Poſtera nocturnos Aurora remouerat ignes,
Solq; pruinoſas radiis ſiccauerat herbas:
Ad ſolitum coiere locum. tum murmure paruo
Multa prius queſti, ſtatuunt, ut nocte ſilenti
Fallere cuſtodes, foribusq; excedere tentent:
Cumq; domo exierint, urbis quoq; tecta relinquant:
Ne'ue ſit errandum lato ſpatiantibus aruo,
Conueniant ad buſta Nini, lateantq; ſub umbra
Arboris. arbor ibi niueis uberrima pomis
Ardua morus erat, gelido contermina fonti.
Pacta placent: & lux tardè diſcedere uiſa
Præcipitatur aquis, & aquis nox *exit ab iiſdem.
*ſurgit
Callida per tenebras uerſato cardine Thisbe
Egreditur, fallitq; ſuos, adopertaq; uultum
Peruenit ad tumulum, dictaq; ſub arbore ſedit.
Audacem faciebat amor. uenit ecce recenti
Cæde leæna boum ſpumantes oblita rictus,
Depoſitura ſitim uicini fontis in unda.
Quam procul ad Lunæ radios Babylonia Thisbe
Vidit, & obſcurum timido pede fugit in antrum:
Dúmq; fugit, tergo uelamina lapſa relinquit.

RAPH. CONTIGVAS} ſe inuicem tangentes. {Semiramis} Nini Aſſyriorum regis uxor fuit, magno mulier animo, quæ mortuo marito ſexum mentita, ac ſe filium eſſe ſimulans ſucceſſit. ac ut uirum geſtorum gloria ſuperaret, inter ea, quæ præclara geſſit, Babylonem urbem condidit, cuius mœnia ambitu trecenta ſtadia & ſexaginta complectebantur, frequentibus turribus ac magnis ornata, ut Diodorus ac ferè hiſtorici & græci & latini ſcribunt. {Altam urbem} ad murorum ac ædium magnificentiam reſpexit, qua facile alias urbes Babylon ſuperabat. {Coctilibus muris} latericiis & coctis lapidibus conſtructis. {Primosq; gradus} primos amoris gradus uiſum & colloquium eſſe conſtat, reliqui uero ſunt tactus, oſcula, concubitus. {Tedæ iure} nuptiarum ac legitimo iure {Sed uetuere patres} fatue quidem hoc eſſe dictũ uidetur. ſi enim uetuere, quo modo uetare non potuerũt? uerum acute ſimul & lepide eſt dictũ. uetuerũt enim ne nuptiarũ iure coirent, prohibere autem non potuerunt ne animis, affectuq; copularentur. {Tenui rima} ſubtili & parua ſciſſura. {Duxerat} contraxerat. {Id uitium nulliq;} illa, inquit, rima a nullo unquam fuerat animaduerſa. {Notatum} animaduerſum. eſt autem ordo: o amantes primi uidiſtis id uitium nulli notatum per longa ſecula. {Quid non ſentit amor?} parentheſis eſt rationem continens, cur amantes primi rimam illam notarint. {Inq; uices fuerat} hoc eſt poſtquam uiciſſim ſuſpirauerant. {Quantum erat} ac ſi dicerent, minimum erat, ut permitteres nos toto corpore copulari. {Vel ad oſcula danda pateres} hoc eſt ſaltem aperiri tãtum deberes, ut nos inuicem oſculari poſſemus. {Vel} ſaltem. {Sub noctem} circa noctem, adueniente nocte. {Non peruenientia contra} hoc eſt quem ad alteram partem non perueniebant. {Nocturnos ignes} ſtellas, quæ Aurora adueniente auferri uidentur. {Pruinoſas} pruina obrutas. eſt autem pruina ros congelatus. {Coire} conuenire. {Multa prius queſti} de parentibus ſuis. {Nocte ſilenti} media, quę & intempeſta dicitur, quod illo tempore omnia ſileant animalia. {Fallere cuſtodes} decipere ianuarum cuſtodes, qui ianitores uocãtur. {Foribus} domibus. parte enim totum intelligimus. {Excedere} exire, {Tecta} domos. {Spatiantibus} in magno agri ſpatio obambulantibus. nam ſpatiari nihil aliud eſt, ut ait Macrobius, quàm in ſpatio lati itineris obambulare. {Ad buſta Nini} ad ſepulcrum Nini, Aſſyriorum regis. buſtum autem proprie dicitur locus, ubi cadauera comburebantur. {Ardua} alta. {Morus} morus autem arbor eſt, quæ, ut ſcribit Plinius, ſerotino germinatu floret, nec niſi exacto frigore germinat, ob id μωρὸς per antiphraſin dicta ſapientiſſima arborum. {Tarde} affectum exprimit amãtium, quibus dies maxime longus uidetur, in cuius noctem conuenire ſtatuerunt. {Pręcipitatur aquis} in aquas Oceani. ex opinione autem uulgari hęc dicũtur. neq; enim ſol in aquas deſcendit. {Et aquis nox exit ab iiſdem} ubi enim ſol occidit, inde nox uidetur oriri. {Verſato} reuoluto, hoc eſt aperta ianua. {Adopertaq; uultum} uultum coopertum habens, ne, ſi cui forte obuiaret, agnoſceretur. {Dictaq; ſub arbore} conſtituta. {Audacẽ faciebat amor} cauſſam reddit cur tam audax eſſet puella, ut noctu ſola in agro reſideret. {Venit ecce recenti} ecce aduerbium ſemper fere aliquid repentini, inſperatiq; mali ſignificat. ut Virgil. Ecce aũt gemini a Tenedo trãquilla per alta. hoc aũt & Aſconius notat, qui ait hoc propriũ eſſe Ciceronis, ut in rebus improuiſis hac particula ecce utat. {Oblita rictus} hoc eſt ora ſpumantis ſanguine boum infecta habẽs. {Depoſitura ſitim} hoc eſt potatura in uicino fonte. {Timido Pe.} trepidis pedibus ac feſtinãtibus. ut enim trepidum ꝑ timido, ſic timidum pro trepido eleganter ponitur.

RAPH. VT lea} poſtquam leæna : utroque enim dicitur modo. {Compeſcuit} placauit. {Laniauit} lacerauit. {Amictus} uelum. {Serius egreſſus} ſero tarde quidem ſignificat, ſed ita ut poſt amiſſam opportunitatem aliquam fere ponatur. {Veſtem} uelū. {E quibus illa} Thisbe, quā iccirco uita dignißimam fuiſſe ait Pyramus, quia & promiſſis ſtetit, & longe ante ſe ad conſtitutum locum uenit. {Noſtra nocens anima eſt} animam pro uita ſæpenumero accipi notum eſt. {Ego te miſeranda peremi} ſe necis Thisbes, quam a leæna dilaniatam putabat, Pyramus cauſſam fuiſſe ꝓfitetur. {Peremi} necaui. cum maximo autem affectu hæc a Pyramo referuntur. {In loca plena metus} cauſſam aſſignat Pyramus, cur ipſe interfecit Thisben. {Qui iuſſi} quia ego iuſſi. eſt enim relatiuum cauſſam exprimens. {Noſtrum diuellite corpus} apoſtrophe ad leones, a quibus Pyramus dilaceratam putabat Thisben. {Sub hac rupe} ſub hoc ſaxo, in hac ſpelunca. propinqua enim ſpelunca erat, in quam refugerat Thisbe. {Sed timidi eſt optare necem} cum ſibi uir fortis eam conſciſcat. {Pactę arboris} conſtitutę. {Ferrum} enſem per metonymiam. ex ferro nanq; enſes conficiuntur. {Emicat} exilit. {Non aliter quàm cum} pulchra ſimilitudine oſtēdit poeta quàm alte ex Pyrami uulnere ſanguis exiliret. {Quàm cum uitiato fiſtula plumbo} fiſtula, per quam aqua deducitur, ex plumbo ferè fieri conſueuit, dicta quod fiſtulæ & tibiæ ſimilis ſit. {Vitiato plumbo} corrupto, fracto. {Eiaculatur} longe eiicit. {Atq; ictibus aera rumpit} aquæ emiſſione aerem penetrat. {Arborei fœtus} mora arboris illius fructus. {Aſpergine cędis} ſanguinis aſperſione. {In atram faciem} in nigrā figuram. {Madefactaq;} que, copula hoc loco, ꝓ, qa, eſt accipienda. cauſſam enim aſſignat cur mora ex albis purpurea fuerint effecta. {Geſtit} cupit. {Vtq; locum} poſtquam locum, inquit, & uiſam arboris figu-

Vt lea ſæua ſitim multa compeſcuit unda,
Dum redit in ſyluas, inuentos forte ſine ipſa
Ore cruentato tenues laniauit amictus.
Serius egreſſus ueſtigia uidit in alto
Puluere certa feræ, totoq; expalluit ore
Pyramus. ut uerò ueſtem quoque ſanguine tinctam
Repperit: Vnà duos, inquit, nox perdet amantes
E quibus illa fuit longa digniſſima uita:
Noſtra nocens anima eſt. ego te miſeranda peremi,
In loca plena metus qui iuſſi nocte uenires,
Nec prior huc ueni. noſtrum diuellite corpus,
Et ſcelerata fero conſumite *uiſcera morſu — corpora
O quicunq; ſub hac habitatis rupe leones.
Sed timidi eſt optare necem. uelamina Thisbes
Tollit: & ad pactæ *ſecum fert arboris umbram. — confert
Vtque dedit notæ lacrymas, dedit oſcula ueſti,
Accipe nunc, inquit, noſtri quoq; ſanguinis hauſtus:
Quoq; erat accinctus, demiſit in ilia ferrum.
Nec mora, feruenti moriens e uulnere traxit,
Et iacuit reſupinus humo. cruor emicat altè,
Non aliter, quàm cùm uitiato fiſtula plumbo
Scinditur, & tenues ſtridente foramine longè
Eiaculatur aquas, atque ictibus aera rumpit.
Arborei fœtus aſpergine cædis in atram
Vertuntur faciem, madefactaq; ſanguine radix
Purpureo tingit pendentia mora colore.
Ecce metu non dum poſito, ne fallat amantem,
Illa redit, iuuenemq; oculis, animoq; requirit:
Quantaq; uitarit narrare pericula geſtit.
Vtq; locum, & uiſam cognoſcit in arbore formam,
(Sic facit incertam pomi color) hæret, an hæc ſit.
Dum dubitat, tremebunda uidet pulſare cruentum
Membra ſolum, retroq; pedem tulit: oraq; buxo
Pallidiora gerens, exhorruit æquoris inſtar,
Quod fremit, exigua cùm ſummum ſtringitur aura.
Sed poſtquam remorata ſuos cognouit amores,
Percutit indignos claro plangore lacertos:
Et laniata comas, amplexaq; corpus amantis,
Vulnera ſuppleuit lacrymis, fletumq; cruori
Miſcuit: & gelidis in uultibus oſcula figens,
Pyrame, clamauit, quis te mihi caſus ademit?
Pyrame reſponde: tua te cariſſima Thisbe
Nominat: exaudi, uultusq; attolle iacentes.
Ad nomen Thisbes oculos in morte grauatos
Pyramus erexit, uiſaq; recondidit illa.
Quæ poſtquam ueſtemq; ſuam cognouit, & enſe
Vidit ebur uacuum, Tua te manus, inquit, amorq;
Perdidit infelix. eſt & mihi fortis in unum
Hæc manus: eſt & amor: dabit hic in uulnera uires.
Perſequar extinctum, lethiq; miſerrima dicar
Cauſſa, comesq; tui: quiq; a me morte reuelli
Heu ſola poteras, poteris nec morte reuelli.
His tamen amborum uerbis eſtote rogati,
O multùm miſeriq; mei, illiusq; parentes,
Vt quos certus amor, quos hora nouiſſima iunxit,
Componi tumulo non inuideatis eodem.
At tu, quæ ramis arbor miſerabile corpus
Nunc tegis unius, mox es tectura duorum,
Signa tene cædis, pullosque, & luctibus aptos
Semper habe fœtus, gemini monumenta cruoris.

ram Thisbe cognoſcit, tamen colore mororum, quæ ex albis rubicunda fuerant effecta, redditur incerta. {Pomi color} fructus mori arboris color ex albo in rubicundum tranſmutatus. pomum autem generale nomen eſt omnium fructuū, quicunq; in arboribus naſcuntur, ſiue molles, ſiue duros cortices habeant, quamuis quidam aliter ſentiant. {Hæret} dubitat an illa ſit arbor ſub qua paulo ante ſederat. {Tremebunda} palpantia. {Pulſare} percutere. nondum enim mortuus erat Pyramus. {Retroq; pedem tulit} retroceſſit. {Exhorruit} turbata eſt. {Æquoris inſtar} ad ſimilitudinem maris. inſtar autē indeclinabile nomen eſt, ac interdū ad ſimilitudinē, interdum ſignificat ad æquiparationem, quamuis ſine præpoſitione ponatur. Virgilius, Inſtar montis equū diuina Palladis arte Aedificant. {Quod fremuit} ſtrepit. {Cum ſummum ſtringitur} quando in ſuperficie raditur, ac leuiter a uento attingitur. {Claro plangore} magno eiulatu. {In gelidis uultibus} in frigida facie Pyrami morientis. {Suppleuit} impleuit. {Quis te mihi caſus ademit?} eripuit. ſunt autem querelæ maxime amanti conuenientes. {Erexit} extulit, aperuit. {Recondidit} iterum condidit, & occultauit, & clauſit. {Veſtemq; ſuam} uelum ſuum quo deceptus Pyramus ſeipſum interfecerat. {Ebur uacuum enſe} id eſt eburneam uaginam enſe carentem. {Tua te manus, inquit, amorq;} teipſum, inquit, ob amorem, quo me proſequebaris, interfeciſti. {In unum} ad hoc unum, ut me ipſam interficiam. {In uulnera} ad uulnera mihi ipſi inferenda. {Reuelli} ſeparari. {Certus amor} uerus. {Non inuideatis} non prohibeatis noſtris uotis inuidētes. {Componi} condi, ac ſimul ſepeliri. {Pullos} nigros. {Monumenta} memoriam. {Gemini cruoris} ſanguinis duorum, Pyrami & Thisbes.

Aptato

Dixit, & aptato pectus mucrone ſub imum,
Incubuit ferro, quod adhuc a cæde tepebat.
Vota tamen tetigere deos, tetigere parentes.
Nam color in pomo eſt, ubi permaturuit, ater:
Quodq́; rogis ſupereſt, una requieſcit in urna.

ARG. Sol prælatam Leucothoen, ex Eurynome & Orchamo, Achæmeniæ principe, ab origine Beli ſeptimo, genitam, Clymenæ Arcadi Circes matri, & Clytiæ, quarum pulchritudine eius antea ſollicitus animus fuerat, dilexit. & cupiens, ut in ante dictis, cupiditatem ſedat. nam in ſpeciem Eurynomes, matris puellæ, conuerſus, uirginem deceptam dolo uitiauit. Clytie autem, qua nondum Sol ſatiatus erat, eo adulterio incenſa parenti puellæ indicauit. quam ille cum terræ defodiſſet, uitiator admiſſi miſericordiam exhibens, deducto ſolo, cui ſubiecta fuerat, pro ea uirgam tinctam nectare, quæ diis, hominibusq́ gratiſſima eſſet, extulit: quæ turea appellatur. Hoc indicat Heſiodus.




DEſierat, mediumq́; fuit breue tempus, & orſa eſt
Dicere Leucothoe. uocem tenuere ſorores.
Hunc quoque, ſiderea qui temperat omnia luce,
Cepit amor Solem. Solis referamus amores.
Primus adulterium Veneris cum Marte putatur
Hic uidiſſe Deus. uidet hic Deus omnia primus.
Indoluit facto, Iunonigenæq́; marito
Furta tori, furtiq́; locum monſtrauit. at illi
Et mens, & quod opus fabrilis dextra tenebat,
Excidit. extemplo & graciles ex ære catenas,
Retiaq́ue, &, laqueos, quæ lumina fallere poſſent,
Elimat. non illud opus tenuiſſima uincant
Stamina, *nec ſummo quæ pendet aranea tigno.
Vtq́; leues tactus, momentaq́; parua ſequantur,
Efficit, & lecto circundata collocat aptè.
Vt uenêre torum coniux & adulter in unum,
Arte uiri, uinclisq́; noua ratione paratis,
In mediis ambo deprenſi amplexibus hærent.
Lemnius extemplo ualuas patefecit eburnas,
Admiſitq́; deos. illi iacuere ligati
Turpiter: atque aliquis de diis non triſtibus, optat
Sic fieri turpis. Superi riſere, diuq́;
Hæc fuit in toto notiſſima fabula cælo.
Exigit indicij memorem Cythereïa pœnam,
Inq́; uices illum, tectos qui læſit amores,
Lædit amore pari. quid nunc Hyperione nate
Forma, colorq́; tibi, radiataq́; lumina proſunt?
Nempe tuis omnes qui terras ignibus uris,
Vreris igne nouo: quiq́; omnia cernere debes,
Leucothoen ſpectas, & uirgine figis in una
Quos mundo debes oculos: modò ſurgis Eoo
Temporius cælo, modò ſerius incidis undis,

RAPH. APTATO mucrone} appoſita cuſpide. {Sub imum pectus} ad infimam pecturis partem. {Ferro} enſi; quo ſe ipſum paulo ante transfixerat Pyramus. {Vota} preces. {Tetigere} commouere. {Permaturuit} perfecte maturuit. {Quodq́; rogis ſupereſt} cinis & oſſa rogis ſupereſſe ſolent. {Deſierat} loqui ſubaudiatur & Alcithoe: finem enim ſuæ narrationi impoſuerat. {Vocem tenuere} ſiluerunt. {Leucothoe} ſoror Alcithoes. antequam narret, quemadmodũ Leucothoe, Orchami regis Achæmeniæ, & Eurynomes filia in arborem thuris fuerit conuerſa, exponit adulterium Martis cum Venere. Sol enim Martem olim cum Venere coeuntem Vulcano eius marito indicauit. qui indignatus retibus tenuiſſimis cubile circundedit, quibus coeũtem Martem cum Venere ita implicuit, ut nullo pacto diſiungi poſſent. patefacto deinde cubiculo, omnium deorum oculis ſpectandos ſubiecit. quare Venus indignata Soli Leucothoes amorem immiſit; qui ut commodius ea potiretur, ſe in matris Eurynomes figuram conuertit. cum uero Orchamus pater eam uitiatam eſſe indicio Clytiæ, Solis amicæ, cognouiſſet; ipſam defodit in terram. Sol uero amicam miſeratus, eam in thuris arborem commutauit. {Hunc quoq;} ac ſi diceret, non ſolum mortales capiũtur amore, ſed dii quoque, & quidem clariſſimi. {Videt hic Deus omnia primus} cauſſa eſt cur ſol putetur omnium primus Martis adulterium cum Venere uidiſſe. quare hæc particula, nam, ſubaudienda uidetur. hic autem ſenſus ex Homero ſumptus eſſe uidetur, ut Plin. quoq; in 2. naturalis hiſt. libro teſtatur, cum ait ſolem commendans, Hic ſuum lumen ceteris quoque ſideribus fœnerat, præclarus, eximius, omnia intuens, omnia etiam exaudiẽs, ut principi litterarum Homero placuiſſe in uno eo uideo. hoc uero in duodecimo Odyſſeę ſcribit Homerus. [Verſum intelligit ἠελίου, ὃς πάντ᾽ ἐφορᾷ, καὶ πάντ᾽ ἐπακούει. fabula autem de concubitu Veneris & Martis deſcribitur Odyſſ. 9.] {Iunonigenę} ex Iunone genito. Vulcanum enim ſolum Iuno ex Ioue ſuſcepit. {Furta} ſtupra, & adulteria, quod furtim fiant. {Graciles} tenues atq; ſubtiles. {Quæ lumina fallere poſſent} quæ oculos decipere ualerent. {Elimat} efficit lima. {Aranea} tela araenarum. {Vtq́; leues tactus} ſignificat retia ea ita mollia fuiſſe ac flexibilia, ut ne ſi tangerentur, quidem ſentiri poſſent, ac facile rebus omnibus cederẽt. {Parua momenta} parua obſtacula, ne parum reſiſtere uiderentur. {Deprenſi} in re prohibita inuenti. nam deprehendi proprie quis in re minus honeſta dicitur. {Lemnius} Vulcanus qui cũ deformis natus eſſet, Iunoniq́; contra Iouem auxilio eſſet, ut ipſe in 1. Iliados narrat, ab Ioue ipſo e cælo fuit in Lẽnum inſulã præcipitatus, ibiq́; a populo, qui Sinties tum dicebantur, fuit exceptus. {Admiſitq́; deos} aduocauit deos ad ſpectaculum Veneris & Martis, q ita ligati in lecto iacebant, ut ſe diſſoluere nõ poſſent. {Atque aliquis de diis} eũ fuiſſe Mercuriũ ferunt. [Vt quidem Lucianus ludẽdo fingit.] {Cythereia} Venus a Cytheris inſula dicta, ad quã primũ e mari nata, cõcha perueniſſe dicitur. {Memorẽ pœ.} aut hypallage eſt memor Cythereia, aut quam in memoria habebat, ut Virg. Sęuę memorẽ Iunonis ob irã. {Inq́; uices} uiciſſim, e contrario. {Hyperione nate} Sol Hyperionis Titanis, ex Thia, ut ſcribit Heſiodus, ut uero in hymnis Hom. ex Euryanaſſa ſorore: filius fuit ſimul cũ luna & aurora. unde Hyperionides quoque ſol ipſe & Hyperion nomine patris interdum a poetis uocatur. eſt autem apoſtrophe ad Solem. {Igne nouo} amore inuſitato. {Temporius} tempeſtiuius. eſt autem aduerbium comparatiuum, a poſitiuo, Tempore. {Modo ſerius incidis undis} interdum, inquit, tardius occidis. {Eoo cęlo} orientali, unde oritur aurora, quæ græce ἠώς dicitur.

adulteriũ Veneris cum Marte.

Leucothoe, Orchami regis filia, in uirgã thureã.

non

Spectandiq; mora brumales porrigis horas.
Deficis interdum, uitiumq; in lumina mentis
Tranſit, & obſcurus mortalia pectora terres.
Nec, tibi quòd Lunæ terris propioris imago
Obſtiterit, palles. facit hunc amor ipſe colorem,
Diligis hanc unam: nec te Clymeneque, Rhodosq;,
Nec tenet Aeææ genitrix pulcherrima Circes,
Quæq; tuos Clytie quamuis deſpecta *petebat
Concubitus, ipſoq; illo graue uulnus habebat
Tempore. Leucothoe multarum obliuia fecit;
Gentis odoriferæ quam formoſiſſima partu
Edidit Eurynome. ſed poſtquam filia creuit,
Quàm mater cunctas, tam matrem filia uicit.
Rexit Achæmenias urbes pater Orchamus: isq;
Septimus a priſco numeratur origine Belo.
Axe ſub Heſperio ſunt paſcua ſolis equorum:
Ambroſiam pro gramine habent. ea feſſa diurnis
Membra miniſteriis nutrit, reparatq; labori.
Dumq; ibi quadrupedes cæleſtia *pabula carpunt,
Noxq; uicem peragit, thalamos Deus intrat amatos,
Verſus in Eurynomes faciem genitricis, & inter
Bis ſex Leucothoën famulas ad lumina cernit
Læuia uerſato ducentem ſtamina *fuſo.
Ergo ubi ceu mater caræ dedit oſcula natæ,
Res, ait, arcana eſt, famulæ diſcedite, ne'ue
* Eripite arbitrium matri ſecreta loquendi.
Paruerant: thalamoq; Deus ſine teſte relicto,
Ille ego ſum, dixit, qui longum metior annum,
Omnia qui uideo, per quem uidet omnia tellus,
Mundi oculus. mihi, crede, places. pauet illa; metuq;
Et colus, & fuſus digitis cecidere remiſſis.
Ipſe timor decuit. nec longius ille moratus
In ueram rediit ſpeciem, ſolitumq; nitorem.
At uirgo quamuis inopito territa uiſu,
Victa nitore Dei, poſita uim paſſa querela eſt.
Inuidit Clytie: (neque enim moderatus in illam
Solis amor fuerat) ſtimulataq; pellicis ira
Vulgat adulterium, diffamatumq; parenti
Indicat. ille ferox, immanſuetusq; precantem,
Tendentemq; manus ad lumina Solis, &, Ille
Vim tulit inuitæ, dicentem, defodit alta
Crudus humo, tumulumq; ſuper grauis addit arenæ.
Diſſipat hunc radiis Hyperione natus, iterq;
Dat tibi, quo poſſis defoſſos promere uultus.
Nec tu iam poteras enectum pondere terræ
Tollere nympha caput, corpusq; exangue iacebas.
Nil illo fertur uolucrum moderator equorum
Poſt Phaethonteos uidiſſe dolentius ignes.
Ille quidem gelidos radiorum uiribus artus,
Si queat, in uiuum tentat reuocare calorem.
Sed quoniam tantis fatum conatibus obſtat,

RAPH. PORRIGIS} producis. {Brumales horas} hyemales dies, q ſolent eſſe breuiores. {Vitium mētis} ęgritudo ac paſſio cordis, qua fere amantes pallēt. {Tranſit in lu.} pallida nanq; uidebantur. {Nec tibi q Lu.} cauſſam eclipſis ſolis exponit. nā tunc deficere uidetur, cū luna ei ſubiicitur. luna uero infima eſt planetarū. {Clymene} Phaethōtis mater. {Rhodos} inſula eſt Lycię adiacēs, ſoli adeo grata, ut ſemper, quamuis nebuloſo aere, aliqua diei hora eius radii uideantur, ut ſcribit Plin. Rhodos aūt ἀπὸ τȣ̃ ῥόδȣ, hoc eſt a roſa ꝓpter pulchritudinem, ut quidā ſcribūt, fuit appellata. nā prius & Ophiuſa, & a ſerenitate Ætherea uocabatur. Diod. uero ait Rhodō inſulam a Rhodo puella, Neptuni filia, ex quadā Telchinum ſorore, q primi inſulā tenuerunt, fuiſſe appellatā. [In cōm. Pindari, ode 7. Olympi, Herophylo auctore legitur, Rhodō, Neptuni & Veneris filiā fuiſſe. ſolem aūt amaſſe Rhodō, & ex ea ſeptem genuiſſe filios, Ochimum, Cercaphū, Actinē, Triopā, Macareū, Tenagē, & Phaethontē, uel, ut alii, Tenagē, Phaethōtem q natu minimus fuit, Actinem, Macareū, Triopā, Chryſippum, & Candalū, & de hac Rhodo, puella uidelicet, hoc loco intelligendum.] {Nec tenet Æęę} Perſa mater fuit Circes, quæ Æęa, ab Æa, urbe Colchorum, non, ut Seruius ſcribit, a uocibus eorum, quos in bruta animalia conuertebat, fuit appellata. Æa uero non ſolum Colchorum eſt urbs ab Aeeta Medeę patre ędificata, ſed alia quoque eſt Theſſaliæ. eſt etiam Macedonię fons Æa, ut Stephanus ſcribit. unde Æęus ęęa declinatur. {Clytie} nympha fuit, q̄ Apollinem amauit. {Graue uul.} magnum dolorem, quia ſibi Leucothoen prælatam uidebat. {Gentis odoriferæ} odores ferentis, hoc eſt Arabicæ. {Formoſiſſima Euryno.} pulcherrima. Eurynome autem, ut ſcribit in Theogonia Heſiodus, nympha fuit Oceani & Tethyos filia, uxorq; Orchami, Achæmeniorum regis. altera fuit Apollinis filia, q̄ Ethalioni marito Adraſtum, Argiuorum regem, atq; Eriphylen peperit. {Achęmenias} Perſicas. nam Achęmenii, Perſę, & Parthi populi ſunt finitimi. {A priſco Belo} a primo Belo, qui Abantem genuit, Abas Acriſium, Acriſius Danaē,

Beli genealogia.

Danae Perſeū, Perſeus Bachęmonē, Bachęmō Achęmenē, a quo Achęmenia eſt appellata, Achęmenes uero Orchamū. {Axe ſub heſp.} ſolis equorū paſcua deſcribit, q̄ ſunt in occidēte, ambroſiā ferentia, cuius paſtu ſolis equi ꝑ noctem reparātur ad diuinos labores tolerādos. {Axe ſub heſp.} ſub cęlo occidētali. duo nāq; ſunt axes, ut Ser. quoq; ſcribit, q & uertices & poli dicūtur, arcticus ſiue borealis, q a nobis ſemper uidetur, & antarcticus ſiue notus & auſtralis, qui nunq̄ a nobis uideri poteſt. Axē ergo ꝓ cælo poſuit. eſt aūt proprie axis, ut ſcribit Apuleius, directio q̄dā a polis, & uelut a cardinibus ꝑfecta, diuiſor & diſcriminator mundi orbē terræ in medietate cōſtituēs. Ambroſia uero, q̄ immortalitas interpretatur, cibus eſt deorum, quo etiā equi ſolis paſci dicunt. eſt aūt herba, quā Dioſcor. Artemiſiā eſſe ait. {Thalamos ama.} amicæ Leucothoes cubiculū. {Ducentē} deducentē, filantem. {Læuia ſtamina} mollia. {Arbitrium} facultatem. {Qui longum metior annum} ſcite. nā ex ſolis tranſitu per 12 zodiaci ſigna annus colligitur. {Et colus} inſtrumentum eſt, cui appēduntur ſtamina filanda. eſt aūt & ſecūdę & 4 declinationis. {Et fuſi} horū inuentor Cloſter Arachnes filius a Plinio fuiſſe narratur. {Nitorem} pulchritudinē, ſplendorem. {Neque enim moderatus} cur inuideret Clytie, cauſſam aſſignat. nimius enim erat ſolis amor in Leucothoen. {Diffamatum} uulgatum. {Et ille} manu ſolem indicat patri Leucothoe. {Crudus} crudelis. {Iterq; dat tibi} efficit tibi uiam, qua faciem efferre poſſis. eſt autē ἀποςροφὴ ad Leucothoen quā nympham propter ętatem & pulchritudinē uocat poeta. {Enectum} necatum, obrutū. {Exāgue} mortuum, ſine ſanguine. {Volucrum moderator equorum} periphraſis eſt Apollinis, qui moderator & rector eſt uelociſſimorum equorum ac uolantium potius, quàm currentium, ut plene in ſecundo uidimus. {Poſt Phaethōteos ignes} poſt fulmina, quibus Phaethon fuit abſumptus. {Gelidos artus} mortua membra. id enim quod ſequitur pro eo quod procedit, & contra ſæpenumero ponitur a poetis. {Reuocare} reducere. {Fatum} fati neceſſitas.

paſcua equorū ſolis.

tenebas

gramina

fido

Arripite

Nectare

Nectare odorato ſparſit corpusq́;, locumq́;,
Multaq́; *præqueſtus, Tanges, tamen æthera, dixit.
Protinus imbutum cæleſti nectare corpus
Delicuit, terramq́; ſuo madefecit odore:
Virgaq́; per glebas ſenſim radicibus actis
Turea ſurrexit, tumulumq́; cacumine rupit.

*conqueſtus*

ARG Clytie nympha ſupra dicta, ante dilecta, ob iniuriam ab amatore deſerta, ita tenuata uiſceribus eſt, ut in herbam conuerteretur: quæ, quia primum conſeruaret amorem, curſumq́; obſeruaret eiuſdem dei, Heliotropium dicta eſt.

At Clytien, quamuis amor excuſare dolorem,
Indiciumq́; dolor poterat, non amplius auctor
Lucis adit, Venerisq́; modum ſibi fecit in illa.
Tabuit ex illo dementer amoribus uſa
Nympharum impatiens: & ſub Ioue nocte, dieq́;
Sedit humo nuda *madidis incompta capillis:
Perq́; nouem luces expers undæq́;, cibiq́;,
Rore mero, lacrymisq́; ſuis ieiunia pauit.
Nec ſe mouit humo: tantùm ſpectabat euntis
Ora Dei, uultusq́; ſuos *flectebat ad illum.
Membra ferunt hæſiſſe ſolo: partemq́; coloris
Luridus exangues pallor conuertit in herbas:
Eſt in parte rubor, uiolæq́; ſimillimus ora
Flos tegit. illa ſuum, quamuis radice tenetur,
Vertitur ad Solem, mutataq́; ſeruat amorem.
Dixerat, & factum mirabile ceperat aures.
Pars fieri potuiſſe negant: pars omnia ueros
Poſſe deos memorant; ſed non eſt Bacchus in illis.
Poſcitur Alcithoe, poſtquam ſiluere ſorores:
Quæ radio ſtantis percurrens ſtamina telæ,
* Vulgatos taceo, dixit, paſtoris amores
Daphnidis Idæi, quem nymphæ pellicis ira
Contulit in ſaxum: tantus dolor urit amantes.
Nec loquar, ut quondam naturæ iure nouato
Ambiguus fuerit, modò uir, modò fœmina, Scythō.
Te quoque nunc Adamas, quondam fidiſſime paruo

*nulis*

*uertebat*

*Vulgares*

RAPH. NECTARE odorato} ſuauiſſimi odoris liquore. eſt enim Nectar deorum potio, ut iam ſæpius diximus. {Tanges tamen ęthera dixit} quamuis, inquit, Apollo te ad uitam reuocare non poſſim, ad cælum tamen peruenies. nā thuris fumus ad deos uſque in cælū peruenire creditur. {Delicuit} molle & liquidum factum eſt, a deliqueſco pręteritum. {Senſim} paulatim. {Cacumine in ſummitate. {Tumulum} arenæ aggerem. {At Clytie} Clytie nympha a ſole derelicta, cum nouē dies ſine ullo cibo ac potu exegiſſet, tandem deorum miſeratione in herbam heliotropium conuerſa fingitur: quæ nunc quoque priſtini amoris memor cōtinue folia ad ſolem uertit. unde etiam nomē accepit. nā Heliotropium dicitur ſolis cōuerſio: ἥλιος nāque ſol, τροπὴ conuerſio dicitur. {Quāuis amor excuſare dol.} amore enim, quo Apollinē perſequebatur, dolebat Clytie ſibi aliam præferri. dolore autem coacta indicauit patri, Leucothoes cū ſole concubitum. {Auctor lucis} periphraſis eſt ſolis, q lucis eſt effector. {Modū} finem. {Tabuit ex illo} ex eo, inquit, tēpore, quo a ſole fuit derelicta, tabeſcere cœpit Clytie, cōmerciūq́; aliarum nympharum fugere. {Tabuit} paulatim conſumpta eſt. {Sub Ioue} ſub dio, ad aerem. {Nouem luces} nouē dies. {Flectebat} uertebat. {Hæſiſſe} affixa fuiſſe terrę ſic, ut ſurgere nō poſſet. {Luridus} fuſcus. {Vertitur ad ſolem} ad nomen herbæ, quæ heliotropium dicitur, alludit. {Sūū} a ſe amatum. {Mutata} in heliotropium herbam conuerſa. [Fuit & Clytia q̄dam Meropis filia, quæ nupta Eurypylo, Coorū regi, Chaontē genuit, qui fontem Buream, ſiue Burineā primus inuenit. de quo Theocritus Idyllio 7. Hæc cohabitaſſe fertur, tunc cū Hercules illam obſideret; Cereréq; hoſpitio accepiſſe, quando illa filiam a Plutone raptam, paſſim per terras omnes quæſiuit.] [Dixerat, & factum, &c. Argumentum. Poſtquam Leucothoe, inquit, narrare deſiit, poſcitur Alcithoe: quæ narrationem incipiens præterire ſe dicit uulgares fabulas, ut de Daphnide, Idæo paſtore, qui quòd fidē coniugii non præſtiterat, in ſaxum abierit; & de Sithone, qui ex uiro in fœminam ceſſerat; neque etiam relaturam eſſe caſus Celmi, aut Adamantis, Curetumq́;, qui ex imbribus ſunt procreati. reticere ſe etiam dicit de Croco & Smilace, qui in flores uerſi ſunt; ſed de Salmace fonte Cariæ referre uelle, cuius liquore contacti mollicie diffigurantur.] {Cœperat} occupauerat, delectarat. {Poſcitur Alcithoe} rogatur ut aliquid fabularum narret. {Quæ radio} nauicula, inſtrumentum eſt ligneum, quo utuntur textores. {Stantis telæ} pendentis. {Daphnidis Idæi} Daphnis, cuius interitum Virgilius quoque poſt Theocritum deflet, Mercurii filius fuiſſe memoratur. is a nympha nomine Thalia, ut quidam ſcribunt, adamatus ita eſt, ut pellicem uerita & riualem, in ſaxum illum tranſmutarit, quamuis Theocritus illum amore tabuiſſe canat, id quod Ouidius quoque alibi innuere uidetur, cum inquit, Pallidus in lenta Naide Daphnis erat. [De Daphnide Mercurii filio paſtore, meminit & Diodorus libro 5. Sed hic Siculum illum facit, non Idæum, & a nympha, a qua amabatur, pellicis inuidia, oculis priuatum ait. unde ueriſimile eſt hunc alium ab eo eſſe, de quo hic Ouid. mentionem facit, aut fabulam ſaltem a diuerſis diuerſe, id quod & in aliis multis fieri uidemus, traditam.] {Idæi} Phrygii, uel Cretenſis. nam Ida mons eſt & Phrygiæ, & Cretæ. {Contulit} conuertit. has autem fabulas, quæ uix unquam apud aliquem præſtantium poetarum inueniuntur, breuiter percurrit poeta, uidens illas nullo fere in uſu futura. {Tantus dolor urit amantes} acclamatio eſt in amantium zelotypiam. tantus, inquit, dolor amantes cruciat, ut ſæpenumero amatos perdāt. {Nec loquar} Scython quidam ex mare in fœminam mirando quodam modo fuit cōmutatus. id autem fieri poſſe, Plinius quoque eſt auctor. [In aliis editionibus Sithon, abſque c. ſcriptum legitur. utrum rectius, affirmare non poſſum, quādo ipſa fabula aliàs, quod ſciam, nuſquam extat. meminit autem & Parthenius de Sithone quodam, qui rex Odomentum, qui Thraciæ populus eſt, fuerit, filiamq́; Pallenem habuerit, cuius procos, ut ſecum dimicarent, cogere ſolitus ſit, tanquam ei daturus filiam, qui fortiſſime ſe in pugna geſſiſſet. poſtremo autem cum ipſe certamini, ætatis cauſſa, par amplius non eſſet, in gratiam filiæ, duos procos, quorum nomina Clytus, & Dymas, inter ſe commiſerit, ut uter uiciſſet, filiam cum regno acciperet. ſed Pallene cum Clyto magis faueret, perſuaſo auriga Dymantis, ut fibulam rotæ, ſiue axi, non inſereret, perfecit, ut inter præliandum curru Dymantis diſiecto, Clytus uictoriam auferret. quare fraude mox detecta, cum pater Dymanti funus & rogum, ubi corpus eius cremaretur, extruxiſſet, uelletq́; ibidem & Pallenem mactare, ſpectro quodam diuino, & ſubitis imbribus effuſis, ab incepto deterritus eſt. Hæc Parthenius cap. 6. Eroticorum. atque ab hoc Sithone monti nomen factum uidetur, & item regioni.] {Te quoque nunc Adamas} Celmus, qui & Celmes uocatur, unus fuit ex Idæis dactylis, nutricius Iouis, cui, dum paruus erat, fuit admodum gratus. poſteaquam uero Iupiter deorum imperium eſt adeptus, ipſum in adamantem conuertit, quia uulgaſſet Iouem fuiſſe mortalem, ut quidam aiunt: ut uero Sophocles in Satyris ſcribit, illum Cybele indignata in duriſſimum ferri genus tranſmutauit.

Clytie in heliotropium.

Daphnis Idęus in ſaxum.

Scython in fœminam.

ARG. Rogant Alcithoen ſuæ ſorores, ut aliquid quoq; fabularum narret. narratura deliberans, ait ſe non dicturam de Daphnide Idæo paſtore, qui quod fidem coniugij non præſtiterit, in ſaxum abiit; nec de Scythone, qui ex uiro in fœminam ceſſerat; nec de Celmo Iouis nutritio, qui in adamantem conuerſus eſt; nec de Smilace uirgine, quæ Crocum adoleſcentem amans, eo frui non potuit: funtq; in flores ambo conuerſi. placuit demum Salmacidem Cariæ fontem referre, cuius liquore contacti in mollitiem uerſi deſigurantur. Cum Mercurius, inquit, ex Venere Hermaphoditum formoſiſſimum adoleſcentem genuiſſet, eumq; Naiades nymphȩ in Ida monte educauiſſent, relictis ſedibus in Cariam uenit. hic conſpicato fonte perlucentis aquæ uſq; ad imum ſolum, curſum continuit. quo diutius eo loco morante, Salmacis Naiadum una dum flores legit, conſpicatis ueſtigiis diligere cœpit. dum igitur circa montem Nonacrinum moratur, teneturq; cum nymphæ precibus, tum liquoris blanditia, paulatim in fonte ſe merſit, confeſtimq; complexu Naiadis inhæſit: nec ante ab ea dimiſſus eſt, quam a diis impetraſſet, in unam ut cederet ſpeciem. data itaq; uenia, Hermaphroditus poſtquam ſe animaduertit nec uirum, nec fœminam factum, a parentibus impetrauit, ne infamis ſolus eſſet, ut quícunque eius fontis aqua contactus eſſet, proinde ut ipſe molleſceret.

Celme Ioui, largoq́; ſatos Curetas ab imbri.
Et Crocon in paruos uerſum cum Smilace flores
Prætereo: dulciq; animos nouitate tenebo.
Vnde ſit infamis, quare malè fortibus undis
Salmacis eneruet, tactosq; remolliat artus,
Diſcite. cauſſa latet: uis eſt notiſſima fontis.
Mercurio puerum diua Cythereide natum
Naiades Idæis enutriuere ſub antris:
Cuius erat facies, in qua materque, paterque
Cognoſci poſſent: nomen quoque traxit ab illis.
Is tria cùm primùm fecit quinquennia, montes
Deſeruit patrios: Idaque altrice relicta
Ignotis errare locis, ignota uidere
Flumina gaudebat ſtudio minuente labores.
Ille etiam Lycias urbes, Lyciæq; propinquos
Caras adit. uidet hîc ſtagnum lucentis ad imum
Vſque ſolum lymphæ: non illic canna paluſtris,
Nec ſteriles uluæ, nec acuta cuſpide iunci:
Perſpicuus liquor eſt: ſtagni tamen ultima uiuo
Ceſpite cinguntur, ſemperq; uirentibus herbis.
Nympha colit, ſed nec uenatibus apta, nec arcus
Flectere quæ ſoleat, nec quæ contendere curſu:
Solaq; Naïadum celeri non nota Dianæ.
Sæpe ſuas illi fama eſt dixiſſe ſorores,
Salmaci uel iaculum, uel pictas ſume pharetras,
Et tua cum duris uenatibus otia miſce.
Nec iaculum ſumit, nec pictas illa pharetras,

**RAPH.** [Huius, ut & ſociorum quorundã nomen, ex græco quodam poeta citatur in comment. Apollonii hoc modo:

Κέλμης, δαμναμενεύς τε μέγας, καὶ ὑπέρβιος,
Ακμων εὐπάλαμοι θεράποντες ὀρείης ἀδρηστείης, &c.

Fuerunt aũt γόητες, καὶ δημιουργοὶ οἱ δάκτυλοι Idȩi, ut Pherecydes tradit. atq; inde fortaſſis fabulæ datus locus. Dactyli aũt Idȩi, ut & Regius infra ex Diomede annotat, ab impreſſu digitorum, qui græcis δάκτυλοι dicuntur, nominati ſunt. de quibus & Apollonius libro 1. Argonaut. in hunc modum:

Δάκτυλοι ἰδαῖοι κρηταιέες,
οὕς ποτε νύμφη
Αγχιάλη δικταῖον ἀνὰ σπέος
ἀμφοτέρῃσι
Δραξαμένη γαίης οἰαξίδος,
ἐβλάστησε, &c.

**Celmus in adamãtem.** Quæ per omnia conſentiũt iis, quæ ex Diomede citantur, niſi ꝙ matris nomẽ hic aliud ponitur. ceterũ plura de his q uolet, ex cõm. Apollonii petat, licet] {Largoq́; ſatos ab imbri} hanc Curetum metamorphoſin nuſquã me apud antiqores legiſſe memini. quidã uero ex neotericis aiunt **Curetes ex imbri** Curetas, imbribus ꝑꝑ religionis contẽptum fuiſſe deletos, & ex fungis, ne ipſa religio penitus deſereretur, fuiſſe reparatos. ſed cum iſta nullius auctoritate nitãtur, ex cõmodo ſuo illi finxiſſe uidẽtur. Strabo qdem cũ multa & uaria de Curetibus ſcribat, nulla prorſus de hac illorum metamorphoſi facit mentionẽ, ſed ex ſñia quorundam eoſdem eſſe ait Curetes & Corybãtes & Caberos & Idȩos dactylos & Telchines, q ſacra & Iouis in Creta, & matris deũ in Phrygia cum armorum tumultuoſa agitatione, cũq; ſtrepitu ac cymbalorũ, tympanorumq́; ſonitu, nec non tibiis, ac uociferationibus celebrarent. alii aũt ex Creta, alii ex Euboea, nonnulli ex Aetolia originẽ duxiſſe ſcribunt. Diomedes quidẽ grãmaticus longe aliã ab ea, quã obiter attingit Ouid. Curetum originem refert, his quidẽ uerbis: Aiunt Opẽ in Idã Cretenſem delatam ex fuga, cum puerperii tẽpus inſtaret, primam montis partẽ manibus apprehendiſſe, atq; ita partu ſolutã. ex impreſſione uero palmarũ Curetas ꝓdiiſſe, quos ab effectu græci nominis dactylos. i. digitos, & Idæos a monte nominauerunt, ut a pupulis oculorũ, quas græci κόρας appellãt, uel a galearum cono Curetes. Hæc Diomedes. Sed aliȩ quoq; Curetum afferuntur etymologiæ. nã, ut Strabo ait, alii ἀπὸ τῆς κουρᾶς. i. a tõſura Curetas appellatos ſcribunt, ꝙ detonſi eſſent. alii a Curio mõte Pleuroni imminente. alii ἀπὸ τῶν κορῶν i. a puellis, ꝙ longas ſtolas, ut puellæ, geſtarent. Curetes omniũ primi armatam ſaltationem inuexiſſe dicuntur, cum clypeis æneis concurrentes, ludẽtesq;, & clamore, & æris tinnitu nõ ꝑmiſerunt Iouis infantis uagitum, quẽ educandum ſuſcepe rãt, ad Saturnũ peruenire. Hæc tã multa de Curetibus nihil tñ oſtendunt, quo modo ab imbre fuerint orti. {Et Cr.} Crocos adoleſcens fuit, quẽ Smilax uirgo cũ amaret, neq; frui poſſet, ambo in flores cõuerſi fuerunt. unde Smilaceæ croceæq; coronæ dicuntur. ſane Smilax, ut ſcribit Galenus, etiam ſine s, littera interdũ enuntiatur. [Eſt aũt Smilax ſimilis hederæ, ut Plin. ait, infauſta omnibus ſacris & coronis, qm̃ ſit lugubris. **Cocos cũ Smilace in flores.** Virgine ex nominis ꝓpter amorem iuuenis Croci, mutata in hunc fruticem. Crocon aũt alii nõ ex amore in florem defeciſſe, ſed a Mercurio, a quo ꝑ luſum diſco incaute interẽptus fuerat, cõuerſum eſſe tradunt.] {Vnde ſit infa.} Salmacis fons eſt Cariæ, quem q ingrediuntur, effœminati ac molles egrediuntur. huius aũt rei cauſſam poeta refert in Hermaphroditi p̃ces, q parentes rogauit, ut quẽadmodum ipſe, ſic alii quoq; fontem illũ intrantes molleſcerent. nã Hermaphroditus Mercurii ac Veneris filius fuit formoſiſſimus, q cũ in fontẽ Salmacidis nymphæ ingreſſus foret, ita a nympha fuit colligatus, ut ex duobus corporibus unũ fieret, utrũq; habẽs ſexum. unde etiã nũc Hermaphroditi utroq; p̃diti ſunt ſexu. {Eneruet} neruos ac uires eripiat, effœminet. {Remolliat} molles ac effœminatos efficiat. {Diua Cyth.} Venere. [Quidã coniunctionem interponũt legentes, Diua & Cythereide natum, qd' ſuperuacaneũ uĩ.] {Sub Idȩis ant.} in ſpelũcis Idȩ montis Phrygiæ. {Cuius erat fa.} formoſiſſimũ fuiſſe Hermaphroditum ſignificat, cum ſimilem fuiſſe parentibus dicat. {Nomen quoq; tra. ab illis} nã Hermaphroditus ἀπὸ τοῦ ἑρμοῦ, hoc eſt, a Mercurio, & ἀφροδίτης Venere, fuit appellatus. {Studio} cupiditate, & animi inclinatione. {Lycias ur.} Lycia, Lydia, & Cariæ ꝓuinciȩ ſunt finitimȩ. {Caras adit} Cares populi ſunt Cariȩ. eſt aũt accuſatiuus græcus. Car. n. Caros declinatur in maſculino, in fœminino aũt Caiera. Carræ uero urbs eſt Meſopotamiæ Craſſi cȩde nobilis, a Carra Syriæ fluuio denominata. {Videt hic ſta.} fontis Salmacidis deſcriptio. {Viuo ceſp.} naturali terra. {Nympha co.} habitat. idem aũt cũ fonte nomẽ habet. Salmacis. n. nympha, ut ſcribit Sex. Pompeius, Cȩli & Terræ filia, molliſſima fertur fuiſſe cauſſa fontis Halicarnaſſi aquȩ appellandæ Salmacidis, quã qui bibiſſet, uitio impudicitiæ molleſceret, ob eam cauſſam, ꝙ eius aditus anguſtatus parietibus occaſionem largitur iuuenibus petulantibus puerorum, puellarumq́; uiolandarum, quia non patet effugium. unde Ennius, Salmacidas ſpolia ſine ſanguine & ſudore. qd' in molles atq; effœminatos dictum corrupte legitur in primo de offic. Ciceronis. inepteq́; ab iis, qui in illud opus cõmentaria ſcripſerunt, exponitur, ut in quadam diſputatione noſtra, quæ circunfertur, copioſius diximus.

Duris

Nec ſua cum duris uenatibus otia miſcet:
Sed modò fonte ſuo formoſos perluit artus,
Sæpe Cytoriaco deducit pectine crines,
Et quid ſe deceat, ſpectatas conſulit undas.
Nunc perlucenti circundata corpus amictu,
Mollibus aut foliis, aut mollibus incubat herbis.
Sæpe legit flores, & tunc quoque fortè legebat,
Cùm puerum uidit, uiſumq; optauit habere.
Nec tamen antè adiit, etſi properabat adire,
Quàm ſe compoſuit, quàm circunſpexit amictus,
Et finxit uultum, & meruit formoſa uideri.
Tunc ſic orſa loqui: Puer ò digniſſime credi
Eſſe Deus: ſeu tu Deus es, potes eſſe Cupido:
Siue es mortalis, qui te genuere beati:
Et mater felix, & fortunata profectò
Si qua tibi ſoror eſt, & quæ dedit *ubera nutrix.
*oſcula
Sed longè cunctis, longeq́ue beatior illa eſt,
Si qua tibi ſponſa eſt, ſi quam dignabere tæda.
Nunc tibi, ſiue aliqua eſt, mea ſit furtiua uoluptas:
Seu nulla eſt, ego ſim, thalamumq; ineamus eundem.
Nais ab his tacuit. pueri rubor ora notauit.
Neſcit quid ſit amor: ſed & erubuiſſe decebat.
Hic color aprica pendentibus arbore *pomis,
*malis
Aut ebori tincto eſt, aut ſub candore rubenti
Cùm fruſtra reſonant æra auxiliaria Lunæ.
Poſcenti nymphæ ſine fine ſororia ſaltem
Oſcula, iamq; manus ad eburnea colla ferenti,
Deſinis, aut fugio, tecumq́ue, ait, iſta relinquo.
Salmacis extimuit: Locaq; hæc tibi libera trado,
Hoſpes, ait: ſimulatq; gradu diſcedere uerſo.
Tum quoque reſpiciens, fruticumq; recondita ſylua
Delituit, flexumq; genu ſummiſit. at ille
Vt puer, & uacuus, & inobſeruatus in herbis
Huc it, & hinc illuc, & in alludentibus undis
Summa pedum, taloq; tenus ueſtigia tingit.
Nec mora, temperie blandarum captus aquarum,
Mollia de tenero uelamina corpore ponit.
Tum uerò obſtupuit, nudæq; cupidine formæ
Salmacis exarſit: flagrant quoque lumina nymphæ
Non aliter, quàm cùm puro nitidiſſimus orbe
Oppoſita ſpeculi referitur imagine Phœbus.
Vixq; moram patitur, uix iam ſua gaudia differt,
Iam cupit amplecti, iam ſe malè continet amens.

RAPH. DVRIS uenatibus} laborioſis uenationibus. {Cytheriaco} pulchro, qualis Venerem deceret. aut certe Cytoriaco legendum eſt, a Cytoro monte buxis abundante, ex quo ligno pulchri pectines conficiuntur. [Cytori autem & Virgilius meminit in Georg. Iuuat undantem buxo ſpectare Cytorum.] {Perlucenti amictu} perlucida ueſte. ſignificat autem hanc nympham moliſſimã fuiſſe. {Incubat} recubat, iacet. {Compoſuit} ornauit. {Et finxit uultum} ſumpſit uultum, blandum, amantiq; aptum. {Siquam dignabere tæda} ſiquam tuis nuptiis dignam exiſtimabis. {Hic tibi, ſiue aliqua eſt}ſi, inquit, ſponſam habes, mecum uelis hoc loco furtim coire. ſin uero non habes, me uelim accipias uxorem. [Alii legunt, Hæc tibi, ut intelligamus, ſponſa.] {Ab his} poſt hæc. {Hic color}his ſimilitudinibus poeta declarat, qualis eſſet Hermaphroditi pueri color, poſtea quam audita nymphæ oratione erubuit. {Aprica} ſoli expoſita. arbores autem ſoli expoſitę rubicundiora poma ferre ſolent. {Aut ebori tincto}minio, ac purpureo colore picto. {Aut ſub rubenti candore lunę} hoc eſt lunæ eclipſim patienti. tũc enim rubeſcere uidetur. {Cum fruſtra reſonant} fruſtra perſtrepunt. nihil enim lunæ deficienti proſunt. quamuis uulgus putet carmina ueneficarum ęreorum uaſorum tinnitibus impediri, ne eclipſim lunæ inducant. unde Iuuenalis loquacitatem mulierum carpens, inquit, Vna laboranti poterit ſuccurrere lunæ. {Aera} ærea uaſa. {Auxiliaria} auxilium lunæ afferentia, ne ueneficarum deficiat carminibus. [Sic & Tacitus libro 1. in annotationibus de eclipſi lunæ, quæ tum in caſtris uiſa ſcribit: Igitur æris ſono, tubarum, cornuumq; concentu ſtrepere. prout ſplendidior, obſcurior'ue, lætari aut mœrere, &c. ut ex eo appareat, ueteribus in more fuiſſe, ut quoties deficientem lunam aduerterent, æris tinnitu, quaſi ſuccurrere atque auxiliari illi uoluiſſe.]

## EX COELIO RH.

Aeris uim multa in priſcis monumentis atteſtari uidentur. omnino ſiquidem ad rem diuinam pleraque ænea adhiberi ſolita, pluſcula indicio ſunt, & in his maxime ſacris, quibus delinire aliquos aut deuouere, aut denique exigere morbos uolebant. hoc ſignificare uidetur & Virgilius, ubi ait,

Curetum ſonitus crepitantiaq; æra.

ſed & Carminius tum doctus uir, tum etiam curioſiſſimus in libro De Italia ſecundo, prius Thuſcos æneo uomere uti, cum urbes conderentur, ſolitos ſcribit. In Sabinis quoque ex ære cultros, quibus ſacerdotes tonderentur, fuiſſe. quin & græcorum uetuſtiſſimi æris ſonos, tanquam rem ualidiſſimam, adhibere multis in locis conſueuerant, ſicuti in lunæ defectibus, ut uel alibi commeminimus. cuius rei locupletiſſimus teſtis accedit Titus Liuius ab urbe condita libro 26. Diſpoſita, inquit, in muris campanorum imbellis multitudo tantum cum æris crepitu, qualis in defectu lunæ ſilenti nocte fieri ſolet, edidit clamorem, ut auerteret etiam pugnantium animos. Significat id & Plinius, ubi ait: Et in luna ueneficia arguente mortalitate, ob id crepitu diſſono auxiliante. Hinc uidetur etiam libro Metamorphoſeon 4. Ouidius ceciniſſe:

Cum fruſtra reſonant æra auxiliaria lunæ.

necnon libro ſeptimo,

Te quoq; luna traho, quãuis temerata labores.
Aera tuos minuant.

{Sororia oſcula}caſta & pudica, qualia ſorores decent. eſt autem adiectiuum nomen ſororius a ſorore declinatum. neque eum ſignificat, qui alicuius ſororem duxit uxorem, ut quidam putant. {Eburnea} candida ut ebur. {Deſinis, an fugio} aut deſine, inquit, aut ego hinc fugiam, ac tibi ſoli iſta loca relinquam. {Extimuit} ne fugeret. {Gradu uerſo} conuerſo greſſu & paſſu. {Fruticum ſylua} frutices medii ſunt inter arbores & herbas. {Et uacuus} utpote otioſus, & aliis curis ſolutus. {Et inobſeruatus} non uiſus a quoquam, non notatus. {Alludentibus} quæ alludere ſibi, blandiriq; uidebantur. {Mollia uelamina} molles ueſtes ac tenues. {Flagrant quoque lumina nymphæ} hoc eſt oculi quoque nymphæ Salmacidos flagrare uidentur. nam etiam oculis prodebat, quãta potiundi pueri cupiditate teneretur: id quod amore captis fere uſu uenire ſolet. {Non aliter} ſic, inquit, oculi nymphæ flagrare uidentur ac ſplẽdere, ut ſolis radii ſereno aere, cum ipſis ſpeculum opponitur. nam tunc & ſplendidiſſimi uidentur, & ignem contrahunt. {Puro orbe} nebulis carente, & ſereno aere.

Ille cauis uelox applauſo corpore palmis
Deſilit in latices, alternaq; brachia iactans
In liquidis tranſlucet aquis: ut eburnea ſi quis
Signa tegat claro, uel candida lilia uitro.
Vicimus, & meus es, exclamat Nais: & omni
Veſte procul iacta, mediis immittitur undis,
Pugnantemq; tenet, luctantiaq; oſcula carpit,
Subiectatq; manus, *inuitaq; pectora tangit:
Et nunc hac iuueni, nunc circunfunditur illac.
Denique nitentem contrà, elabiq; uolentem
Implicat, ut ſerpens, quam regia ſuſtinet ales,
Sublimemque rapit. pendens caput illa, pedeſq;
Alligat, & cauda ſpatiantes implicat alas.
Vtq; ſolent hederæ longos intexere truncos;
Vt ue ſub æquoribus deprenſum *polypus hoſtem
Continet, ex omni demiſſis parte flagellis.
Perſtat Atlantiades, ſperataque gaudia nymphæ
Denegat. illa premit, demiſſaq; corpore toto
Sicut inhærebat, Pugnes licet improbe, dixit,
Non tamen effugies: ita dij iubeatis, & iſtum
Nulla dies a me, nec me diducat ab iſto.
Vota ſuos habuere deos: nam miſta duorum
Corpora iunguntur, facieſq; inducitur illis
Vna. uelut ſi quis *conducat cortice ramos,
Creſcendo iungi, pariterq; adoleſcere cernat.
Sic ubi complexu coierunt membra tenaci,
Nec duo ſunt, ſed forma duplex: nec fœmina dici,
Nec puer ut poſſit: neutrumque, & utrunque uidetur.
Ergo ubi ſe liquidas, quò uir deſcenderat, undas
Semimarem feciſſe uidet, mollitaq; in illis
Membra, manus tendens, ſed iam non uoce uirili,
Hermaphroditus ait, Nato date munera ueſtro,
Et pater, & genitrix, amborum nomen habenti:
Quiſquis in hos fontes uir uenerit, exeat inde
Semiuir, & tactis ſubitò molleſcat in undis.
Motus uterq; parens, nati rata uerba biformis
Fecit, & incerto fontem medicamine tinxit.

ARG. Mineides Thebanæ ſorores fuiſſe produntur, quarum ſolertiſſimæ Alchithoe, & Leucothoe, Liberi ſacra quoniam in contemptum deuocauerunt, Mineruæ lanificio addictæ, ex improuiſo, die numinis, uocibus tibiarum, & tympanorum ſono exterritæ ſunt, quæ tamen in conſpectu non uidebant, dein ubi animaduertere telas, inſtrumentaq; ſua in hederam, ac uites repente mutata, & locum aſſuetum feris repletum, noctemq; ipſis timentibus offuſam, in uolucres conuerſæ ſunt, quæ ueſpertiliones uocantur.

Finis erat dictis: & adhuc Mineïa proles
Vrget opus, ſpernitq; Deum, feſtumq; profanat:
Tympana cum ſubitò non apparentia raucis
Obſtrepuere ſonis, & adunco tibia cornu.
Tinnulaq; æra ſonant, & olent myrrhæque, crocique:
Reſq; fide maior, cœpere uireſcere telæ,
Inq; hederæ faciem pendens frondeſcere ueſtis.
Pars abit in *uites; &, quæ modò fila fuerunt,
Palmite mutantur: de ſtamine pampinus exit:
Purpura fulgorem pictis accommodat uuis.
Iamq; dies exactus erat, tempuſq; ſubibat,
Quod tu nec tenebras, nec poſſes dicere lucem,
Sed cum luce tamen dubiæ confinia noctis.
Tecta repentè quati, pingueſq; ardere uidentur
Lampades, & rutilis collucere ignibus ædes,
Falſaq; ſæuarum ſimulacra ululare ferarum.
Fumida iam dudum latitant per tecta ſorores,

RAPH. ILLE cauis uelox} narrantium morem exprimit. ingreſſuri enim aquas, manibus cauis corpus ſibi percutiunt. {Liquidis} puris. {Signa} ſtatuas. {Tegat} cooperiat. ſic.n. operta pulchriora uidentur. {Luctãtia oſcula car.} ab illo reluctãte. eſt.n. hypallage. {Inuita} ꝓ illi inuito ac nolenti. altera hypallage. {Nitentem cõtra} repugnantem, reluctantem. {Implicat ut ſer.} his ſimilitudinibus oſtẽdit q̃ arctum, ſtrictumq; teneat Salmacis hermaphroditũ. {Regia ales} aquila, q̃ iccirco in Iouis tutela eſſe dicit, quod ex auibus ſola nunq̃ fulmine tangatur. eſt aũt ſerpentibus infeſtiſſima, a quibus ſæpenumero ita implicatur, ut in terram unà cum illis decidat. {Spatiantes} ſpatioſe & late ſe iactantes. {Poly.} piſcis eſt miræ magnitudinis Polypus, multos habẽs pedes, unde etiã nomen accepit. nam πολὺς multus, πȣ̃ς ποδὸς pes dicitur. hic inſidiatur piſcatoribus, quos ſi ceperit, omnibus pedibus, q̃ flagella uocat poeta, ſic ſtringit, ut nullo pacto effugere poſſint. [Hinc Plin. l.9.c.30. Nullũ, inquit, atrocius animal ad conficiendum hominẽ in aqua. luctatur.n. complexu, & ſorbet acetabulis, ac numeroſo ſuctu detrahit eũ in naufragos, urinantes'ue impetum capit.] Eſt etiã morbus a ſimilitudine piſcis dictus, nares maxime infeſtans, de quo Horatius, Balbinum polypus agnæ delectat. {Perſtat} in ꝓpoſito perſeuerat. {Atlãtiades} ꝓnepos Atlantis. nã Atlas Maiam genuit, Maia Mercurium, Mercurius Hermaphroditũ. {Ita dii iub.} ſic dii uelitis. {Diducat} ſeparet. {Suos} ꝓprios & propitios. {Conducat} cõiungat. {Pariterq; adol.} ſimul creſcere. eſt aũt ab inſitis arboribus ſumpta ſimilitudo. {Coierunt} coniuncta fuerunt. {Neutrum} nec puer, nec puella. {Et utrunq;} q̃a ſexum utrũq; habebat. {Ergo ubi} nunc aſſignat cauſſam, id quod in narrationis principio pollicita eſt Alcithoe, cur Salmacidis fontẽ ingredientes, molles, effœminatiq; reddantur. {Quo uir} in quas uir nõ mollis, ſed fortis, & conſtans deſcenderat, & ingreſſus fuerat. {Semimarem} ſemiuirũ & effœminatũ. {Mollita} mollia facta. {Venerit} ingreſſus fuerit. {Biformis} qui & maris, & fœminæ formam referebat, qualem Hermaphroditi habent. {Incerto} ignoto mortalibus. [Porro ſunt qui fabulam hanc ad hiſtoriam referant, Argiuos & Trœzenios, dicentes eiectis Caribus cõmuni nomine Coloniam eò loci deduxiſſe, atq; ibi dum quidam iuxta fontem Salmacẽ tabernas meritorias inſtituiſſet, e mõtibus barbaros deſcẽdiſſe, & relictis moribus, ac uita priſtina luxuriæ græcorum indulgere cœpiſſe.] {Finis erat dictis} Alcithoe unà cum ſororibus poſt finitas fabulas ira Bacchi, cuius ſacra contemnebant, in Veſpertiliones aues fuerũt conuerſæ, ac earum domus incenſa. Mineia proles} Minei filiæ. {Vrget opus} operi inſtat. {Profanat} polluit, profanum ac non ſacrum efficit. profanum enim opponitur ſacro. {Tinnula} tinnientia ac reſonantia. Tinnire proprie dicuntur æra percuſſa, unde etiã tintinnabula ſunt appellata. {Mirrhæq;, crociq;} illis enim delibutus Bacchus ad eas fuerat ingreſſus, quã uis non uideretur. {Reſq; fide maior} hoc eſt, maior q̃ cui fides debeat adhiberi. multas autem in trãſcurſu metamorphoſeis poeta deſcribit ſic aperte, ut nulla indigeãt expoſitione. {Fulgorem} ruborem. {Pictis uuis} acinis uariorum colorum. {Iãq; dies exact. erat} iam, inquit, dies erat prætcritus. {Quod nec tenebras} crepuſculi deſcriptio eſt. nã crepuſculum dubia lux dicitur. {Pingues lãp.} faces ex pingui & reſinam ferẽti teda confectę, non aũt propter oleum pingues. lãpas enim generale eſt uocabulum omnium eorum, q̃ accenſa lucent. {Falſa ſimulacra} imagines ac Baccho confictæ. {Vlulare} aut uidẽtur ſubaudiendũ, aut ululabunt intelligendum. {Ferarum} Tigrium & Lyncũ, quæ feræ Bacchi currũ trahere dicũtur. {Fumida tecta} fumoſa, fumo plena.

*inuictaq;* — *pulipus* — *inducat* — *frondes*

Tela in hederas, & uites.

Mineides in ueſpertiliones.

Diuerſæq;

Diuerſæq; locis ignes, ac lumina uitant.
Dumq́; *petunt tenebràs paruos membrana per artus
Porrigitur, *tenuesq́; includunt brachia *pennæ;
Nec, qua perdiderint ueterem ratione figuram,
Scire ſinunt tenebræ. non illas pluma leuauit:
Suſtinuere tamen ſe perlucentibus alis.
Conatæq; loqui, minimam pro corpore uocem
Emittunt, peraguntq́; leui ſtridore querelas.
Tectaque, non ſyluas, celebrant: lucemq́; peroſæ
Nocte uolant, ſeroq́; tenent a ueſpere nomen.

*tenent* *tenuiq́;* *penna*

ARG. Iuno grauiter ferens, ꝙ Ino, Cadmi filia, Liberi altrix, ſororibus punitis, (nam Agaue Pentheum, Autonoe Actæonem amiſerant, Semele Iouis fulmine perierat) cum duobus remaneret liberis in uita, contemptrix numinis ſui, per Tænarum promontorium Pelopōneſi inferorum ſequens iter ad Erinnyes ultrices impiorum deſcendit, petiitq́; ab eis, ut Athamanta cum coniuge Ino aduerſos ſuo numini ulciſcerentur. quarum una imperio parens deæ, relicta regia Ditis, ad ſuperos egreſſa eſt. ut Athamantis regiam contigit, in ſinum eius, & coniugis angues, ac uirus, quibus ſenſus eorum alienarentur, iniecit. quam ob inſaniam ille Learchum filium in uenatione pro fera interfecit: Ino autem Melicerten ex ſcopulo ſecum in profundum præcipitauit. qui Veneris precibus, ſignificantis ſe in undis eſſe creatam, quo facilius moueret Neptunum, pelagi rectorem, in deorum maris ceſſere numerum, ita ut Melicertes Palæmon, ipſa Ino Leucothea inter marinos deos nuncuparentur.




TVm uerò totis Bacchi memorabile Thebis
Numen erat: magnasq́; noui matertera uires
Narrat ubiq; Dei: de totq́; ſororibus expers
Vna doloris erat, niſi quem fecere ſorores.
Aſpicit hanc natis, thalamoq́; Athamantis habētem
Sublimes animos, & alumni numine Iuno:
Non tulit: & ſecum, Potuit de pellice natus
Vertere Mæonios, pelagoq́; immergere nautas,
Et laceranda ſuæ nati dare uiſcera matri,
Et triplices operire nouis Mineidas alis:
Nil poterit Iuno, niſi inultos flere dolores?
Idq́; mihi ſatis eſt? hæc una potentia noſtra eſt?
Ipſe docet, quid agam, (fas eſt & ab hoſte doceri)
Quidq́; furor ualeat, Pentheïa cæde ſatisq́ue,
Ac ſuper oſtendit. cur non ſtimuletur, eatq́;
Per cognata ſuis exempla ſororibus Ino?
Eſt uia decliuis funeſta nubila taxo,
Ducit ad infernas per *muta ſilentia ſedes:
Styx nebulas exhalat iners, umbræq́; recentes

*multa*

RAPH. DIVERSÆq; locis} ſeparatæ, ut quæ in diuerſa domus loca fugerant. {Vitant} fugiunt perterritæ, ne inueniantur. {Membrana} cartilago quæ membrana charta eſſe uidetur. {Tenuesq́;} hoc eſt, brachia in alas fuere conuerſa. {Veterem figuram} priſtinam, & humanam formam. {Non illas pluma leuauit} Mineidas, inquit, plumæ leuitate non fuerunt in aerem ſublatæ, ſed tranſlucentibus & cartilagineis alis: ueſpertiliones enim ſunt implumes. {Pro corpore} pro corporis magnitudine. {Seroq; tenent a ueſpere nomen} ueſpertiliones enim a ueſpere dicuntur. quemadmodum a græcis νυκτερίδες quia nocte uolant, appellantur. ueſper autem, quod & ſerum dicitur, eſt ultima pars diei, eoq; ſerus ueſper etiam appellatur. Virgilius, Neſcis quid ſerus, ueſper uehat. {Tum uero totis} Ino, Bacchi nutrix ac matertera, uxorq́; Athamantis, in odium Iunonis incidit, quod ubique Bacchi uires laudibus extollebat, cum & alumni, & mariti, & filiorum felicitate nimium ſuperba uideretur. hanc igitur Iuno ut affligeret, ad inferos deſcendēs, unam e furiis excitauit, quæ Athamanta in tantum furorem coniecit, ut Clearchum filium interfecerit. Ino autem mariti furorem fugiens e ſcopulo ſe unà cum Melicerta, altero filio, in mare præcipitauit. qui Veneris precibus a Neptuno excepti, & Ino in Leucothoen deam, quæ Matuta, & Melicerta in Palęmonem, qui latine Portunus dicitur, fuere commutati. {Matertera} Ino enim Semeles fuit ſoror, quę Bacchum tanquam filium nutriuit atque educauit. {De totq́; ſororibus expers Vna doloris erat} ſola dolore carebat. alię nanque ſorores filios amiſerant, Agaue Pentheum, Autonoe Actæonem. {Niſi quem fecere ſorores} ex infortuniis nanque ſororum dolorem capiebat Ino, aliàs felix haberi poterat. {Natis} filiis, Clearcho & Melicerta. hi nanque Inus & Athamantis filii fuere. nam alios quoque filios Athamas habuit, ſed ex aliis uxoribus. ex Nephele, ſiue, ut Horodotus ait, ex Themiſtone, ut declinatione latina utar, ſuſcepit Sthœneum, Erythreum, Leuconem, Pæum, nouiſſimos autem Phrixum & Hellen, qui propter Inus nouercæ inſidias patriam relinquere coacti ſunt. {Thalamo Athamantis} nuptiis Athamantis, Thebanorum principis, ac Aeolii filii. {Sublimes animos} elatos ac ſuperbos. {Alumni} Bacchi quem aluerat. alumnus autem ſemper in paſſiua accipitur ſignificatione. quamuis quidam Laurentio Vallæ contradicere pulchrum putantes in actiua quoque inueniri contendant, ſed decipiuntur ſpecie recti. {Numine} diuinitate. {Non tulit} tolerare non potuit. {Et ſecum} locuta eſt ſubaudiatur. {De pellice natus} Bacchus Semeles filius. {Mæonios nautas} Tyrrhenos, qui a Mæonia erant oriundi. {Vertere} conuertere in Delphinos, ut paulo ante uidimus. {Et laceranda} Pentheum ſignificat, qui, ut uidimus, ſub apri forma a matre, materterisq́; fuit dilaceratus. {Triplices} tres. {Nouis alis} quæ antea nunquam uiſæ fuerint. nam ex ſola cartilagine ac membrana conſtant. {Nil poterit Iuno} maxima cum indignatione hæc a Iunone referuntur. {Inultos dolores} inuindicatos. Sic autem eſt legendum, non multos, ut fere corrupte legitur. {Pentheia cæde} Penthei occiſione. eſt autem poſſeſſiuum triſyllabum, cuius penultima apud græcos cum ει diphthongo ſcribitur, quæ quidem in e uel in i longam a nobis conuerti ſolet, quamuis antiqui eadem ei diphthongo uterentur. {Cur non ſtimuletur} in furorem agatur Ino ſororum exemplo. {Eſt uia decliuis} uiam, quæ ducit ad inferos, primum deſcribit, deinde ipſas ſedes infernas. {Nubila} umbroſa, obſcura. {Funeſta taxo} ferali ac peſtifera. nam taxus arbor eſt maxime uenenoſa, unde toxica fuere denominata, ut Plinius ſcribit. {Ducit ad infernas} deeſt quæ. ſic Virgilius, Vrbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni, deeſt quam. {Styx iners} immobilis. paludes enim, quæ non mouentur, & nebulas, & tetrum emittunt odorem.

Simulachraq́;

Deſcendunt illac, ſimulacraq́; functa ſepulcris.
Pallor, hyemsq́; tenent latè loca ſenta: nouique,
Quà ſit iter, manes, Stygiam quod ducat ad urbem,
Ignorant, ubi ſit nigri fera regia Ditis.
Mille capax aditus, & apertas undique portas
Vrbs habet: utq́; fretum de tota flumina terra,
Sic omnes animas locus accipit ille; nec ulli
Exiguus populo eſt, turbam'ue accedere ſentit.
Errant exangues ſine corpore, & oſſibus, umbræ:
Parsq́; forum celebrant, pars imi tecta tyranni:
Pars aliquas artes antiquæ imitamina uitæ
Exercent: aliam partem ſua pœna coercet.
Suſtinet, ire illuc, cæleſti ſede relicta,
(Tantum odiis, iræq́; dabat) Saturnia Iuno.
Quò ſimul intrauit, ſacroq́; a corpore preſſum
* Intremuit limen; tria Cerberus extulit ora,
Et tres latratus *ſimul edidit. illa ſorores
Nocte uocat genitas, graue, & implacabile numen.
Carceris ante fores clauſas adamante ſedebant,
Deq́; ſuis atros pectebant crinibus angues.
Quam ſimul agnorunt inter caliginis umbras,
Surrexere deæ. ſedes ſcelerata uocatur.
Viſcera præbebat Tityus lanianda, nouemq́;
Iugeribus diſtractus erat. tibi, Tantale, nullæ
Deprenduntur aquæ; quæq́; imminet, effugit arbor.
Aut petis, aut urges ruiturum Siſyphe ſaxum.
Voluitur Ixion, & ſe ſequiturque, fugitque.
Molirique ſuis letum patruelibus auſæ
Aſſiduè repetunt, quas perdant, Belides undas.
Quos omnes facie poſtquam Saturnia torua
Vidit, & ante omnes Ixiona, rurſus ab illo
Siſyphon aſpiciens, Cur hic e fratribus, inquit,
Perpetuas patitur pœnas, Athamanta ſuperbum
Regia diues habet, qui me cum coniuge ſemper
Spreuit? & exponit cauſſas odiique, uiæque,
Quidq́; uelit. quod uellet, erat, ne regia Cadmi

*ingemuit* — *ſemel*

RAPH.

SIMVLACRAq́; functa} ſepulcris, hoc eſt animæ, quarum corpora ſepulcra ſortita ſunt. nam quarum cadauera inſepulta iacerent, iis tranſire ſtygem paludem non dabatur, ſecundum priſcorum opinionem. {Senta} ſenticoſa, ſpinoſa. ſentes enim ſpinæ dicuntur. {Stygiam urbem} infernam. {Fera re.} crudelis aula. {Nigri ditis} Plutonis. [nam ut græci ἀπὸ τοῦ πλούτου Plutonem, ſic latini a diuitiis ditem nominant. eſt enim terræ deus Pluto, diuitiæ autem ex terra effodiuntur.] {Mille capax} magnitudinem urbis infernæ ſignificat. {Nec ulli exiguo populo eſt} ulli multitudini quantalibet ſit. animæ nanque locum non occupant, cum ſint incorporeæ. {Parsq́; forū celebrāt} id ſequitur, quod inquit, in ſexto Virgilius. nam unuſquiſq; apud inferos iiſdem ſtudiis delectatur, quibus, dum uiueret, tenebatur. nonnulli ergo apud īferos sūt cauſſidici, alii aulici, alii artifices, alii in carcere detinentur. {Imi tecta tyranni} inferni regis Plutonis. {Tantum odiis} parentheſis eſt, acclamationem continens. Adeo, inquit, Iuno ab ira, odioq́; uexabat. {Simul} poſt quam. {Cerberus} canis eſt triceps, inferorum cuſtos. [Dictus quaſi κρεοβόρος. nā terra ſepultorum carnem abſumit.] {Sorores Nocte uocat geni.} furias. Eumenides nanque Noctis & Acherontis filiæ fuiſſe dicuntur. ſunt autē tres, Tiſiphone, Alecto, & Megęra. {Graue & implacabile numen} moleſtum, & quod nullis precibus placari poteſt. {Adamante} adamas adeo durus eſt lapis, ut nulla alia re, quàm hircino ſanguine frangi poſſit. {Sedes ſcelerata uocatur} ſceleratorum ſedes uocatur carcer inferorum. nōnullos uero ex iis, q in eo cruciabantur, enumerat poeta. {Viſcera prębebat Tityus lanianda} Tityus Iouis & Elaræ, filiæ Orchomeni, filius fuit: qui tamen ex tellure natus fingitur, uel ꝙ Iunonis metu Elara grauida terram ſubierit, illicq́; puerum enixa ſit in ſpecu Bœotiæ, qui ab illa, ut Strabo ait, Elara fuit denominatus; uel ꝙ uaſtiſſimi quique & immaniſſimi homines, qualis fuit Tityus, terræ filii eſſe finguntur. Tityus uero fuiſſe perhibetur adeo magnus, ut nouem iugera ſuo corpore occuparet. hic cum Latonæ, ſiue, ut Euphorion ſcribit, Dianæ uim inferre uellet, ſagittis Apollinis ad inferos detruſus, ea pœna fuit damnatus, ut uultures cor eius nunquam exedere ceſſent. [Hinc & Tityi octonos Diana dicitur a Callimacho, ſiue quod eius cauſſa Tityus interfectus, ſiue quòd ipſa quoque in occidendo illo operam ſuam contribuiſſet.] {Tibi Tantale nullæ} Tantalus Iouis ex Plote nympha filius, cum Iouis arcana hominibus prodidiſſet, filiumq́; Pelopem diis hoſpitio ſuſceptis comedendum appoſuiſſet, alias eſſe carnes mentitus, ad inferos detruſus ea pœna plectitur, ut neque bibere, aquis etiam labia tangentibus, neque quicquam comedere poſſit, quamuis illius capiti arbor immineat pomis onuſta. hac autem pœna auari omnes affici uidentur, qui partis pecuniis per auaritiam uti non poſſunt. {Aut urges Siſyphe} Siſyphus Aeoli fuit filius, qui cum Iſthmum latrociniis infeſtaret, a Theſeo interfectus, ea pœna apud inferos damnatus eſt, ut ex ima ualle ſaxum ad montis uerticem nunquam urgere deſiſtat, niſi cum in uallem deſcendit, ad ſaxum delapſum iterum in montis cacumen impellendum. hoc autem figmento denotantur ambitioſi, qui quamuis ſępius in petendis magiſtratibus repulſam ferant, ab ambiendo tamen nunquam deſiſtunt. {Voluitur Ixion} Phlegiæ filius fuit Ixion, ut Euripedes quoque teſtatur, ut uero Pherecydes ait, Aethonis. is cum Diam, Deionei filiam, uxorem ducere cuperet, multa ſe daturum munera ſocero pollicitus eſt. ad quæ quidem accipienda, cum iret Deioneus, barathrum effodiēs Ixion, igniq́; replens, lignis ſubtilibus, tenuiq́; puluere illud operuit, in quod cum Deioneus cecidiſſet, extinctus eſt. tanto ſcelere admiſſo Ixion rabie correptus, nemoq́; ipſum neque deorum, neque hominum purgare uolebat, quòd primus omnium hominem familiaritate ſibi coniunctum necaſſet. tandem uero Iupiter miſericordia mo us illum purgauit. quo facto Iunonem amare cœpit, de ſtuproq; interpellauit. cui Iupiter nebulam Iunoni ſimilem obiecit. deinde ad inferos detruſus ita rotę fuit alligatus, ut ſemp uoluatur. {Belides} belli neptes. nam Belus duos habuit filios Danaum, & Ægyptum, pro quo imperiti ſcribunt Ægyſtum. is quinquaginta Danai filias totidem ſuis filiis deſpōſauit. ſed Danaus cum Apollinis oraculo didiciſſet, ſe quandoque ab uno filiorum Ægypti, ſuo genero, occiſum iri, filiabus mandauit, ut prima nocte quęque ſuos maritos occiderent. quæ quidem omnes, præter unam Hypermneſtram natu minimam, quæ Lino ſponſo pepercit, a quo poſtea Danaus fuit interfectus, patri ſunt obſecutæ. quare ea pœna apud inferos ſunt damnatæ, ut cribris aquam haurire nunquam deſiſtant. [Siue, ut alii, aquam in dolium pertuſum, quod nunquam impleatur, perpetuo ingeratur.] {Letum} mortē, a lendo, quod non eſt in uſu, ꝙ mors omnia deleat. {Patruelibus} ex duobus fratribus nati patrueles dicuntur. {Et ante omnes Ix.} quia ab eo affecta iniuria fuerat, cū de ſtupro fuit interpellata. {Rurſus ab illo} poſt illum. {Cur hic e fratribus} nam Siſyphus, & Athamas fratres fuere, filiiq́; Aeoli. {Cum coniuge} cum uxore ſua Ino. {Spreuit} contempſit. {Et exponit cauſſas odii} quo proſequitur Athamantem. {Quidq́; uelit} exponit etiam quid uelit furias facere.

Deſcenſus ad inferos.

Staret, & in facinus traherent Athamanta *furores.
Imperium, promiſſa, preces confundit in unum;
Sollicitatq; deas. ſic hæc Iunone locuta,
Tiſiphone canos, ut erat turbata, capillos
Mouit, & obſtantes reiecit ab ore colubros:
Atque ita, Non longis opus eſt ambagibus, inquit:
Facta puta, quæcunque iubes. inamabile regnum
Deſere, teq; refer cæli melioris ad auras.
Læta redit Iuno: quam cælum intrare parantem
Roratis luſtrauit aquis Thaumantias Iris.




Nec mora, Tiſiphone madefactam ſanguine ſumit
Importuna facem, fluidoq; cruore rubentem
Induitur pallam, tortoq; incingitur angue,
Egrediturq; domo. luctus comitatur euntem,
Et pauor, & terror, trepidoq; inſania uultu.
Limine conſtiterat: poſtes tremuiſſe feruntur
Aeolij, pallorq; fores infecit acernas.
Solq; locum fugit. monſtris exterrita coniux,
Territus eſt Athamas, tectoq; exire parabant.
Obſtitit infelix, aditumq; obſedit Erinnys:
Nexaq; uipereis diſtendens brachia nodis
Cæſariem excuſſit. motæ ſonuere colubræ.
Parsq; iacent humeris, pars circum pectora lapſæ
Sibila dant, ſaniemq; uomunt, linguisq; coruſcant.
Inde duos mediis abrupit crinibus angues,
Peſtiferaq; manu raptos immiſit. at illi
Inoosq; ſinus, Athamanteosq; pererrant,
Inſpirantq; graues animos, nec uulnera membris
Vlla ferunt. mens eſt, quæ *diros ſentiat ictus.
Attulerat ſecum liquidi quoque monſtra ueneni,
Oris Cerberei ſpumas, & uirus echidnæ,
Erroresq; uagos, cæcæq; obliuia mentis,
Et ſcelus, & lacrymas, rabiemq;, & cædis amorem,
Omnia trita ſimul: quæ ſanguine *miſta recenti
Coxerat ære cauo uiridi uerſata cicuta.
Dumq; pauent illi, uertit furiale uenenum
* Pectus in amborum, præcordiaq; intima mouit.
Tum face iactata per eundem ſæpius orbem,
Conſequitur motis uelociter ignibus ignes.
Sic uictrix, iuſſiq; potens, ad inania magni
Regna redit Ditis, ſumptumq; recingitur anguem.
Protinus Aeolides media furibundus in aula
Clamat, Iò comites his retia tendite ſyluis:
Hîc modò cum gemina uiſa eſt mihi prole leæna:

RAPH. STARET} erecta foret, ſed euerteretur. {Et in facinus} in ſcelus. {Traherent Athamanta furores} hoc eſt, ut Athamas, furioſus effectus, aliquid mali perpetraret. {Imperium, promiſſa} decorum ſeruat poeta, nam iratorum confuſa ſemper eſt oratio. {Tiſiphone} una eſt ex tribus inferni furiis, quæ homicidas maxime punit, unde etiam nomen accepit. nam παρὰ τὸ θίσειν τοὺς φονίας, quod homicidas ulciſcatur, dicta eſt. {Obſtantes colubros} ſerpentes os impedientes, ne loqui poſſet. Furiæ nanque ſerpentes pro crinibus habere finguntur. {Longis ambagibus} longis uerborum circutionibus, longa oratione. {Roratis} inſperſis. {Luſtrauit} purgauit ab inferorum contactu. {Thaumantias Iris} Thaumantis & Electrę filia fuit Iris, tametſi Cicero & Macrobius ἀπὸ τοῦ θαύματος, id eſt ab admiratione dictam putent. non ſolum autem Thaumantias, ſed etiam Thaumantis declinatur. {Importuna} moleſta. {Fluido cruore} corrupto ſanguine. Tiſiphones autem apparatum, habitumq; perſpicue deſcribit. {Luctus comitatur} ſcite hi comites attribuuntur Tiſiphone furiæ. nam & luctus, & pauoris, & inſaniæ cauſſa eſſe mortalibus Tiſiphone uidetur. {Limine} Athamantis. {Poſtes Aeolii} ianuæ Athamantis Aeoli nepotis. {Pallorq; fores infecit acernas} aduentum, inquit, Tiſiphones fores acernę pallidæ fuerunt affectæ. ex quo maxima uis ueneni furiæ illius ſignificatur.

*duros*

{Fores acernas} ex acere confectas. acer nanque arbor eſt operum elegantia, & ſubtilitate citro ſecunda, ut Plinius ſcribit. plura eius ſunt genera, quæ qui uidere cupit, ex Plinii lib. 16. repetat licet. {Solq; locum fugit} aduentu Tyſiphones ſol quoque fugatus eſt. {Infelix} infelices faciens. ſic Virgilius, Sis felix, noſtrumq; leues quæcunque laborem. {Erinnys} Tiſiphone furia. ſunt autem Erinnyes deæ infernæ ultrices cum aliorum ſcelerum, tum impietatis in parentes, dictæ παρὰ τὸ ἐν τῇ ἔρᾳ ναίειν, quod in terra habitent, hominum facta ſpeculãtes. {Saniemq; uomunt} uenenum ex ore emittunt. {Linguis coruſcant} linguas uibrant. eſt enim trifida & longiſſima ſerpentibus lingua, quã tanta celeritate mouẽt, ut tres habere linguas uideantur. {Graues animos} difficiles, anxios. {Vulnera} morſus. {Diros ictus} graues affectus, & perturbationes. ictus autem proprie ſcorpionum dicuntur, quamuis & ſerpentum. {Et uirus Echidnæ} hydræ ſerpentis. Echidna uero latine uipera dicitur. [Fuit autem hęc Echidna monſtrum, ex altera parte uirgo, ex altera ſerpens, ex qua Typhaon, ut inquit Heſiodus in Theogonia, genuit, Orthum, canem Geryonis, & Cerberum, canem Plutonis, præterea Hydram Lerneam, & Chimæram.] {Erroresq; uagos} errandi, uagandiq; cupiditatem. proprio autem epitheto uagos errores poeta uocauit. {Cicuta} herba eſt præſentiſſimi ueneni. {Furiale} in furorem agens. {Mouit} in furorem commouit. {Ignes} uenti, & facis agitatione commotos. {Conſequitur igni} aſſequitur ſic, ut continenter igneus orbis uideretur. {Sic uictrix} uoti compos. {Sumptumq; recingitur anguem} ſerpentem, quo cuncta erat Tiſiphone, reſoluit. {Furibundus} furioſus. {Io comites} uox eſt & Bacchantium & furentium.

*ſorores*

*tincta*

*Vultus*

Et parua

Vtq; feræ, ſequitur ueſtigia coniugis amens:
Deq; ſinu matris ridentem, & parua *Learchum
Brachia tendentem rapit, & bis, terq; per auras
More rotat fundæ, rigidoq; infantia ſaxo
Diſcutit ora ferox. tum deniq; concita mater,
Seu dolor hoc fecit, ſeu ſparſi cauſſa ueneni,
Exululat, ſparſiſq; fugit malè ſana capillis:
Teq; ferens paruum nudis, Melicerta, lacertis,
Euohe Bacche ſonat. Bacchi ſub nomine Iuno
Riſit: &, Hos uſus præſtet tibi, dixit, alumnus.
Imminet æquoribus ſcopulus, pars ima cauatur
Fluctibus, & tectas defendit ab imbribus undas:
Summa riget, frontemq; in apertum porrigit æquor.
Occupat hunc (uires inſania fecerat) Ino,
Seq; ſuper pontum nullo tardata timore
Mittit, onusq; ſuum percuſſa recanduit unda.
At Venus, immeritæ neptis miſerata labores,
Sic patruo blandita ſuo eſt: O numen aquarum,
Proxima cui cælo ceſſit Neptune poteſtas,
Magna quidem poſco, ſed tu miſerere meorum,
Iactari quos cernis in Ionio immenſo,
Et diis adde tuis. aliqua & mihi gratia ponto eſt:
Si tamen in medio quondam concreta profundo,
Spuma fui, *gratumq; manet mihi nomen ab illa.
Annuit oranti Neptunus, & abſtulit illis
Quod mortale fuit, maieſtatemq; uerendam
Impoſuit, nomenq; ſimul, faciemq; nouauit:
Leucotheaq; deum cum matre Palæmona dixit.

ARG. Comites Inus quod deſiderio reginæ affectæ, caſum eius mœrentes defleuerant, ob eandem iram Iunonis cum præcipitare ſe deſtinaſſent, ne pari honore à Neptuno excipi poſſent, in ſaxa, & aues effecit, ut transfigurarentur.

Sidoniæ comites, quantum ualuere, ſecutæ,
Signa pedum primo uidere nouiſſima ſaxo:
Nec dubium de morte ratæ; Cadmeida palmis
Deplanxere domum, ſciſſis cum ueſte capillis:
Vtq; parum iuſtæ, nimiumq; in pellice ſæuæ,
Inuidiam fecere deæ. conuicia Iuno
Non tulit: &, Faciam uos ipſas maxima, dixit,
Sæuitiæ monumenta meæ. res dicta ſecuta eſt.
Nam, quæ præcipuè fuerat pia, Perſequar, inquit,
In freta reginam: ſaltumq; datura moueri
Haud uſquam potuit, ſcopuloq; affixa cohæſit.
Altera, dum ſolito tentat plangore ferire
Pectora, tentatos ſentit riguiſſe lacertos.
Illa, manus ut fortè tetenderat in maris undas,
Saxea facta manus in eaſdem porrigit undas.
Huius, ut arreptum laniabat uertice crinem,
Duratos ſubitò digitos in crine uideres.
Quo quæq; in geſtu deprenſa eſt, hæſit in illo.
Pars uolucres factæ, quæ nunc quoque gurgite in illo
Aequora diſtringunt ſummis *Cadmeides alis.

RAPH. ET parua Clearchum} Athamas ex Ino Clearchum & Melicertam filios ſuſcepit; ex Nephele uero Phryxum & Hellen, ut alibi plenius diximus. {Rotat} circunducit. {Rigido ſa.} duro & aſpero. {Diſcutit} diſiecit, illidit, diſtringit quatiendo. {Infantia ora} infantis caput. {Sparſi ueneni} a Tiſiphone. {Exululat} clamores horrendos emittit. {Male ſa.} iſana & furioſa. {Euoe Bacche} uox eſt Bacchantium ἐυοι, quæ bene tibi ſignificat. unde & ipſe Bacchus Euius cognominatur, & Euhius cum aſpiratione. nam quem alii græcotum ἐυσιον uocāt, Dorienſes loco s litteræ aſpirationem reponentes ἐυιον appellant. {Sonat} clamat. {Hos uſque} hanc utilitatem, ut furias & inſanias. {Imminet} promontorium deſcribit, unde ſe Ino cum Melicerta filio præcipitauit. id autem promontorium Moluris petra a Pauſania uocatur. [Qui cauſſam inſaniæ Athamantis ad exilium Phryxi & Helles transfert. uide Attica circa finem]. {Summa riget} aſpera & inculta eſt. {In apertum æquor} in latum mare. {Occupat} celeriter aſcendit. {Vires inſa. fe.} parentheſis: qua res ueriſimilis efficitur. {Onusq; ſuum} Melicertam filium quem fugiens ſecum aſportauerat. {Recanduit} candida & alba facta eſt propter ſpumam, quam concitatum mare emittere ſolet: tametſi candere proprie dicatur ferrum ignitum. {Neptis} Inus, quæ Hermiones filiæ Veneris filia fuit. {Suo pa.} Neptuno, qui frater eſt Iouis, cuius tertia Venus eſſe filia dicitur. quattuor enim Veneres fuiſſe Cicero in libris de natura deorum ſcribit, quarum primam, quæ magna Venus appellatur, cæli ac diei filiam fuiſſe; ſecundam ex maris ſpuma natam, tertiam Iouis & Diones filiam, quartam Syrii & Cypriæ. {Proxima} nam Ioui cælum in mundi diuiſione, Neptuno terra cum mari obtigit. {In Io. im.} Ionium mare græciam alluēs inter Ægeum & Tyrrhenum pelagus ſitum. tametſi non deſunt, qui ſcribunt illud cum Adriatico ſinu copulari. dictum eſt autem ab Ionio quodam uiro Illyrico, ut ſcribit Toepompus. alii uero ab errore ἰοῦς in uaccam mutatæ, Ionium putant eſſe declinatū. eſt autem ſpondaicus uerſus, neque ullius uocalis admittit colliſionem. hæc uero compoſitio maxime imploranti auxiliam eſt accommodata. {Tuis} marinis. {Aliqua etiam mi.} hoc eſt, ego quoq; aliquid gratię in mari habere debeo, cum in mari ex ſpuma ſim nata, indeq; appellata. obiter autem Ouid. aliam quoq; transformationē exponit. nā ſecunda Venus, ut diximus, ex maris ſpuma ac ſanguine Cęli teſticulorū procreata fingitur. Saturnus.n. Cęlo patri iratus falce uirilia abſciſſe, eaq; in mare proiecisſe narratur, ex quorum ſanguine & maris ſpuma Venus concreta eſſe perhibetur, unde etiam Aphrodite ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ, hoc eſt a ſpuma uocatur. [fabulā proſequitur Heſiodus in Theogon.] {Nomenq; ſimul, faciemq; nouauit} hoc eſt figuram & nomen Inus, & Melicertę commutauit. nam Ino Leucothea græce, latine Matuta fuit appellata. Melicerta uero a græcis Palæmon, a noſtris Portunus fuit nūcupatus. Leucothea uero dicta eſt ἀπὸ τοῦ θεῖν διὰ λευκοῦ πεδίου, hoc eſt, a currendo per Leucō campum Megaridis, ut Euſtachius in Homerum ait. Myrſinus autem non ſolum Ino Leucotheam uocat, ſed etiam Nereidas Leucotheas appellat. {Maieſtatemq; uerē. Impo.} ſignificat illos effectos fuiſſe deos. nam maieſtas, quæ a maioribus dicta eſt, propria eſt deorum. {Sidoniæ comites} matronæ Thebanæ Ino fugientē ſecutæ cū ex ueſtigiis percepiſſent eā ſe in mare præcipitaſſe, Iunoni inuidiam facere cœperunt. quare Iuno irata eis partim in ſaxa, partim in aues cōmutauit. {Primo ſaxo} in prima promōtorii parte. {Nec dubiū de morte ratę} nam eam mortuam cum filio putauerunt. {Cadmeida} Cadmeiam patronymicum pro poſſeſſiuo. {Deplanxere} defleuere, palmis pectora plangentes, atque percutientes. {Cōuicia} contumelias. {Monumenta} memoriam. {Solito plangore} conſueta percuſſione. {Riguiſſe} duros factos eſſe. {Hæſit} permāſit. {Quę nunc quoque gurgite in illo} tapinoſis eſt: gurgitē enim pro ſinu maris poſuit poeta. gurgites enim fluminum proprie dicuntur. {Diſtringunt} radunt, leuiter attingunt. {Cadmeides} Thebanæ a Cadmo duce ſic dictæ.

Clearchum

Graium

Comites Inus in lapides et aues.

Mineidæ

Neſcit

RAPH. NESCIT Agenorides} Cadmus, uariis ſuorum infortuniis uexatus, Thebas unà cũ Harmonia uxore dereliquit, ſeq; in Illyricum contulit, ubi cum uxore in ſerpentem fuit conuerſus. quod quidem iccirco fingitur, quia Cadmus cum iam eſſet ſenex, ab Amphione & Zetho regno pulſus: ſiue, ut alii ſcribũt, quia Linum interfeciſſet, profugus ad Illyrios ſe contulit, ut Palæphatus ſcribit, ubi cum Harmonia uxore miſerrimam exegit uitam. uerſusq; in anguem iccirco fingitur una cũ uxore, ꝙ ab elegantibus, & cultis moribus in barbaros & inconditos declinaſſet. {Serieq; malorum} continuatione infortuniorum. {Et oſtentis} mõſtris. {Premeret} uexaret. {Contigit Illyricos fines} in Illyricum ꝑuenit. eſt aũt Illyricum regio Epiro finitima, ab Illyrio Polyphemi filio cognominata, ut ſcribit Appian. [Apollonius lib. 4. Encheleas nominat populum, ad quem cũ uxore Cadmus ꝑuenit. q̃ res fortaſſis fabulæ occaſionem dedit. nã ἐγχέλεις anguillæ alias dicũtur. hic autem et ſepulcrum ipſi & Harmoniæ erectũ fuiſſe, dicit his uerſibus:

Cadmus cum uxore in ſerpentes.

Οἱ δὲ ἄρ' ἐπ' ἰλλυρικοῖο μελαμβαθέος ποταμοῖο.
Τύμβος ἵν' ἁρμονίης, κάδμοιό τε πύργον ἔδειμαν
Ἀνδράσιν ἐγχελίεσσι ἐφέσιοι, &c.]

Fata

{Graues} pleni, onerati. {Dũ prima retr.} cõmemorant ſuę domus primordia. {Releguntq; ſuos ſer. lab.} colligunt, in memoriã reducunt. {Num ſacer ille} dubitat Cadmus, an ille ſerpẽs, quẽ ad fontem interfecit, alicui deorum fuerit conſecratus, qui ſibi malorum cã fuerit. {Quem ſi cura deũ uindicat} hoc eſt, pro cuius cæde, ſi dii uindictam de me ſumunt, utinã ego quoque ſerpens efficiar, ut ab iſtis liberer malis. eleganter autem dicimus, uindico inimicos, & patris cædem, pro eo quod eſt punio inimicos, & pro cæde patris uindictam ſumo. {Tã certa ira} ut me nunquam malis uexare ſint ceſſaturi. {Porrigar} producar, prolonger. {In longam aluum} in longum uentrem. aluus enim eſt in quã confluunt ſordes. uenter uero dicitur, qui extat & apparet. Iuuenalis, Mõtani quoque uenter adeſt abdomine tardus. uterus autem eſt in quo mulieres concipiũt.

permulcet

appoſiti

{Durataq; cuti ſquammas} nam cutis & pellis ſerpentum ita ſquammis aſperatur, ut piſcium. {Cæruleis guttis} maculis ſubuiridibus, qualis eſt maris color. {Commiſtaq; in unum} confuſa in unum. {Tenuantur} tenuia, ac ſubtilia efficiuntur. {Tereti} oblongo, atque rotundo. {Tendit} extendit ad uxorem. {In partes eſt fiſſa duas} ſerpentes bifidam, ſiue, ut Plinius ait, triſulcam, uidentur habere linguam. {Nec uerba loquenti ſufficiunt} nec partes, inquit, linguæ ſubminiſtrãt uerba Cadmo, loqui uolẽti. ſufficere nanque hoc loco eſt tranſitiuum, & ſubminiſtrare ſignificat. {Aliquos queſtus} aliquas querelas. qua in ſignificatione citra diphthongum ſcribitur. Quæſtus enim cum diphthongo turpe ſignificat lucrum. {Sibilat} ſibilare uerbum eſt facticium a uocis ſono declinatum. natura autem ſerpentes ſibilãt. {His monſtris} proprie dixit. nã monſtra ſunt, quæ præter naturam fiunt, a monendo dicta, quaſi moneſtra, quod nos deorum uoluntatis admoneant, ut Pompeius ſcribit. {Et, dũ loquor, omnia?} ordo eſt & ſenſus. & ubi ſunt omnia membra, dum loquor? miratur enim Hermione quod nihil mẽbrorum Cadmi uidebat. {Aderant comites} parentheſis, qua ſignificatur comites ſaltem interfuiſſe illi transformationi. {Criſtati draconis} criſtas in capite habentis. draco autem ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι, hoc eſt, a uidendo declinatur. eſt enim acutiſſimi uiſus. {Iunctoq; uolumine} iuncta reuolutione {Donec in appoſiti} donec ſe in contiguo nemore occultauerunt. {Appoſiti} iuxta poſiti, ac uicini. {Nunc quoque nec fugiũt hominem} anguium deſcribit naturam, qui hominem nec fugiunt, nec offendunt; ſuntq; Æſculapio ſacri. {Sed tamen ambobus} hæc iccirco a poeta narrantur, ut cõcinne, quas expoſiturus eſt transfigurationes, cum prioribus connectãtur. nam Acriſius, rex Argiuorum & orgia Bacchi ſpernebat, & Perſeum ſibi nepotem Iouis eſſe filium non credebat. ſic igitur ad Perſei geſta enarranda deſcendit poeta. {Nepos} Bacchus qui ex India deuicta glorioſiſſimũ reportauerat triũphum. {Debellata} bello deuicta.

ARG. Cadmus, Agenoris filius, poſtquam inſpector fuerat ſuarum calamitatum, eueniſſentq; multa filiabus, ac nepotibus infortunia, peroſus Thebarum ſedes, cum Hermione, Martis & Veneris filia, coniuge ſua in Illyrium profugit. ibi petit ueniam a deis, in ſpeciem draconis ut conuertatur, qui initio cauſſa malorum ſuorum fuiſſet. uota eius expleta ſunt, in dracones uerſi ſunt.

NEſcit Agenorides natam, paruumq; nepotem
Aequoris eſſe deos. luctu, ſerieq; malorum
Victus, & oſtentis, quæ plurima uiderat, exit
Conditor urbe ſua, tanquam fortuna locorum
Non ſua ſe premeret: longisq; erroribus actus
Contigit Illyricos profuga cum coniuge fines.
Iamq; malis, annisq; graues dum prima retractant
*Facta domus, releguntq; ſuos ſermone labores,
Num ſacer ille mea traiectus cuſpide ſerpens,
Cadmus ait, fuerat tum, cùm Sidone profectus
Vipereos ſparſi per humum noua ſemina dentes?
Quem ſi cura deûm tam certa uindicat ira,
Ipſe, precor, ſerpens in longam porrigar aluum.
Dixit: &, ut ſerpens, in longam tenditur aluum,
Durataq; cuti ſquamas increſcere ſentit,
Nigraq; cæruleis uariari corpora guttis:
In pectusq; cadit pronus: commiſtaq; in unum
Paulatim tereti tenuantur acumine crura.
Brachia iam reſtant: quæ reſtant brachia tendit,
Et lacrymis per adhuc humana fluentibus ora,
Accede o coniux, accede miſerrima, dixit;
Dumq; aliquid ſupereſt de me, me tange: manumq;
Accipe, dum manus eſt, dũ non totũ occupat anguis.
Ille quidem uult plura loqui: ſed lingua repentè
In partes eſt fixa duas. nec uerba loquenti
Sufficiunt: quotiesq; aliquos parat edere queſtus,
Sibilat. hanc illi uocem natura reliquit.
Nuda manu feriens exclamat pectora coniux,
Cadme mane, teq; infelix his exue monſtris.
Cadme qd hoc? ubi pes? ubi ſunt humeriq;, manusq;,
Et color, & facies? &, dum loquor, omnia? cur non
Me quoque cæleſtes in eundem uertitis anguem?
Dixerat. ille ſuæ lambebat coniugis ora,
Inq; ſinus caros, ueluti cognoſceret, ibat,
Et dabat amplexus, aſſuetaq; colla petebat.
Quiſquis adeſt, (aderant comites) terretur. at illis
Lubrica *perlucent criſtati colla draconis:
Et ſubitò duo ſunt, iunctoq; uolumine ſerpunt,
Donec in *oppoſiti nemoris ſubiere latebras.
Nunc quoq; nec fugiunt hominẽ, nec uulnere lædũt:
Quidq; prius fuerint, placidi meminere dracones.

ARG. Perſeus, Iouis & Danaes filius, miſſus a Polydecte ad Meduſam, quæ omnes in ſe intuentes aſpectu ſuo in ſilicem conuertere ſolebat, ut eius ſuperatæ caput ad ſe perferret, Minerua adiutrice, intercepto Phorcydum Græcarum lumine, quæ uiciſſim cuſtodias Gorgonum agebant, euicit propoſitum laborem, caputq; Meduſæ abſciſſum retulit. e ſanguine autem, qui Perſeo per Africam iter facienti ſtillauerat genus eſt ſerpentum procreatum. utero autem eiuſdem Meduſæ Pegaſus cum pennis exiit.

SEd tamen ambobus uerſæ ſolatia formæ
Magna nepos dederat, quem debellata colebat

{Achaia}

India, quem poſitis celebrabat Acheïa templis,
Solus Abantiades ab origine cretus eadem
Acriſius ſupereſt, qui mœnibus arceat urbis
Argolicæ, contraq; Deum ferat arma, genusq́;
Non putat eſſe deûm. neque enim Iouis eſſe putabat




Perſea, quem pluuio Danae conceperat auro.
Mox tamen Acriſium (tanta eſt præſentia ueri)
Iam uiolaſſe Deum, quàm non agnoſſe *nepotem
Pœnitet. impoſitus iam cælo eſt alter, & alter
Viperei referens ſpolium memorabile monſtri,

RAPH. ACHÆIA} Grecia. nã Acheia pars eſt Græciæ, unde Achei ꝓ græcis accipiuntur. ſane Acheia cum diphthongo a grecis ſcribit. ſic aũt eſſe ſcribendũ Achæi, inde ducti facile oſtendunt. [Apud Stephanum ſcribitur Αχαΐα ꝓ regione, apud Pauſan. Αχαΐα, abſq; diphthõgo, cui & latinũ Achaia rñdet.] {Poſitis tẽp.} ędificatis. {Solus Abã.} Acriſius, ut in lib. tẽporum ſcribit Euſeb. Abãtis, Argiuorũ regis, fuit filius, pariterq; Danaes, ex qua Perſeũ Iupiter ſuſcepit. is a Prœto fratre pulſus regno a Perſeo nepote fuit reſtitutus, a quo tandẽ inuito, cũ diſco luderet, fuit interẽptus. Pherecydes autẽ narrat, ut ſcribit Apollonii Argonaut. expoſitor, Acriſio nupſiſſe Eurydicẽ, Lacedæmonis filiã, ex qua cum Danaẽ ſuſtuliſſet, an marẽ de illa eſſet ſuſcepturus, oraculũ interrogauit. cui Apollo, nullũ quidẽ ipſi filiũ futurum eſſe rñdit. fore aũt ut ab eo, quẽ filia genuiſſet, interficiatur. domũ itaq; reuerſus, thalamũ ęreum in media ędiũ aula ſub terra fabricãdũ curauit, in quo Danaẽ cum nutrice incluſam ſeruabat, neq; ad illã uir ingredi poſſet. Iupiter uero puellæ amore captus in auri guttas cõuerſus, ex tecto ꝑ impluuiũ defluens, a uirgine ſinu fuit exceptus. ſe ipſum autẽ cũ aperuiſſet, puellam compreſſit, ex qua Perſeus eſt natus, qui a matre, et nutrice clam Acriſio fuit educatus. cũ uero iam ad tertiũ, quartum'ue ætatis annum puer perueniſſet, uocem illius ludentis Acriſius audiuit. ad ſe igitur Danae cũ nutrice accerſita, hanc quidem interimit, Danaẽ uero cum puero ad Iouis Hercei arã deducit, ipſamq́; ſolus interrogat, unde ſibi puer ſit natus. illa uero ex Ioue reſpondit. hoc Acriſius cum adduci nõ poſſet, ut crederet, in arcam una cum puero illã impoſuit: cumq́; eam clauſiſſet, in mare proiecit. ea uero ad Seriphum inſulã delata, a Dictye, Periſthenis filio, qui forte tum piſcabatur, reti fuit extracta, quã quidem cum precibus Danaes aperuiſſet, ac quinã eſſent reſciuiſſet, ipſos ad domũ deducit, & ut cognatos accipit. Dictys. n. atq; Polydectes, Androthoes filiæ, Caſtoris & Periſthenis filii fuerunt. Periſthenis aũt pater fuit Damaſtor, filius Nauplii, quẽ ex Amymone ſuſcepit Neptunus, ut in 1. Pherecydes idem ſcribit. cum uero accepiſſet Acriſius Polydectẽ Seriphi regẽ oſtẽſo Gorgonis capite in ſaxũ fuiſſe commutatum, Argis metu aufugit, ad Pelagosq́; Lariſſam peruenit. quod quidẽ poſtq̃ Perſeus cognouit ad illũ in patriã deducendũ eſt ꝓfectus. ſed cũ in iuuenes quoſdã diſco certãtes incidiſſet, ipſe quoq; diſcũ iecit in aerẽ, q reſiliens Acriſii pedẽ ita ꝑcuſſit, ut ibi uitã cum morte cõmutarit. ita fatũ uitare non potuit. Perſeus uero unà cũ Lariſſęis ante urbem ipſi ut Heroi ſepulcrũ magnificum erexit. {Abãtiades} Abãtis filius. Abãtes quoq; populi ſunt Eubœę, a quibus etiã Abantis fuit appellata, ſiue ab Abante Argei filio, uel Neptuni & Arethuſæ. {Ab origi. ea.} qa & ipſe ab Ioue originem ducebat. nam Belus Iouis fuit filius, is uero pater fuit Abãtis, cuius filiũ Acriſium fuiſſe diximus. {Neq; n. Io. eſſe pu. Perſea} filium ſubintelligamus uel genus. Perſeus aũt Iouis ex Danae Acriſii fuit filius. is cũ adoleuiſſet, ut ſcribit Io. Grãm. Palladis, ut alii, Polydectis regis Seriphi iuſſu ad Gorgones debellãdas eſt ꝓfectus, ęgide a Pallade ipſa, ac talaribus, enſeq; falcato a Mercurio acceptis. Meduſæ igit caput amputatũ, cũ in Gręciam referret, ab Atlãte Mauritaniæ rege ab hoſpitio repulſus, Gorgonis capite oſtẽſo ipſum in mõtem eiuſdẽ nominis cõmutauit. Andromedã deinde uirginẽ Cephei regis ac Caſſiepeiæ filiam mõſtro marino crimine matris obiectã, ea cõditione liberauit, ut ſibi uxor traderet. ſed cũ iã nuptias celebraret, ac Phineus Cephei frater, cui Andromeda anteq̃ obiiceretur mõſtro, fuerat deſponſata, ſibi eam ui auferre conaret, & multos ex illius ſociis interfecit, & Gorgonis capite oſtenſo Phineũ ipſum cum reliquis in ſaxa cõuertit. ac demũ in Græciam reuerſus Prœtum, Acriſii fratrem, q regno auum expulerat, in lapidem trãsformauit, Acriſiumq́; auum in regnũ reduxit, ac Polydectẽ, Seriphi regem, unà cũ multis aliis in ſaxa conuertit. ipſe uero in orientem ꝓfectus Perſiam, Perſasq́; de nomine ſuo appellauit. tandẽ inde reuerſus, cũ Acriſium auum inuitus diſco ludens interemiſſet, ipſe cũ Andromeda uxore ac Cepheo ſocero, & Caſſiepeia ſocru in cælum fuit translatus, atq; inter ſidera collocatus. {Quẽ pluuio Danae concep. au.} Danae Acriſii filia, quę in turri ahenea ita cõcluſa erat a pa- parentem tre, q acceperat ſe nepotis manibus periturum, ut nullus uir ad eã accedere poſſet, a Ioue in auri guttas transformato fuit compreſſa. quod cum reſciuiſſet Acriſius, ęgre ferens illam in arca impoſitam in mare proiici iuſſit. ea uero arca a Dictye piſcatore Seriphio, ut Strabo narrat, ad Polydectem Seriphi regem fuit delata: qui quamuis Danaẽ cogere non potuerit, ut ſibi nuberet, Perſeum tamen infantem educauit. {Pluuio auro} nam Iupiter in auri guttas conuerſus in Danaes gremium pluiſſe fingitur. {Tanta eſt præſentia ueri} acclamatio hæc interpoſita ſignificat maximam eſſe ueritatis potentiam. {Præſentia} potentia. {Pœnitet} quia & Perſeum Ioue digna geſſiſſe accipiebat, & Bacchum in numerum deorũ iam eſſe relatum uidebat. {Impoſitum iam cælo eſt alter} Bacchus in numerum deorũ relatus. {Viperei monſtri ſpoliũ} capitis Meduſæ eſt periphraſis. nam Phorcus Theoſiæ nymphæ ac Neptuni filius, Corſicæq́;, & Sardiniæ rex, ut Varro ſcribit, cum Atlante prælio nauali cõmiſſo uictus, & in mari ſubmerſus, Neptuni patris beneficio deus marinus eſſet effectus, ex Ceto coniuge tres ſuſtulit filias eximia pulchritudine, Euryalam, Stheno, & Meduſam, &, ut nõnulli uolunt, Scyllam, quas Pomponius Mela ſcribit, Gorgadas inſulas Æthiopici maris tenuiſſe, unde Gorgones uidentur appellatæ. harum natu maxima fuit Meduſa, quæ cum quadam die ſola in litore uagaretur, a Neptuno fuit adamata, ut eam uel in templo Palladis, quò confugerat, uiolarit. quare Pallas indignata, & crines eius, quibus maxime Neptuno placuerat, in angues conuertit, & effecit ut quoſcunque aſpexiſſet, in lapides commutarentur. hanc uero Perſeus, ut iam diximus, ope Palladis, a qua ſcutum cryſtallinum, & Mercurii, a quo talaria, & falcatum enſem acceperat, interemit. quod quidem iccirco fictum uidetur, quod Perſeus illius ſuperatæ opibus præclara multa geſſit. nam Atlãtem Mauritaniæ regẽ, & Africam & totã Græciam, parteq́; Aſiæ ſubegit. {Memorabile} memoratu dignum.

Aera

Aëra carpebat tenerum ſtridentibus alis.
Cumq́; ſuper Libycas uictor pendêret arenas,
Gorgonei capitis guttæ cecidere cruentæ:
Quas humus exceptas uarios animauit in angues.
Vnde frequens illa eſt, *infeſtaq́; terra colubris.

ARG. Atlas, Iapeti & Clymenes, aut, ut quidam uolunt, Aſię nymphę filius, a Themide, quæ initio antiſtes deorum erat, reſponſum acceperat, ne quē hoſpitio ex progenie Iouis reciperet, ſi uellet hortum, in quo poma aurea erant, cuſtoditum habere. quam ob cauſſam cum Perſeo fatigato ex aſſiduo curſu requieſcendi hoſpitium negauiſſet, eumq́; uiribus propelleret, ille elatum caput Gorgonis ei obiecit: quo uiſo, in montem pari nomine eſt uerſus: cui in ultimis Africæ locis mundus innixus eſt.

Inde per immenſum uentis diſcordibus actus
Nunc huc, nunc illuc exemplo nubis aquoſæ
Fertur, & ex alto ſeductas *æthere longè
Deſpectat terras, totumq́; ſuperuolat orbem.
Ter gelidas Arctos, ter Cancri brachia uidit:
Sæpe ſub occaſus, ſæpe eſt ablatus in ortus.
Iamq́; cadente die ueritus ſe credere nocti,
Conſtitit Heſperio *regis Atlantis in orbe:
Exiguamq́; petit requiem, dum Lucifer ignes
Euocet Auroræ, curſusq́; Aurora diurnos.
Hic hominum cunctis ingenti corpore præſtans
Iapetionides Atlas fuit. ultima tellus
Rege ſub hoc, & pontus erat, qui ſolis anhelis
Aequora ſubdit equis, & feſſos excipit axes.
Mille greges illi, totidemq́; armenta per herbas
Errabant, & humum uicinia nulla premebat.
Arboreæ frondes auro radiante nitentes
Ex auro ramos, ex auro poma ferebant.
Hoſpes, ait Perſeus illi, ſeu gloria tangit
Te generis magni, generis mihi Iuppiter auctor:
Siue es mirator rerum, mirabere noſtras.
Hoſpitium, requiemq́; peto. memor ille uetuſtæ
Sortis erat. dederat Themis hanc Parnaſſia ſortem:
Tempus, Atla, ueniet, tua quo ſpoliabitur auro
Arbor: & hunc prædæ titulum Ioue natus habebit.
Id metuens ſolidis pomaria clauſerat Atlas
Montibus, & uaſto dederat ſeruanda draconi,
Arcebatq́; ſuis externos finibus omnes.
Hinc quoq; uade procul, ne longè gloria rerum,
Quas mentiris, ait, longè tibi Iuppiter abſit.
Vimq́; minis addit, manibusq́; expellere tentat
Cunctantem, & placidis miſcentem fortia dictis.
Viribus inferior, (quis enim par eſſet Atlantis
Viribus?) At, quoniam parui tibi gratia noſtra eſt,
Accipe munus, ait. læuaq́; a parte Meduſæ
Ipſe retrò uerſus ſqualentia protulit ora.
Quantus erat, mons factus Atlas. nam barba, comæq́;
In ſyluas abeunt: iuga ſunt humerique, manusque:
Quod caput antè fuit, ſummo eſt in monte cacumen:

RAPH. AERA carpebat tenerum} hoc eſt per aera penetratu facilem uolabat. {Cumq́; ſuper Libycas} guttas ſanguinis ex Meduſæ capite cadentes in terram Libyam uarios in ſerpentes conuerſas fuiſſe narrat poeta. quod ideo fictum uidetur, quia Libya ſerpentibus uenenoſis abundat. [Fabulam hanc Apollonius his uerſibus deſcribit lib. 4.

Guttæ ſáguinis Meduſæ in ſerpétes.

Εὖτε γὰρ ἰσόθεος λιβύην ὑπερέπτατο περσεύς
Εὐρυμέδων, καὶ γάρ τὸ κάλεσκέ μιν οὔνομα μήτηρ
Γοργόνος ἀρτίτομον κεφαλὴν βασιλῆϊ κομίζων,
Ὅσσαι κυανέου στάγες αἵματος οὖδας ἵκοντο,
Αἱ πᾶσαι κείνων ὀφίων γένος ἐβλάστησαν, &c.

*infecta*

Vbi & illud notádū, altero nomine Eurymedōté fuiſſe Perſeum uocatū.] {Gorgonei cap.} Meduſæi. Gorgones.n. ut diximus, tres fuere ſorores, quarū Meduſæ natu maximæ a Perſeo caput fuit amputatū. {Colubris} ſerpētibus. {Inde per imm.} p infinitū ac inane, q eſt aer. {Seductas} ſeparatas. {Deſpe.} deorſum ſpectat. {Totūq; ſup. or.} hoc eſt, ſupra totū terrarū orbē fert. {Gelidas Ar.} gelidos ſeptētriones, ad quos nunq̄ ſol accedit. {Iáq; cad. die} occidēte ſole. {Credere} cōmittere. {In Heſp. or.} in occidētali orbis parte. ná Heſperus ſtella eſt q̄ ueſperi in occidēte apparet, unde Heſperius orbis, & Hiſpania, & Italia interdū Heſperia uocatur. ſic aūt cōcinne ingreditur trāsformationem Atlantis regis Mauritaniæ potētiſſimi in mōtē, ad quē cū perueniſſet Perſeus, rogauit ut ſe hoſpitio ſuſciperet, donec illuceſceret dies. ceterū Atlas oraculo admonitus ut ſibi a Iouis filiis caueret, ne regno ab aliquo eorū priuaretur, illum ſuperbe admodū repulit. quare Perſeus indignatus capite Meduſæ reuelato eū in mōtē trāsformauit, q cęlū ſuſtinere dr̄. qđ iccirco fictū eſſe uł, φ Perſeus ſuperatæ Meduſæ opibus fretus Atlátis regnū inuaſit, eūq; in montes fugere coegit. cęlū aūt humeris ſuſtinere fingitur Atlas, tū φ, ut ſcribit Plin. primus oīum Aſtrologiam inuenit, tum φ mōs ipſe ita eſt altus, ut cęlū contingere uideať. ſane apud antiquos Atlantes uocabantur ſtatuæ, q̄ colūnas humeris ſuſtinebant. [Regis Atlátis, alii regnis Atláti, appoſitiue, uidelicet ne trochęus in uerſum dactylicū incidat. cū tn̄ idē locus prima cenſura ſiue tome defendi poſſit.] {Ignes au.} lumina auroræ, q̄ ſemp ante ſolē fertur. {Curſus diur.} diei & ſolis curſus. ná aurora & diem & ſolē adducere uidetur. {Iapet. Atlas fuit} Atlas Iapeti gigātis & Libyæ nymphæ filius fuit, quanq̄ de matre parū inter ſcriptores cōueniat. alii nāq; Clymenes, ut Heſio. in Theog. alii Aſiæ fuiſſe filiū ferunt. nos uero Pliniū ſequimur, q eū Libyę filiū ſcribit fuiſſe. uerū alii quoq; fuerūt clari Atlantes, quorum unus in Arcadia regnauit pater Maię Mercurii matris, alter ī Hetruria pater Electræ Coryti uxoris. Iapetionides autē nō a Iapeto, ſed a Iapetione (utroq;.n. modo dr̄) deduci uidetur. Heſiodus Ἰαπετιονίδη πάντων πέρι μήδεα εἰδώς. conſtat uero hoc nomē ex ſyllabis ſeptem, hoc eſt, duobus dactylis & ſyllaba. {Vltima tel.} Maurītania cum reliquo occidēte. {Qui ſo. anh.} feſſis ac defatigatis. equi nanq; ſolis ab oceano Atlātico excipi uidentur. {Vicinia nul.} nulli li uicini, ingt, quicq̄ agrorū habebāt qđ exararent. oīa nāq; ab Atlāte poſſidebanť. p qđ ſignificatur fuiſſe locupletiſſimus. {Vetuſtæ ſor.} antiqui oraculi. {Themis Parn.} q̄ in mōte Parnaſo tēplum habet, ut in primo uidimus. {Hūc ti.} hāc gl'iā. titulus aūt a tutando diciť, φ ſua cuiq; geſta, operaq; tituli tueantur. {Pomaria} hortos arboribus conſitos, quāq̄ pomaria proprie ſint pomorū repoſitoria. poma aūt hæc ab Hercule & ipſo Iouis filio ablata fuiſſe notiſſimū eſt. {Ne longe glo. re.} recede, inquit, procul a noſtro regno, ne a nobis oppreſſus indicio ſis et gloriā rerū falſam eſſe, & a Iouis gn̄e lōge abeſſe. {Par eſſet} ſufficere poſſet. ut.n. Atlas oīum maximus, ita ualētiſſ. erat. {At qm̄ p.} at, qm̄ ingt, noſtrā gloriā paruifacis, accipe munus tibi cōueniēs. {Ipſe retr.} caute, ne & ipſe in ſaxum cōuerteretur. {Protulit} extulit, & oſtendit Atlāti. {Squallētia ora} liuidam & palleſcentē Meduſæ faciem. {Quātus erat mons factus Atlas} tantus ſubaudiatur, ut ſit ordo & ſenſus. Atlas factus fuit tantus mōs, quātus uir erat. tā aperte aūt Atlātis trāſmutationē deſcribit poeta, ut nullā lucidiorē admittat enarrationē. {Iuga ſunt hu. m.} iugū nō tā eſt arduitas mōtis & ſupinitas, ut quidā putant, quā ſumma montis ipſius planities per quā tranſitus uel hominibus patet, dictū φ illic mons potiſſimū iūgatur. nā iugum a iungēdo deriuatur, multaq; ſignificat. & lignum nāq; illud, quo boues iunguntur, & equi, iugum uocatur. & tranſtrum appellatur iugū quòd nauem iungat, & iunctā teneat.

*æquore* *regnis*

Atlas in montē.

Sic

Oſſa lapis fiunt. tum partes *altus in omnes
Creuit in immenſum, (ſic dij ſtatuiſtis) & omne
Cum tot ſideribus cælum requieuit in illo.

ARG. Perſeus, per Æthiopiam iter faciens, poſtquam Andromedam propter ſuperbiam matris, quæ ſe nympharum pulchritudini prætulerat, ſaxo alligatam, ac marinæ belluæ obiectam uidit, captus ſpecie eius exarſit pactusq; Cepheo & Caſſiopea, parentibus uirginis, ut ſibi matrimonio eam darent, ſi belluam interemiſiſet uotiq; compos eſt factus, interfecto igitur mõſtro, cupiens requieſcere, ne campus Gorgonis læderet, uirgulta lecta in litore ſubiecit, quæ induruerunt, ita ut, adeptiis radicibus, ſanguinei coloris in mari, ut arbuſculæ naſcerentur, nomenq; haberent Coralium.

CLauſerat Hippotades æterno carcere uentos,
Admonitorq́; operum cælo clariſſimus alto
Lucifer ortus erat: pennis ligat ille reſumptis
Parte ab utraq; pedes, teloq́; accingitur unco,
Et liquidum motis talaribus aera findit:
Gentibus innumeris, circumq́ue, infraq́; relictis,
Aethiopum populos, Cepheïaq; conſpicit arua.
Illic immeritam maternæ pendere linguæ
Andromedam pœnas iniuſtus iuſſerat Ammon.
Quam ſimul ad duras religata brachia cautes
Vidit Abantiades, niſi quòd leuis aura capillos
Mouerat, & tepido manabant lumina fletu,
Marmoreum ratus eſſet opus. trahit inſcius ignes,
Et ſtupet, *eximiæ correptus imagine formæ,
Penè ſuas quatere eſt oblitus in aera pennas.
Vt ſtetit, O, dixit, non iſtis digna catenis,
Sed quibus inter ſe cupidi iunguntur amantes,
Pande requirenti nomen, terræq́ue, tuumq́ue,
Et cur uincla geras. primò *ſilet illa, nec audet
Appellare uirum uirgo: manibusq́; modeſtos
Cælaſſet uultus, ſi non religata fuiſſet.
Lumina, quod potuit, lacrymis impleuit obortis.
Sæpius inſtanti, ſua ne delicta fateri
Nolle uideretur, nomen terræq́ue, ſuumq́ue,
Quantaq́; maternæ fuerit fiducia formæ
Indicat: &, non dum memoratis omnibus, unda
Inſonuit, ueniensq́; immenſo bellua ponto
Imminet, & latum ſub pectore poſſidet æquor.
Conclamat uirgo. genitor lugubris, & unà
Mater adeſt, ambo miſeri, ſed iuſtius illa.
Nec ſecum auxilium, ſed dignos tempore fletus,
Plangoremq́; ferunt, uinctoq́; in corpore adhærent.
Tunc ſic hoſpes ait: Lacrymarum longa manere
Tẽpora uos poterũt: ad opem breuis hora ferẽda eſt.
Hanc ego ſi peterem Perſeus, Ioue natus, & illa,
Quam clauſam impleuit fecundo Iuppiter auro,
Gorgonis anguicomæ Perſeus ſuperator, & alis
Aethereas auſus iactatis ire per auras,
Præferrer cunctis certè gener. addere tantis
Dotibus & meritum (faueant modò numina) tento.
Vt mea ſit ſeruata mea uirtute paciſcor.
Accipiunt legem, (quis enim dubitaret?) & orant,
Promittuntq́; ſuper regnum dotale parentes.

RAPH. SIC dii ſtatuiſtis} uoluiſtis. cuius autem rei rationem aſſignare non poſſumus, ad deorum potentiã referre ſolemus. {Et omne cælum} totum. omne.n. pro toto frequenter ponitur a poetis. {Clauſerat Hippotades} Aeolus Hippotæ nepos. nam Aeolus Iouis fuit filius ex Aceſta Hippote Troiani filia. is iccirco rex uentorum eſſe perhibetur, ꝙ, ut ſcribit Varro, cum apud nouẽ Siciliæ inſulas, Italiæ propinquas, Iliacis tẽporibus regnaret, ex conſurgẽtibus nebulis ita futuros uentos prædicebat, ut in ſua poteſtate eos a rudibus habere crederetur. Plinius autem ipſum uentorum rationem inueniſſe ſcribit. [Apollonius Hippotæ filium facit Aeolũ lib. 4. his uerbis, αὐτὰρ τρίτον εἰσαφίκανε Αἴολον ἱππότεω παῖδα κλυτόν, &c. Αἴολον ὅς ἀνέμοις αἰθρηγενέτῃσιν ἀνάσσει. ſed de hoc infra pluribus agemus.] {Æterno carcere} ſemper duraturo. {Admonitorq́; operũ} qui homines operum ſuorum admonet. nam oriente Lucifero, qui a ferenda luce a græcis quoq; φώσφορος uocatur, fere quiſq; ad opera ſua & artes exercendas ſurgere ſolet. {Pennis reſumptis} talaribus, quæ ꝑ noctem depoſuerat, iterum aſſumptis. {Telo unco} enſe falcato. {Cepheia arua} Cephei regna. Cepheus.n. ut ex ſententia Euripidis ſcribit Iginus, Phœnicis fuit filius, rexq́; Æthiopum, & Caſſiepes maritus, ac Andromedæ pater, qui Andromedam filiam propter uxoris ſuperbiam monſtro marino obiicere fuerat coactus. cum enim Caſſiepe mater ſe Nereidibus pulchriorem eſſe iactaret, precibus ipſarum motus Neptunus belluam marinam immiſit, quæ Æthiopiam uaſtaret. quare cõſultus Iupiter Hãmon, qua ratione Nereides placari poſſent, reſpondit, Cephei Caſſiepesq́; progeniem monſtro eſſe obiiciẽdam. Andromedam igitur cum ad ſcopulum religatã Perſeus uidiſſet, ea conditione ſe illam liberaturũ pactus eſt, ut ſibi uxor permitteretur. ceterũ Phineus, Cephei frater, cui, anteq̃ monſtro exponeretur, Andromeda fuerat deſponſata, cũ ui eã Perſeo eripere conaretur, multis interfectis, reliquos in ſe ruentes Perſeus ipſe Meduſę capite detecto in lapides cõmutauit. {Maternæ lin.} nam Caſſiepe de pulchritudine cũ Nereidibus contendere fuerit auſa. {Iniuſtus Ham.} iniquus Iupiter in ea ſententia ferenda. neq;.n. iuſtum eſt, ut filii pro parentibus pœnas pendant. Hammon aũt harenarius interpretatur. nã in Libyæ harenis tẽplo celeberrimo ſub imagine arietis Iupiter colebatur. quãq̃ ſcribat Dio, ex quorũdam ſententia, Hammonem Libyæ regem fuiſſe, uxoremq́; cepiſſe Rheam Cœli filiã, Saturni aliorumq́; Titanum ſororem. {Ad duras cau.} ad aſperos ſcopulos. cautes aũt dicimus o in au diphthongum ſoluta. {Abantiades} Abãtis nepos Perſeus. {Tepido fletu} tepidis lacrymis. {Manabant} ſtillabant. {Marmoreũ op.} marmoream ſtatuã. {Trahit inſci. ign.} hoc eſt, ignarus quænã eſſet amore ipſius capitur. {Quatere} mouere, cõcutere. {Iſtis cat.} iſtis uinculis ferreis. {Sed quibus inter ſe} ſed uinculis mutui amoris. {Pãde} dic, & manifeſta. {Terræq́;} urbis & patriæ. ſic Virg. Nũc ſtãt ſine nomine terræ. {Requirẽti} mihi roganti. {Primo ſil. il.} decorum probę, pudicæq́; mulieris ſeruat poeta, quã loqui cum uiro puderet. {Appellare ui.} loqui cum uiro. {Virgo} cã eſt, cur uirum alloqui nõ auderet, uirgo nãq; erat. {Eminet} extat, alta eſt. {Et latũ ſub pect. poſſidet æquor} emphaſis eſt, qua bellué magnitudo monſtratur. quæ.n. latum æquor bellua pectore premebat, niſi maxima eſſe non poterat. ſic Virg. Equi Pallantei magnitudinem oſtendit, cum inquit, Demiſſum lapſi per funem. {Genitor lug.} pullis ueſtibus indutus. {Vinctoq; in corpore adhę.} hoc eſt ligatam Andromedam complectuntur. {Manere} expectare. {Ad opem ferẽ.} ad auxilium Andromedæ ferẽdum. {Hanc ego ſi pet.} merito Perſeus dotes ſuas, & uirtutes, & facta apud ignotos exponit, quo facilius id, quod cupit, accipiat. {Et meritum} etiam beneficium. {Faueant modo numina} dummodo dii mihi ſint auxilio. {Paciſcor} in pactionẽ deduco. {Vt mea ſit} uxor ſubaudiatur. {Accipiunt legem} conditionẽ quã ipſis tulerat Perſeus, ut ſua eſſet, ſi ipſam ſua uirtute ſeruaſſet. {Quis.n.dub.} parẽtheſis cũ interrogatione cãm cõtinẽs cur Andromedę parẽtes accepere latam cõditionẽ. {Et or. Promit. ſuper} ordo eſt et ſenſus: & inſup Andromedæ parentes rogãt, ut filiam ſeruare uelit, regnũq́; ſuũ illi in dotẽ ꝓmittunt.

actus
& uiſ
ſtupe

Ecce, uelut nauis præfixo conſita roſtro
Sulcat aquas iuuenum ſudantibus acta lacertis:
Sic fera dimotis impulſu pectoris undis.
Tantum aberat ſcopulis, quantum Balearica torto
Funda poteſt plumbo medij tranſmittere cæli:
Cùm ſubitò iuuenis pedibus tellure repulſa
Arduus in nubes abiit, & in æquore ſummo
Vmbra uiri uiſa eſt: uiſam fera ſæuit in umbram.
Vtq; Iouis præpes, uacuo cùm uidit in aruo
Præbentem Phœbo liuentia terga draconem,
Occupat aduerſum; neu ſæua retorqueat ora,
Squamigeris auidos figit ceruicibus ungues:
Sic celeri miſſus præceps per inane uolatu
Terga feræ preſſit, dextroq; frementis in armo
Inachides ferrum curuo tenus abdidit hamo.
Vulnere læſa graui modò ſe ſublimis in auras
Attollit, modò ſubdit aquis, modò more ferocis
Verſat apri, quem turba canum circunſona terret.
Ille auidos morſus uelocibus effugit alis:
Quaq; patent, nunc terga cauis ſuper obſita cõchis,
Nunc laterum coſtas, nunc qua tenuiſſima cauda
Deſinit in piſcem, falcato uulnerat enſe.
Bellua puniceo miſtos cum ſanguine fluctus
Ore uomit: maduere graues aſpergine pennæ.
Nec bibulis ultrà Perſeus talaribus auſus
Credere, conſpexit ſcopulum, qui uertice ſummo
Stantibus extat aquis, operitur ab æquore moto.
Nixus eo, rupiſq; tenens iuga prima ſiniſtra,
Ter quater exegit repetita per ilia ferrum.
Littora cùm plauſus, clamor, ſuperaſq; deorum
Impleuere domos. gaudent, generumq; ſalutant,
Auxiliumq; domus, ſeruatoremq; fatentur
Caſſiepe, Cepheusq; pater. reſoluta catenis
Incedit uirgo, pretiumque, & cauſſa laboris.
Ipſe manus hauſta uictrices abluit unda:
Anguiferumq; caput dura ne lædat arena,
Mollit humum foliis, nataſq; ſub æquore uirgas
Sternit, & imponit Phorcynidos ora Meduſæ.
Virga recens, bibulaq; etiam nunc uiua medulla
Vim rapuit monſtri, tactuq; induruit huius,
Percepitq; nouum ramis, & fronde rigorem.
At pelagi nymphæ factum mirabile tentant

RAPH. ECCE uelut nauis} hac ſimilitudine & magnitudo & impetus belluæ illius marinę declaratur. {Nauis roſtro pręfixo} nauis roſtrata. {Concita} concitata in curſum. {Acta} impulſa. {Sulcat aquas} diuidit ac ſeparat aquas. {Iuuenum ſudantibus lacertis} hypallage eſt. nã ſudantium iuuenum lacertis impelluntur triremes. {Quantum balear. tor.} tantũ, inquit, bellua diſtabat a ſcopulis, quantum ſpatii pila plũbea, funda emiſſa, pertranſire poſſet. {Medii cę.} medii aeris. {Pedibus tellura repulſa} geſtum exprimit eius, qui ſe e terra in aerem tollere uelit. ſic paulo ante de Pallade dixit, Et impreſſa tellurem repulit haſta. {Arduus} altus. {Vtq; Iouis pp.} pulchra ſimilitudine poeta oſtẽdit, quanta agilitate mõſtrum illud marinum Perſeus oppreſſerit. {Præpes} ales. eſt autem aquilæ periphraſis, quæ ſerpentibus maxime infeſta eſt. Præpetes uero maiores dicũtur aues, quarum ex uolatu auguria colliguntur. [Siue etiam quę altius, ſublimiusq; uolant, quibus contrariæ quas inferas uocant. Sulpicius eas proprie præpetes accipiebat, quas Hom. ταχυπτέρυγας dixit. uide Gellium l. 6. cap. 6.] {Vacuo aruo} ſegetibus carente. legitur etiam harmo. forſitan melius. {Liuentia} pallentia & nigra. {Occupat} corrigit. {Auidos ungues} hypallage eſt. ipſe nanq; ales auidus intelligitur. {Squãmigeris ceruicibus} in ceruices ſquammoſas. {Miſſo} emiſſo, effecto. {Per inane} per aerem, quod inane dicitur quia uacuus eſſe uidetur. {Frementis} ore ſtrepentis, & furentis belluæ. {Inachides} Perſeus Argiuus. Inachidæ nanque Argiui dicũtur ab Inacho, qui primus apud Argos regnauit, ac fluuium Achaiæ Inachum de ſuo nomine appellauit. {Curuo tenus hamo} uſq; ad capulum, cui ferrum recuruum ſolet apponi. {Circunſona} circũlatrans. {Ille} Perſeus. {Auidos morſus} hypallage poetæ familiaris. auidæ nanq; belluæ morſus intelliguntur. {Super obſita} deſup tecta atq; cooperta conchis, & oſtreorum teſtis. balenarum enim tergoribus conchæ, oſtreaq; adhærere ſolent. {Falcato enſe} recuruo ac falci ſimilis. eſt enim nomen participio ſimile falcatus. {Bellua puniceo} quãta fuerit hęc bellua, facile ex fluctibus, quos ore uomebat, colligere poſſumus. {Maduere gra. aſpergine pen.} hoc eſt pennæ alarũ Perſei & madidæ & graues reſperſione fluctuum, quos euomebat bellua, ſunt effectæ. {Nec bibulis} multum humoris & aquæ attrahentibus. Bibuli nãque dicuntur, qui multum ac potius nimium bibunt. {Vltra} ulterius. {Credere} confidere. {Stãtibus aquis} quieſcente mari. {Extat} eminet, extra ſtat, & apparet. unde etiã extare libri dicuntur qui inueniuntur. {Nixus eo} cum, inqt, in uertice illius ſcopuli pedes firmaſſet, ſæpius ilia belluæ enſe tranſegit. {Littora cum plauſus clamor} hoc eſt plauſus & clamor. eſt aũt figurata oratio. [Alii littora, cũ plauſu clamor, &c. impleuere, ut ſit ſyllepſis caſuum.] {Superas deorum domos} periphraſis eſt cæli. hac aũt hyperbole magnitudo clamoris plauſusq; ſignificatur. {Caſſiepe} quę & Caſſiepeia dicitur. huius ſane nominis tertia ſyllaba apud græcos e littera ſcribitur, quãuis apud latinos o uocalem minus recte habeat. q aute de Andromedę uinculis dicta ſunt apud Ioppẽ, Palæſtinæ urbẽ, a qbuſdã ante diluuiũ, ut Mela narrat, geſta eſſe ferunt. [Verba Melæ ſunt, Eſt Ioppe ante diluuium, ut ferũt, condita, ubi Cephea regnaſſe eo ſigno accolæ affirmant, quod titulum eius, fratriſq; Phinei ueteres quædam aræ cum religione plurima retinẽt, quinetiã rei celebratæ carminibus & fabulis, ſeruataeq; a Perſeo Andromedę clarum ueſtigium, belluæ marinæ oſſa immania oſtẽtat. ſic & Str. l. 16. εἶτα ἰόπη, ἐνταῦθα δὲ μυθεύουσί τινες τὴν Ἀνδρομέδαν ἐκτεθῆναι τῷ κήτει.] {Mollit humũ foliis} narraturus quẽadmodum uirgæ in mari naſcentes in coralia fuerunt conuerſæ, inquit, eas a Perſeo Meduſæ capiti ſubiectas induruiſſe, lapidiſq; figuram cõtraxiſſe. quod quidem Nereides admiratæ, multa & ipſæ uirgulta capiti Meduſæ ſubiecerunt, atq; in mare diſiecerunt: quæ quãdiu aqua teguntur, mollia ſunt; extracta ad aerem ſtatim rigeſcunt. quare quidam coralium Gorgoniã uocãt, ut Plin. ait, quod extractum e mari in duritiem lapidis mutetur, tanq̃ uiſo Gorgonis capite. [Fabula tractatur in libello de lapidibus, qui Orpheo aſcribitur.] {Phorcynidos Meduſæ} Phorci filiæ, ut diximus. Phorcus ſane apud græcos Phorcys, Phorcyos, & Phorcynos declinatur. unde Phorcynis patronimicum fœmininũ eſt deriuatum. {Virga recens} cauſſa eſt, quare uirga facile in coralium fuit tranſmutata. nam & recenter euulſa, & humida erat. {Bibula medulla} humida. nõdum enim erat ſicca. {Vim rapuit monſtri} effectum capitis Meduſæ contraxit, a quo & conſpecta & tacta in lapides conuertebantur. {Percepit} accepit. {Nouum rigorem} inuſitatam duritiem. antea nanque ſub aqua mollis erat. quod quidem icirco fingitur, quia coralia ſub aqua mollia ſunt, extracta uero dureſcunt. {At pelagi nymphæ} Nereides. {Tentant} experiuntur.

Pluribus in uirgis, & idem contingere gaudent:
Seminaq; ex illis ut erant iactata per undas,
Nunc quoq; coraliis eadem natura remanſit,
Duritiem tacto capiant ut ab aere, quodque
Vimen in æquore erat, fiat ſuper æquora ſaxum.

ARG. Meduſa Gorgon cum propter multitudinem a pluribus peteretur, coniugium Neptuni effugere non potuit. quæ quod in templo Mineruæ cum eo concubuit; propter religionem loci, quam obtriuerat, crines eius in ſerpentes ab eadem dea ſunt mutati: ut quæ petita initio a plurimis procis eſſet, obiecta deformitate obuios in fugam uerteret, quos ſerpentes in ægide portat Pallas, ut hoſtes terreat.

Dis tribus ille focos totidem de ceſpite ponit:
Læuum Mercurio, dextrum tibi bellica uirgo:
Ara Iouis media eſt, mactatur uacca Mineruæ,
Alipedi uitulus, taurus tibi ſumme deorum.
Protinus Andromeden, & tanti præmia facti
Indotata rapit. tedas Hymenæus, amorq;
Præcipiunt. largis *ſatiantur odoribus ignes,
Sertaq; dependent tectis: & ubiq; lyræque,
Tibiaque, & cantus animi felicia læti
Argumenta ſonant. reſeratis aurea ualuis
Atria tota patent, pulchroq; inſtructa paratu,
Cepheni proceres ineunt conuiuia regis.
Poſtquam epulis functi generoſi munere Bacchi
Diffudêre animos, cultusque, genusq; locorum
Quærit Abantiades. quærenti protinus unus
Narrat Lyncides, moresque, habitumq; uirorum,
Quæ ſimul edocuit: Nunc o fortiſſime, dixit,
Fare precor Perſeu, quanta uirtute, quibusq;
Artibus abſtuleris crinita draconibus ora.
Narrat Abantiades, gelido ſub Atlante iacentem
Eſſe locum ſolidæ tutum munimine molis,
Cuius in introitu geminas habitaſſe ſorores
Phorcydas unius ſortitas luminis uſum.
Id ſe ſolerti furtim, dum traditur, aſtu
Suppoſita cepiſſe manu: perq; abdita longè
Deuiaque, & ſyluis horrentia ſaxa fragoſis
Gorgoneas tetigiſſe domos: paſſimq; per agros,
Perq; uias uidiſſe hominum ſimulacra, ferarumq;
In ſilicem ex ipſis uiſa conuerſa Meduſa.
Se tamen horrendæ clypei, quem læua gerebat,
Aere repercuſſo formam aſpexiſſe Meduſæ.
Dumq; grauis ſomnus colubroſq;, ipſamq; tenebat;
Eripuiſſe caput collo, penniſq; fugacem
Pegaſon, & *fratrem matris de ſanguine natos.

RAPH. ET idem contingere gaudent} hoc eſt lætantur, cum uidēt uirgulta in lapidis modum dura fieri. {Nūc quoq; co.} coralium, ut ſcribit Plin. quidam Pyriten lapidem uocant, qm̄ ſit plurimus ignis illi. {Ab aere ta.} ad aerem enim educta lapideſcunt. {Vimē} uirga mollis & flexibilis. {Saxum} pro lapide ſaxum eſt poſitum. ſaxa nāq; grandiores lapides dicũtur. {Diis tri. ille focos} Perſeus ob mōſtrum illud marinū debellatum diis gratias agere, ac ſacrificare decreuit. ac primū tres aras tribus diis, Mineruę, Mercurio, ac Ioui ex ceſpitibus in litore extruxit, deinde uaccā Mineruæ, uitulum Mercurio, taurum Ioui immolauit. {Alipedi} Mercurio alas in pedibus habenti, ut q & uelociſſimus ſit planetarū, & cū talaribus alatis pingatur. {Indotata} ualde dotata. In, nāq; ꝓpoſitio, uim interdū habet intentiuam. Andromedā.n. accepit Perſeus cū Æthiopię regno ꝓ dote. [Vel indotata, pro incōpenſata, aut nō ſatis ꝓ merito pēſata. omni.n.ꝓtio uita potior eſt.] Tedas hy. amorq; Pr.} amor, inquit, & Hymenæus nuptias Perſeo ſuadēt. aperte nāq; totū intelligimus. faces.n.q fere ex tedis cōficiuntur nouis nuptiis ad maritos ſe conferentibus, quinque ꝑferebantur. quare & nuptiarū apparatū deſcribit, & quæcunq; in nuptiis fieri conſueuere. Hymenęū aūt deū fuiſſe, q in celebrādis nuptiis inuocabatur, nemo eſt fere q ignoret. {Præcipiunt} ſuadent atq; imperāt, [alii, præcipitāt, ut ſit ſenſus: Amor, et deus faciūt illū accelerare nuptias; neq; differre longius ſinūt.] {Largis od.} copioſis thuribus ac aliis, ut ita dicā, odoramentis. {Sertaq;} coronę a ſerēdis floribus appellatæ. {Argumēta} ſigna, indicia. {Reſeratis ua.} apertis foribus. {Aurea atria} aurata, auro ornata. aureū.n. dr̄, ꝙ totū ex auro eſt. {Cepheni ꝓc.} Cephei primates & principes. nā a Cepheo Cephenus & Cepheius deriuatur, & Cepheida terrā Nicander Æthiopiā uocat. {Ineunt conui.} uadunt in conuiuia. {Generoſi Bacc.} nobilis & optimi uini. {Diffudere} exhilauere, lętificauere. uinum.n. generoſum animi uires excitat, corq; lętū reddit. {Cultusq; gen. lo.} mores & populos locorū. {Quærit} rogat, & ſciſcitatur. {Lyncid.} aut Lyncei filius, aut certe ꝓprium eſt, nomen. {Moresq;} ad cultus. {Habitūq;} ad genus refertur. habitum ꝓ habitatione poſuiſſe poeta uidetur. nā a quibus populis illa loca habitarentur, expoſuit Lyncides. [Vel etiā dictum eſt κατὰ παραλληλίαν mores, habitūq;, ut eodē ambo referātur.] {Abſtuleris} recideris. {Crinita dra. ora.} hoc eſt ca[put] Meduſę pro crinibus habens dracones, atq; ſerpentes. {L[ocum iac.}] planum & ſpatioſum campum. {Solidæ molis} [ſolidi muri] atq; circuitus. {Geminas ſo.} nō duas ſed ſimiles [...]tres.n. fuerunt, ut diximus. [Fallitur hoc loco Regius, q[...] [...]le Gorgonibus accipit ea, q̄ de græcis ab aliis dicuntur. eſt [...].n. ſenſus, Se auicularum, [...]uas græas Græci dicunt [...], oculum, quo uno ambę (n[...]ā duas tā tum Heſiod. faci[...]) utebantur, intercepiſſe, a[...]tq; ita du cibus illis ad locū[...], ubi Gorgones habitabāt, [...]ueniſſe. erant aūt & grææ Phorci filiæ, ut Heſiod. in Theog. ſcribit, cuius uerſu[s hi] ſunt:

Φόρκυϊ δ᾽ αὖ κητὼ γραίας τίκε καλλιπαρῄους
Ἐκ γενετῆς πολιάς, τὰς δὴ γραίας καλέουσι,
Ἀθάνατοί τε θεοὶ, χαμαὶ ἐρχόμενοί τ᾽ ἄνθρωποι,
Πεμφρηδώ τ᾽ εὔπεπλον, Ἐνυώ τε κροκόπεπλον.

Zenodotus aūt tres [...] numerat, Mempheden, Eny[...]o, & Dino. eaſdē & Phe[r]ecydes ponit, niſi ꝙ pro ultima. ſ. Dino, noſtri cod[...]ices Ię[...]no habent. plura de his qui uolet, Eraſmum uid[e]at ꝓuerb. Orci galea, & Ph[e]recydē, ut quidem cita[n]tur in cōmēt. Apollonii lib. 4. Ceterum ut hoc quoq; add[i]damus, totam hanc fabulā de Gorgonibus, Diodorus ad hiſtoriam refert, dicens Gorgonum gentem quōdā fuiſſe in Libya perinde ut Amazonū in Scythia, eāq; a Perſeo debellatam. uide lib. 4.] {Phorcydas} Phorci filias, q̄ & Phorcynides dicuntur, ut pauloāte diximus. {Vnius lu.} ſolius oculi. {Id ſe ſolerti} narrat ſe illud unū lumen ꝓuida aſtutia rapuiſſe, dū per uices ab altera alteri traderetur. {Fragoſis} fragore ac ſtrepitu reſonātibus. {Ex ipſis} hominibus & feris. {Se tñ ho.} tacite reſpondet obiectioni. poſſet enim quis dicere, qua ratione tu o Perſeu uiſa Meduſa in lapidem non fuiſti conuerſus? quod inquit, per Clypeum criſtallinum illam dormientem aſpexi, atq; obtruncaui. Se aūt eſt legendum, nō Sed, ut fere in exemplaribus eſt deprauatum. {Aere repercuſſo} per ęs clypei translucidum. {Eripuiſſe} truncaſſe, recidiſſe. {Penniſq; fugacē Pegaſon & fratrem} Pegaſus equus alatus, & Chryſaor, enſem aureum in manu tenens, finguntur ex collo Meduſæ reciſo capite ſtatim exiliiſſe. quamuis Aratus dicat Pegaſum Neptuni & Meduſę filium fuiſſe. Chryſaora ergo fratrem Pegaſi uocat poeta, quamuis in exemplaribus fratres plurali numero corrupte legatur. niſi fratres forte accipiamus ſerpentes ex Meduſæ ſanguine ortos. ita nanque fratres recte legeretur.

*ſociantur* *fontem*

Longi

Addidit & longi non falſa pericula curſus,
Quæ freta, quas terras ſub ſe uidiſſet ab alto,
Et quæ iactatis tetigiſſet ſidera pennis,
Ante expectatum tacuit tamen. excipit unus
Ex numero procerum, quærens cur una ſororum
Geſſerit alternis immiſtos crinibus angues.
Hoſpes ait, quoniam ſcitaris digna relatu,
Accipe quæſiti cauſſam. clariſſima forma,
Multorumq; fuit ſpes inuidioſa procorum
Illa: nec in tota conſpectior ulla capillis
Pars fuit, inueni, qui ſe uidiſſe referrent.
Hanc pelagi rector templo uitiaſſe Mineruæ
Dicitur. auerſa eſt, & caſtos ægide uultus
Nata Iouis texit. ne'ue hoc impune fuiſſet,
Gorgoneum crinem turpes mutauit in hydros.
Nunc quoq;, ut attonitos formidine terreat hoſtes,
Pectore in aduerſo, quos fecit, ſuſtinet angues.

RAPH. LONGI curſus} ſpatioſi uolatus. {Ab alto} ab aere. {Pennis} alis, quæ ex pennis conſtant. {Ante expecta.ta.} narrationi, antequam putaretur, finem impoſuit. per quod ſignificatur gratiſſimam omnibus conuiuis fuiſſe Perſei orationem. {Vna ſororum} cur Meduſa ſola ex Gorgonibus immiſtos capillis habuerit ſerpentes. {Scitaris} rogas, ut ſcias. {Digna relatu} digna quę referantur, atq; commemorentur. {Accipe} audi, cognoſce. {Quæſiti} rei quæſitæ & rogatæ. {Spes inuidioſa} inuidiæ plena. {Multorum procorum} amatorum, qui illam uxorem petebant. {Conſpectior} pulchrior. capillos enim pulcherrimos habuit. {Inueni qui ſe uidiſſe referrent} hoc eſt audiui hoc ex iis qui aiebant ſe Meduſam uidiſſe antequam a Neptuno uitiata foret. {Auerſa eſt} ſe auertit Pallas, ne uideret Neptunum cum Meduſa coeuntem. {Et caſtos ægide uultus} ægis thorax eſt, & ſcutum Palladis, dicta non ἀπὸ τῆς αἰγὸς, ut uulgo tradunt, qui illam ex pelle capræ Amaltheæ factam dicunt, ſed παρὰ τὸ ἀΐσσω, quod eſt irruo & impetum facio, quod illa munita Pallas in hoſtes impetum faciat. nam cum alii poetæ, tum Virgil. iratæ Palladi ægida attribuunt: Aegidaq́; horriferam turbatæ Palladis arma. {Gorgoneum crinem} Meduſæ capillos. {In turpes hydros} in tetros ſerpentes. hydri autem aquarũ ſerpentes dicuntur ἀπὸ τοῦ ὕδατος, hoc eſt, ab aqua. {Nunc quoque} Pallas, inquit, ad terrendos hoſtium animos caput Meduſæ cum ſerpentibus in ægida ſuam tranſtulit.

Meduſæ capilli in ſerpẽtes.

## IACOBI CONST. FAN.

BIpenniferumq́; Lycurgum} Lycurgus Bacchum deuinciens in Bardinem Syrię fluuium deiecit. is autem a Mercurio liberatus ipſum uiribus uinctum proiecit in mare, auctore Suida. lege alia quædam, quæ in primę collectaneorum hecatoſtys cap. 14. enarrauimus. hoc loco Ouid. Lycurgum a Baccho interfectum ferro uidetur innuere. {Nais an ut cantu &c.} Nereidem quandam dicit, cuius nomen non proditur, Noſalam ſeu Noſoram inſulam Erythrei maris incolentem, quæ omnes ad eum locum nauim appellẽtes ſibi miſceri cogebat, ac poſtea mutabat in piſces, auctore Arriano. quam fabulam prolixius in eadem hecatoſty narratam inuenies cap. 93. {Vel ad oſcula danda pateres} repete quantum erat ut. nam uerborum ſtructus ſic procedit. {Nec te Clymeneq́; Rhodosq́;} non de Rhodo inſula, ſed, de Rhodo puella amata a ſole poeta intelligit. Diodorus in ſexto ſcribit, Neptunum ex quadam Telchinium ſorore, qui maris filii credebantur, ſex liberos mares & fœmellam unam Rhodon nomine genuiſſe, a pulchritudine, ut puto, ſic appellatam. ῥόδον enim neutro genere roſam ſignificat, eamq́; a ſole dilectam ex eius compreſſu ſeptem filios heliades a patris nomine nuncupatos genuiſſe. ἥλιος enim ſol dicitur. Euſtathius autem & Pherecydes a Diodoro multum diſſentiunt. tradunt enim Rhodon, Aſopi fuiſſe filiam, & Phaethontem, Æglen, Lampetien, & Lampetuſam Apollini peperiſſe. ſed ut in ceteris diſſideant, in hoc tamen conueniunt, Rhodon puellam quandam fuiſſe amatam ab Apolline. de qua ut intelligendum ſit, ratio hæc facit, quod mulieres a ſole dilectas, non autem loca poeta enumerat. {Te quoq; nunc adamas quondam fidiſſime paruo Celme Ioui} Celmus, uel, ut a nonnullis ſcribitur, Celmis, unus ex Idęis Dactylis, cum Rheę matri uim intuliſſet, atque ob id Delphos petiiſſet, inde excluſus in Idã rediens præ mœſtitia in duriſſimum ferrum eſt mutatus. auctor Zenobius in prouerbiis, Sophoclis citans teſtimonium in ſatyris. Ouidius in adamanta conuerſum ſcribit, alios ſecutus auctores. dicitur autem Celmus & Celmis, ut Anapus, anapis. qui tamen & Celmes celmetis a pleriſque inclinatur. {Deprenſum Polypus hoſtem continet} corrigo pulypus. quoniam πολυ priorẽ corripit cum per ο micron ſcribatur. ſolent ſæpenumero gręci uerſus neceſſitate ducti huic litteræ ο adiungere υ & facere ου diphthongũ, quæ in u, uertitur in his. unde pulydamas in Perſio & heroidibus, & pulypus hoc loco. niſi more dorico uelis ου in ω rurſum mutare: ita ut pulydamas & pulydamus & pulypus in polydamanta & polypum iterum tranſeant. per hoſtem autem polypi, uel cõchas accipe, quibus is maxime inſidiatur: uel hominem, quocum luctari polypum in memoriam datur. utriuſque rei auctor Plin. lib. 9. {Viridi uerſata cicuta} cicutam hoc loco nõ pro herba pręſentanei ueneni, ſed pro canna accipio: qua Tiſiphone pro inſtrumento uteretur ad pharmaca commiſcenda. {Imminet æquoribus Scopulus} Molurium dicit. hoc enim nomen ſcopulo, unde ſe Ino cum Melicerta deiecit, auctore Zenobio. cui ſic ſubſcribit Pauſanias in attica. Moluridem rupem Leucotheæ & Palæmoni conſecrarunt. {Inuidiam fecere deæ} inuidia ſæpenumero conuicium contumeliamq́; ſignificat, præcipue Naſoni. quo ſignificatu hoc loco accipienda eſſe ſequentibus uerbis indicatur. conuicia Iuno non tulit. in eodem a Iuuenale accipitur ſaty. 14. cum ait, Inuidiam facerent nolenti ſurgere Nilo. ſed & pro iniuria a Seneca decimo declamationum his uerbis: Vt ſcias te inuidiã mihi facere: cum dixiſſem, Accuſa me: non negaſti. ſed reſpondiſti, Accuſabo, cum potero. in omnibus his ſignificatibus dicitur inuidia, quod faciat, ut is, cui fiat, eum, a quo fiat, uideat non libenter. ponitur & pro culpa ut paulo poſt dicemus. {Ex auro ramos, ex auro poma ferebant} Tortellius in heſperidibus hunc uerſum adducens regebant, legit, non ferebant: & ita credendum eſt ſuum codicem habuiſſe. neq; aliter legi recte poteſt. quid enim inſulſius, quã dicere ramos & poma a frondibus ferri, cum frondes & poma ferantur a ramis? {Et uaſto dederat ſeruanda draconi} hunc Apollonius 4. Argonaut. Ladonem appellat. quem Piſander terra, Heſiodus Typhone genitum dicit. Pherecydes Typhonis & Echidne filium facit, ac centum habentem capita & uoces totidem. teſtis Apollonii enarrator. qui ex Agroetæ opinione in tertio Libycorum Draconem paſtoris nomen fuiſſe ait, propter immãſuetudinem ac feritatẽ ita nuncupati. {Protinus Andromeden & tanti præmia facti Indotata rapit} Romanæ alludit conſuetudini: quæ fuit, ut noua nupta e gremio matris, aut, ſi ea non eſſet, proximæ neceſſitudine rapi ſimularetur, quoniam ea res Romulo feliciter ceſſerit. auctor eſt Feſtus. Indotata autem ſine dote expone, quoniam Perſeus dote neglecta eam ceperit. nam eam relicto dotali regno ſecum in patriam duxit. Ouidius in primo artis, Andromedem Perſeus nigris portauit ab Indis. {Et cantus animi felicia læti Argumenta ſonant} uide ne ad Feſceninos uerſus in nuptiis cani ſolitos poeta reſpexerit. de quibus in collectaneis multa diximus primæ hecatoſtys cap. 64.

# HENRICI GLARIENSIS
## *annotationes in librum quartum.*

*Additur his Nyſeus, indetonſusq; Thyoneus.*

NYſeus diſſyllabon legendum quidam præcipiunt. alii Nyſeus triſyllabon eſſe putant, præceptionē ſequentes Seruian. quę innuit denominatiua in æus eſſe a nominibus fœmininis ſecundæ declinationis, ἀπὸ τῆς τιμῆς Timæus: ita a muſa Muſæus, & a Nyſa Nyſæus. quare illi carmen ita legunt, Additur his Nyſæusq; intonſusq; Thyoneus.

*Mercurio puerum diua Cythereide natum.*

Quidam codices habebant coniunctionem, &, poſt puerum: ut ſit ordo, Naiades enutriuere ſub Idæis antris puerum natum Mercurio & diua Cythereide. alii uolunt ordinem abſque ea coniunctione, Naiades enutriuere ſub Idęis antris Mercurio puerum natum diua Cyrhereide, ut Mercurio ſit dandi caſus, atque id placet.

*Sæpe Cytheriaco diducit pectine crines.*

Admonet hic Raphael Cytoriacos pro Cytheraico melius legi, ut ſit a Cytoro monte aut oppido, Sinopenſum Emporio, ut Strabo aſſerit lib. 12. ubi maxima buxi copia, quod & mihi placet. nam lib. 9. poeta rurſus utetur.

*Nec tamen ante adiit.*

Adiit triſyllabon legendum. ceterum t producitur, uel Cæſura, uel quia ſyncopatum. ut poſtea de Perſeo, Arduus in nubes abiit, & in æquore ſummo Vmbra uiri uiſa eſt.

*Hic tibi ſiue aliqua eſt.*

Raphael hic legit, nam exponit hoc loco. alii hæc legunt, res non magni momenti.

*Sublimemq; rapit, pendens caput illa.*

Tertio libro genere maſculino protulit, Cæruleus ſerpens, hic fœmininum, ſiquidem pendens de ſerpente intelligitur, ut ſequens indicat carmen.

*Inq; hederæ ſpeciem pendens frondeſcere ueſtis.*

Videndum lectori, de qua ueſte loquatur. utrum Mineidum, an ipſius telæ, ut ſequentia duo carmina oſtendere uidentur.

*Narrat ubiq; dei, deq; tot ſororibus expers.*

De totq; ſororibus expers legendum, quantumuis reclament exemplaria. carmen enim alioqui non conſtabit.

*Euohe Bacche ſonat.*

E'υοῖ uidetur gręca uox eſſe, nec ita diuidenda, quaſi dactylum faciat, cum apud hunc poetam lib. 6. manifeſte ſpondeum conſtituat, ubi de Progne ait, Exululatq; Euæq; ſonat, portasq; refringit. quemadmodum & apud Horat. lib. 2. Euœ recenti mens trepida metu.

*Pectora, tentatos ſentit reguiſſe lacertos.*

Tentatos, niſi pro extentos intelligamus, ſiue in mare, ſiue in uerbera, non equidem intelligo quid ſibi uelit.

*Geniusq; Non putat eſſe deum.*

Quia preceſſit, Contraq; deum ferat arma, quę uerba haud obſcure de Baccho intelliguntur, uidentur & hæc de eodem dici, ut ſit ſenſus, Acriſius non putat Bacchum eſſe genus deum, hoc eſt de genere aut numero deorum. at illud enim, quod ſequitur, pro etiam poſitum uidetur, ut ſit fabulæ ad fabulam connexio. neq; enim uidetur coniunctionis rationalis uim habere. niſi quis dicat, quę pręcedunt uerba, ita intelligi, Acriſium non putare eſſe genus deum, hoc eſt, nullos deos. ſic enim infertur, neque enim Iouis eſſe putabat Perſea. ſed prior ſenſus magis mihi probatur. Hoc loco etiam Abantiades Abantis filius Acriſius dicitur, cum paulo poſt Perſeus Abantiades dicatur, ſed non Abantis filius, ut Acriſius dictus eſt, uerum Abantis pronepos, etiamſi Raphael nepotem exponat Abantis, cum ſit Acriſii ex filia nepos. unde & libro ſequenti Acriſionides dicitur Perſeus.

*Conſtitit Heſperio regis Atlantis in orbe.*

Ita pleriq; habent codices, ſed Raphael uidetur legiſſe regnis pro regis, quod placet, ne ſit Trochęus in loco 4.

# P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER QVINTVS.




ARGVMENTVM.

Andromedam, Cephei & Caſſiopes filiam, in Æthiopia expoſitam belluæ marinæ, Perſeus, Iouis & Danaes filius, Meduſę Gorgonis caput ferens, paciſcitur coniugem, ſi eam periculo liberaſſet. cauſſa autem proſtituendæ extiterat ob Nereidum iram, quarum pulchritudini ſe mater prætulerat. perfecto igitur a Perſeo pollicito, cum fides promiſſa a Cepheo eſſet præſtita, & nuptiarum coniugalium epulis regalibus principes intereſſent; Phineus, Cephei frater, cui Andromeda deſponſata fuerat, contumeliam ſibi exiſtimans grauiſſimam iniuriam, quod aduenæ conſanguineus poſtpoſitus eſſet, ueſcentium animos pugna confudit. & cum res miſerabilis dimicantium agеretur in regia, ac multi ex utraque parte armis, quibus eos caſus obtuliſſet, cecidiſſent; nouiſſime Perſeus, pertimens multitudinem aduerſariorum, imperauit, ut diſcederent ex conſpectu ſui: caputq; Gorgonis extulit, quo uiſo Phineus cum auxiliantibus diriguit in ſaxum. Nomina autem eorum ſunt, Phineus, Rhœtus, Atys, Lycabas, Phorbas, Amphymedon, Erithus, Polydæmon, Abaris, Lycetus, Helices, Phlegias, Clytus, Idas, Odites, Clymenus, Protenor, Hypſeus, Lyncides, Emathion, Chromis, Broteas, Ammon, Alphitus, Iapetides, Pettalus, Lycormas, Pelates, Coritus, Abas, Menaleus, Dorilas, Halcyoneus, Clytius, Danus, Celadon, Aſtreus, Aetion, Thoactes, Agyrtes, Molpheus, Ethemon, item in lapides conuerſi, Theſſalus, Ampix, Nileus, Eryx, Aſtyages, & Acontheus, qui Perſei miles, dum dimicans per imprudentiam proſpicit Gorgonis faciem, & ipſe in lapidem ceſſit. nouiſſime & Phineus cum ſuis ſociis diriguit in ſaxum.

DVmq; ea Cephenũ medio Danaeïus heros
Agmine cõmemorat, fremitu regalia turbæ
Atria complentur: nec, *coniugalia feſta
Qui canat, eſt clamor, ſed qui fera nuntiet arma.
Inq; repentinos conuiuia uerſa tumultus
Aſſimilare freto poſſis, quod ſæua quietum
Ventorum rabies motis exaſperat undis.
Primus in his Phineus belli temerarius auctor,
Fraxineam quatiens æratæ cuſpidis haſtam,
En, ait, en adſum prærеptæ coniugis ultor.
Nec mihi te pennæ, nec falſum uerſus in aurum
Iuppiter eripiet. conanti mittere, Cepheus
Quid facis? exclamat: quæ te, germane, furentem
Mens agit in facinus? meritis'ne hæc gratia tantis
Redditur? hac uitam ſeruatam dote rependis?
Quam tibi non Perſeus, uerum ſi quæris, ademit,
Sed graue Nereidum numen, ſed corniger Ammon,
Sed quæ uiſceribus ueniebat bellua ponti
Exaturanda meis. illo tibi tempore rapta eſt,
Quo peritura fuit: niſi ſi crudelis id ipſum
Exigis ut pereat, luctuq; leuabere noſtro.
Scilicet haud ſatis eſt, quòd te ſpectante reuincta eſt,

RAPH. DVMq; ea Cephenũ} ita hunc librum cum ſuperiore poeta connectit, ut res e re naſci, narratioq; continuari uideatur. primum autem tumultum iniquiſſime a Phineo, Cephei fratre, cui Andromeda priuſquam belluæ obiiceretur, deſponſata fuerat, excitatum deſcribit. deinde eius cum ſociis in lapides mutationem. {Cephenum medio agmine} in medio cœtu Cephenum. Cepheni autem populi ſunt Æthiopiæ, a Cepheo denominati, ut & pauloante diximus. Cephenes autem fuci & ueſpæ dicuntur. {Danaeius heros} Perſeus Danaes filius. eſt autem poſſeſſiuum nomen quinq; ſyllabarum, non quattuor, ut quidam legunt. {Nec coniugalia feſta} nuptialia. non erat, inquit, clamor nuptiis conueniens, ſed bello & pugnæ. [Alii connubialia legunt, ſed non magni momenti res eſt] {Aſſimulare} comparare ac ſimilia putare. ſane ſimulare dicimus & aſſimulare. non autem ſimilare, ut quidam indocti præcipiunt. {Exaſperat} aſperum & tempeſtuoſum reddit. {Primus in his Phineus} duo a poetis Phinei celebrantur, Cephei frater, & qui Argonautas hoſpitio ſuſcepit, de quo in 7. lib. meminit poeta. {Auctor} excitator. {En ait, en adſum} en aduerbium fere affectui & indignationi ſeruit, quæ ex illa conduplicatione magis magiſq; declaratur. {Pennæ} alata talaria. {Falſum aurum} ſimulatum, non uerum. {Conanti mittere} uolenti Phineo iacere haſtam in Perſeum. {In facinus} in ſcelus. {Seruatæ} Andromedæ. {Rependis} remuneras. {Hac dote} ut illum interficias, qui Andromedam monſtro marino obiectam ſeruauit. iuſtum autem, gratumq; uirum Cepheum fuiſſe poeta oſtendit. {Sed graue Nereidum nomen} graue, id eſt potens. Nereides autem nymphæ ſunt marinæ, quibus ſe pulchriorem Caſſiepe eſſe iactarat. earum uero precibus fatigatus Neptunus cetum immiſit, quo Cephenorum agros uaſtante conſultus Hammon reſpondit, Caſſiepes prolem monſtro eſſe obiiciendam. {Sed corniger Hammon} Iupiter Hammon ſub forma arietis cornuti colebatur in Libyæ deſertis, ubi magnificentiſſimum templum illi Bacchus ab India cum exercitu rediens ædificauit, quod cum ſiti laboraret, obuium arietem ſecutus fontẽ inuenit, quo totus exercitus fuit recreatus. Arietem igitur illum Iouem eſſe ratus & Hammonem illũ ab harenis uocauit, & ſub arietis forma coli uoluit, ut Lucanus quoque in nono teſtatur, Catonis iter deſcribens:

Ventum erat ad templum Libycis quod gentibus unum
Inculti Garamantes habent, ſtat corniger illic
Iuppiter, ut memorant, ſed non ut fulmina uibrans,
Aut ſimilis noſtro, ſed tortis cornibus Hammon.

ſic aũt dictus eſt quod in harenis colatur. unde & Hammoniacum genus gumi appellatur. {Viſceribus meis} mea filia, quæ ex meis uiſceribus atque corpore cõcepta eſt. {Niſi ſi crudelis id ipſum Exigis ut pereat} niſi, inquit, forte ita ſis crudelis, ut expoſcas, & optes filiam meam perire. illa autem coniunctio Si eleganter cum niſi copulatur, quamuis ſine illa integer ſenſus habeatur. {Leuabere} leuior fies, a dolore ſubintelligatur. {Scilicet haud ſatis} Ironia, qua Phineo inſultat frater Cepheus. cum enim & patruus, & ſponſus eſſet Andromedæ, aliquid certe auxilii afferre debebat: cum uero nihil prorſus tulerit, impudentiſſime eam repetit, quam tutari non eſt auſus.

Phinei cum Perſeo certamen.

Tumultus magni deſcriptio.

connubialia

Et nullam quòd opem patruus, ſponſus'ue tuliſti.
Inſuper, a quoquam quòd ſit ſeruata, dolebis?
Præmiaq; eripies? quæ ſi tibi magna uidentur;
Ex illis ſcopulis, ubi erant affixa, petiſſes.
Nunc ſine, qui petiit, per quem hæc non orba ſenectus,
Ferre, quod & meritis, & uoce eſt pactus: eumq;
Non tibi, ſed certæ prælatum intellige morti.
Ille nihil contrà: ſed & hunc, & Perſea uultu
Alterno ſpectans, petat hunc, ignorat, an illum:
Cunctatusq; breui, contortamq; uiribus haſtam,
Quantas ira dabat, nequidquam in Perſea miſit.
Vt ſtetit illa toro, ſtratis tum denique Perſeus
Exiliit, teloq; ferox inimica remiſſo
Pectora rupiſſet, niſi poſt altaria Phineus
Iſſet: &, indignum, ſcelerato profuit ara.
Fronte tamen Rhœti non irrita cuſpis adhæſit.
Qui poſtquã cecidit, ferrumq; ex oſſe reuulſum eſt,
Calcitrat, & poſitas aſpergit ſanguine menſas.
Tum uerò indomitas ardeſcit uulgus in iras,
Telaq; coniiciunt: & ſunt qui Cephea dicant
Cum genero debere mori. ſed limine tecti
Exierat Cepheus, teſtatus iusq;, fidemq;,
Hoſpitijq; deos, ea ſe prohibente moueri.
Bellica Pallas adeſt, & protegit ægide fratrem,
Datq; animos. Erat Indus Atys, quẽ flumine Gange
Edita Limniace uitreis peperiſſe ſubundis
Creditur, egregius forma, quam diuite cultu
Augebat, bis adhuc octonis integer annis,
Indutus chlamydem Tyriam, quam limbus obibat
Aureus: ornabant aurata monilia collum,
Et madidos myrrha curuum crinale capillos.
Ille quidem iaculo quamuis diſtantia miſſo
Figere doctus erat, ſed tendere doctior arcus.
Tum quoq; lenta manu flectentem cornua Perſeus
Stipite, qui media poſitus fumabat in ara,
Perculit, & fractis confudit in oſsibus ora.
Hunc ubi fœdatos iactantem in ſanguine uultus
Aſsyrius uidit Lycabas iunctiſsimus illi,
Et comes, & ueri non diſsimulator amoris,
Poſtquam exhalantem ſub acerbo uulnere uitam
Deplorauit Atyn, quos ille tetenderat arcus,
Arripit, &, Mecum tibi ſint certamina, dixit:
Nec longum pueri fato lætabere, quo plus
Inuidiæ, quàm laudis, habes. hæc omnia non dum
Dixerat, emicuit neruo penetrabile telum,
Vitatumq; tamen ſinuoſa ueſte pependit.
Vertit in hunc harpen *madefactam cæde Meduſæ

*ſpectata

RAPH. AFFIXA} alligata. una enim cũ Andromeda regna quoque dotalia alligata uidebantur. {Petiſſes} petere, acceptumq; ire debuiſſes. {Nunc ſine} nunc, inquit, permitte eum, qui meruit, pactusq; eſt, illam habere. {Per quem non orba ſenectus} hoc eſt per quem ego iam ſenex liberis non careo. unica nanq; filia illi erat Andromeda. {Hæc ſenectus} hæc mea ſenectus. manu autem, cum hæc diceret, canos tangens Phineo indicauit. {Et uoce} & uerbis. {Certe morti} ſiquidem Andromeda proculdubio mortua fuiſſet, niſi a Perſeo e faucibus belluæ illius marinę erepta eſſet. {Ille nihil contra} reſpondit ſubintelligatur. {Ignorat} dubitat. {Cunctatusq; breui} parũper remoratus. {Nequicquam} fruſtra. {Stratis} lectis, in quibus priſci diſcumbebãt. {Remiſſo} reiecto. eandẽ nanq; haſtam in Phineum Perſeus reiecit. {Et indignum} & copula affectui ſeruit. indignatur.n. poeta, quòd ara in qua dii iuſtiſſimi coluntur, ſcelerato atq; nefario homuncioni profuerit. {Non irrita} non uana, ut quæ Rhœtum unum ex Phinei ſociis interemit. {Calcitrat} calcibus terram percutit. {Hoſpitiiq; deos} Iouem hoſpitalem, de quo Virgilius, Iuppiter hoſpitibus nam te dare iura loquũtur. Hoſpites autem nefas eſt uiolari. Eo priſci hoſpitibus ſalem in primis apponebant, quem cum una guſtaſſent, ita unius mentis & amicitiæ eos debere eſſe cenſebant, ut ſal in unam naturã ex terra & aqua congelatur. {Bellica Pallas adeſt} auxilio eſt. quo nanq; pacto unus Perſeus tot in ſe ruentibus uiris ſine Palladis auxilio reſiſtere potuiſſet? {Datq; animos} audaciam addit. {Et protegit Ægide fratrem} & defendit ſcuto ſuo a iaculis hoſtium Perſeum fratrem ſuum. nã Perſeus, ut Pallas, Iouis fuit filius. {Erat Indus Atys} ad differentiam Phrygii a Cybele matre deorũ adamati eleganter Indus eſt appoſitus. fuit ẽt alius Atys Crœſi Lydorum regis filius. {Limniace} nympha fuit Gangis Indiæ fluuii filia. uidetur autem eſſe palus iuxta Gangem. λιμνη nanq; paludem ſignificat. {Egregius forma} excellens pulchritudine. {Diuite cultu} pretioſo ornatu. {Tyriam chlamydem} purpuream ueſtem. nam Tyros urbs Phœniciæ purpuræ officinis maxime celebrabatur. Chlamys autem ueſtis eſt militaris, quæ aliis ueſtibus ſuperimponitur παρὰ τὸ χλίαινω dicta, quod eſt calefacio, chliamys & per ſyncopẽ chlamys. {Limbus} faſcia. {Obibat} circuibat. {Aurata monilia} aurata pro aureis poſuit. monilia nanque colli ornamenta aurea eſſe ſolent, hoc eſt ex auro ſolo conſtantia, non aurata & auro ſolum ornata. {Myrrha} unguento, cui Myrrha quoque adhibetur. {Crinale} ornamentum eſt crinium. unde etiam eſt denominatum. {Ille quidem iaculo} ſignificat eum & iaculandi & ſagittandi fuiſſe in primis peritum. {Quamuis diſtantia} quantumuis longe poſita ac remota. {Sed tendere doctior arcus} locutio eſt græca. latine enim doctior tendendi diceretur. {Lenta cornua} flexibilia arcus cornua. {In media ara} quę Hymenæo, nuptiarum Deo, extructa erat. {Perculit} percuſsit. {Et fractis cõfudit in oſſibus ora} ſic quidẽ legitur, ſed forſitã minus recte. ablatiuus.n. ille, fractis oſſibus, modum ſignificat, cui, in, præpoſitio apponi non ſolet. quare mihi illa, &, copula ac, in, præpoſitio utraque in alterius locum transferenda uidetur, ut legamus, Infractis cõfudit & oſſibus ora, hoc eſt ualde ac penitus fractis oſſibus faciem ita confudit, ut nõ agnoſceretur. [Superior tamen lectio, planior minusq; coacta.] {Iactantem} non oſtentantem, ſed cõcutientem. id quod facere ex uulnere morientes ſolent. {Fœdatos} deturpatos. {Aſſyrius} Syrus. nam Aſſyria prouincia eſt eadẽ cũ Syria, ut ſcribit Herodotus, qui ait eos, quos Græci Syros uocãt, a Barbaris Aſſyrios uocari, quamuis alii Syriam ab Aſſyria diſtinguant, ac Syriam Phœniciæ, Aſſyriam Babyloniæ finitimam eſſe contendant. {Non diſsimulator} non occultator, ſed oſtentator. {Exhalantem} ex ore emittentẽ. {Vitam} animã. {Sub acerbo uulnere} propter acerbum & aſperũ uulnus. {Deplorauit} defleuit. {Ille} Atys. {Tetenderat} neruo intenderat, ut in Perſeum ſagittam emitteret. {Arripit} celeriter rapit. {Et mecum tibi ſint certamina} hoc eſt, & mecum in certamen deſcende. {Nec longum} nec diu. {Fato} morte. {Quo} ex quo fato. {Emicuit} exiliuit, euolauit. {Penetrabile tel.} periphraſis eſt ſagittæ, quæ facile penetrat. {Vitatum} declinatum. nam Perſeus ſagittam, a Lycaba miſſam, uitauit. {Sinuoſa ueſte} ſinus ac plicas multas habente. {Vertit in hunc harpen} harpe enſis eſt Mercurii falcatus (ut diximus) quo Perſeus Meduſæ caput amputauit. {Spectatam} approbatam.

Acriſioniades, adigitq; in pectus: at ille
Iam moriens oculis ſub nocte natantibus atra
Circunſpexit Atyn, ſeq; acclinauit ad illum,
Et tulit ad manes iunctæ ſolatia mortis.
Ecce Syenites genitus Methione Phorbas,
Et Libys Amphimedon auidi committere pugnam,
Sanguine, quà latè tellus madefacta tepebat,
Conciderant lapſi: ſurgentibus obſtitit enſis
Alterius coſtis; iugulo Phorbantis adactus.
At non Actoriden Erithum, cui lata bipennis
Telum erat, admoto Perſeus petit enſe: ſed altis
Extantem ſignis, multaq; in pondere maſſæ
Ingentem manibus tollit cratera duabus,
Infligitq; uiro. rutilum mouit ille cruorem,
Et reſupinus humum moribundo uertice pulſat.
Inde Semiramio Polydæmona ſanguine cretum,
Caucaſeumq; Abarim, Sperchesiademq; Lycetum,
Intonſumq; comas Elycen, Phlegiamque, Clytumq;
Sternit, & extructos morientum calcat aceruos.
Nec Phineus auſus concurrere comminus hoſti,
Intorquet iaculum: quod detulit error in Idam
Expertem fruſtra belli, & neutra arma ſecutum.
Ille tuens oculis immitem Phinea toruis,
Quãdoquidẽ in partes, ait, abſtrahor, accipe Phineu,
Quem feciſti hoſtem, penſaq; hoc uulnere uulnus.
Iamq; remiſſurus tractum de *corpore telum
Sanguine defectos cecidit collapſus in artus.
Hîc quoque Cephenûm poſt regem primus Odites
Enſe iacet Clymeni. Protenora percutit Hipſeus,
Hipſea Lyncides. fuit & grandæuus in illis
Emathion æqui cultor, timiduſq; deorum:
Qui, quoniam prohibent anni bellare, loquendo
Pugnat, & inceſſit, ſcelerataq; deuouet arma.
Huic Cromis amplexo tremulis altaria palmis
Decutit enſe caput, quod protinus incidit aræ:
Atque ibi ſemianimis uerba execrantia lingua
Edidit, & medios animam expirauit in ignes.
Hinc gemini fratres, Broteasque, & cæſtibus Ammon
Inuicti, uinci ſi poſſent cæſtibus enſes,
Phinea cecidere manu, Cereriſq; ſacerdos
Alphythus albenti uelatus tempora uitta.
Tu quoque Iapetide non hos adhibendus ad uſus,
Sed qui pacis opus citharam cùm uoce moueres,
Iuſſus eras celebrare dapes, feſtumq; canendo.
Quem procul aſtantem, plectrumq; imbelle tenentẽ
* Pettalus irridens, Stygiis cane cetera, dixit,
Manibus: & læuo mucronem tempore fixit.
Concidit, & digitis morientibus ille retentat
Fila lyræ, caſuq; *fuit miſerabile carmen.
Non ſinit hunc impunè ferox cecidiſſe Lycormas:
Raptaq; de dextro robuſta repagula poſte

RAPH. ADIGITq; in pectus} impellit, infigit. adigi autem proprie enſis dicitur in pectus, cum infigitur. {Natantibus} errantibus in humore ac lacrymis. {Ad manes} ad inferos. {Ecce Suenites} ab oppido Æthiopiæ Suenio, Suenites nomen gentile deducitur. [Alii Syenites, a Syene, quæ Æthiopiæ ciuitas eſt ad Nilum ſita, ut Stephanus ait. ſed & hac formatione Suenites legi poteſt, y in u conuerſa, quemadmodum pro ſylla, ſulla dicitur.] Eleganter autem & patriam, & genus iſtius Phorbantis deſcribit poeta, ne quis Phorbanta Priami filium illi pugnæ interfuiſſe putet. hi autem omnes quos hoc loco poeta enumerat obſcuri ſunt, nec a quoquam alio ſcriptore, quod ſciam, celebrantur. {Auidi cõmittere pugnam} cupidi pugnandi. eſt enim figura loquendi græca. {Surgentibus} ſurgere uolentibus. {Adactus} infixus. {Enſis} harpe, quo illos Perſeus transfixit. {Actoriden Erithum} Actoris filium. {Sed altis Extantem ſignis} eminentem cælatura atque magnitudine ac pondere craternm deſcribit. {Altis ſignis} alte eminẽtibus ſignis & cælaturis. {Multaq; in pondere maſſæ} hoc eſt magni ponderis. Crater autem uas eſt menſarium, miſcendo cum aqua uino accommodatum παρὰ τὸ κερῶ, quod eſt miſceo dictũ. Cratera autem eſt accuſatiuus græcus, unde fit interdum nominatiuus latinus. {Infigit} incutit, immittit. {Rutilum cruorem} rubicundum ſanguinem. {Moribundo uertice} ipſe moribundus capite percutit terram. eſt enim hypallage. {Semiramio ſanguine} regio. Semiramis nãque regina fuit, quæ condidit Babylonem, ut copioſe in ſuperiore ſcripſimus libro. {Polydæmona} Polydæmon multiſcius poteſt interpretari. {Caucaſeum} a Caucaſo Scythiæ monte. {Sperchesiadem} Sperchesii cuiuſdam filium. {Expertem fruſtra belli} fruſtra ſe a bello & pugna abſtinẽtem, interfectus nanq; fuit. {In partes} in factiones. partes enim in plurali ſolum factiones ſignificant, unde Ciceronẽ partes Põpeii dicimus ſecutum. {Penſaq;} pondera. [Vel potius compenſa, & quaſi in uicem illius hoc accipe.] {Hoc uulnere} quod tibi ſum illaturus. {Vulnus} quod tu mihi intuliſti. {Cephenum poſt regem} poſt Cephenum regem Andromedæ patrem. {Lyncides} Lyncei filius. {Et inceſſit} irritat, prouocat. {Deuouet} execratur. {Scelerata} in Perſeum ſcelerate ac nefarie ſumpta. {Decutit} deiicit, detruncat. {Incidit aræ} cecidit in aram. {In medios ignes} qui in ara fuerant excitati. {Semianimis lingua} ſemimortua, moribunda. accidit autem ut capite reciſo interdum lingua loquatur, uerbaq; uel incondita emittat. {Execrantia} deteſtantia, blaſphemantia. {Cęſtibus inuicti} inſuperabiles. Cæſtus autem arma ſunt pugilum, quæ ex corio bouis crudo conficiebantur, cui & plũbum inſuebatur, quo ualidiores ictus inferri poſſent. Virg. in 5. Æn. maximos Erycis cæſtus deſcribit,

In medium geminos immani pondere cæſtus
Proiecit, quibus acer Eryx in prælia ſuetus
Ferre manum, duroq; intendere brachia tergo.
Obſtupuere animi, tantorũ ingentia ſeptem
Terga boum plumbo inſuto ferroq; rigebant.

Eſt aũt nomen quartę declinationis. nã cęſtus ſecũdæ & citra diphthõgũ eſt Veneris cingulũ uariis ſuturis diſtinctũ, unde & nomẽ παρὰ τὸ κεντεῖν, qđ eſt pũgere, ſumptũ eſt. nec audiendi quidam qui a cęſuris ipſum deducunt, cũ ſit nomẽ grecũ, nec originem latinã agnoſcat. {Velatus tẽp.} uelata & tecta tẽpora habens. {Iapet.} Iapeti filius. {Ad hos uſus} bellicos. Cithariſtæ nãque & Lyriſtæ a pugnis ſunt alieni. {Moueres} pulſares. {Plectrum} inſtrumẽtum eſt, quo lyra pulſatur, ἀπὸ τοῦ πλήκτειν, hoc eſt a percutiẽdo dictũ. {Imbelle} imbellibus ac mollibus aptũ. {Stygiis m.} inferis. ſtyx. n. palus eſt inferorum notiſſima. Manes aũt inferorum animæ dicunt. {Lęuo tpe} ſiniſtra capitis parte. {Retẽtat} iterum tentat & tãgit. {Fila ly.} chordas, ante quarum inuẽtionẽ filis utebãtur. {Caſuq; fuit miſ. c.} forte, inqt, lyra emiſit carmen triſte & morięti cõueniẽs. [Quidam ad hiſtoriã hoc loco reſpexiſſe poetã uolũt. eodẽ. n. modo & Craſſi interfecti caput, ut Plut. ſcribit, Trallib. quidã hiſtrio in ſcenam allatũ, pro Penthei capite dilaniauit. ſed hoc puto πρωϊεργότερον.] {Repagula} repagula dicũtur aſſeres, qui clauſis hoſtiis opponũtur. [Vectes, ſiue obices dicere uult. porro Priſ. l. 7. citato hoc uerſu, pro poſte, poſti, legit abltõ caſu]

*uulnere* · *Pentalus* · *caput mirabile*

Oſſibus *illiſit mediæ ceruicis. at ille *immiſit*
Procubuit terræ mactati more iuuenci.
Demere tentabat leui quoque robora poſtis
Cinypheus Pelates: tentanti dextera fixa eſt
Cuſpide Marmaridæ Coriti, lignoq; cohæſit.
Hærenti latus hauſit Abas. nec corruit ille,
Sed retinente manu moriens e poſte pependit.
Sternitur & Menaleus Perſeïa caſtra ſecutus,
Et Naſamoniaci Dorilas, ditiſſimus agri,
Diues agri Dorilas, quo non poſſederat alter
Latius, aut totidem tollebat farris aceruos.
Huius in obliquo miſſum ſtetit inguine ferrum.
Lethifer ille locus. quem poſtquam uulneris auctor
Singultantem animam, & uerſantem lumina uidit
Bracteus Alcyoneus, Hoc, qđ premis, inquit, habeto
De tot agris terræ: corpuſq; exangue reliquit.
Torquet in hunc haſtam calido de uulnere *raptam *tractam*
Vltor Abantiades: media quæ nare recepta
Ceruice exacta eſt, in parteſq; eminet ambas.
Dumq; manum fortuna iuuat, Clytiumq;, Danumq;
Matre ſatos una diuerſo uulnere fudit.
Nam Clytij per utrunque graui uibrata lacerto
Fraxinus acta femur: iaculum Danus ore momordit.
Occidit *& Celadon Mendeſius: occidit Aſtreus *Euchelid*
Matre Palæſtina, dubio genitore creatus:
Aethionq; ſagax quondam uentura uidere,
Tunc aue deceptus falſa, regiſq; Thoactes
Armiger, & cæſo genitore infamis Agyrtes.
Plus tamen exhauſto ſupereſt. nanque omnibus unū
Opprimere eſt animus. coniurata undique pugnant
Agmina pro cauſſa meritum impugnante, fidemque.
Hac pro parte ſocer fruſtra pius, & noua coniux
Cum genitrice fauent, ululatuq; atria complent.
Sed ſonus armorum ſuperat, gemituſq; cadentum:
Pollutoſq; ſimul multo Bellona penates
Sanguine perfundit, renouataq; prælia miſcet.
Circumeunt *unum Phineus, & mille ſecuti *illum*
Phinea: tela uolant hyberna grandine plura
Præter utrunque latus, præterq; & lumen & aures.
Applicat hic humeros ad magnæ ſaxa columnæ,
Tutaq; terga gerens, aduerſaq; in agmina uerſus
Suſtinet inſtantes. inſtabat parte ſiniſtra
Chaonius Molpheus, dextra Nabatheus *Ethemon. *Ethion*
Tigris ut auditis diuerſa ualle duorum
Extimulata fame mugitibus armentorum
Neſcit utro potius ruat, & ruere ardet utroque:
Sic dubius Perſeus, dextra, læua'ne feratur
Molphea traiecti ſummouit uulnere cruris:
Contētuſq; fuga eſt. neq; enim dat tempus *Ethemō: *Ethion*
Sed furit, & cupiens alto dare uulnera collo,

RAPH. ILLISIT} inflixit. {Procubuit} in caput in terram cecidit. {Cinyphius Pe.} Garamanticus. Cinyps enim, ut ſcribit Herod. fluuius eſt Garamantum, qui inter duas Syrtes in mare Libycū labitur. unde Cinyphii 2. Geor. lib. apud Virg. dicuntur hirci: Nec minus interea barbas incanaq; menta Cinyphii tondent hirci, ſetaſq; comātes. {Marmaridæ Cor.} Marmaces, ut Stephanus refert ex ſententia Hæcatei, gens eſt Æthiopica, unde forſitan Marmacides Coritus appellatur. ſed a Marmaro quoq; patre, Marmarides dici poteſt. [Immo a gēte Marmaridum, cuius & Plin. meminit lib. 5. c. 6. & Str. lib. 17. cuius uerba ſunt, πρὸς ἕω δέ τι μᾶλλον οἱ μαρμαρίδαι, προχωροῦντες τῇ κυρηναίᾳ καὶ παρατείνοντες μέχρι ἄμμωνος.] {Leui po.} ſiniſtri. {Cohæſit} affixa fuit. {Latus ha.} percuſſit. {Et Naſa.} Naſamones populi ſunt Libyę iuxta Syrtes naufragiis, ut ſcribit Plinius, admodum infeſti. {Latius} latiores cāpos. {Tollebat} capiebat. {Farris aceruos} frumenti cumulos. {Singultantem} per ſingultus animam emittentem. {Bactrius Halcyoneus} Bactra nomine tantum plurali urbs eſt, unde etiā Bactriana regio Indiæ contermina fuit appellata. [Planudes, qui Ouidiū græce trāſtulit, Barceus pro Bactrius habet, a Barce urbe uidelicet, alii etiā ꝓ Alcyoneus, Alconeus legunt.] {Vltor Abantiades} Perſeus. {Ceruice exacta eſt} ꝑ ceruicem eiecta. {In partes ambas} & anteriorem & poſteriorem. {Librata} uibrata. {Fraxinus} haſta fraxinea. eſt. n. metonymia. {Acta} miſſa. {Iaculum Danus ore momor.} hoc eſt iaculum in os Dani fuit coniectum. {Occidit & Celadon Mind.} Mindeſos urbs eſt Syriæ, & Myndones populi ſunt Libyæ. [Ego Mēdeſius lego, a Mēdete urbe Ægypti, ubi Pana coluerunt, & ex animalibus caprum, ut inquit Strab. l. 17. hinc. n. & Mendeſius nomos, ſiue præfectura apud Plin. lib. 5. c. 6. dicitur. nam de Mindeſo urbe alias, qđ ego ſciam, nihil reperitur. Mindus aūt Aſiæ urbs eſt, a qua Mindius poſſeſſiuū, non Mindeſius, analogice formatur.] {Matre Palæſtina} regio eſt Syriæ Palæſtina contermina Iudææ, a Palæſtina urbe dicta. {Sagax uidere} ſciens præuidere atq; prænuntiare futura, augur nāq; erat. eſt autem gręca locutio, ſagax uidere. {Aue falſa} falſo augurio, futuram nāq; mortem præuidere neſciuit. ſic Virg. Sed non augurio potuit depellere peſtē. {Regiſq; Thoactes Arm.} Phinei fratris regis. {Plus tamen exhauſto ſupereſt} quāuis tot interfecerit Perſeus, plus tamen, inquit, eo quod factum eſt, ſupereſt conficiundum. exhaurire nāq; interdum conficere ſignificat. ut Virg. Quæ bella exhauſta canebat. {Nanq; omnibus unum} omnibus, inquit, animus eſt unū Perſeum opprimendi. {Pro cā merito impug.} hoc eſt, ꝓ Phineo, qui & meritū Perſei, quo Andromedam ſeruauerat, & fidem ipſi a rege datā impugnabat. {Hac pro parte} pro fide autem ac merito, & iuſta cā pauci admodum ſtabant. {Pollutos} uiolatos, infectos. {Bellona} Pallas, dea belli. {Circūeunt} circundant Perſeum ſolum. hic autem maxima Perſei uirtus declaratur, ꝗ ſolus tantæ multitudini, totq; telis reſiſtere potuerit. {Præter utrunque latus} iuxta utrunque latus & dextrum & ſiniſtrum, ꝓpeq; & oculos & aures. [Eſt enim metaphora pariter & enallage, in eo, qđ dixit lumen, pro luminibus.] {Applicat hic hu.} tunc, inquit, Perſeus humeros magnæ columnæ appoſuit, ut a tergo tutus in ſe ruentes hoſtes repellere poſſet. {Chaonius Mol.} Epirota. Chaonia nāq; pars eſt Epiri a Chaone Troiano, ut carmine Virgiliano etiam pueris notū eſt, appellata. Chaoniamq; omnem Troiano a Chaone dixit. [Nō uideo, quę conuenientia ſit inter gręcos & Arabes, deinde inter Chaonios & Nabatęos, quādo poeta, quaſi duos ſocios fingit Ethemonem, & Molpeū. proinde dubito utrū legendum ſit, Chaonius Molpeus. ſunt. n. Chaoni, populi cōtermini Arabibus & Nabatæis, ut Plin. auctor eſt lib. 5. c. 28.] {Nabatæus} Nabatæa regio eſt felicis Arabię, unde Nabatæus nomen gentile deriuatur, ut latius in primo diximus. {Tigris ut auditis} hac ſimilitudine poeta oſtendit Perſeum addubitaſſe utrum prius percuteret, cum ambo inſtarent, alter a dextra alter a ſiniſtra, Molpeum, an Ethemonem. {Diuerſa ualle} in diuerſa uallis parte. {Vtro} in utram partem. {Summouit} repulit. {Traiecti} transfixi. {Contentuſq; fuga eſt} ſatis Perſeo fuit Molpeum fugaſſe, ab altera nanque parte Ethemon inſtabat, neque Perſeo interficiendi Molpei tempus dabat.

Non

Non circunſpectis exactum uiribus enſem
Fregit in extrema percuſſæ parte columnæ.
Lamina diſſiluit, dominiq; in gutture fixa eſt.
Non tamen ad lethum cauſſas ſatis illa ualentes
Plaga dedit. trepidum Perſeus, & inertia fruſtra
Brachia tendentem Cyllenide confodit harpe.
Verùm ubi uirtutem turbæ ſuccumbere uidit,
Auxilium Perſeus, quoniam ſic cogitis ipſi,
Dixit, ab hoſte petam, uultus auertite ueſtros,
Si quis amicus adeſt: & Gorgonis extulit ora.
Quære alium, tua quem moueant miracula, dixit
Theſſalus, utq; manus iaculum *lethale parabat
Mittere, in hoc hæſit ſignum de marmore geſtu.
Proximus huic Amphix animi pleniſſima magni
Pectora Lyncidæ gladio petit, inq; petendo
Dextera diriguit, nec citrà mota, nec ultrà eſt.
At Nileus, qui ſe genitum ſeptemplice Nilo
Ementitus erat, clypeo quoque flumina ſeptem
Argento partim, partim cælauerat auro,
Aſpice, ait, Perſeu noſtræ primordia gentis:
Magna feres tacitas ſolatia mortis ad umbras
A tanto cecidiſſe uiro. pars ultima uocis
In medio ſuppreſſa ſono eſt: adapertaq; uelle
Ora loqui credas, nec ſunt ea peruia uerbis.
Increpat hos, Vitioq; animi, non uiribus, inquit,
Gorgoneis torpetis, Eryx: incurrite mecum,
Et proſternite humi iuuenẽ magica arma mouẽtem.
Incurſurus erat: tenuit ueſtigia tellus:
Immotusq; ſilex, armataq; manſit imago.
Hi tamen ex merito pœnas ſubiere: ſed unus
Miles erat Perſei, pro quo dum pugnat, Aconteus,
Gorgone conſpecta, ſaxo concreuit oborto:
Quem ratus Aſtyages etiam tum uiuere, longo
Enſe ferit: ſonuit tinnitibus enſis acutis.
Dum ſtupet Aſtyages, naturam traxit eandem:
Marmoreoq; manet uultus mirantis in ore.
Nomina longa mora eſt media de plebe uirorum
Dicere. bis centum reſtabant corpora pugnæ:
Gorgone bis centum riguerunt corpora uiſa.
Pœnitet iniuſti tunc deniq; Phinea belli.
Sed quid agat? ſimulacra uidet diuerſa figuris,
Agnoſcitque ſuos, & nomine quenque uocatum
Poſcit opem: credensque parum, ſibi proxima tãgit
Corpora: marmor erant, auertitur, atq; ita ſupplex
* Confeſſasq; manus, obliquaque brachia tendens,
Vincis, ait, Perſeu: remoue tua monſtra, tuæq;
Saxificos uultus, quæcunque *ea, tolle Meduſæ:
Tolle precor: non nos odium, regnique cupido
Compulit ad bellum: pro coniuge mouimus arma.
Cauſſa fuit meritis melior tua, tempore noſtra.
Non ceſſiſſe piget. nihil o fortiſſime, præter
Hanc animam, concede mihi: tua cetera ſunto.
Talia dicenti, neque eum, quem uoce rogabat,
Reſpicere audenti, Quod, ait, timidiſſime Phineu
Et poſſum tribuiſſe, & magnum eſt munus inerti,
Pone metum, tribuam: nullo uiolabere ferro.
Quin etiam manſura dabo monumenta per æuum,
Inque domo ſoceri ſemper ſpectabere noſtri,
Vt mea ſe ſponſi ſoletur imagine coniux.
Dixit, & in partem Phorcynida tranſtulit illam,

KAPM. NON circunſpectis uiribus} hypallage eſt. ipſe enim non circũſpectus hoc eſt imprudens ac temerarius. circunſpectus enim cũ nomen eſt, prudens, qui omnia circunſpicit, dicitur. {Exactum} eiectum. {Valentes cauſſas} potentes. {Cyllenide harpe} pro Cyllenia. patronymicum pro poſſeſſiuo eſt poſitum. Cyllenius autem Mercurius dicitur a Cyllene Arcadiæ monte, ubi ex Maia natus eſſe fingitur. Virg. in 8. Vobis Mercurius pater eſt, quem candida Maia Cyllene gelido conceptũ uertice fudit. {Verum ubi uirtutem} poſteaquam, inquit Perſeus, ſenſit uirtutem ſibi ingenitam a multitudine ſuperari, cum amicos admonuiſſet, ut oculos auerterent, Gorgonis caput hoſtibus aperuit, quo uiſo illi e ueſtigio in lapides fuere conuerſi. eſt autem ordo: Verum, Perſeus dixit, ego petam & ſumam auxilium ab hoſte, & Meduſæ capite, quoniam uos ipſi ſic cogitis, hoc eſt, me ad hoc compellitis. ubi, id eſt poſt quam uidit uirtutem ſuccumbere turbæ, hoc eſt, a multitudine ſuperari. {Miracula} mõſtra. {Diriguit} rigida & dura facta eſt. {In hoc ſignum hæſit} hoc eſt Theſſalus in ſtatuam marmoream ita eſt conuerſus, ut iaculum emittere uelle uideatur. {Signum de marmore} ſtatua marmorea. {Hæſit} ſtetit. {Septemplice Nilo} Nilus fluuius eſt Ægypti clariſſimus, qui ſeptem oſtiis in mare exit. unde Virg. 4. Georg.

Diuerſa ruens ſeptem diſcurrit in ora,
Vſque coloratis amnis deuectus ab Indis.

{Cælauerat} ſculpſerat, ornauerat. {Primordia} principia. {Noſtræ gentis} noſtri generis. {Ad tacitas umbras} ad animas uoce carentes & mutas. {Cecidiſſe} interfectum fuiſſe. {A tanto uiro} tam generoſo. {Suppreſſa} cohibita, atque coercita. {Adapertaq; uelle} cum enim Perſeum alloqueretur, Nileus in ſtatuam lapideam, quæ loqui uelle uidetur, fuit transmutatus. {Nec ſunt ea peruia uerbis} neque enim uerba egredi poſſunt. {Vitio animi} quia puſillanimes eſtis. {Non uiribus Gorgon.} non uiribus capitis Meduſæ Gorgonis. {Torpetis} pigri & immobiles eſtis. {Magica arma} magicos cantus, incantamenta, atque ueneficia. {Incurſurus erat} impetum facturus in Perſeũ. {Veſtigia} pedes. {Immotus} immobilis. nam in ſtatuam lapideam fuerat conuerſus. {Pœnas ſubiere} paſſi ſunt. {Oborto ſa.} repente orto. {Tinnitibus acutis} uocibus & ſonis acutis. Tinnire autem uerbum eſt facticium a ſono, quem percuſſa æra emittere ſolent. {Naturam traxit eandem} nam & ipſe in ſtatuam marmoreã fuit conuerſus. {Riguerunt} rigida & dura, & ſaxea facta fuerunt. {Tunc denique} poſteaquam ipſius ſocii in marmoreas ſtatuas fuere tranſmutati} Marmor erant} marmoreæ ſtatuæ. {Auertitur} a Perſei conſpectu oculos auertit. {Confeſſasq; manus} manus iunctas, quales qui ſe uicti fatentur, tendere ſolent. {Vincis} uictor es, hoc eſt, fateor te eſſe uictorem, me autem uictum. {Saxificos uultus} ora in ſaxa homines transfigurantia. {Quæcunque ea} ſit ſubaudiatur. ignorat autem Phineus quænã fuerit Meduſa. {Pro coniuge} pro uxore pugnauimus. quæ quidem cum honeſta ſit cauſſa, ſe dignum uenia eſſe Phineus innuit. ſi nanque odio, regniue cupiditate arma ſumpſiſſet in Perſeum, indignus uenia foret. {Tempore noſtra} nam Andromeda antequam Ceto obiiceretur, ut diximus, Phineo fuerat deſponſata. {Non ceſſiſſe piget} me, inquit Phineus, pœnitet tibi Andromedã non reliquiſſe. cedere autem uerbũ eſt de iure ſumptum. quod quidem eleganter cum datiuo, ablatiuoq; conſtruitur, ut cedo tibi mea ſponſa. {Hanc animam} hanc uitam. {Inerti} imbelli, ignauo. {Monumenta} ſigna. {Phorcynida} Meduſam Phorci filiam.

fatale

Nileus in ſtatuã lapideã.

Theſſal. in ſtatuã marmoream cõ uerſa.

Conuerſaſq;

eſt

Trepido

Ad quam ſe trepido Phineus obuerterat ore.
Tunc quoque conanti ſua flectere lumina, ceruix
Diriguit, ſaxoq́; oculorum induruit humor.
Sed tamen os timidum, uultusq́; in marmore ſupplex,
Summiſſæque manus, facieſq́; obnoxia manſit.

ARG. Perſeus, Abantis pronepos, uotorum compos, cum coniuge Andromeda Argos patriam ſuam adiit, Prœtumq́; pulſo Acriſio fratre, ipſius Perſei auo, regnante, oſtenſo Meduſæ capite, in lapidem uertit, auoq́; licet immerito (ipſum enim cum Danae matre arcæ impoſitum in mare proiecerat) regnum reſtituit.

VIctor Abantiades patrios cum coniuge muros
Intrat, & immeriti uindex, ultorq́; parentis
Aggreditur Prœtum. nam, fratre per arma fugato,
Acriſioneas Prœtus poſſederat arces.
Sed nec ope armorum, nec, quam malè ceperat, arce,
Torua colubriferi ſuperauit lumina monſtri.

ARG. Polydectes, rex inſulæ Seriphi, ad quam Perſeus cum Danae matre incluſus arca peruenerat, cupiens ablegare Perſeum, ut illius matre libere potiretur, ad Gorgonis Meduſæ reſecandum caput eum miſit, quod ille Mineruа uolente ad Polydecten pertulit. cui non credenti, factumq́; inficianti Perſeus caput oſtendit, moxq́; diriguit.

TE tamen, o paruæ rector Polydecte Seriphi,
Nec iuuenis uirtus per tot ſpectata labores,
Nec mala mollierant: ſed inexorabile durus
Exerces odium: nec iniqua finis in ira eſt.
Detrectas etiam laudes, fictamq́; Meduſæ
Arguis eſſe necem. Dabimus tibi pignora ueri,
Parcite luminibus, Perſeus ait. oraq́; regis
Ore Meduſæo ſilicem ſine ſanguine fecit.

ARG. Muſæ cum Parnaſſum montem petiiſſent, aduerſis tempeſtatibus inuitatæ a Pyreneo, qui Daulida, Phocidis urbem, incolebat, tecta ſubierunt: qui pulchritudine captus uirginum, cum regiam claudi imperaſſet ad uim inferendam: ne cupiditatem eius experirentur, in uolucres conuerſæ ſunt: quas ille dum per ardua montium perſequeretur, prolapſus altitudine ſcopulorum præcipitatus eſt, ita ut toto corpore elideretur, uitamq́; finiret.

HActenus aurigenæ comitem Tritonia fratri
Se dedit: inde caua circundata nube Seriphon

RAPH. TREPIDO ore} timido uultu. {Obuerterat} conuerterat. {Sua flectere lumina} ſuos oculos conuertere, ne Meduſæ caput uideret. {Diriguit} rigida & dura facta eſt. {Induruit ſaxo} in ſaxum tranſmutatus, durus eſt factus. {Facies obnoxia} ſubiectæ ſimilis. {Victor Abantiades} Perſeus uotorum compos cum Argos in patriam rediiſſet, Prœtum, a quo Acriſius auus regno fuerat priuatus, oſtēſo Meduſæ capite in lapidē conuertit, auoq́; (licet immerito: quod ipſum cum Danae matre arcæ impoſitum in mare proieciſſet) regnū reſtituit. {Cum coniuge} Andromeda. {Immeriti parentis} pro auo parentē poſuit, qui male & de filia Danae, & de Perſeo nepote tunc meritus fuit, cum eos arcæ impoſitos mari cōmiſit. {Aggreditur Prœtum} Prœtus Abātis regis Argiuorum fuit filius, atq; Acriſii frater, cuius filias in uaccas fuiſſe conuerſas in fabulis traditur. {Fratre fugato} expulſo Acriſio. {Acriſioneas arces} Acriſii regnum. {Male} inique, ac iniuſte. {Te tamē o paruæ} hac apoſtrophe Polydectē Seriphi regem in odium, inuidiáq; adducit, qui Perſei neque uirtute, neque laboribus, quos ꝑpeſſus eſt, neque periculis, quibus ſe expoſuerat, ab ira, odioq́; deduci, remoueriq́; poterat. Polydectes autem Magnetis fuit filius, ut quidam ſcribunt, ut uero Pherecydes, Periſthenis & Androthoes, fraterq; Dictyis, a quo Danaē cum Perſeo diximus hoſpitio fuiſſe ſuſceptā. Polydectes autem Danaes amore captus, uim illi afferre Perſei metu non audebat. conuiuium igitur apparauit, ad quod & alios multos, & in primis Perſeum inuitauit. interrogante autem Perſeo qua in re conuiuii præmium, ſymbolumq; conſtitueretur, Polydecte uero in equo aſſerente, immo in Gorgonis capite, Perſeus inqt: poſt ſymbolum autem cōſtitutum & alii ſodales, & Perſeus equum ad Polydectē adduxerunt, quem aſpernatus, Gorgonis caput ex promiſſo repoſcebat. quod quidem niſi fuerit allatum, ipſius matrem accepturum uxorē eſſe minatur. Perſeus igitur triſtitia affectus in ultimam inſulæ partem diſcedit, ſuam deflens calamitatem. Mercurius aūt ipſum uidens cum fletus cauſſam cognouiſſet, bono animo ſis, inquit, ego nāq; tibi dux ero. ac primum quidem illum duxit ad Phorci uetulas Pemphredo, Enyo & Ieno, Pallade ſic admonente, ipſiſq; oculum & dentem, quibus uiciſſim utebantur, furatus eſt. illæ uero cum ſenſiſſent, clamantes rogabant, ut ſibi oculus, denſq; redderetur. Perſeus aūt ſe redditurum ait, ſi nymphas Orci galeā, talariaq; alata, & perā habentes oſtendant. illæ uero cū nymphas illas indicaſſent, oculum, dentemq; acceperunt a Perſeo, qui ad nymphas unà cum Mercurio profectus, & calciamenta alata pedibus alligauit, & peram humeris impoſuit, & orci galeam capiti adaptauit, uolans deinde ad Oceanum peruenit, Pallade, Mercurioq; ſubſequentibus, a quibus admonetur oportere ipſum auerſum caput Meduſæ amputare, illa nāque Gorgonum ſola mortalis erat. ad ipſas igitur dormientes cum acceſſiſſet, harpe caput Meduſæ amputauit, quo quidem in peram coniecto aufugit. Gorgones uero aliæ excitatæ illum perſequebantur, ſed propter orci galeam non uidebant. Perſeus igitur in Seriphum reuerſus, Polydecten iubet populum congregare, ſe enim Gorgonis caput oſtendere uelle. ſciebat autem omnes, qui uidiſſent, in lapides conuerſum iri. multitudine igitur congregata Polydectis iuſſu ex pera caput Gorgonis auerſus Perſeus excepit atque oſtendit. quod qui uiderunt, omnes ac in primis Polydectes, in lapides fuere conuerſi. tunc Pallas caput Gorgonis a Perſeo acceptū ægidi ſuæ affixit. Mercurius uero & peram & calceos alatos, & orci galeam nymphis reſtituit. tunc uero Perſeus Dictyn, a quo benigne acceptus, educatuſq; fuerat, Seriphiorum, qui ſuperſtites fuerant, regem conſtituit. ipſe uero cum matre, & Andromeda Argos eſt reuerſus. hæc Pherecydes, unde & Ouidius ſumpſiſſe uidetur. {Te tamen o paruæ} quamuis, inquit, tot miranda geſſerit Perſeus, totq; in lapides conuerterit, tu tamen o Polydecta odium mollire, nedum deponere potes. {Seriphi} inſula eſt una ex Sporadibus Seriphus, unde Seriphius nomen gentile deriuatur. {Detrectas} diminuis. {Arguis} arguere uis, & probare. {Parcite luminibus} nolite reſpicere. hæc iis ait, qui cum Polydecte aderant. admonet enim, ut oculos auertant, ne & ipſi in lapides mutentur. quanquam Strabo ſcribit uniuerſos Seriphios unà cum Polydecte in lapides fuiſſe conuerſos, idq́; in ultionem matris a Perſeo factum, quia illis adiutoribus Seriphi rex Polydectes nuptiis inuitam adegiſſet. adeo autem lapidoſam eſſe Seriphum, ut qui conuinciantur, id inſpecta obueniſſe Gorgone cauſſentur. parcere autem oculis dicitur, qui illos continet clauſos. {Hactenus aurigenæ} nullam quidem hoc loco poeta exponit transformationem, ſed rem ſane admirandam deſcribit, quo concinnius muſarum in aues transformationem ſubnectat. narrat enim quemadmodum Pegaſus equus alatus, quem paulo ante diximus, unà cum Chryſaore e ſanguine colli Meduſæ exiliiſſe, ad Heliconem, Bœotiæ montem, peruenerit, ubi, cum terram pedis ungula percuſſiſſet, illico fons, qui ἱπποκρήνη, hoc eſt, Caballinus fons eſt appellatus, exortus fuiſſe memoratur. Ad eum igitur uidendum, relicto Perſeo, Pallas profectā eſt, quæ a muſis accepta quāpromptiſſime ad ipſum fuit deducta.

Phineus in ſtatuā.

Phœtus in ſaxū.

Polydectes in ſaxum.

Dextra

Deſerit, a dextra Cythno, Gyaroq́; relictis.
Quaq́; ſuper pontum uia uiſa breuiſſima, Thebas,
Virgineumq́; Helicona petit: quo monte *potita
Conſtitit, & doctas ſic eſt affata ſorores:
Fama noui fontis noſtras peruenit ad aures,
Dura Meduſæi quem præpetis ungula rupit.
Is mihi cauſſa uiæ: uolui mirabile factum
Cernere. uidi ipſum materno ſanguine naſci.
Excipit Vranie: Quæcunque eſt cauſſa uidendi
Has tibi, diua, domos, animo eſt gratiſſima noſtro.
Vera tamen fama eſt, & Pegaſus huius origo eſt
Fontis: & ad latices deduxit Pallada ſacros.
Quæ mirata diu factas pedis ictibus undas,
Syluarum lucos circunſpicit antiquarum,
Antraque, & innumeris diſtinctas floribus herbas:
Feliceſq́; uocat pariter ſtudioque, locoque
Mæonidas. quam ſic affata eſt una ſororum:
O, niſi te uirtus opera ad maiora tuliſſet,
In partem uentura chori Tritonia noſtri,
Vera refers, meritoque probas, artemque, locumq́;,
Et gratam ſortem, tutæ modò ſimus, habemus.

*petito*

RAPH DEXTRA *Cypro, Gyaroq́; relictis} Cypro quidẽ legitur, ſed cum hęc inſula longe a Gyaro diſtet, utpote quæ ſit in mari Pamphylio, cum Gyaron eſſe in Ægeo conſtet, minus huic loco conuenire uidetur. forſitan autem pro Cypro legendum eſt Scyro. nam Scyros inſula eſt una ex Cycladibus Gyaro ꝓpinqua, quæ & ipſa una eſt ex Cycladibus, in qua mures ferrũ rodere dicuntur. inde Gyareus nomẽ gentile triſyllabum declinatur. mendum eſt apud Plinium, ubi legitur Scyros a Naxo 14 millia paſſuuũ Homeri ſepulcro ueneranda. cum non Scyros, ſed Ios ex ſententia etiã Strabonis legendum ſit. quidam uero alii legunt Cythno. [Quidam uero etiã Syro legunt. eſt enim Syrus, y longa, eadem inſula, quæ ab Homero Odyſſeę 15. *Syriæ* appellatur, ut ait Strabo libro 10. numeraturq́; etiam ipſa cũ Cycladibus ab eodẽ auctore. ex hac iſula Pherecydes fuit, Babyus cognomento, antiquior Atheniẽ. fabularum ſcriptor ille. eſt & alia inter Cyclades inſula, Syphnus, quæ & ipſa non multũ a Cypri nomine abeſt. hæc quoniam non longe a Gyaro diſtat, & apud Strabonẽ eodem loco cum illa recẽſetur, dubitare quiſpiam poſſet, an legendum foret, Syphno Gyaroq́; relictis. ſed de hoc alii iudicent.] {Virgineum Helicona} uirginibus muſis, nymphisq́; dicatum. {Doctas ſorores} periphraſis eſt muſarum. nam muſæ Iouis & Mnemoſynes filię ſunt, quę παρὰ τὸ μῶσθαι, hoc eſt ab inquirẽdo, dicuntur, ut inquit Diodorus, ꝙ ea inquirant, hominesq́; doceant, quæ ab indoctis ignorantur, & quod quærendo ſcientia pariatur. nouem autem fuiſſe muſas iam fere inter omnes conſtat, etſi quidam tres tantum eſſe contendant. quibus nomina a proprio cuiq; munere indita fuerunt. Clio enim ἀπὸ τοῦ κλέους, hoc eſt a gloria, quæ ex poetarum laudibus oritur, dicta eſt, Euterpe ἀπὸ τοῦ εὐτερποῦς, hoc eſt a iucundo propter uoluptatem, quæ ab audientibus ex honeſti perceptione ſentitur, Thalia ἀπὸ τοῦ θάλλειν, hoc eſt a uirendo, quod in longum tempus poetarum gloria uireſcat, Melpomene ἀπὸ τοῦ μέλπεσθαι, hoc eſt a modulando, quod melodia audientes maxime demulceantur, Terpſichore ἀπὸ τοῦ τέρπειν, hoc eſt a delectando, quod doctrina hominum animi maximopere delectantur, Erato ἀπὸ τοῦ ἔρωτος, hoc eſt ab amando, quod docti homines ab omnibus amentur. Polymnia, quod cantus ſuauitate poetas reddit gloria immortales, Vrania ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, hoc eſt a cælo, quod uiri eruditi ad cælum gloria tollantur, Calliope ἀπὸ τοῦ κάλλους τῆς ὀπός, hoc eſt a pulchritudine uocis, ꝙ cantus ſuauitate alios antecedens magni audientibus æſtimetur. Alii uero aiunt duas eſſe muſarum generationes ex Muſei ſententia. antiquiorum quidẽ, quæ unà cum Saturno feruntur natæ; Iuniorum autem, quæ Iouis & Mnemoſynes filiæ fuiſſe dicuntur. Harum iuuenta & hæc fuiſſe perhibentur. Clio nanque hiſtoriam inueniſſe ſcribitur. Thalia agriculturam & curam quæ plantis adhibetur. Euterpe mathematicas artes. Terpſichore eruditionem. Erato ſaltationem. Polymnia liram. Melpomene cantum. Vrania aſtrologiam. Calliope poeſin. [Hæc autem nomina Heſiodus in Theug n. his uerſiculis recenſet:

Κλειώ τ', εὐτέρπη τε, θάλειά τε, μελπομένη τε
Τερψιχόρη τ' ἐρατώ τε πολύμνιά τ', οὐρανίη τε,
Καλλιόπη τ', ἣ δὲ προφερεστάτη ἐστ' ἁπασέων.]

{Meduſæi præpetis} uolucris & alati equi. {Vidi ipſum ma. ſang. naſci} ipſum Pegaſum. aderat enim Perſeo Pallas, cum Meduſam obtruncauit. {Excipit Vranie} una eſt ex nouem muſis, quæ cæleſtis interpretari poteſt. οὐρανὸς enim, unde uenit, cęlum ſignificat. {Et Pegaſus huius origo fon.} Pegaſus equus alatus ex ſanguine Meduſæ natus, cum Bellerephontem excuſſiſſet; in cęlum ſubuolaſſe, & inter ſidera ab Ioue fertur collocatus fuiſſe. Euſebius aũt, & ante illum Palęphatus, ait Bellerephontis naue Pegaſum fuiſſe uocatã. Plin. in 8. Pegaſos pennatos equos, & cornibus armatos in Æthiopia naſci ſcribit. idem in 10. Pegaſos equino capite inſignes inter aues numerat fabuloſas. {Pedis ictibus} percuſſione pedis. hęc autem narrantur ut fabulam ſequentẽ apte connectat cum ſuperioribus. {Felices *ſtudiiq́; lociq́;} cã ſubaudienda uidetur, ut intelligamus cauſſa ſtudii, ac loci muſas felices eſſe. {Męonidas} muſas. Męonides aũt non a Męonis filiabus deuictis, ut quidam ſomniarunt, ſed a Męonia dicuntur, ut Aonides ab Aonia, Pierides a Pieria, Theſpiades a Theſpiis fuerunt denominatæ. quãquam Myonides prima per y græcam uocalem forſitan rectius ſcriberetur. nã Myonia urbs eſt Phocydis, de qua Pauſanias in primo mentionem facit. [Videtur hoc loco poeta, quaſi quandam crucem poſuiſſe grãmaticis. neq; enim qua ratione Męonidas (quo nomine Lydi alias uocantur, a Męone fluuio ſcilicet, ut inquit Steph.) muſas ille dixerit, quiſquam hactenus explicare certo potuit. & Myonidas, (quod uerbũ Regio placet, a Myonia urbe) q̃ Locrorum proprie eſt, ut ex Pauſania patet, muſas appellari, nimis longe petitum, & exemplo caret. propius autem fuerat, Męonides dici, uel a Męonia, ut demus Męoniam aliquando Bœotiam uocatam, ſiue a Męone, Hęmonis filio, qui, auctore Statio, ſolus ſuperſtes ex iis, qui Tydeo inſidias fecerant, manſiſſe traditur. ſiue etiam aliunde. uel a μαίεσθαι, quod uerbum indagare atq; inquirere ſignificat, perinde ut a uerbo μῶσθαι Muſæ dicuntur. ſed neq; hanc etymologiam ferent critici, eamq; æque coactam dicent & anxie quęſitam. proinde illud, quod ſolum in talibus poſſumus, dicamus licet, Ouidium ex uetuſto aliquo gręcorum poeta nomen hoc tranſtuliſſe: uerum qui nam ille ſit, aut ubi alias nomen idem ſcriptum, id nos ſcilicet ignorare. nam quod quidam dubitauere, utrum Mnemonides legendum foret, a Mnemyſine deducto patronymico anomalo, id æque friuolum uidetur, & uetus ſcriptura non facile mutanda. & ab Homero Męonide, Męonidas muſas dici hoc loco, tempori non reſpondet. libet autem etiam hic ſubiicere, quæ Stephanus de nymphis Lydorum, quas illi Muſas uocant, tradit, ſi forte ea quoque res ad hanc muſarum appellationem alicui facere uideatur. Τόρρηβος πόλις, inquit, λυδίας, ἀπὸ τορρήβου τοῦ Ἄτυος. Ἐν δὲ τορρηβίδι ἐστὶν ὄρος, Κάριος καλούμενον, καὶ ἱερὸν τοῦ καρίου ἐκεῖ. Κάριος δὲ διὸς παῖς καὶ τορρηβίας, ὃς πλαζόμενος περί τινα λίμνην, ἥ τις ἀπ' αὐτοῦ τορρηβία ἐκλήθη, φθογγῆς νυμφῶν ἀκούσας, ἃς καὶ μούσας λυδοὶ καλοῦσι, καὶ μουσικὴν ἐδιδάχθη, καὶ αὐτοὺς λυδοὺς ἐδίδαξε τὰ μέλη. hæc tam multa ac uaria annotanda circa hunc locum potius duximus, q̃ ueterem lectionem temere immutandam.] {Opera ad maiora} ad bellica geſta, quæ quidem ſtudiis diſciplinarum ſunt maiora.

Sed

Sed uetitum eſt adeò ſceleri nihil . omnia terrent
Virgineas mentes , dirusq; ante ora Pyreneus
Vertitur , & nondum me tota mente recepi .
Daulia Threicio , Phoceaq; milite rura
Ceperat ille ferox , iniuſtaq; regna tenebat .
Templa petebamus Parnaſſia : uidit euntes:
Noſtraq; fallaci ueneratus numina uultu ,
Mæonides ( agnorat enim ) conſiſtite , dixit ,
Ne dubitate , precor , tecto graue ſidus , & imbrem
( Imber erat ) uitare meo : ſubiere minores
Sæpe caſas ſuperi . dictis , & tempore motæ
Annuimusq; uiro , primasq; intrauimus ædes .
Deſierant imbres , uictoq; Aquilonibus Auſtro
Fuſca repurgato fugiebant nubila cælo .
Impetus ire fuit : claudit ſua tecta Pyreneus ,
Vimq; parat : quam nos ſumptis effugimus alis.
Ipſe ſecuturo ſimilis ſtetit arduus arce .
Quaq; uia eſt uobis , erit & mihi , dixit , eadem :
Seq; iacit uecors e ſummo culmine turris ,
Et cadit in *uultu , diſcuſſiſq; oſſibus oris
Tundit humum moriens ſcelerato ſanguine tinctam.

*uultus

ARG. Pieri, qui Macedoniam poſſedit, & Euippes nouem filiæ inſolentius dum gloriarentur, muſas in certamina cantus prouocarunt: quarum una carmen exorſa eſt, quod gigantes aduerſus deos contenderint, ex quibus Typhoeus terrigena deformitate terruit deos, compulitq; in Ægyptum: ubi Iupiter ob metum in arietem uerſus eſt, Apollo in coruum, Liber in capram, Diana in felem, Iuno in uaccam, Venus in piſcem. Inuicem autem muſæ cum Cereris laudem cecíniſſent, & qualiter Typhoeus Ætnæ monti Siciliæ ſubiectus eſſet, Pierides uictæ in picas ſunt transfiguratæ.

MVſa loquebatur : pennæ ſonuere per auras :
Voxq; ſalutantum ramis ueniebat ab altis.
Suſpicit , & linguæ quærit tam certa loquentes
Vnde ſonent , hominemq; putat Ioue nata locutum :
Ales erat : numeroq; nouem ſua fata querentes
Inſtiterant ramis imitantes omnia picæ .
Miranti ſic orſa deæ dea : Nuper & iſtæ
Auxerunt uolucrum uictæ certamine turbam.
Pierus has genuit Pellæis diues in aruis .
Pæonis Euippe mater fuit . illa potentem
Lucinam nouies , nouies paritura uocauit.
Intumuit numero ſtolidarum turba ſororum ,
Perq; tot Aemonias , & per tot Achaidas urbes
Huc uenit , & tali committit prælia uoce :
Deſinite indoctum uana dulcedine uulgus
Fallere . nobiſcum , ſi qua eſt fiducia uobis ,
Theſpiades certate deæ : nec uoce , nec arte
Vincemur , totidemq; ſumus . uel cedite uictæ
Fonte Meduſæo , & Hyantea Aganippe :
Vel nos Emathiis ad Pæonas uſque niuoſos
Cedemus *ſyluis. dirimant certamina nymphæ.
Turpe quidem contendere erat : ſed cedere uiſum
Turpius . electæ iurant per flumina nymphæ ,

*campis

Pierides in picas.

RAPH. SED uetitum eſt adeo ſceleri nihil} omnia,inquit,ſcelerati audent , neque ſibi quicquam prohibitum eſſe putant . {Adeo} certe. {Omnia ter. Vir. mentes} ſententia eſt generalis . uirgines enim natura ſunt timidæ . {Dirusq; ante ora Pyr. uertitur} uerſari uidetur . Pyreneus autem, ut hinc colligere poſſumus Thrax , fuit tyrannus , qui Daulida Phocidis urbem occupauit . ubi cum quodam die pluuioſo muſas ad Parnaſum eũtes uidiſſet, ut tecta ſua ſubirẽt , dum pluuia ceſſaret, inuitauit . cum uero iam imber ceſſaſſet , muſęq; diſcedere uellent , Pyreneus impius, clauſis foribus, illis uim inferre parabat . ſed muſæ in aues conuerſę euolauerunt, quas cũ perſequi Pyreneus uellet , ex arce ſe præcipitem iaciẽs caput terræ illiſit, ſicq; expirauit. Pyreneus ſane nomẽ eſt triſyllabum , non, ut quidam putãt, quadriſyllabum, niſi pro mõte accipiatur , quo Gallia ab Hiſpania diſterminatur. tũc enim penultima cum æ diphthõgo ſcribitur. {Daulia ru.} Daulios agros. Daulia autem, quę & Daulis dicitur, urbs ẽ Phocidis a Daulyde nympha , ut ſcribit Pauſan. appellata . Phocis aũt regio eſt in qua ſt Parnaſus , unde Phocenſes dicuntur . Phocea uero urbs eſt Ioniæ a Phocis , quod multæ Phocæ conditores eius ſecutæ fuiſſe dicuntur, appellata . eiuſdem nominis urbs eſt Cariæ. {Annuimus} cõſenſimus , morem gęſſimus . {Primas ædes} primas ædium partes. {Victoq; Aquilonibus Auſtro} Auſter, qui & Notus dicitur, pluuias ac nubes, Aquilo uero ſerenitatem affert. {Impetus ire fuit} uoluntas abeundi nobis fuit . eſt autem locutio græca a latinis frequẽter poetis uſurpata. {Vecors} ſtultus, corde priuatus. {Muſa loquebatur } eleganti phantaſia multas deſcribit metamorphoſeis poeta . Muſa nãq; fingitur Palladi referre certamen ſuum cum Pieri filiabus. quo quidem in certamine , & transformationes deorum in uaria animalia tempore belli gigantei a Pieri filiabus canuntur ; & pœna Typhoei gigantis , & Proſerpinæ raptus , & Cyanes in fontem mutatio, multaq; alia contra a muſis cantantur. Pierus igitur ex Euippe uxore nouem ſuſtulit filias: quarum pulchritudine ac uocalitate mater ſuperba, muſas in certamen prouocare eſt auſa. eas uero nympharum iudicio uictas , muſæ indignatæ uocalitate erepta in raucas picas conuertere. minime uero illi ſunt audiendi, qui muſas Pierides a deuictis Pieri filiabus denominatas fuiſſe putant , cum a Pieria loco , circa Heliconem , ut ait Strab. dicantur. [Videtur autem hæc fabula , a re occaſionem traxiſſe. nam Pauſanias in Bœoticis ſcribit , muſas ab initio tres habitas fuiſſe , Meleten, Mnemen , & Aædẽ, poſtea Pierium , Macedonẽ, a quo Macedoniæ mõs nomen habet , Theſpias ueniſſe , ibiq; nouem muſas conſtituiſſe, nominaq; alia ac certa ſingulis impoſuiſſe.] {Voxq; ſalutantum} chęre enim, quo uerbo gręci ſalutant , exprimere uidentur picæ. {Sua fata querentes} de ſua fortuna conquerentes. {Pellæis in aruis } Macedonicis agris . Pella nãque urbs eſt Macedoniæ, Alexãdri magni natiuitate nobilis. unde Iuuenal. Vnus Pellęo iuueni nõ ſufficit orbis. {Pæonis Euippe mater fuit} Pæonia pars eſt Macedoniæ montana, quæ Emathia quoque dicitur. patronymicum aũt poſuit loco gentilis. {Lucinam} Iuno Lucina, quæ a parturiẽtibus mulieribus inuocabatur , a luce eſt appellata , quod in lucẽ educere infantes ſoſpites credebatur. {Perq; tot Aem.} Aemonia eadẽ eſt cũ Theſſalia ab Aemone rege dicta. Aemon aũt filius fuit Chlori, filii Pelaſgi ; pater autem fuit Theſſali , a quo Theſſalia fuit cognominata. {Achaid.} Achaias græcas. {Theſp.} muſæ Theſpiades dictę ſunt, nõ a Theſpia earum matre ac Mæonis uxore, ut quidã ex ſuo cõmodo fingũt, ſed a Theſpiis urbe Bœotię, ubi maxime colebantur . cui opinioni accedere Ouid. uidetur , cum deas Theſpiades eas uocet. cum quodam enim contemptu ſic eas Pieri filiæ appellant , ac ſi diceret Theſpienſium deę nõ aliorum. {Fõte Meduſęo} periphraſis eſt Hippocrenes fontis muſis dicati . {Et Hyãtea Aganipe} Bœotia. nam Hyantes populi ſunt Bœotię, Aganippe uero fons eſt Bœotiæ muſis ſacer. {Ad Pæonas niuoſ.} montanos. Pæones nãque populi ſunt Macedoniæ montani. [Siue extremæ Pãnoniæ.] {Dirimant certamina nym.} diiudicent, inquit, utræ noſtrum melius cecinerint. dirimi aũt proprie dicuntur bella atq; lites, cũ ſedantur. {Per flumina} per ſtygẽ paludẽ.

Factaq;

Factaq; de uiuo preſſere ſedilia ſaxo.
Tunc ſine ſorte prior, quæ ſe certare profeſſa eſt,
Bella canit ſuperûm, falſoq; in honore gigantes
Ponit, & extenuat magnorum facta deorum,
Emiſſumq; ima de ſede Typhoëa terræ
Cælitibus feciſſe metum, *cunctoſq; dediſſe
Terga fugæ: donec feſſos Aegyptia tellus
Ceperit, & ſeptem diſcretus in oſtia Nilus.
Huc quoq; terrigenam ueniſſe Typhoëa narrat,
Et ſe mentitis ſuperos cælaſſe figuris:
Duxq; gregis, dixit, fit Iuppiter: unde recuruis
Nunc quoq; formatus Libys eſt cũ cornibus Ammõ.
Delius in curuo, proles Semeleïa capro,
Fele ſoror Phœbi, niuea Saturnia uacca,
Piſce Venus latuit, Cyllenius ibidis alis.
Hactenus ad citharam uocalia mouerat ora.
Poſcimur Aonides. ſed forſitan otia non ſunt,
Nec noſtris præbere uacat tibi cantibus aures.
Ne dubita, ueſtrumq; mihi refer ordine carmen,
Pallas ait: nemoriſq; leui conſedit in umbra.
Muſa refert. dedimus ſummam certaminis uni.
Surgit, & *immiſtos hedera collecta capillos
Calliope querulas prætentat pollice chordas:
Atque hæc percuſſis ſubiungit carmina neruis:
Prima Ceres unico glebas dimouit aratro;
Prima dedit fruges, alimentaq; mitia terris;
Prima dedit leges: Cereris ſunt omnia munus.
Illa canenda mihi eſt. utinam modò dicere poſſem
Carmina digna dea: certè eſt dea carmine digna.
Vaſta giganteis *iniecta eſt inſula membris
Trinacris, & magnis ſubiectum molibus urget
Aethereas auſum ſperare Typhoëa ſedes.
Nititur ille quidem, pugnatq; reſurgere ſæpe:
Dextra ſed Auſonio manus eſt ſubiecta Peloro,
Læua Pachyne tibi: Lilybæo crura premuntur:
Degrauat Aetna caput: ſub qua reſupinus arenas
Eiectat, flammamq; fero uomit ore Tiphoeus.
Sæpe remoliri luctatur pondera terræ,

uictoſq; immenſos ingeſta

RAPH. FACTAq; de uiuo} hoc de iure ſumptum uidetur. Iudices enim ſententiam laturi ſedere iubentur. {Tunc ſine ſorte prior} ſtoliditatem ſimul & temeritatem filiarũ Pieri notat muſa, quarum una antequam ſorte decerneretur, utræ deberent cantum inchoare, bellum giganteum canere cœpit. {Emiſſumq; Typhoea} Typhoeus, qui & Typhõ dicitur, Titani & Terræ fuit filius tanta audacia, ut Iouem in pugnam prouocare ſit auſus. quare Iupiter illum fulmine ſtrauit, Trinacriæq; inſulæ ſubiecit. Sane Typhoeus ita triſyllabum eſt, ut nõ o & e, ſed e & u in diphthõgũ copulentur. quidã enim de orthographia ſcribentes cum œ diphthõgo hoc nomen ſcribendũ ſtulte præcipiũt. [Heſiodus Tartari filiũ & Terrę facit Typhoea his uerſibus: Αὐτὰρ ἐπεὶ Τιτῆνας ἀπ' οὐρανοῦ ἐξέλασε Ζεύς, Ὁπλότατον τέκε παῖδα Τυφωέα γαῖα πελώρη Ταρτάρου ἐν φιλότητι διὰ χρυσῆν ἀφροδίτην Οὗ χεῖρες μὲν ἔασιν ἐπ' ἰσχύϊ ἔργματ' ἔχουσαι, Καὶ πόδες ἀκάματοι κρατεροῦ θεοῦ, ἐκ δέ οἱ ὤμων Ἦν ἑκατὸν κεφαλαὶ ὄφιος δεινοῖο δράκοντος, &c.] {Donec feſſos Ægyptia tellus Ceperit} gigantes Titanorũ filii, ut primo quoque diximus, Typhoeo duce, impetum in deos fecerunt, ac eos in Ægyptum uſque fugere coegerunt, ubi ſe Typhoei metu in uaria animalia, ut perſpicue deſcribit Ouid. conuerterunt. inde factum eſt, ut Ægypti multa animalia ꝓ diis colant. in quorum ſtultitiam Iuuen. eam ſcripſit ſatyr. cuius eſt initium, Quis neſcit, Voluſi, Bithynice qualia demens Ægyptus portenta colat. {Duxq; gregis} periphraſis. nam Iupiter ſe in arietem commutauit, cuius rei argumentum eſt, quod Iupiter Hammon in Libya ſub figura arietis colitur. tametſi aliam huius metamorphoſeos rationem ſuperius deſcripſimus. {Delius in coruo} Apollo ſe in coruum mutauit, Bacchuſq; in caprum. [Higynus ex græcorum traditione, Apollinem in Cygnum, Pana in Capricornum, ſiue Ægypana ſe conuertiſſe tradit, unde eadem figura etiam inter ſidera relatum.] {Fele ſoror Phœbi} Diana ſoror eſt Apollinis, quæ ſe in Felem domeſticum animal, muribus, auibuſq; maxime infeſtum, conuertit. {Cyllenius ibidis alis} ibis auis Ciconiæ ſimilis, Ægypti peculiaris, immunda, ut quæ roſtro anum purget. {Poſcimur Aonides} nos, inquit, muſæ ad cantandum inuitamur. ſignificat autem ſe & prudentes, & modeſtas eſſe, quæ niſi rogatæ non ſurrexerint ad cantandum, id quod impudentes Pieri filiæ fecerunt, quæ ne iacta quidem ſorte canere cœperunt. Aonides uero muſæ dicuntur ab Aonia Bœotiæ parte montana. {Leui umbra} ſuaui ac iucunda. {Dedimus ſummam certaminis uni} hoc eſt, totum certamen uni ex ſororibus commiſimus. {Calliope} una eſt ex muſis. cui a pulchritudine ac bonitate uocis nomen inditum eſt. nam κάλλος pulchritudo, ὂψ ὀπὸς uox dicitur. morem autem citharœdorum expreſſit, qui citharæ chordas, antequam uerum incipiant cantum, tentare ſolent. chordę autem proprie dicuntur muſicorum inſtrumentorum. {Neruis} chordis. {Prima Ceres} a laudibus Cereris carmen ſuum Calliope auſpicatur. Ceres autem Saturni & Opis filia fuiſſe dicitur, quæ omnium prima agrorum cultum ac frumenta hominibus monſtrauit, leges q; adinuenit, quibus homines ciuiliter uiuere cœperunt. dicta eſt autem Ceres a gerendis frugibus, prima littera propter affinitatem mutata, ut de natura deorum Cicero ait. {Alimentaq; mitia} periphraſis eſt frumenti, ante cuius inuentionem glandibus homines ueſcebantur. {Prima dedit leges} repetitio eſt, quæ maxime laudationem exornat. ꝙ autem Ceres prima leges inuenerit, illud quoque eſt argumento, quod Theſmophora a græcis uocatur, hoc eſt, Legifera: & eius ſacra Theſmophoria, quæ a noſtris Cerealia dicuntur. {Vaſta giganteis} Tiphoeo giganti fulmine percuſſo Iupiter Siciliam inſulam ſuperiecit, ne quãdo reſurgens e cælo deos pellere tentaret. {Trinacris} Sicilia quidem Trinacris a poeta, ſed ab aliis Trinacria frequẽtius dicitur, quod tria ἄκρα habeat & promontoria, Pelorum, Lilybæum, & Pachynum. quidam ex antiquis hiſtoricis Trinacriam illam uocant a Trinacro rege denominatam, ut ſcribit Apollonii enarrator. {Magnis molibus} montibus, ponderibus. {Nititur ille quidem} hoc iccirco fingitur, quia Sicilia terræ motu ſæpenumero quatitur. {Auſonio Peloro} Italo, quippe qui & ad Italiam uergat, & ab ea mille & quingentis paſſibus diſtet. dictus eſt autem Pelorus a Peloro, claſſis Hannibalis gubernatore, quem interfectum Hãnibal cum crederet, ſe in inſidias adductum, ibi ſepeliendum curauit. {Læua Pachyne tibi} apoſtrophe ad montem, qua maxime oratio exornatur. Pachynus uero Siciliæ eſt promontorium, in græciam uergens. {Lilybæo crura premuntur} Lilybeus quoq; Siciliæ eſt promontorium, Africam reſpiciens. {Degrauat Ætna ca.} deprimit. Ætna uero mons eſt Siciliæ altiſſimus, cuius uertex fere ſemper flammas eiectat. eſt etiam urbs Ætna a Hierone rege ædificata, unde Ætnæi dicũtur. {Sępe remoliri} ſæpe, inquit, tentat montes excutere, quo tempore maximi fiunt terræ motus. per quod quidem ſignificatur uaſtum Typhoei & robur & corpus. {Luctatur} conatur. {Remoliri} demoliri, decutere: præpoſitionem poſuit pro præpoſitione.

Iupiter ĩ arietem. Apollo ĩ coruum. Bacchus in caprã. Diana in felem. Iuno in uaccam. Venus ĩ piſcem. Mercurius in ibidem.

Rex

Oppidaque, & magnos deuoluere corpore montes.
Inde tremit tellus, & rex pauet ipſe ſilentum,
Ne pateat, latoq; ſolum retegatur hiatu,
Immiſſusq; dies trepidantes terreat umbras.
Hanc metuens cladem tenebroſa ſede tyrannus
Exierat, curruq; atrorum euectus equorum,
Ambibat Siculæ cautus fundamina terræ.

ARG. Venus indignata, q & Diana & Proſerpina, Cereris filia, numen ſuum, coniugiaq; aſpernarentur, Ditem, qui territus uiribus Typhonis, mouentis Ætnam, cui ſubiectus a diis erat, ab inferis emerſerat, impulit in amorem, uti Proſerpinam, circa Ætnam flores legentem cum Minerua atq; Diana, raperet. qua capta, cum properanter curru fugeret, a Cyane nympha, quam dilexerat Anapis amnis, intercedente tardatus eſt. at ille incenſus ira propter moram intercedentis, ſceptrum tanta ui iecit in terram, ut totum conderetur: icta tellus ita hiauit, ut illac Plutonis currus ad inferos tranſiceret. Cyanem uero, quæ currui obſtiterat, in liquorem ſui nominis uertit, cuius lacus contiguus Arethuſæ uidetur.




POſtquam exploratum ſatis eſt loca nulla labare,
Depoſuitq; metũ, uidet hunc Erycina uagantẽ,
Monte ſuo reſidens: natumq; amplexa uolucrem,
Arma, manusq; meæ, mea nate potentia, dixit,
Illa, quibus ſuperas omnes, cape tela, Cupido,
Inq; Dei pectus celeres molire ſagittas,
Cui triplicis ceſſit fortuna nouiſſima regni.
Tu ſuperos, ipſumq; Iouem, tu numina ponti
Victa domas, ipſumque, regit qui lumina terræ.
Tartara quid ceſſant? cur non matrisque, tuumq;
Imperium profers? agitur pars tertia mundi:
Et tamen in cælo *quæ iam patientia noſtra *eſt? *quoq; eſt.*
Spernimur, ac mecum uires minuuntur Amoris.
Pallada non'ne uides, iaculatricemq; Dianam
Abſceſſiſſe mihi? Cereris quoque filia, uirgo,
Si patiamur, erit: nam ſpes affectat eaſdem.
At *turpi ſocio, ſi qua eſt tibi gratia, regno, *tu pro*

RAPH. REX ſilentum} Pluto. manes ſilentes dicuntur, quod mortuis nulla uox ſit. {Pateat} aperiatur. {Solum} terra. [Variant autem auctores circa fabulam hanc. Ouidius Typhoeum ſua Ætna ſepultum dicit: Virgilius, & hunc ſecutus Lucanus, ſub Inarime inſula uicina Baiis, ut Æneid. 9.

Tum Prochyte ſonitu alta tremit, durumq; cubile
Inarime, Iouis imperiis impoſta Typhoeo.

quod ab Homero ſumptum, apud quem Iliados ſecundo legitur:

Εἰν ἀρίμοις, ὅθι φασὶ τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς.

quanquam ibi cõmentator ἄριμα, inquit, alii Ciliciæ, alii Lydiæ mõtem eſſe uolunt. Apollonius 2. Argonau. in palude Serbonidę, quæ eſt inter Ægyptum & Phœniciã ſepultum eũdẽ tradit, cuius uerſus ſunt:

Ἔντα τυφάονα φασὶ διὸς κρονίδαο κεραυνῷ
Βλήμενον, ὁππότε οἱ στιβαρὰς ἐπορέξατο χεῖρας
Θερμὸν ἀπὸ κρατὸς στάξαι φόνον, ἵκετο δ' αὔτως
Οὔρεα, καὶ πεδίον νυσήϊον, ἔνθ' ἔτι νῦν περ
Κεῖται ὑποβρύχιος σερβωνίδος ὕδασι λίμνης.

Antrum autem, ſiue ſedem Tiphoei, ut Homerus in Arimis, ita Pindarus, & poſt eum Mela in Cilicia fuiſſe ſcribunt. cuius diuerſitatis ratio eſt, quod cum Typhaon, ſiue Typhoeus uentus proprie intelligatur impetuoſus & ardẽs, uariis locis tales erumpere contingit. de qua re qui uolet, cõmentaria Pindari uideat in 1. Od. Pythiorum. porro Typhoeum Heſiodus dicit, Orthum & Cerberum canes, pręterea Hydram & Chimærã ex Echidna mõſtro ſemiſerpẽte, genuiſſe. tametſi idẽ Heſiodus diuerſos facere Typhoeum & Typhaonẽ uidetur. hũc enim δεινόντ' ὑβριστήντ' ἄνεμον uocat, illũ autem gigantem centicipitem, atq; ignem, ore uomẽtẽ, deſcribit. uide Theogoniam.] {Atrorum equorum} nigrorum. apud inferos enim omnia ſunt nigra, utpote apud quos perpetuæ ſunt tenebræ. {Ambibat} circuibat. {Fundamina} fundamenta. {Poſtquam exploratũ ſatis eſt} ſatis compertum eſt. hæc autem narrantur, ut cõmodius fabula fabulæ connectatur. {Labare} uacillare. {Videt hunc Erycina uagantem} Erycina a Romanis, Siculisq; Venus dicitur, ab Eryce, Veneris ipſius, ac Brutæ filio: qui cum in Sicilia regnaret, ac plurimum corporis uiribus polleret, hoſpites, ut ſecum cæſtibus decertarẽt, prouocabat. is, extructo matri Veneri tẽplo, quę Erycina fuit appellata, cũ Hercule congreſſus ab eo fuit interfectus. in uertice aũt montis, qui ab eo ipſo Eryx cognominatur, dicitur fuiſſe tumulatus. Narraturus uero poeta Cyanes nymphæ transformationem in ſtagnũ, prius Proſerpinæ raptum elegantiſſime deſcribit. cũ.n. Pluto, deus inferorũ, in Sicilia uagaretur, ſagitta a Cupidine rogatu Veneris percuſſus, uiſa Proſerpina, Cereris filia, ita exarſit, ut eam raptam ſtatim currui ſuo imponeret, atque aſportaret. cum uero a Cyane nympha retineretur, ipſe, adaperta terra, ad inferos cũ amica deuectus eſt. Cyane autem eo dolore fuit affecta, ut paulatim in fontem fuerit commutata. {Monte ſuo} Eryce ſibi dicato. {Natum uolucrem} filium alatum hoc eſt, Cupidinẽ. {Arma, ma. meæ} eadem ferme oratione Venus apud Virg. Cupidinem filium alloquitur.

Nate meæ uires, mea magna potentia, ſolus.

{Inq; Dei pectus} in animum Plutonis. {Molire} præpara. {Triplicis regni} quod in tres diuiſum eſt partes, quarum ſuprema (hoc eſt cælum) obtigit Ioui, media (hoc eſt, terra cum mari) Neptuno. infima ac ultima (hoc eſt, inferi) Plutoni. [Atque hoc pacto Regius. alii autem terram, & quæ ſub, uel in ea ſunt, Plutoni aſſignant. inde etiã eſt, quod Pluto diuitiarũ deus habetur, quoniam illæ e terra effodiuntur. quare dubitari poſſit, utrum legendum ſit, Tu numina Ponti Victa domas, ipſumq; regit qui numina ponti. Homerus Iliados 15. Terram communem relictam dicit, cælum autem Ioui, mare Neptuno, & tenebras, ſiue tartarũ Plutoni ceſſiſſe. ſed hæc diuiſio nihil ad hunc locum.] {Profers?} producis, amplificas. {Agitur pars tertia mundi} hoc eſt, tertia pars mundi in periculo uerſatur, parumq; abeſt quin ea a nobis amittatur. {Et tamen in cælo quoque} non ſolum, inquit, inferos patimur ab amore liberos eſſe, uerum ſuperorum quoque quidam nos ſpernunt, noſtraq; patientia fruuntur. {Pallada non'ne uides} a quibus potiſſimum ſpernatur Venus exponit. Pallas enim, ac Diana perpetuam uouerant uirginitatem. {Cereris quoque filia} Proſerpina, quæ Iouis & Cereris fuit filia.

Patruo}

Iunge deam patruo. dixit Venus. ille pharetram
Soluit, & arbitrio matris de mille ſagittis
Vnam ſepoſuit, ſed qua nec acutior ulla,
Nec minus incerta eſt, nec quæ magis audiat arcum.
Oppoſitoq́; genu curuauit flexile cornu,
Inq́; cor hamata percuſſit arundine Ditem.
Haud procul Aetnæis lacus eſt a mœnibus altus
Nomine Perguſa. non illo plura Cayſter
Carmina cycnorum labentibus audit in undis.
Sylua coronat aquas, cigens latus omne, ſuisq́;
Frondibus, ut uelo, Phœbeos ſummouet ignes.
Frigora dant rami, uarios humus humida flores:
Perpetuum uer eſt. quo dum Proſerpina luco
Ludit; & aut uiolas, aut candida lilia carpit;
Dumq́; puellari ſtudio calathosq́ue, ſinumq́;
Implet, & æquales certat ſuperare legendo:
Penè ſimul uiſa eſt, dilectaq́ue, raptaq́ue Diti.
Vſque adeò eſt properatus amor. dea territa mœſto
Et matrem, & comites, ſed matrem ſæpius ore
Clamat: &, ut ſumma ueſtem laniarat ab ora,
Collecti flores tunicis recidêre remiſſis:
Tantaq́; ſimplicitas puerilibus affuit annis,
Hæc quoq; uirgineum mouit iactura dolorem.
Raptor agit currus, & nomine quenque uocando,
Exhortatur equos: quorum per colla, iubasq́;
Excutit obſcura tinctas *ferrugine habenas;
Perq́; lacus altos, & olentia ſulphure fertur
Stagna Palicorum rupta feruentia terra,
Et qua Bacchiadæ bimari gens orta Corintho

RAPH. PATRVO} Plutoni, qui Iouis frater Proſerpinam ſibi uxorem copulauit. {Nec quæ magis audiat arcũ} hoc eſt, nec quæ facilius ab arcu emittatur. Illæ nàq; ſagittæ arcum audire & obtẽperare dicuntur, quæ facile ab arcu emittuntur: uel etiã, quæ hoc, quod arcus petit, faciunt, hoc eſt, certo feriunt. {Flexile cornũ} propter cacophoniam cornũ dixit ꝓ cornu. {Oppoſitoq́; genu} geſtũ exprimit eorũ, qui arcus intendunt. {Curuauit} inflexit, ut intenderet. {Flexile cornũ} flexilem arcum ex cornu confectum. {Inq́; cor.} in corde ratio loquẽdi expoſcit. {Hamata arũd.} ſagitta ferro armata & hamo, quæ quidem e corpore difficulter extrahi poteſt. eſt aũt hamatus nomẽ participio ſimile ut galeatus. {Ditẽ} Plutonẽ, qui a græcis πλȣτών, latinis Dis, ſiue ditis κατ' ἀντίφρασιν, ꝗa minime ſit diues dicitur. nam πλȣ̃τος et deus eſt diuitiarum, & pro ipſis quoq; diuitiis ponitur. [Immo recte & analogicos, quoniã e Terra, cuius deus Pluto ab aliis dicitur, diuitiæ effodiũtur, ut ſupra quoq; dictũ.] {Haud procul Ætnęis} lacũ nomine Perguſam deſcribit, iuxta quem Proſerpina, cũ ſibi ęqualibus puellis flores colligens, a Plutone illac curru tranſeunte rapta fuit. hunc uero lacũ Claudianus (qui & ipſe raptũ Proſerpinę deſcripſit) Pergum a Siculis appellari ait: Haud procul inde lacus, Pergum dixere Sicani Panditur. ita locorum nomina uarie ſæpenumero a poetis efferuntur. {Ætneis mœn.} Ætna urbe. nam Ætna & mons eſt Siciliæ, & urbs, ut diximus. quidam uero putant Enneis eſſe legendũ, quod Enna quoq; per duplex n, & ſine diphthongo Siciliæ urbs eſt mediterranea, iuxta quã contendũt Proſerpinam fuiſſe raptam. {Non illo plura Cayſter Carmina cycnorum} Cayſter fluuius eſt Aſiæ iuxta Aſiam paludẽ ac Epheſum urbem labens, quem cycnis abundare, Virg. quoque in primo Georg. teſtatur:

Iam uarias Pelagi uolucres, & quæ Aſia circum
Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri.

ſic aũt dictus eſt ꝙ labitur per κεκαυμένην & combuſtam regionem. ab hoc deducitur Cayſtrium pratum iuxta Epheſum. {Sylua coronat aquas} undiq; ſylua lacum circuit. {Sũmouet} repellit, penetrare non ſinit. {Phœbeos ignes} ſolis feruores. {Puellari ſtu.} puellę cõuenienti. {Vſq; adeo} pro iã. acclamatione hac ſignificat q̃ uehemens ad amandũ ſagitta Cupidinis effectus fuerit Pluto. {Ab ora ſum.} a ſupremo limbo. {Hęc quoq; ia.} ꝗa amiſerat flores. {Raptor agit cur.} agitat & cõcitat in curſum. {Et nomine quẽq; uocãdo, exhortatur equos} nomina equorũ Plutonis hęc eſſe feruntur, Orphnęus, qui obſcurus interpretari põt & niger, Aethon qui urens, (is aũt unus eſt etiam ex ſolis equis) Nyctæus, ꝗ nocturnus a nocte q̃ νὺξ græce dicitur, Alaſtor qui infeſtus et ꝑnicioſus. ſunt.n. Alaſtores dęmones hominibus ꝑnicioſi & infeſti. [Hi a Claudiano recẽſetur his uerſibus:

Orphnæus, crudele micans; Æthonq́; ſagitta
Ocyor; & Stygiis crudelis gloria Nyctæus;
Armenti, Ditisq́; nota ſignatus Alaſtor.]

{Excutit} cõcutit. {Obſcura ferru.} ferrugineo colore, qui fuſcus eſt ac ferro ſimilis. {Stagna Palic.} Palici, ut Æſchylus in Ætnis ſcribit, Iouis & Thaleæ nymphæ a Vulcano genitæ, filii fuerunt, ut uero alii, in primisq; Silenus, ſcriptor græcus, Vulcani ex Ætna Oceani filia. dicti ſunt autem Palici ἀπὸ τȣ̃ πάλιν ἵκεσθαι, hoc eſt ab iterum ueniendo in uitam, cum mortui iã eſſent. nam cum Thalea nympha a Ioue fuiſſet compreſſa, Iunonis timore optauit, ut ſibi terra dehiſceret. quod ꝗdem ubi factum eſt, maturi partus tempus aduenit. ex terra igitur adaperta duo ſimile infantes exiliere, qui Palici ſunt appellati. non autem Paliſci, ut putat Tortel. ꝗ in hoc quoque fœde nimiũ fallitur. nã Paliſcos ἀπὸ τȣ̃ πάλιν, qđ eſt iterũ, & hiſcere uerbo latino ſcribit cõponi, eoq́; ſecundæ ſyllabæ s litteram pręcidit aſcribendã, cum & nomẽ græcum ꝓculdubio ſit, nec ſi illo modo cõponeretur, græci unquã huiuſmodi uerbo uterentur. iuxta Palicos autẽ fons eſt Palicine, qui aquã in altum ſex cubitis eiaculari dicitur, quæ in eũdem fontem iterum reuertatur. ius quoq; iurandũ ibi ſanctum fuiſſe ſcribũt. quæ.n. quis iuraſſet, ea in tabella ſcripta in aquam proiiciebãtur. ac ſi quidẽ uera fuiſſent, tabella fluitabat: ſi ꝗs uero peieraſſet, tabella ſubmergebatur, nec uſquã apparebat. in periurio uero deprehenſus cõburebatur. [Vide Macr. 5. ſatur. & Ariſt. de Auditionibus mirabilibus.] {Feruentia} innuit poeta ibi eſſe fontes calidarũ aquarũ. {Et qua Bac.} hoc eſt, originẽ a Bacchia ducẽtes. Bacchias.n. Dionyſi filius Corinthũ habitauit. ab eo aũt genus ducẽtes, ut ſcribit & Strabo, & expoſitor Argonaut. Apollonii, generoſiſſimi Corinthiorũ habebantur. ceterũ expulſi Corintho ꝑꝑ Actæonis mortẽ dñr fuiſſe. Meliſſus.n. pater cũ uidiſſet filiũ a Bacchiadis dilaceratũ, iãq́; Iſthmia forẽt celebrãda, aſtãs altari multa in Corinthios eſt imprecatus, niſi filii cędẽ uindicarẽt: cũq́; ea dixiſſet, ſe ꝓcipitem ex alto dedit. quare Corinthii ne inultã eam cędẽ relinquerent, oraculoq́; id iubẽti obtẽperarent, Bacchiades expulerũt. Cherſicrates aũt unus Bacchiadum Cercyrã ędificauit, cũ illinc Colchos eieciſſet. uidetur aũt poeta innuere Drepanũ a Bacchiadis ędificatũ, quãq̃ & Cercyra Drepane fuerit appellata, ꝙ, ut Timęus inquit, δρέπανον, hoc eſt, falx illic abſcondita eſt, qua Cronus Vrani, hoc eſt, Cęli pudenda, aut Iupiter Croni reciderit. [Non Drepanum, ſed Syracuſas intelligit Ouid. ab Archia conditas, qui & ipſe Bacchiadũ unus fuit, Actęonis interfector, qui & de filiarum ſuarũ nominibus Ortygiam & Syracuſas appellauit, ipſe poſtea eodẽ modo a Telepho quodã occiſus, ut ipſe Actęonẽ interfecerat. Hiſtoriam annotauit Leonicus de uar. hiſt. lib. 2. c. 10. et meminit Strabo itẽ l. 6. Theocritus aũt Idyl. 16. Syracuſas etiam Ephyreorum, hoc eſt, Corinthiorum urbẽ uocat.] {Bimari Cor.} Corinthus iccirco bimaris appellatur, ꝙ in Iſthmo Pelopõneſi ędificata ab altera parte Ægeum mare, ab altera Ionum ſpectet.

*rubigine*

Inter

Inter inæquales poſuerunt mœnia portus.
Eſt medium Cyanes, & Piſææ Arethuſæ,
Quod coit anguſtis incluſum cornibus, æquor.
Hîc fuit, a cuius ſtagnum quoq; nomine dictum eſt,
Inter Sycelidas Cyane celeberrima nymphas:
Gurgite quæ medio ſumma tenus extitit aluo,
Agnouitq́; deam. Nec longius ibitis, inquit:
Non potes inuitæ Cereris gener eſſe. roganda,
Non rapienda fuit. quòd ſi componere magnis
Parua mihi fas eſt; & me dilexit Anapis:
Exorata tamen, nec, ut hæc, exterrita nupſi.
Dixit: & in partes diuerſas brachia tendens
Obſtitit. haud ultrà tenuit Saturnius iram:
Terribilesq́; hortatus equos, in gurgitis ima
Contortum ualido ſceptrum regale lacerto
Condidit. icta uiam tellus in tartara fecit,
Et pronos currus medio cr atere recepit.
At Cyane, raptamq́; deam, contemptaq́; fontis
Iura ſui mœrens, inconſonabile uulnus
Mentę gerit tacita, lacrymiſq́ue abſumitur omnis:
Et quarum fuerat magnum modò numen, in illas
Extenuatur aquas. molliri membra uideres,
Oſſa pati flexus, ungues poſuiſſe rigorem:
Primaq́; de tota tenuiſſima quæq; liqueſcunt,
Cærulei crines, digitiq́ue, & crura, pedesq́ue.
Nam breuis in gelidas membris exilibus undas
Tranſitus eſt. poſt hæc humeri, tergumq́ue, latusq́;,
Pectoraq́; in tenues abeunt euanida riuos.
Deniq; pro uiuo uitiatas ſanguine uenas
Lympha ſubit: reſtatq́; nihil, quod prendere poſſis.

ARG. Ceres cum orbem terrarum peragraſſet, requirens filiam Proſerpinam, æſtu torrida, ad caſam cuiuſdam anus, nomine Miſme, aut, ut alii uolunt, Megnira, deuenit, petiitq; ab ea, ut ſibi aquam ad os colluendum porrigeret. quæ cum polentatam ei potionem dediſſet, & illa auidius biberet: puer quidem eiuſdem caſę nomine Stelles eam procacius eſt proſecutus, auiditatem eius in bibendo cum riſu increpans: cuius dea audacia offenſa, in eius malis partem potionis effudit, fecitq; ut in ſtellionem conuerteretur, qui uariis maculis potionem polenta ſparſam oſtenderet.

INterea pauidæ nequidquam filia matri
Omnibus eſt terris, omni quæſita profundo.
Illam non udis ueniens Aurora capillis
Ceſſantem uidit, non Heſperus. illa duabus
Flammiferas pinus manibus ſuccendit ab Aetna,
Perq́; pruinoſas tulit irrequieta tenebras.
Rurſus ubi alma dies hebetarat ſidera, natam
Solis ab occaſu, ſolis quærebat ad ortus.
Feſſa labore ſitim conceperat, oraq́; nulli
Colluerant fontes. contectam ſtramine uidit
Fortè caſam; prauasq́; fores pulſauit. at inde
Prodit anus; diuamq́; uidet, lymphamq́; roganti

RAPH. INTER inæquales} portus, alter, nanque maior eſſe, alter minor perhibetur. [De Syracuſis intellige.] {Poſuerunt mœnia} urbem Drepanum ædificarunt. [Non Drepanum, ſed Syracuſas.] {Eſt medium Cyanes} locum deſcribit, ubi Cyane nympha a Plutone inhibere uoluit, ne Proſerpinam aſportaret. ceterum a Plutone contempta, dolore in fontē ſui nominis fuit conuerſa, qui Anapi fluuio commiſtus iuxta Ortygiam inſulā in mare labitur. Cyane autem, ut ſcribit Plutarchus ex ſententia Doſithei, puella fuit Syracuſana. quę ex oraculo & Cyanippum patrem & ſeipſam mactauit, cum patris deſiderium ferre non poſſet. cum autē illius morte peſtis foret ſedata, Syracuſani diuinos honores ei decreuerunt, ac perennem & maximum fontem ab eiuſdem nomine appellarunt. eſt autem iuxta Syracuſas Proſerpinę ſacer, ut ſcribit Diodorus, quod prope illum rapta fuerit Proſerpina, ut etiā Cycero teſtatur. {Et Piſææ Arethuſæ} Arethuſa fons eſt Siciliæ iuxta Syracuſas urbem. quam iccirco Piſæam poeta uocat, quod, ut diximus, creditur eſſe Alpheus, q fluuius iuxta Pyſam Olympiæ urbem labens abſorbetur a terra, ac ſubter mare fluens in Siciliam uſq; Arethuſam eſſe ferre dicitur. [De qua re uide Strabonem lib. 6.] {Componere} comparare. {Anapus} q & Anapis dicitur, fluuius eſt Sicilię, q iccirco Cyanen amare fingitur, quod iuncti in mare defluūt. {Saturnius} Pluto Saturni filius. {Condidit} iecit tantis uiribus, ut totū ſceptrum occultaretur. {Icta uiam tellus} nam ſceptro percuſſa ita hiauit, ut facile Plutonis currus illac ad inferos pertranſierit. {In tarta.} ad inferos. eſt enim tartarus infimus inferorum locus, & obſcuriſſimus, dictus παρὰ τὸ ἐκ πεταράχθαι, hoc eſt, ex eo, quod omnia in eo perturbata & confuſa ſunt. mutat autem genus, nam in ſingulari maſculinum eſt, in plurali neutrum. {Medio cratere} in mediam uoraginem. nam crater nō ſolum uas dicitur, ſed ad eius ſimilitudinem hiatus quoque terræ, unde flamma præſertim egrediatur, crater appellatur, unde Empodeclem ſe in Ætnę craterem præcipitaſſe legimus. {Inconſolabile uulnus} maximum dolorem, qui nullam cōſolationem admittere poſſet. {Omnis} tota. {Oſſa pati flexus} oſſa fieri flexilia. {Exilibus} tenuibus ac paruis. {Euanida} euaneſcentia, reſoluta. {Reſtatq́; nihil quod prendere poſſis} nihil, inquit, duri de Cyanes corpore fuit relictum, quod quiſquam manibus prehendere poſſit. {Interea pauidæ} Ceres, Proſerpinam filiam quærens, cum defeſſa ſiti laboraret, quandam rogauit anum, ut ſibi aquam ad os colluendum exhiberet. ea cum muſtum polenta cōmiſtum a uetula traditum bibere cœpiſſet: puer audacior & ridere, & Cererem gulæ deditā eſſe iactare auſus eſt. quare indignata Ceres in faciem impudentis pueri muſtum ſimul & polentā expuit, eumq́; in ſtellionē animal uariis maculis infectum commutauit. {Omni profundo} in omni mari. {Vdis capillis} humidis. propter rorem autem nocturnum Aurora humidos capillos fingitur habere. {Ab Ætna} ab Ætnæ incēdio & cratere. unde & in ſacrificiis Cereris, quæ myſteria & initia uocantur, faces accenſas iactare ſolebant, ad imitationē ipſius filiam inquirentis. {Flammiferas pinus} pinus arbor eſt, ex qua optimæ faces conficiuntur. duas aūt integras pinus maximas Ceres accendit, illisq́; pro facibus utebatur. Claudianus uero duas cedros ab illa geſtatas fuiſſe ſcribit. {Hebetarat ſidera} lumen ſiderum retuderat & occultarat. nam adueniente die ſiderum fulgor non uidetur. {Oraq́; nulli Colluerant fontes} hoc eſt, nihil aquæ biberat. proprie aūt os collui dicitur, quando abluitur. {Stramine} palea. {Prodit anus} procedit, egreditur. quęnam uero fuerit hęc anus, poeta quidem reticet: ſed Caper in Virg. ſcribit fuiſſe Meganirā, Celei ancillam, quæ Cererem manu prehenſam introduxit. huic aſtipulatur & Diomedes grāmaticus, qui & illud adiicit, puerum a Cerere in Stellionem conuerſum Iambam fuiſſe uocatum, unde Iambus uidetur eſſe denominatus. [Neque Meganira Celei ancilla fuit, neq; puer in ſtellionem uerſus, Iambas, ut Regius putat, appellatur. ſed Meganiram, ſiue Metanirā (id enim crebrius ſcriptū reperias) Pauſanias in Atticis, & item Hepheſtio uxorem Celei; cōmentatores Euripidis & Nicandri, Hippothoōtis faciunt. puerum aūt in Stellionem uerſum, Nicādri interpres Abantem uocat: qui cum deam, a Metanira hoſpitio acceptam, indignaretur, ultroq́; uerbis illam inceſſeret, illa petulantia pueri offenſa, quod reliquum polentæ in cratere forte erat

Cyane in aquā.

Dulce dedit, toſta *quod coxerat antè polenta.
Dum bibit illa datum, duri puer oris, & audax
Conſtitit ante deam, riſitque, auidamq́; uocauit.
Offenſa eſt: neq; adhuc epota parte, loquentem
Cum liquido miſta perfudit diua polenta.
Combibit os maculas; & quæ modò brachia geſſit,
Crura gerit. cauda eſt mutatis addita membris.
Inq; breuem formam, ne ſit uis magna nocendi,
Contrahitur, paruaq́; minor menſura lacerta eſt.
Mirantem; flentemque, & tangere monſtra *parantē
Fugit anum, latebramq́; petit, aptumq́; colori
Nomen habet uariis ſtellatus corpora guttis.

ARG. Cum Arethuſa, nympha Siciliæ fontis, qui humo preſſus ab Elide fluit, indicauiſſet Cereri a Dite raptam Proſerpinam, illa ab Ioue impetrauit, ſi fratris nuptiis contenta non eſſet, ea lege ab inferis reduceret eam, ſi nihil ibi guſtaſſet. quam ob cauſſam cum iudicium fieret, Aſcalaphus Acherontis filius ad iudicium primus deſcendit, docuitq́ eam mali Punici granum guſtaſſe. quamobrem in auem bubonem abominandi ominis conuerſus eſt. Iupiter autem ex æquo fratri ſuo, Cereriq́ tribuit, ut partem anni Proſerpina apud uirum, partem autem apud matrem ageret.

QVas dea per terras, & quas errauerit undas,
Dicere longa mora eſt. quærenti defuit orbis.
Sicaniam repetit: dumq́; omnia luſtrat eundo,
Venit & ad Cyanen. ea ni mutata fuiſſet,
Omnia narraſſet: ſed & os, & lingua uolenti
Dicere non aderant, nec *quæ loqueretur, habebat.
Signa tamen manifeſta dedit, notamq́, parenti
Illo fortè loco delapſam in gurgite ſacro,
Perſephones zonam ſummis oſtendit in undis.
Quam ſimul agnouit, tanquam tum deniq; raptam
Sciſſet, inornatos laniauit diua capillos,
Et repetita ſuis percuſſit pectora palmis.
Neſcit adhuc ubi ſit: terras tamen increpat omnes,
Ingratasq́; uocat, nec frugum munere dignas,
Trinacriam ante alias, in qua ueſtigia damni
Repperit. ergo illic ſæua uertentia glebas
Fregit aratra manu, pariliq́; irata colonos,
Ruriculasq́; boues letho dedit, aruaq́; iuſſit
Fallere depoſitum, uitiataq́; ſemina fecit.
Fertilitas terræ latum uulgata per orbem
Sparſa iacet: primis ſegetes moriuntur in herbis:
Et modò Sol nimius, nimius modò corripit imber.
Sidera nunc, uentiq́; nocent; auidæq́; uolucres

erat, in os eius effudit, atq; ita in Aſcalabum, ſiue Stellionem, ut poeta ait, conuertit. Iambe uero (ita.n. apud græcos dicitur, non Iābas) ancilla Metaniræ fuit, Panus & Echus filia, Threſſa genere, ut in iiſdem cōmentariis legitur. hæc deam, cum ob amiſſam filiam perpetuo mœrore afficeretur, Iābicis quibuſdā ſaltationibus, ſiue carminibus (unde & Iābo pedi nomen factum) conſolata, & ad hilaritatem inuitaſſe dicitur. id qđ ex ipſo Nicādro etiā apparet, cuius uerſus ſunt ī Alexipharmacis:

*testa*

Τῇδέ σὺ πολλάκι μὲν γλη-
χὼ ποταμηΐσι νύμφαις
Ἐμβλήδην κυκεῶνα πόροις ἐν
κύμβεσι τεύξας,
Νηστείρης δ' ἠὺς μορόεν πότον
ὤποτε δηὼ
Ἀθηναΐην ἔβρεξεν ἀν' ἄστυρον
ἱπποθόωντος
Θρηΐσσης ἀθύροισιν ὑπαὶ ῥητῇσιν Ἰάμβης.

*Stelles puer in lacertæ ſpeciem.*

De pueri autem conuerſione idem poeta in Theriacis meminit his uerſibus:

Ἀσκαλάβον, τὸν μέντ' ἐρέει
φάτις, οὕνεκ' ἀχαιὴ
Δημήτηρ ἔβλαψεν, ὅθ' ἅψεα
σίνατο παιδὸς
Καλλίχορον περὶ φρεῖαρ, ὅτ'
ἐν Κελέοιο θεράπναις
Ἀρχαίη μετάνειρα θεὴν δεί-
δεκτο περίφρων.

quo loco aperte dicit Cererem a Metanira in Celei θεράπναις, τοῦτ' ἐστι, τόποις πρὸς ξενίαν ἐπιτηδείοις, acceptam fuiſſe. quare arbitror eos, q Hippothoontis uxorem faciunt Metaniram, ex eo occaſionē traxiſſe, quod Nicander dicit ἀν' ἄστυρον ἱπποθόωντος, hoc eſt in urbe Hippothoōtis κυκεῶνα ſiue polenta hāc, ut ab Ouidio uocatur, deam epotaſſe. intelligit enim Eleuſinem, ubi Celeus habitauit, quam ideo Hippothoontis urbem uocat, q hic ex Alope Cercyonis filia natus eſſet. Cercyon autem Eleuſim & tenuit aliquando, & ibidem a Theſeo poſtremo occiſus fuit. Sed hęc hactenus.]

*qua*

RAPH. {Dulce dedit} non mulsū quod eſt ditiorum, ſed muſtum quo ruſtici quoq; non carent, puto accipiendum. {Teſta} terreo uaſe, per qđ ſignificat poeta uetulam eam inopem admodum fuiſſe. {Polenta} cum prępoſitio ſubintelligatur. [Alii accuſatiuo caſu polenta dictum accipiunt, ut ſit neutri generis, eoq́; modo & planior conſtructio, & ſenſus. ſed hoc criticis relinquamus.] Polenta uero cibus eſt, gręcis olim tam familiaris, quàm puls Romanis. uterq; uero cibus eſt quo ruſtici præcipueq́; montani utuntur. {Duri oris} impudentis. illi enim duri eſſe oris dicuntur, qui ſunt impudētes. {Auidam} guloſam. {Epota parte} epotus modo actiuam, modo paſſiuam habet ſignificationem, ut hoc loco. ſic Iuuenalis, Epotaq; flumina Medo prādente. {Combibit os maculas} contrahit. {Aptūq; colori nomen habet} ſtellio enim uocatur, quod paruis ſtellis inſignitus eſſe uideatur. eſt autem paruum animal, quod, ut inquit Plinius, rore tantū uiuit. a ſtellione uero ſtellionatus crimen a iureſconſultis deduci uidetur. ut enim ſtelliones uarii ſunt & uerſicolores, ita impoſtores atq; deceptores, ut uilia uideantur pretioſa, arte quadam ac ſimulatione mendaciisq́; efficiunt. {Stellatus corpora} ſtellatum habens corpus & guttis infectū, quæ ſtellæ uideantur. {Quærēti defuit orbis} nam cum totum perluſtraſſet Ceres terrarum orbem, ubi quęreret filiam, nihil ei loci reſtabat, quare in Siciliā eſt reuerſa. {Sicaniam} Siciliā a Sicano rege appellatam. {Nec qua loqueretur habebat} hoc eſt, nec linguam, qua loqui poſſet, habebat. {Perſephones zonā} Proſerpinæ cingulum. quam enim latini Proſerpinam, græci Perſephonem uocant. {Trinacriam ante alias} Trinacria quę & Trinacris uocatur, quod tria acra, ideſt promōtoria habeat, cognominata fertur, ut ſupius quoq; diximus. alii a Trinacro rege, cuius meminit Sibylla, ut Stephanus refert, ſentiūt fuiſſe dictam. a latinis etiā Triquetra, a triangulari figura nominatur. a quibuſdam uero græcorū Trinacria ἀπὸ τοῦ τρίνακος, id eſt tridente uocatur, quod ei ſit ſimilis. Multa uero loca a rerū ſimilitudine nominātur, ut Lyrneſus, Brūduſium, Sardinia. {In qua ueſtigia dāni Repperit} cauſſa eſt, cur Siciliam in primis frugum munere indignā putet Ceres, quia illic mille ſuæ iacturæ ſigna inuenit & amiſſæ filiæ. {Sæua manu} magna & robuſta. {Parili letho} ſimili ac pari morti. dare aūt letho & morti interficere eſt. {Aruaq́; iuſſit Fallere depoſitū} hoc eſt, aruis mandauit, ne ſibi credita ſemina redderent. depoſitum aūt dicitur quicquid apud aliquem cuſtodiæ gratia collocatur. eſt uero figurata, ac poetica locutio, fallere depoſitū, pro eo qđ eſt fallere homines nō reddēdo ſemina credita atq; depoſita. {Sparſa ia.} diſperſa marceſcit ac nullo eſt in honore, nullūq́; fructū hominibus pbet. {Segetes} frumēta ſeminata. eleganter aūt ea omnia enumerat quibus ſegetes corrumpuntur. {Et modo Sol ni.} nimia ſiccitas a calore ſolis pueniens. {Nimius imber} nimia humiditas. nā imber, ut ait Plin. in herba tm̄ ſegetibus eſt utilis, florentibus aūt frumēto & hordeo nocet. {Sideraq́; uēt. no.} ſidera tūc nocere ſegetibus uidentur, cū rubiginē contrahunt. nā rubigo, ut idē ſcribit Plin. cęleſte eſt frugū, uinearūq; malum, nullo minus noxiū. uenti aūt tribus tēporibus nocēt frumēto & hordeo, in flore, aut ptinus cū defloruere, uel matureſcere incipiētibus.

*pauentem*

Semina iacta legunt : lolium, tribuliq́; fatigant
Triticeas meſſes, & inexpugnabile gramen.
Tum caput Eleis Alpheias extulit undis,
Rorantesq́; comas a fronte remouit ad aures.
Atque ait : O toto quæſitæ uirginis orbe,
Et frugum genitrix, immenſos ſiſte labores,
Ne'ue tibi fidæ uiolenta iraſcere terræ.
Terra nihil meruit, patuitq́; inuita rapinæ.
Nec ſum pro patria ſupplex. huc hoſpita ueni:
Piſa mihi patria eſt, & ab Elide ducimus ortus.
Sicaniam peregrina colo : ſed gratior omni
Hæc mihi terra ſolo eſt : hos nunc Arethuſa penates,
Hanc habeo ſedem; quam tu mitiſſima ſerua.
Mota loco cur ſim, tantiq́; per æquoris undas
Aduehor Ortygiam, ueniet narratibus hora
Tempeſtiua meis, cùm tu curaq́; leuata,
Et uultus melioris eris. mihi peruia tellus
Præbet iter; ſubterq́; imas ablata cauernas
Hîc caput attollo, deſuetaq́; ſidera cerno.
Ergo dum Stygio ſub terris gurgite labor,
Viſa tua eſt oculis illic Proſerpina noſtris,
Illa quidem triſtis, neque adhuc interrita uultu,
Sed regina tamen, ſed opaci maxima mundi,
Sed tamen inferni pollens matrona tyranni.
Mater ad auditas ſtupuit, ceu ſaxea, uoces;
Attonitaq́; diu ſimilis fuit. utq́; dolore
Pulſa graui grauis eſt amentia, curribus auras
Exit in æthereas. ibi toto nubila uultu
Ante Iouem *ſparſis ſtetit inuidioſa capillis: *paſſis*
Proq́; meo ueni ſupplex tibi, Iuppiter, inquit,
Sanguine, proq́; tuo. ſi nulla eſt gratia matris:
Nata patrem moueat. neu ſit tibi cura, precamur,
Vilior illius, quòd noſtro eſt edita partu.
En quæſita diu tandem mihi nata reperta eſt:
Si reperire uocas amittere certius, aut ſi
Scire ubi ſit, reperire uocas. quòd rapta, feremus,
Dummodo reddat eam. neq; enim prædone marito
Filia digna tua eſt, ſi iam mea filia non eſt.
Iuppiter excepit : Commune eſt pignus, onusq́;
Nata mihi tecum. ſed ſi modò nomina rebus
Addere uera placet : non hoc iniuria factum,

RAPH. SEMINA iacta} grana ſeminata. {Legunt} colligunt, & deuorant. {Lolium tribuliq́; fatigant} lolium ac tribuli herbę ſunt ſegetibus infeſtæ. {Fatigant} laborioſiores efficiunt. {Triticeas meſſes} tritici ſegetes. Meſſis autem proprie dicitur tempus metendi & colligendi frumenti, ſed pro ſegete quoq; interdum accipitur, ut hoc loco. {Et inexpugnabile gramē} indomabile, quòd nulla ratione ita domari poteſt, ut non renaſcatur, uidetur autē filicis eſſe periphraſis. gramen ſanè ſpecies eſt herbę ferè ubiq; naſcentis, quamuis ſimpliciter pro herba frequenter, gramen accipiatur. {Eleis undis} per ſubterraneas cauernas ab Elide Olympiæ urbe uenientibus. tres autē ſunt urbes hoc nomine, una in Ægypto ab Eleo Tantali filio cognominata, altera in Arcadia, tertia in Hiſpania. unde Eleus poſſeſſiuū modo triſyllabū, modo Elieus quadriſyllabū, modo Elieius quinq;ſyllabū declinatur. {Alpheias ext.} Arethuſa quæ Alphęi Elidis fluuii filia eſſe uidetur. nam Arethuſa, ut paulo ante diximus, eadem cū Alpheo eſſe putatur. quæ .n. apud Piſam in Alpheū proiiciuntur, ut ſcribit Plinius, eadē in Sicilia ab Arethuſa eiiciuntur, unde fabulæ datus eſt locus, Alpheum Elidis fluuium Arethuſæ nymphæ amore captum, eam in Siciliam uſq; fuiſſe perſecutū. {Rorantes comas} ſtillantes capillos. {A fronte remouit ad aures} a fronte uſq; ad aures repulit. Geſtum autem expreſſit urinantium, & ſub aqua natantium, qui cum primū ex aqua caput extulerint, capillos a frōte ad aures uſq; manibus ambabus repellunt. {Immenſos ſiſte labores} hoc eſt, immēſis deſiſte laboribus filiæ quærendæ. eſt autem tranſitiuū ſiſto quod ſignificat firmo ac ſtare facio. {Violenta} indignata. {Patuit} ſe aperuit, ut Plutoni unà cū rapta Proſerpina ad inferos properāti aditū pręberet. {Nec ſum pro patria ſupplex} nec tibi pro patrię meę excuſatione ſupplico. hęc autē iccirco ait, ne mentiri putetur. {Piſa mihi patria eſt} Piſa Arcadiæ oppidum, iuxta quod Alpheus fluuius labitur: unde Piſæus deriuatur. Piſæ uero Piſarum numero tātū plurali urbs eſt Hetruriæ clariſſima unde Piſanus. {Mota loco cur ſim} Arethuſa uenatrix fuit nympha, Dianæ comes: quæ cum forte ſe in Alpheo fluuio lauaret, ita Alpheū in ſui amorem pellexit, ut ipſam retinere conatus ſit: ſed cum in Siciliā uſq; fugientē Alpheus ſecutus eſſet, implorato Dianæ auxilio in fontē ſui nominis fingitur fuiſſe conuerſa. quod iccirco, ut diximus, fictum eſt, ꝙ quę iaciuntur in Alpheū purgamenta, eiici ab Arethuſa in Sicilia ferè eſt obſeruatū. Sunt autem multæ Arethuſę & urbes & fontes. nā & Syriæ & Euboeæ eſt Arethuſa & Ithacæ fons. quā quam non ignobiles grāmatici ſcribant omnem fontē Arethuſam poſſe uocari ἀπὸ τοῦ ἀρδεύειν, hoc eſt, ab irrigādo. {Aduehar Ortygiam} Ortygia duarum inſularum eſt nomē, quarum altera in Ægeo, quæ & Delos dicitur, altera Siciliæ adiacet, de qua Virg. lib Æneid. 3. Sicanio prætenta ſinu iacet inſula contra Plemmirium undoſum, nomen dixere priores Ortygiam. Alpheū fama eſt, huc Elidis amnē, Occultas egiſſe uias ſubter mare, qui nunc Ore Arethuſa tuo Siculis confunditur undis. hæ uero duæ inſulæ ab Ortygia, urbe Ætoliæ, Ortygiæ fuerunt denominatæ, ut Phanedicus & Nicander ſcribunt, non autem a tranſmutatione Aſteriæ Latonæ ſororis in Ortygiam, hoc eſt, coturnicē, Delos Ortygia fuit appellata: ſed ꝙ omnes Ortygiæ coloniæ illius, quæ eſt in Ætolia, fuerunt, indeq́; nomen acceperunt. {Hora tēpeſtiua} tempus commodum. {Leuata} liberata. {Cura} dolore & ſollicitudine. {Subterq́; imas ablata cauernas} per ſubterraneas uias abducta. {Hic caput attollo} hic exeo. {Deſuetaq́; ſidera cerno} aſpicio hic, inquit, ſidera mihi deſueta, & non uiſa tantiſper dum fui ſub terra. {Sed regina tamen} hæc ad Cereris conſolationem referuntur, quibus tamen ipſa magis eſt exacerbata. repetitio autem illius copulæ, ſed, & rem amplificat, et orationem exornat. cum enim unum dicatur, plura tamen eſſe uidentur. {Opaci mun.} umbroſi inferni. {Pollens matrona} potēs uxor. {Dolore Pulſa graui} percuſſa, affecta magno dolore. {Nubila} triſtis, mœſta. {Inuidioſa} inuidiam Ioui factura. {Nata patrem moueat} Proſerpina enim Iouis ex Cerere filia fuit. conatur autem Ceres Ioui perſuadere, ne patiatur filia a Plutone detineri. {Neu ſit tibi cura Vilior illius} neque illius, inquit, minorem curam habes, quòd ego ipſam peperi. {En quæſita diu} en ecce. indignationem autem ſignificat. {Si reperire uocas} ac ſi diceret, hoc eſſe potius amittere, quàm reperire. {Quod rapta feremus} hoc eſt, quòd ſit rapta, æquo animo tolerabimus, dummodo eam Pluto nobis reddat. {Neque enim prædone marito} cauſſa eſt, cur Proſerpina marito prædone non ſit digna, quia filia tua eſt. Prædones autem proprie dicuntur, qui in mari latrocinantur, qui a græcis Piratæ uocantur. {Sed ſi modo nomina rebus} ſed ſi, inquit, nomina uera imponere uolumus rebus & his factis, non iniuriam hoc, ſed amorem eſſe cognoſcemus. diffinitiua autem utitur conſtitutione ad raptum excuſandum.

Pudori

Verùm amor eſt. neq; erit nobis gener ille pudori,
Tu modò diua uelis. ut deſint cetera, quantum eſt
Eſſe Iouis fratrem? quid, quòd non cetera deſunt,
Nec cedit niſi ſorte mihi? ſed tanta cupido
Si tibi diſſidij eſt; repetet Proſerpina cælum,
Lege tamen certa, ſi nullos contigit illic
Ore cibos. nam ſic Parcarum fœdere cautum eſt.
Dixerat. at Cereri certum eſt educere natam.
Non ita fata ſinunt: quoniam ieiunia uirgo
Soluerat: & cultis dum ſimplex errat in hortis,
Puniceum curua decerpſerat arbore pomum:
Sumptaq; pallenti ſeptem de cortice grana
Preſſerat ore ſuo: ſolusq; ex omnibus illud
Aſcalaphus uidit: quem quondam dicitur Orphne
Inter auernales haud ignotiſſima nymphas
Ex Acheronte ſuo furuis peperiſſe ſub antris.
Vidit, & indicio reditum crudelis ademit.
Ingemuit regina Erebi, teſtemq; profanum
Fecit auem, ſparſumq; caput Phlegethontide lympha
In roſtrum, & plumas, & grandia lumina uertit.
Ille ſibi ablatus fuluis amicitur *ab alis,
Inq; caput creſcit, longosq; reflectitur ungues,
Vixq; mouet natas per inertia brachia pennas:
Fœdaq; fit uolucris uenturi nuntia luctus
Ignauus Bubo, dirum mortalibus omen.

ARG. Sirenes, Acheloi & Melpomenes muſæ, aut, ut alii uolunt, Calliopes filiæ, Proſerpinæ comites fidiſſimæ, cum Proſerpinam raptã requirerent, neq; eam ullo modo poſſent inuenire, a diis impetrauerunt, ut uerſæ in uolucres non tantum in terra, ſed etiam in mari requiſitam conſequi poſſent. manſit tamen illis uox humana, facieſq; uirginea. nouiſſime deuenerunt ad petram maris, quæ imminebat proxima pelago. harum ita fatum fuit, quãdiu earum uox obaudita non eſſet mortalibus, manerent incolumes. forte Vlyſſes monitu Circes præteruectus eſt, tum ſe præcipitauerunt.

HIc tamen indicio pœnam, linguaq; uideri
Commeruiſſe poteſt. uobis Acheloides unde
Pluma, pedesq; auium, cùm uirginis ora geratis?
An quia, cùm legeres flores Proſerpina uernos
In comitum numero miſtæ Sirenes eratis?
Quam poſtquam toto fruſtra quæſiſtis in orbe,
Protinus ut ueſtram ſentirent æquora curam,
Poſſe ſuper fluctus alarum *inſiſtere remis
Optaſtis: facilesq; deos habuiſtis, & artus
Vidiſtis ueſtros ſubitis flaueſcere pennis.
Ne tamen ille canor mulcendas natus ad aures,
Tantaq; dos oris linguæ deperderet uſum,
Virginei uultus, & uos humana remanſit.

ARG. Iupiter diuiſit annũ, ut Proſerpina partim apud uirũ, partim apud matrẽ moraretur. Ceres pacata ſe recipiẽs ab Arethuſa exegit, ut ſibi originẽ ſuã exponeret. tũ Arethuſa: Achaidum nympharũ formoſiſſimam me dixere: & me Alpheus amnis mei amore incẽſus ſumpta uiri forma perſecutus eſt. cuius impetum cũ effugere cuperẽ, inuocaui Dianã, cuius comes, ſtudiiq; æmula fueram, ut laboranti mihi ferret auxiliũ: quæ me nube texit, ne in cupientis conſpectum uenirẽ, mutorq; in fontẽ: cuius aquas ut uidit Alpheus cognouit, ſumpſitq; propriã amnis formã, ut ſe mihi miſceret. at Diana rupta tellure me per obſcurũ iter in inſulã Ortygiam Siciliæ adiacentẽ admiſit: ceterum Alpheus per ſubterraneas cauernas me hucuſque perſequi non deſtitit.

RAPH. PVDORI} dedecori. pudor eſt enim timor iuſtę uituperationis. {Tu modo diua uelis} illum nobis eſſe generum. {Vt deſint cetera} ut demus omnia alia Plutoni deeſſe. {Nec cedit niſi ſor. mihi} nec Pluto, inquit, potẽtia a quoquam ſuperatur preterquã a me ſolo, qui mundi partem meliorem, q̃ ipſe ſortitus ſum. nam mihi cęlũ, inferi illi in mũdi diuiſione obtigerunt. {Diſſidii} ſeparationis, ac repudii. {Cælum} aerẽ. {Si nullos contigit illic ore cibos} hoc eſt, ſi nihil apud inferos comedit. qui enim ibi aliqd guſtaſſet, ei illinc reditus nõ datur. {Certũ eſt} decretum eſt. {Ieiunia ſoluerat} aliquid comederat. {Simplex} rerum imperita. {Puniceum pomum} malum granatum. {Curua arbore} depreſſa pomorũ multitudine. {Preſſerat ore ſuo} comederat. {Solusq; Aſcala. uidit} Aſcalaphus, ut hoc loco narrat Ouid. Acherontis ex Orphne nympha fuit filius, q cum teſtatus eſſet Proſerpinam Plutonis hortis ſeptẽ grana mali punici comediſſe, ab ipſa indignata in bubonem peſſimi ominis auẽ fuit cõmutatus. [Fuit & alius Aſcalaphus, Martis & Aſtioches filius, cuius Home. meminit Iliad. 2.] {Auernales} infernales. {Furuis antris} nigris ſpeluncis. {Et indicio reditum crudelis ademit} delatione ſua Aſcalaphus reditum Proſerpinæ eripuit, nec illam ad ſuperos redire permiſit. {Regina Herebi} Proſerpina, inferorum regina. eſt enim Herebus inferni pars. {Profanum} execrãdum. {Phlegethõtide lympha} Phlegethõtis aqua. eſt enim Phlegethon unus ex inferorũ fluuiis ἀπὸ τοῦ φλεγέθειν, hoc eſt ab ardendo cognominatus. forma autem patronymica pro poſſeſſiua eſt poſita. {Ille ſibi ablatus} hoc eſt, ſua figura ac forma ſpoliatus. {Amicitur} ueſtitur, cooperitur. {Inq; caput creſcit} illi in caput creſcere dicuntur, quorum caput, q̃ reliqua membra, grandius efficitur. {Lõgosq; reflectitᷓ ungues} ſynecdoche poetica. ſi enim eſſet ſoluta oratio, lõgi ungues reflectuntur, diceremus, hoc eſt, reflexi & adũci fiũt. {Fœda} turpis aſpectu. {Ignauus bubo} uilis ac imbellis. Bubo autem nomẽ eſt fictitium a uoce auis ipſius dictum. {Hic tamen indicio} fabulam fabulæ, ut ſolet, eleganter annectit poeta. nam Sirenes tres fuiſſe dicuntur, Acheloi fluuii, & Calliopes muſæ filię, ac Proſerpinæ comites fidiſſimæ: quam quidem cum & ipſæ per totum orbem terrarum quæſiſſent, nec uſquam in terris eam reperirent, deos rogarunt, ut alatę efficerentur, quo cõmodius etiam in aquis Proſerpinã inquirere poſſent. quare ita in aues fuere conuerſæ, ut facies tamen uirginea, uoxq; humana illis remaneret. Hæ, iuxta fretum Siculum inſulas Sirenuſas habitantes, tã ſuauiter canebãt, ut nautas illac trãſeuntes aut ad ſe pellicerent, aut ſopitos ſpoliarẽt, atq; ſubmergerent. quare Vlyſſes illac trãſiturus admonitus a Circe & ſociorum aures cera obturauit, & ſe ad triremis malum alligari iuſſit. illæ uero indignatę ſe in mare precipitarunt. earum autẽ prima Partenope, altera Leucoſia, tertia Ligia fuit appellata. Dicuntur autem Sirenes παρὰ τὸ εἴρω, quod eſt dico, præpoſita s littera. unde falluntur qui illas putant latine tractrices dici, cum per ει diphthongum græcam ſcribantur, non per y, ut ſcribitur σύρω, quod ſignificat traho. {Acheloides} Acheloi filiæ. Achelous uero Calydoniæ fluuius eſt, Oceani, ut in Theogonia ſcribit Heſiodus, & Tethyos filius. hic pro Deianira cum Hercule acriter pugnans tandem fuit ſuperatus. Achelous quidem, ut refert Macrobius, apud priſcos aqua dicebatur. unde Virg. libro Georgic. 1. dixit: Poculaq; inuentis Acheloia miſcuit uuis. {Cum uirginis ora geratis?} cum faciem uirginis habeatis. {An quia cum legeret} an particula eſt interrogatiua, qua eleganter utimur in ſoluendis quæſtionibus, pro qua imperiti aut coniunctionem reponunt. {Protinus ut ueſtram} hoc eſt, ut diligenter in mari quoque poſſetis inquirere Proſerpinam. {Alarum remis} alarum remigio & agitatione. {Faciles} benignos, utpote qui uobis ea, quæ optabatis, conceſſerunt. {Ne tamen ille canor} cauſſam exponit, cur totæ in aues non fuerint cõmutatæ Sirenes, ſed uirgineos uultus retinuerint. {Canor natus} facultas canẽdi ingenita, & a natura data. {Ad mulcendas aures} delectandas. {Tantaq; dos oris} ſi enim totæ in aues fuiſſent mutatæ, tam ſuauiter canere nunquam potuiſſent.

in alis

Aſcalaphus in Bubonẽ.

exiſtere

Sirenes in aues.

AT medius fratriſq; ſui, mœſtæq; ſororis
Iuppiter ex æquo uoluentem diuidit annum.
Nunc dea regnorum numen commune duorum
Cum matre eſt totidē, totidem cum coniuge mēſes.
Vertitur extemplo facies, & mentis, & oris.
Nam modò quæ poterat Diti quoque mœſta uideri,
Læta deæ frons eſt: ut Sol, qui tectus aquoſis
Nubibus antè fuit, uictis è nubibus exit.
Exigit alma Ceres, nata ſecura recepta,
Quæ tibi cauſſa *fugæ? cur ſis Arethuſa ſacer fons? uiæ
Conticuere undæ: quarum dea ſuſtulit alto
Fonte caput; uirideſq; manu ſiccata capillos,
Fluminis Alphei ueteres narrauit amores.
Pars ego nympharum, quæ ſunt in *Acheide, dixit, Achaida
Vna fui: nec me ſtudioſius altera ſaltus
Legit, nec poſuit ſtudioſius altera caſſes.
Sed quamuis formæ nunquam mihi fama petita eſt,
Quamuis fortis eram, formoſæ nomen habebam.
Nec mea me facies nimium laudata iuuabat:
Quaq; aliæ gaudere ſolent, ego ruſtica dote
Corporis erubui, crimenq; placere putaui.
Laſſa reuertebar, memini, Stymphalide ſylua:
Aeſtus erat, magnumq; labor geminauerat æſtum:
Inuenio ſine uortice aquas, ſine murmure euntes,
Perſpicuas ad humum, per quas numerabilis altè
Calculus omnis erat, quas tu uix ire putares.
Cana ſalicta dabant, nutritaq; populus unda
Sponte ſua natas ripis decliuibus umbras.
Acceſſi, primumq; pedis ueſtigia tinxi,
Poplite deinde tenus: neque eo contenta, recingor,
Molliaq; impono ſalici uelamina curuæ,
Nudaq; mergor aquis. quas dum ferioq;, trahoq;,
Mille modis labens, excuſſaq; brachia iacto,
Neſcio quod medio ſenſi ſub gurgite murmur:
Territaq; inſiſto propiori margine fontis.
Quò properas Arethuſa? ſuis Alpheus ab undis,
Quò properas? iterum rauco mihi dixerat ore.
Sic, ut eram, fugio ſine ueſtibus: altera ueſtes
Ripa meas habuit: tanto magis inſtat, & ardet.
Et quia nuda fui, ſum uiſa paratior illi.
Sic ergo currebam, ſic me ferus ille premebat:
Vt fugere accipitrem penna trepidante columbæ,
Vt ſolet accipiter trepidas urgere columbas.
Vſque ſub Orchomenon, Pſophidaq;, Cyllenenq;,
Mænalioſq; ſinus, gelidumq; Erimanthon, & Elim
Currere ſuſtinui: nec me uelocior ille.
Sed tolerare diu curſus ego uiribus impar

RAPH. AT medius fratriſq; ſui} Iupiter, inquit, medius inter Plutonem fratrē, & Cererem ſororē, ne eorum alteri diſpliceret, ex æquo annum diuiſit, ut ſex quidē menſes Proſerpina cum matre, totidēq; cum marito foret. {Ex equo di.} in duas ęquales partes diſtribuit. {Duorum regnorum} & inferi & ſuperi. quādiu.n.eſt cū matre Proſerpina apud ſuperos, quādiu cum Plutone apud inferos regnare dicitur. hoc aūt iccirco fingitur quod Luna, q̄ eadē eſt cū Proſerpina, tanto tēpore in cælo lucere, quanto ſub terra uidetur latere. {Vertitur} conuertitur, ac mutatur. {Facies} figura. {Lęta deo frons eſt} & Cereris & Proſerpinæ lætam eſſe frōtem accipere poſſumus. ambæ nanq; e mœſtis, ac triſtibus lætę atq; hilares ſunt effectæ. De Proſerpina tñ præcipue eſſe intelligendum, q̄ ſubiicitur ſimilitudo aperte oſtēdit. {Victis e nub.} ex diſſolutis nebulis atque depulſis. tūc.n.nubes a ſole uinci dicuntur, cū reſoluūtur atq; expelluntur. {Exigit} expoſcit. {Secura} ſine cura et læta. cōcinne aūt ingreditur poeta ad exponendam metamorphoſin Arethuſę nymphæ in eiuſdē nominis fontē. Arethuſa nāque (ut ipſa Cereris filiæ recuperatione lætæ rogatu narrat) nympha fuit uenatrix, Dianæ comes: q̄ æſtu defatigata, depoſitis ueſtibus, nuda in Alpheum, fluuiorum lympidiſſimū, cū deſcendiſſet, forte in Alphei fluminis ipſius Dei amorē incidit. cum igitur Alpheus nudā eam perſequeretur, iāq; aſſecuturus foret, Dianā ipſa rogauit, ut ſibi opē ferret. Diana uero eā curſu laſſam, ita nube texit, ut Alpheus quidē ea potiri non potuerit. Sed cum eam ob nimiū ſudorem in aquam eſſe conuerſam animaduertiſſet; & ipſe humana depoſita figura eam uſq; in Ortygiā inſulam Siciliæ adiacentē per ſubterraneas cauernas eſt pſecutus. {Sacer fons} oēs fontes nymphis ſacri eſſe dicuntur. {Fluminis Elei} periphraſis eſt Alphei. {In Ach.} in Achaia. [Acheide alii malunt legere ꝓpter quantitatem, q̄m & alibi idem poeta dixit ꝑ Acheidas urbes eadem forma.] {Legit} elegit aptas ad uenandum ſyluas. {Saltus} ſyluas, in q̄bus feræ ſaliunt. {Poſuit caſ.} tetendit retia, ꝑ quæ ſignificat ſe uenatricem fuiſſe. {Formoſæ no. habebā} tñ eſt ſubaudiendum. {Iuuabat} delectabat. {Quaq; aliæ gaud. ſo.} pulchritudinis, inquit, qua aliæ nymphę ſolēt gaudere, me pudebat, alicuiq; placere crimen ac flagitium eſſe putabam. {Stymphalide ſylua} Stymphalus urbs eſt Arcadiæ, & planities, & fons, unde Stymphalius poſſeſſiuum & Stymphalis deducuntur. {Sine uortice} ſine aquarum uertigine. uortex dicitur aqua in ſe contorta. {Perſpicuas ad humum} claras ac lympidas uſque ad arenam. {Calculus} lapillus. {Numerabilis erat} poterat numerari propter aquæ perſpicuitatem. {Poplite deinde tenus} hoc eſt, uſque ad genu. eſt enim poples genu pars poſterior. {Labēs} natans. {Mille modis} uariis modis. numerus enim finitus pro infinito ſæpe a poetis ponitur. {Excuſſa} concuſſa. geſtum aūt exprimit natantium, qui & concutere et iactare brachia ſolent. {Propiori margine} propinquiori ripa. margo enim dicitur uniuſcuiuſq; rei extremitas. {Suis Alpheus ab undis} Alpheus fluuius eſt Elidis, dictus ꝓ ἀλφοὺς, id eſt impetigines curet. hic autē fluuius multa ſecum in mare flumina defert, ut Pauſanias narrat, memoratu digna. {Rauco ore} rauca uoce, quale murmur ſolet eſſe fluctium aquarum. {Altera ueſtes} cauſſa eſt, cur ſine ueſtibus fugeret, in altera nāque ripa fuerant relictæ. {Et q̄a nuda fui} hoc laſciuius, q̄ ut heroico carmini conueniat dictum eſſe uidetur. {Paratior} ad uim patiendam. {Premebat} urgebat. {Vt fugere accipitrem} ſolent ſubintelligatur. eſt.n. hypozeugma. his autem ſimilitudinibus & Arethuſæ fugientis, & Alphei perſequentis celeritas declaratur. {Vſque ſub Orchomenō} uaria enumerat loca, ad quæ fugiens peruenit Arethuſa. Orchomenos autē urbs eſt Bœotiæ fonte muſis dicato nobiliſſima. Theſſaliæ quoque eſt & mons, & urbs, & Arcadiæ, & Pōti. [Sed hic de Arcadica intelligendum.] {Sophida} ſic quidem corrupte in exēplaribus legitur. Pſophida aūt ab Ouid. ſcriptum fuiſſe facile cōtenderim. eſt.n. Pſophis uariarum urbium nomen. nā & Arcadię urbs eſt a Pſophide Lycaonis, uel, ut alii uolunt, Erycis filia denominata, & Acarnaniæ, & Achaiæ, unde Pſophidius deducitur. eſt & Libyæ urbs Pſophis, unde Pſophites nomē patrium more gentis declinatur. arx quoque Zacynthiorum Pſophis uocabatur, ut Pauſanias ait. Cyllenen, aūt & Mænalon, & Erimanthon Arcadiæ eſſe montes iā ſæpius diximus. Elim uero eiuſdem Arcadiæ urbem ab Eleo Tantali filio appellatā.

Quod

RAPH. [Quod ad Pſophida attinet, non repugnat quantitas penultimæ, ut quidam putauere. nam & Gaza hoc nomen pro exemplo allegat eorum quę in ante δϑ longam habent in penultima genitiui] {Sol erat a tergo} exponit Arethuſa, quomodo cognouerit ſibi Alpheum imminere ac propinquum eſſe. Sol, inquit, poſt terga erat, eoq; ante me umbras iaciebat. {Niſi ſi timor illa uidebat} niſi forte, inquit, perterrita mihi eam umbram uidere uidebar. notandum autem, ſi, coniunctionem, interdum niſi eleganter copulari, quamuis ſenſui neceſſaria non uideatur. {Videbat} uidere faciebat. timore nanq; oculi ſępenumero decipiuntur. {Ingens anhelitus} maximos ſpiritus. {Feſſa labore fugæ} defatigata, inquit, fugiendi labore Dianam rogaui ut mihi opitularetur. {Deprendimur} comprehendimur. deprehendi enim proprie dicuntur qui mali aliquid committentes inueniuntur. {Armigeræ tuę} proprie dixit, nam armigeri non omnes milites dicuntur, ut uulgus putat, ſed qui principibus arma gerunt, in pugnaq; ſubminiſtrant. {Ferre} ferendos. uerbum enim pro participio poſitum eſt. ſic Virgilius, Magnum dat ferre talentum. {Me ſuper iniecit} ἀναστροφὴ: prępoſitio enim, quæ præponi debet, poſtpoſita eſt. {Luſtrat} circumit. me, inquit, nube coopertam Alpheus quærens circumit. {Ignarus} ubi eſſem. {An'ne qđ agnæ} an, & ne, interdum quidem a poetis copulantur, ſed frequentius ſeparatim ponuntur. {Qui uepre latens} occultus in ſpinis. uepres nanq; ſpinæ dicuntur. {Non tamen abſcedit} Alpheus. {Seruat} cuſtodit. {Occupat obſeſſos} pulchra phantaſia fingit poeta Arethuſam in aquam fuiſſe conuerſam. qui enim plus ęquo ſudat, facile in aquam uidetur reſolui. {Sudor frigidus} ſudor, qui ex nimio labore prouenit, calidus eſſe ſolet; qui uero ex nimio timore, frigidus. {In latices} in aquas. {Poſito ore} depoſita figura, ac forma uirili. {Delia} Diana una cum Apolline in inſula Delo nata. {Cæcis cauernis} occultis terræ foraminibus. hoc autem iccirco fingitur quia Alpheũ per ſubterraneas uias, ut diximus, ad Ortygiam uſq; inſulam, ubi Arethuſa uocatur, peruenire fuit obſeruatum. {Aduehor Ortygiam} Ortygia & Delos dicitur, quod in ea primum Ortyges fuerint uiſæ, ut quibuſdam placet, & inſula Siciliæ adiacens. quidam uero aiunt utranq; ab Ortygia, oppido Ætoliæ, denominatam fuiſſe, quod illic profecti coloni utranq; tenuerint. {Cognomine diuę} Dianæ. nam & Delia & Ortygia ab eadem inſula Diana cognominatur. {Hac Arethuſa tenus} hactenus, inquit, Arethuſa fuit locuta. Lynci aũt Scythię regis Metamorphoſin in lynca feram, eleganter cum ſuperiore fabula connectit poeta. Ceres enim, recepta filia, Arethuſaq; audita, Athenas aduolauit: currumq; a draconibus alatis uectum Triptolemo donauit, quo frumenti uſum & agriculturam mortales doceret. is igitur cum ad Scythiam uſq; perueniſſet, a Lynco Scytharũ rege hoſpitio ſuſceptus, paulum abfuit quin interficeretur. nam Lyncus, cum aduentus cauſſam percepiſſet, Triptolemi gloriæ inuidens, eum ſomno oppreſſum aggreſſus eſt. quare Ceres indignata Lyncũ in Lynca feram commutauit. hac autem gloria Triptolemum Ceres affecit, quod, ut Pauſanias narrat, filiæ Celei Cererem ipſam laſſam & triſtem, dum quærit filiam, apud puteum nomine Anthium, qui in Attica religionis gratia monſtrabatur, anili ſpecie ſedẽtem, tanquam Argiuam mulierem, ad matrem Meganiram deduxerunt, quę illi Triptolemum filium tradidit educandum. Ceres autem per noctem igne puerum fouebat, ut ipſum efficeret immortalem. ſed mater excitata, illum ex igne extraxit: ita dea uoto fruſtrata, ut ſaltem hoc modo ipſum clariſſimum redderet, conceſſit illi currum ſuum, quo frumenti ſationem primus omnium mortalibus indicaret. {Dea fertilis} Ceres dea fertilitatis.

Arethuſa in fonte.

ſpiſsis

facta

per Deliam Diana intelligitur.

Non poteram: longi patiens erat ille laboris.
Per tamen & campos, & opertos arbore montes,
Saxa quoque, & rupes, & quà uia nulla, cucurri.
Sol erat à tergo: uidi præcedere longam
Ante pedes umbram, niſi ſi timor illa uidebat.
Sed certè ſonituq; pedum terrebar, & ingens
Crinales uittas afflabat anhelitus oris.
Feſſa labore fugæ, Fer opem, deprendimur, inquam,
Armigeræ Diana tuæ, cui ſæpe dediſti
Ferre tuos arcus, incluſaq; tela pharetra.
Mota dea eſt, *ſparſiſq; ferens e nubibus unam
Me ſuper iniecit. luſtrat caligine tectam
Amnis, & ignarus circum caua nubila quærit.
Biſq; locum, quo me dea texerat, inſcius ambit,
Et bis Iò Arethuſa, Iò Arethuſa uocauit.
Quid mihi tunc animi miſeræ fuit; an'ne qđ agnæ,
Si qua lupos audit circum ſtabula alta frementes?
Aut lepori, qui uepre latens hoſtilia cernit
Ora canum, nulloſq; audet dare corpore motus?
Non tamen abſcedit: neq; enim ueſtigia cernit
Longius ulla pedum: ſeruat nubemque, locumque.
Occupat obſeſſos ſudor mihi frigidus artus,
Cæruleæq; cadunt toto de corpore guttæ.
Quaq; pedem moui, manat locus; eq; capillis
Ros cadet, & citius, quàm nunc tibi *fata renarro,
In latices mutor. ſed enim cognoſcit amatas
Amnis aquas: poſitoq; uiri, quod ſumpſerat, ore,
Vertitur in proprias, ut ſe mihi miſceat, undas.
Delia rupit humum: cæcis ego merſa cauernis
Aduehor Ortygiam: quæ me cognomine diuæ
Grata meæ ſuperas eduxit prima ſub auras.

ARG. Triptolemo Ceres currum draconibus iunctum dedit, quo per terras uectus agriculturam, frugumq; uſum mortales doceret. per Europam, Aſiamq; uectus, nouiſſime delatus in Scythiam, a Lynco rege ſuſceptus eſt hoſpitio: cui cum expoſuiſſet aduentus ſui cauſſam, inuidia tanti honoris inſtinctus, dormientem ut interficeret aggreſſus eſt. dea, ſui nuntii memor, quem diuini honoris dignum habuerat, eum conſeruauit, Lyncum regem in lyncem feram, ne Triptolemum occideret, conuertens.




HAc Arethuſa tenus. geminos dea fertilis angues
Curribus admouit, frenisq; coercuit ora,

Et medium cæli, terræq́; per aera uecta eſt:
Atq; leuem currum Tritonida miſit in *urbem
Triptolemo: partimq́; rudi data ſemina iuſſit
Spargere humo, partim poſt tempora longa recultæ:
Iam ſuper Europam ſublimis, & Aſida terram
Vectus erat iuuenis; Scythicasq́; aduertitur oras,
Rex *ubi Lyncus erat. regis ſubit ille penates.
Quà ueniat, cauſſamq́; uiæ, nomenq́; rogatus,
Et patriam, Patria eſt claræ mihi, dixit, Athenæ,
Triptolemus nomen: ueni nec puppe per undas,
Nec pede per terras: patuit mihi peruius æther.
Dona fero Cereris: latos quæ ſparſa per agros
Frugiferas meſſes, alimentaq́; mitia reddant.
Barbarus inuidit, tantiq́; ut muneris auctor
Ipſe ſit: hoſpitio recipit: ſomnoq́; grauatum
Aggreditur ferro; conantem figere pectus.
Lynca Ceres fecit: rurſusq́; per aera iuſſit
Mopſopium iuuenem ſacros agitare iugales.
Finierat doctos e nobis maxima cantus.
At nymphæ uiciſſe deas Helicona colentes
Concordi dixere ſono. conuicia uictæ
Cùm facerent: Quoniam, dixi, certamine uobis
Supplicium meruiſſe parum eſt, maledictaq́; culpæ
Additis, & non eſt patientia libera nobis:
Ibimus in pœnas, & quà uocat ira, ſequemur.
Rident Pæonides, ſpernuntq́; minantia uerba,
Conatæq́; loqui, & magno clamore proteruas
Intentare manus, pennas exire per ungues
Aſpexere ſuos, operiri brachia plumis:
Alteraq́; alterius rigido concreſcere roſtro
Ora uidet, uolucresq́; nouas accedere ſyluis.
Plangere dumq́; uolunt, per brachia mota leuatæ,
Aëre pendebant nemorum conuicia picæ.
Nunc quoq; in alitibus facundia priſca remanſit,
Raucaq́; garrulitas, ſtudiumq́; immane loquendi.

RAPH. IN urbem Trito.} periphraſis eſt Athenarum, quæ ab Athena, hoc eſt, Pallade, quæ & Tritonia, & Tritonis dicitur, fuit cognominata. {Triptolemo} Triptolemus filius fuit Celei & Meganiræ, uel, ut alii, Deiopes, qui, ut Trogus ſcribit, primus omnium in Attica ferendi frumenti rationem monſtrauit. Itaq; locus fabulæ datus, quam in 4. Faſt. pleniſſime exequitur poeta. {Rudi hu.} incultę terræ. [Partim poſt temp. longa recultę: uel ſimpliciter accipiendum recultę, pro aratæ, ut ſint antitheta terra rudis, ſiue inculta & arata: uel etiam ad nouales referendũ agros, qui altero demum anno, ut etiam tertio recoluntur. ut rudis & reculta terra, ſibi opponantur mutuo, quẽadmodum reſtibilis ager & noualis] {Et Aſida terram} Aſiam. [Ab Aſia, proprio, cuius prima longa eſt, ut apud Homerum, Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι, καυστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα. fuit enim Aſia rex quidam Lydorum, ut ibidem inquit, commenta. nam regionis nomen Aſia, primam corripit, ut Europa atq; Aſia pulſus &c.] {Scythicas oras} ad Septentrionem. Scythæ nanque populi ſunt ad Septentrionem, quos uulgus Tartaros uocat. {Quaue} per quæ loca, & quo modo. {Peruius æt.} penetrabilis aer. {Dona Ce.} periphraſis eſt frumenti. {Barbarus inui.} quia Barbarus inuidia motus eſt. {Ferro} enſe per metonymiam. ferrum enim, ex quo conficitur enſis, pro ipſo ponitur enſe. {Figere} transfigere. {Lynca} accuſatiuus eſt græcus.

Lyncus in lyncen.

Lynx autem fera eſt maculoſa, Baccho dicata. {Mopſopium iuue.} Athenienſem. Attica enim etiã Mopſopia a Mopſopo rege fuit appellata. nã, ut Strab. lib. 10. refert, Athenarum urbis uaria nomina fuerunt. nã ab Actæone Acticam: ab Attide Cranai filia Attidem, & Atticam, a quo & inquilini Cranai uocantur: Mopſopiam a Mopſopo: Ioniam a filio Xuthi Ione: Poſſidoniam, ſiue Neptuniam a Poſſidone, ſiue Neptuno: Athenas ab Athena, id eſt Minerua denominatas fuiſſe aiunt. {Sacros iu.} dracones eidem iugo ſubiectos.

Pierides in picas.

{Finierat doctos} Pieri filię, nympharum ſententia, a Calliope, muſarum præſtantiſſima, ſuperatæ, cœperunt & nymphas & muſas ipſas conuiciis inſectari: quam rem quidem ægre ferentes muſæ, eas in picas conuerterunt, quę ingenitam retinuiſſe uidentur loquacitatem. {Deas Helicona colentes} muſas Heliconem habitantes. {Cõcordi ſono} una omnium ſententia. {Maledicta} conuicia, contumelias. {Et non eſt patientia libera nobis} hoc eſt, quoniam has contumelias pati nõ poſſumus. {Ibimus in pœnas} uos pœnis ac ſuppliciis afficiemus. {Ridẽt *Euippides} Euippes filiæ: patronymica nanq; eſt forma. legitur etiam Pæonides. [Idq́; rectius. nam in altero quantitas repugnat, niſi quis extrito altero p, Euuipides legendum contendat. Pæonides autem eadem ratione, qua mater illarum uocantur, ut ſupra, Pæonis Euippe mater fuit] {Spernunt} contemnunt. {Intentare} in nos frequenter intendere, quod minantes facere ſolent. {Cõcreſcere} coaleſcere. {Accedere} adiici, adiungi. {Plangere dumq; uolunt} dum, inquit, pectora ſua manibus plangere uellent, in aera leuatę pendere cœperunt. {Nemorum conuicia} quæ in nemoribus conuicia iactare non deſiſtunt. {Facũdia priſca} loquacitas priſtina. {Studiumq́; immane} maxima cupiditas.

arcam

IAC. CONST. FA.

QVo plus inuidię quàm laudis habes} inuidia crimen & culpam, ut diximus, perſępe ſignificat, præcipueq́; Ouidio. ut hoc loco, & in ſequenti libro, Mater in inuidia eſt. ac in decimo, Non erit inuidię uictoria noſtra ferenda: & circa finem eiuſdẽ, Nobis Cinyreius heros Inuidię mutatus erit: item in primo remedii, Inuidiam cædis pacis amator habes. & in Didone, Da ueniam culpę, decepit idoneus auctor. Inuidiam noxæ detrahit ille meæ. {Cererisq́; ſacerdos Alphitus.} τὸ ἄλφιτον farinam ſignificat, propter cuius albedinẽ Cereris ſacerdoti decenter inde datum eſt nomen. quoniam eius deę ſacerdotes albis uti ueſtibus cõſueuerant, ut in decimo huius operis uidebis. cauſſam refert idem poeta in 5. Faſtorũ. niſi a Farina Cereris famulo, nomen impoſitum uelis, quòd ea frumenti, unde farinam facimus, inuentrix & præſes memoret. {Occidit & Celedon Myndeſius} lego Celadon Mendeſius. Mendes enim ciuitas fuit in Ægypto, unde Mendeſium unum e ſeptẽ hoſtiis Nili. lege Stephanum, Plin. & Strabonem. Celadon reſonans interpretatur. κελαδεῖν. n. exclamare & reſonare ſignificat. {Echionq́; ſagax} emendo Ethion, ut ſyllabam non offendã, & aptum auguri nomen faciam. ἤθεος. n. diuinus interpretatur. {Cæſo genitore infamis Agyrtes} nomen infami uiro conueniens. ἀγύρτης. n. præſtigiator uocitatur. {A dextra Cypro Gyaroq́; relictis} nec Cypro, nec Scyro placet, ſed Siphno, quæ inter Cyclades numeratur. {Vetitum eſt adeo ſceleri nihil} parentheſis eſt. {Cui triplicis ceſſit fortuna nouiſſima regni} fortuna nouiſſima. i. ultima ſors exponi debet. nam cũ Iupiter, Neptunus, & Pluto, regnum diuiſuri, rem ſorti cõmiſiſſent: prima ſors, quæ exiit, Iouis fuit; Neptuni ſecunda, Plutonis ultima, ut narrat Hom. 15. Ilia. unde ſignate a Claudiano in primo raptus Proſerpinæ ſuprema ſors ea, quę Plutoni contigit, appellatur. ut, Tertia ſupremæ patior diſpẽdia ſortis. non ergo ad regni conditionem, ſed ad ſortis caſum poeta reſpexit. {Haud procul Ætnæis lacus eſt a mœnibus} Scribo Enneis. Enna, Siciliæ ciuitas, duplici n ſcripta fuit: apud quam rapta eſt Proſerpina. lege Cic. ſexta actione in Verrem, & quæ optimus pater meus ſuper illo uerſu

ibi

quarti faſtorum, In quibus eſt culto fertilis Enna ſolo, ac Laurentius noſter Abſtemius in libello de obſcuris quibuſdam locis tradiderunt. {Prodit anus} huic nomen Meganire fuit, ſeu Menaline. lege Ouidium quarto Faſtorum, & Diomedem grammaticum lib. 3. Clemens, teſte Euſebio ſecundo præparationis euangelicę, Baubonem uocat, ſic inquiens, Cererē uero a Baubone, nobili muliere, hoſpitio ſuſceptam tradunt; potionemq́; multis confectam, quam Cyceona uocant, Cereri allatam fuiſſe. cumq́; Ceres luctu oppreſſa potum recuſaret, quaſi deſpecta doluit. itaq́; ſublata ueſte genitalia membra deæ oſtendit, quæ hoc ſpectaculo delectata Cyceona ſuſcepit ac bibit. quod Orpheus carminibus cecinit. {Duri puer oris & audax Cōſtitit ante deā} Iambas hic puer a Nicandri commētario appellatur. a quo tamen diſſentit Diomedes in tertio, Iambam Meganire dicens fuiſſe ancillam. ſed hoc Codro feratur acceptum. {Sideraq́; & uenti nocent} accidit hoc loco iis qui hoc carmē correxerunt, immo corruperunt, id, qđ Horatiano uerſu dicitur, incidit in Scyllam cupiens uitare Carybdim. nam huic coniunctioni, q;, opem ferre uolentes, quam breuem ſemper latinis eſſe putabant, huic uerbo noceo uulnus intulerunt, primam eius ſyllabam, ubiq; breuem, elongantes. emenda igitur ſic, (ut omnes ferè codices abſq; commentariis habent) Sideraq́;, uentiq́; nocent. nec te moueat, q́; copulatiuam coniunctionem produci: quoniam finalitatis cauſſa Honorato teſte producitur. ut apud Virgilium in tertio Æneid. Liminaq́; laurusq́; Dei. quamuis & ratio hæc opituletur, quod græce καὶ dicitur. unde in uetuſtiſſimo marmore coniunctionem hanc cum diphthongo ſcriptam, cum Romæ eram, adinueni, hoc modo QVÆ. {Ante Iouem ſparſis ſtetit inuidioſa capillis} inuidioſa. i. plena odio in Plutonem, uel exacerbationis plena in ipſum Iouem. quod tangere uidetur interpres a quibus eo loco reprenditur forſan non intellectus. {Quem quondam dicitur Orphne &c.} conuenientiſſimum nomen auernali nymphę eſt Orphne, quæ nigredinem, obſcuritatemq́; ſignificat. unde apud Claudianū Orphneus unus equorum Plutonis nuncupatur: licet uulgati codices ſint corrupti.

# HENRICI GLAREANI
## *annotationes in librum quintum.*

*Eumq́; non tibi, ſed certæ prælatum intellige morti.*

Hoc ita dicitur, quaſi mors quoque in uxorē petiſſet Andromedam. quanquam intelligi poteſt, prælatum, ob certam mortem Andromedæ imminentem.

*Iſſet, & indignum ſcelerato profuit ara.*

Et copula, inquit Raphael, affectui ſeruit. hoc recte ille: ſed addendum ab eo etiam nouam incipere orationem, nec iungendam cum præcedenti oratione. uerbum enim profuit non quadrat ad niſi & iſſet, quare adiecta eſt affectus particula indignum. nec etiam temere confudiſſet modos poeta compoſitionis felicisſimæ.

*Augebat, bis adhuc octonis integer annis.*

Ratio ab octo quoſdam inuitat, ut malint octonis ſcribere. Hora. lib. 1. Ser. Ibant octonis referentes idib. æra. quidam propter aliorum eiuſdem ordinis nominum terminationem Octenis ſecunda uocali media ſyllaba ſcribunt. quidam utrunque probant. deſcribit autem Atyn xvi. annorum, quem paulo poſt Lycabas puerum uocat. et notabis monoſyllabon hic corripi, ut cis; a quibuſdam tamen produci, quos non ſequar.

*Perculit, infractis confudit & oſſibus ora.*

Nota coniunctionem propter carminis neceſſitatem in tertium tranſlatam locum. nam rectum erat, Perculit & infractis oſſibus confudit ora, ſi carmen pateretur.

*Raptaq́; de dextro robuſta repagula poſte.*

Repagula, inquit Raphael, aſſeres dicuntur, qui clauſis oſtiis opponuntur. obices credo uult dicere, qui ex uectibus aut ſublicis ſæpe fiunt. Dextro autem poſte, ait, qui bini ſunt in portis poſtes, ſed obex ad dextrum.

*Sternitur & Menaleus, Perſeia caſtra ſecutus.*

Melaneus legendum. quod nomen etiam canis eſt l. 3. ubi de canibus Actęonis. & hic proprium, & l. 12. in pugna centaurorum cum Lapithis, ſed in hoc contrarium accidit quod in Sthenelo. in latinis enim codicibus frequenter legas Sthelenus.

*Bactreus Alconeus.*

Ita Raphaelis habebat codex per e, ſed Bactrius per i, melius congruebat, ſi a Bactris deduci exiſtimauit, urbe Indiæ contermina. Planudes legit Barceus diſyllabon, ut a Barce ſit Cyrenes urbe, a qua magis ſecundum Seruii paulo ante traditam regulam aptum eſt Barcæus quod & Stephano uiſum eſt. idem Planudes pro Alconeus legiſſe uidetur Halcyoneus. at in his nihil aſſeueramus, nam in Syriam uenire non minus Bactrii poterant, quam Indi, cum tamen Atyn Indum nominet, nec minus Barcæi quam Cyniphei, cum antea dixerit Cinypheus Pelates. Bracteus porro, quod quidam legunt, ineptum eſt.

*Occidit & Celedon Myndeſius.*

Κελάδων Græce eſt, per primam uocalem in ſecunda ſyllaba: Myndeſius aūt cum y ſcribendum, a Myndus, ut puto, Cariæ urbe. Raphael a Mindeſo Syriæ urbe ait deriuatum.

*Præter utrunq́; latus, præterq́; & lumen & aureis.*

Licentia poetica haud dubie dixit præterq́; & lumen, cum de Polyphemo potius hoc congrueret, quanquam præterq́; & lumina & aureis legi poſſet.

*Chaonius Molpeus, dextra Nabatæus Ethemon.*

Extrema duo nomina aſpirationem habent, duo media nequaquam, ſed μολπεὺς καὶ Ναβαταῖος græce ſcribuntur.

*Verum ubi uirtutem turbæ ſuccumbere uidit.*

Vide num turba legendum, ſed ſuccumbo tibi fortaſſis melius quàm te.

*Seriphon Deſerit à dextra Scyro Giaroq́; relictis.*

Seriphon inſulam uocat, quam Ptolemæus Syphon. ceterum Raphael Scyro legit, quod in aliis codicibus erat Cypro. at ego Cythno legendum arbitror. nam auolanti ex Seripho in Bœotiam Cythnos & Cyaros, quam Plin. lib. 4. cap. 12. ab Andro abeſſe dicit 62000 paſſuum, ad dextram erunt: niſi quis carmen ita legere malit,

Deſerit a dextra Cythno Scyroq́; relictis.

*Pæonis Anippe mater fuit.*

Euippe traduxit Max. Planudes. nā quod poſtea decimo carmine a fine huius uoluminis Anipedes dicuntur, error eſt librariorum. Pæonides enim eo in loco legendum eſt, & ſyllabarum ratio ſatis demonſtrat, illic non poſſe legi Anipedes, ſi quidem hic Anippe legatur.

*In numina ponti*
*Victa domas, ipſumq́; regit qui numina terræ.*

Raphael ait cum mari terram Neptuno conceſſam in memorabili illa rerum diuiſione trium fratrum Iouis, Neptuni, ac Plutonis. at Homerus libro Iliad. 15. ait terram, ac Olympum communia tribus manſiſſe. ſed puto alium quempiam auctorem hoc in loco ſecutum Ouidium.

*Nec quæ magis audiat arcum.*

Illæ ſagittæ, idem inquit, arcum audire & obtemperare dicuntur, quæ facile ab arcu emittuntur: mihi uero illæ, quæ tangunt hoc, quod uult arcus, qui eas pellit.

*Nomine Perguſa.*

Nomen hoc non temere reperias apud auctores, præter unum Claudianum, apud quem tamen abbreuiatum eſt. Pergum enim uocare ait Siculos. Certe Plinius, Ptolemæus, ac Strabo, quantum ego memini, nullam eius faciunt mentionem. ab hoc autem poeta ita clare deſcribitur, ut auctoribus aliis non ſit opus.

*Et ut ſumma ueſtem laniarat ab ora.*

Raphael exponit, ad ſumma ora, id eſt ſupremo limbo, quod equidem non intelligo, niſi per limbum intelligat cingulum, cui innectere limbum puellæ ſolent, ut facto ſinu imponant floreis.

*Et qua Bacchiadæ bimari gens orta Corintho.*

Bacchiadæ epentheſi unius litteræ pro Bacchidæ. Quãquam etiam Bacchiadæ apud Strab. Videtur autem de Archia Syracuſarum conditore loqui, de quo Strabo libro 6. Cum enim paulo ante Perguſam lacum nõ longe ab Ætna, locum, in quo rapta eſſet Proſerpina, deſcripſiſſet poeta, hic nunc locum deſcribit, ubi rupta tellure Pluto ad inferos deſcendit, eumq; haud procul Syracuſis fuiſſe fatetur, nempe ubi ſunt Cyane ac Arethuſa fontes. Raphael de Drepano loqui poetam contendit. At Drepanum in maxime occidentali inſulæ parte eſt, cum Syracuſæ, & hæc commemorata loca, in orientali latere. Mouit Raphaelem ſequens carmẽ, Inter inæqualeis poſuerunt mœnia portus: quod tamen & de Syracuſis intelligi poteſt.

*Dulce dedit teſta quod coxerat ante polenta.*

Dulce, liquidum intelligitur, & cum polenta in auferendi caſu exponit Raphael. Nam quod quidam hinc uoluere ꝓbare, polentam eſſe generis neutri, decepti ſunt ſyntaxi non intellecta, aut licentia poetica, ut in ſexta Baptiſtæ Mantuani chiſtianisſimi poetæ ecloga, Atque polenta coquit, pro polentam.

*Læta Deæ frons eſt.*

Quia in Iouis ad Cererem oratione ita legitur: Illa quidem triſtis, neque adhuc interrita uultu, & præcedentia hoc in loco carmina de dea duorum regnorum, hoc eſt de Proſerpina clare ſonant, hæc etiam de eadem intelligam, etiãſi de Cerere quoque intelligi poſſunt. non autem antea exigit Ceres, quàm nata ſecura recepta.

*Sponte ſua natas ripis decliuibus umbras.*

Natas epitheton ad umbras genere retulit, cum ad Salicta intelligatur, ut ſit ſenſus, Salicta atque populus dabant umbras ipſæ natæ ſua ſponte in ripis decliuibus. nam umbras naſci in ripis intelligitur aliquo pacto. ſed frigide addetur ſpõte ſua. Verum hæc fortaſſis argutula merito uidebuntur, ideoq; omittenda, quanquam apud Seruium eximię eruditionis uirum nonnulla eiuſmodi reperias.

*Vſque ſub Orchomenon Siphidaq; Cyllenenque.*

Hunc locum recte emendauit Raphael, ſed libro ſecundo de Erimantho fluuio ad eundem erat modum haud parua mẽda, Phocaico pro Pſophaico, ut ibidẽ admonuimus.

*Spargere humo, partim poſt tempora longa recultæ.*

Illud recultæ pro aratæ exponendum puto, quanquam poſt tempora longa, qua ratione dicatur, non definio.

# P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

## LIBER SEXTVS.



### ARGVMENTVM.

Arachne Lydia Idmonis filia, cuius mater Hypæpis urbe parua genita, ſtudio lanificii famam quæſierat, cum materna induſtria cunctas præceſſiſſet in opere faciendo, gloriabunda inſolentius, q̃ mortalem decuit, elocuta eſt. nam Mineruam, a qua edocta fuerat, ad certamen prouocauit. quæ in anum uerſa, in hoc ad eam uenit, ut audaciæ impetum compeſceret, quam cum in certamine uidiſſet permanentem, reuerſa in ſuam ſpeciem opere propoſito in certamen deſcendit, & ſingula, quæ ſequuntur, inſeruerunt telæ. prior Minerua, dehinc Arachne.

PRæbuerat dictis Tritonia talibus aures,
Carminaq; Aonidũ, iuſtãq; probauerat irã.
Tum ſecum, laudare parum eſt, laudamur & ipſæ:
Numina nec ſperni ſine pœna noſtra ſinamus.
Mæoniæq; animum fatis intendit Arachnes;
Quam ſibi lanificæ non cedere laudibus artis

RAPH. PRæbuerat dictis} certamina Muſarum cũ Pier. filiabus cum Pallas audiſſet, forte ei in mentem uenit, qua pœna & ipſa Arachnen, Lydiam puellam, quæ ſe Pallade ipſa lanificii peritiorem eſſe contendebat, afficere deberet. ſic autem & librum libro, & fabulam fabulæ eleganter poeta cõnectit. {Tritonia} Pallas a Tritonide, palude Libyæ, ubi primum in uirginali habitu apparuit, ut Herodotus in 4. narrat, Tritonia fuit cognominata. unde aiunt Palladẽ Neptuni & Tritonidis paludis fuiſſe filiam. eam autem neſcio quid a patre reprehenſam donaſſe ſe Ioui, ac Iouem ſibi illam filiam aſciuiſſe. Steſichorus autem primus aſſeruit Palladem armatã ex capite Iouis proſiluiſſe, eoq; Tritoniam appellatam, quod τριτὼ caput uocatur. Sane Triton palus eſt, & fluuius Bœotię & Libyæ, apud quarũ alterum Pallas uidetur nata, ut ſcribit Argonauticõ enarrator. unde & Tritonia, & Tritogenia uocatur. quãuis quidam ἀπὸ τοῦ τρεῖν, hoc eſt, a terrendo, ꝙ aduerſariis terrorẽ incutiat, Tritoniã declinari putent: uel ꝙ τρίτη .i. tertia, poſt Apollinẽ & Dianã genita ſit: uel ꝙ τριτάια .i. tertia die mẽſis appareret. eadem.n. cũ luna putatur. tertiam uero menſis diem τριτομηνίδα uocabant, qua quidẽ die Pallas nata eſſe uidetur. unde & feſtus is dies, ut ipſius natalis agebatur Athenis, quẽadmodũ Romę quinquatria. {Aonidum} muſarum. {Probauerat} laudauerat. {Tum ſecũ} dixit aut locuta eſt, ſubaudiatur. {Laud. pa. eſt} non ſatis eſt, inquit, alios laudare, niſi & nos laudemur. {Męoniæ} Lydiæ a Męone rege. {Arachnes} Arachne Lydia fuit puella, Idmonis Colophonii filia, lanificii peritiſſima: q̃ cũ ſe Palladi anteferret, eãq; in certamẽ prouocare auſa eſſet, ab ipſa q̃dem in uetulã conuerſa admonet, ut ab incepto deſiſtat, ac temeritatis ſuę ueniã a dea ſuppliciter petat. ceterũ Arachne ea admonitione inſolentior facta nullo pacto Mineruæ cedere animũ induxit. quare dea indignata, depoſita uetulę forma, & in certamẽ deſcẽdit, & Arachnẽ ſuperatã in araneam cõmutauit: q̃ priſtinę artis nõ immemor, tenuiſſimas telas nũquã cõtexere deſiſtit. hoc uero in deſcribẽdo certamine poeta multas exponit trãsformationes. nã utraq; telã, quã conficit, uariis imaginibus diſtĩguit, quas apte poeta deſcribit. {Lanificæ ar.} lanificii.

Colo-

RAPH. COLOPHONIVS Idmon.} Colophō Lydiæ urbs eſt, Apollinis oraculo clara. {Phocaico murice} Phocaica purpura. eſt enim murex piſcis, ex cuius ſanguine purpureus conficitur color. Phocæa autem & Ioniæ & Cariæ urbs eſt a Phocis, quæ Ionię conditores ſecutę dicuntur, appellata. unde ſoluta diphthōgo Phocaicus declinatur. {Æqua} par & æqualis. [Lydias tamen illa per urbes: ſic quidem uulgo ferè legitur. admonent autem doctiores legendum eſſe, Lydas per urbes, quod in Lydias, prior ubique longa ponatur, ut apud Horatiū: Lydia dic per omnes te deos oro &c. & apud Virgilium, Vbi Lydia quondam Gens bello pręclara iugis conſedit Etruſcis. ſed poſſet tamen & Lydias defendi hoc loco, ſiquis uel ἔκτασιν uel συνίζησιν admittat] {Paruis Hy.} hypæpa Lydię urbs eſt, monti adiacens. unde etiam nomen fuit inditum, quaſi ὑπὸ αἰπύς, hoc eſt, ſub cacumine & uertice ſita ea donc Veneris pulcherrimas dicitur ferre.

COELIVS RHOD.

HYpępenas mulieres fuiſſe pulcherrimas, traditur. eſt uero urbs Hypępa, quæ a Tmolo deſcendentibus occurrit, ad Cayſtri Campeſtria, nomine impoſito, quia ſit ſub monte, qui Æpos nuncupetur, ſita, ac dicata Veneri. meminit Ouid. Arachne, Orta domo parua, paruis habitabat Hypæpis.

{Tym.} Tymolus, q & Tmolus dicitur, mons eſt Lydię uitibus conſitus. {Pactol.} Pactoli, Lydię fluuii, arenis aureis clariſſimi, filiæ. {Tūc quoq; cū fie.} ſed eſt ſubaudiendū, ut intelligamus, ſed tunc quoq; cum fierēt ſpectare iuuabat. {Tātus decor} acclamatio eſt admirationem artis ſignificans. {Subigebat} domabat. {Mollibat} mollia reddebat. {Longo tractu} longa ꝑductione. lanę enim illæ ſic protrahebantur, ut nebulę uideri poſſent. {Seu uerſabat} uoluebat, hoc eſt filabat. {Scires} poſſes. {Offenſa} indignata. {Tāta magiſtra} quanta eſt Pallas. {Nihil eſt quod uicta recuſem} nulla eſt, inquit, pœna, quam ego uicta recuſare uelim. {Pallas anū ſimulat} Mineruæ in uetulam Metamorphoſis aperte deſcribitur. {Falſos} ſimulatos. {Infirmos ar.} membra, quę infirma eſſe fingebat. {Grandior æt.} ſenectus eſt periphraſis. {Vſus} peritia rerum. recte autem ſimilem commendat ętatem, ut maior ſibi fides adhibeatur. {Cede deæ} ne contendas cum dea. {Viſq; ma. re.} a uerberanda dea ſubintelligatur. {Confeſſa iram} præſeferens & oſtendens indignationem. {Vultibus} uultus mutationibus. {Obſcuram Pallada} ſub figura anus latentem. {Reſecuta eſt} proſecuta eſt, ac reſpōdit. {Mētis ino.} ſtolida ac demēs. {Confecta} exhauſta, euacuata oīb' & animi & corporis uiribus. {Et ni. uixiſ. diu no.} eam ſignificat delirare. {Palladaq; exhi.} pręſetulit ac oñdit ſe Palladē eſſe. {Mygdonidesq; nu.} Mygdonia Macedonię ꝑs eſt, & item Phrygię a Mygdone cognominata. e Phrygia uero, utpote uicina, multę cōuenerāt mulieres, ut Arachnes opera ſpectarent, quæ oēs præter unā Arachnen, uenerate ſūt deam. {Inuita ora} hypallage eſt: nam ipſius inuitæ ora intelligunt. nolebat.n. Arachne pudens uideri. {Euanuit} repente & ſubito abiit. {Cū primum Aurora mouetur} qñ primum Aurora incipit oriri. {Cādeſcere} cādidus fieri. {Perſtat in incep.} perſeuerat in incepta pertinacia, ut cum Pallade contendat. {Stolidæ pal.} ipſa ſtolida. eſt.n. hypallage. {In ſua fa.} in finē ſibi fatorum lege ſtatutum. {Intendunt} dirigunt, ordiuntur. {Gracili ſta.} tenui, ſubtili. {Tela iugo iūcta eſt} mirāda utriuſque oſtendit celeritatē. Iugū aūt dicitur lignum illud, cui ſtamina appenduntur & alligātur. {Secernit} diuidit, diſtinguit. {Subt.} .i. qđ ſtamini inſeritur, qđ etiam trama uocatur. {Radiis acu.} radius inſtrumētū eſt, quo textores ſubtegmē inſerunt ſtamini. Elegāter autem omnia deſcribit poeta, quæcunq; in conficiēda tela fieri ſolent. {Expediūt} aptāt, accōmodāt. {Atq; inter ſt. d.} ꝑiphraſis eſt ſubtegminis. id.n. dentibus pectinis inulcatur. eſt aūt pectē textorū inſtrumētū notius ꝙ ut ſit deſcribendū. {Cinctæq; ad pectora ue.} morem textricū exprimit: ad pectus.n. uſque ueſtes ſubducunt. {Studio} uincendi cupiditate.

Audierat. non illa loco, neque origine gentis
Clara, ſed arte fuit. pater huic Colophonius Idmon,
Phocaico bibulas tingebat murice lanas.
Occiderat mater: ſed & hæc de plebe, ſuoq́;
Aequa uiro fuerat. Lydias tamen illa per urbes
Quæſierat ſtudio nomen memorabile: quamuis
Orta domo parua paruis habitabat Hypæpis.
Huius ut aſpicerent opus admirabile, ſæpe
Deſeruere ſui nymphæ uineta Timoli;
Deſeruere ſuas nymphæ Pactolides undas.
Nec factas ſolùm ueſtes ſpectare iuuabat,
Tunc quoq; cùm fierent: tantus decor affuit arti.
Siue rudem primos lanam glomerabat in orbes,
Seu digitis ſubigebat opus, repetitaq; longo
Vellera mollibat nebulas æquantia tractu,
Siue leui teretem uerſabat pollice fuſum,
Seu pingebat acu: ſcires à Pallade doctam.
Quod tamen ipſa negat. tantaq; offenſa magiſtra,
Certet, ait, mecum: nihil eſt, quod uicta recuſem.
Pallas anum ſimulat, falſosq́; in tempora canos
Addit, & infirmos baculo quoq; ſuſtinet artus. Pallas in anū.
Tunc ſic orſa loqui: Non omnia grandior ætas,
Quæ fugiamus, habet: ſeris uenit uſus ab annis.
Conſilium ne ſperne meum: tibi fama petatur
Inter mortales faciendæ maxima *telæ. *lanæ
Cede deæ; ueniamq́; tuis temeraria dictis
Supplice uoce roga: ueniam dabit illa roganti.
Aſpicit hanc toruis, inceptaq; fila relinquit;
Vixq; manus retinens, confeſſaq; uultibus iram,
Talibus obſcuram reſecuta eſt Pallada dictis:
Mentis inops, longaq; uenis confecta ſenecta,
Et nimiùm uixiſſe diu nocet. audiat iſtas,
Si qua tibi nurus eſt, ſi qua eſt tibi filia, uoces:
Conſilij ſatis eſt in me mihi: ne'ue monendo
Profeciſſe putes, eadem eſt ſententia nobis.
Cur non ipſa uenit? cur hæc certamina uitat?
Tum dea, Venit, ait: formamq́; remouit anilem,
Palladaq́; exhibuit. uenerantur numina nymphæ,
Mygdonidesque nurus: ſola eſt interrita uirgo.
Sed tamen erubuit, ſubitusq́; inuita notauit
Ora rubor, rurſusq́; euanuit: ut ſolet aer
Purpureus fieri, cùm primùm Aurora mouetur,
Et breue poſt tempus candeſcere ſolis ab ortu.
Perſtat in incepto: ſtolidæq́; cupidine palmæ
In ſua fata ruit. neque enim Ioue nata recuſat,
Nec monet ulterius, nec iam certamina differt.
Haud mora: conſiſtunt diuerſis partibus ambæ,
Et gracili geminas intendunt ſtamine telas.
Tela iugo iuncta eſt: ſtamen ſecernit arundo:
Inſeritur medium radiis ſubtegmen acutis.
Quod digiti expediunt, atq; inter ſtamina ductum
Percuſſo feriunt inſecti pectine dentes.
Vtraq; feſtinat; cinctæq́; ad pectora ueſtes
Brachia docta mouent, ſtudio fallente laborem.

Illic

Illic & Tyrium, quæ purpura ſenſit ahenum,
Texitur, & tenues parui diſcriminis umbræ.
Qualis ab imbre ſolet percuſſus ſolibus arcus
Inficere ingenti longum curuamine cælum:
In quo diuerſi niteant cùm mille colores;
Tranſitus ipſe tamen ſpectantia lumina fallit:
Vſque adeò qđ tangit, idem eſt: tamen ultima diſtãt.
Illic & lentum filis immittitur aurum,
Et uetus in tela deducitur argumentum.

*Quæ in Mineruæ tela picta.*

ARG. Minerua incipit: itaq; telæ ſuæ intexuit contentionem Athenarũ inter ſe, Neptunũq; habitam, qui lacu ſalſo in arce edito ſuam poſſeſſionem uendicabat: ipſa uero, oliua arbore a ſe inuẽta. item Æmum regem, reginamq; Rhodopen Threiciam, qui pari inſania & amore coniugij Iouis & Iunonis abuſi erant nominibus, in montes transfiguratos. item Pygantem ab Iunone in gruem uerſam. item Antigonem Laomedontis filiam, quæ cum Ioue coierat: quam ob admiſſum ſcelus Iuno transfigurauit in ciconiam. item Cynaræ regis Aſſyriorum filias ob inſolentiam ab eadem dea in graduum templi ſui lapidem mutatas: per quæ exempla frãgi poſſet de Mineruę numine: finemq; operi ſuo, oliua arbore ſua picta, impoſuit.

Cecropia Pallas ſcopulum Mauortis in arce
Pingit, & antiquam de terræ nomine litem.
Bis ſex cæleſtes medio Ioue ſedibus altis
Auguſta grauitate ſedent. ſua quenq; deorum
Inſcribit facies. Iouis eſt regalis imago.
Stare deum pelagi, longoq; ferire tridente
Aſpera ſaxa facit, medioq; e uulnere ſaxi
Exiluiſſe ferum, quo pignore uindicet urbem.

RAPH. ILLIC & Ty.} purpura, inquit, Tyria nobilisſima intexitur. [Seu potius purpurea fila.] nam Tyrus Phœniciæ inſula eſt a Tyro Phœnicis filio appellata, ubi olim precioſiſſima purpura fiebat. [Ibidemq; & iam inuentam purpuram Pollux tradit. uide lib. 2. c. 4.] {Et te. um.} ex uariis coloribus umbrę conficiuntur, quo imagines extare uideantur, quòd in pingendo difficillimũ eſſe putatur. {Ab imbre.} poſt pluuiam. hac autem ſimilitudine oſtenditur quam uariis telæ illæ coloribus diſtinctæ forent. {Solibus} ſolis radiis. {Arcus} Iris. {Longum cęlum} longã aeris partem. {Trãſitus} unius, inquit, coloris ad alium tranſitus: oculos decipit, quia cũ ſint diuerſi, iidem tamen eſſe uidentur.

COELIVS RHOD.

QVod uero aſtruunt, ueros nõ eſſe Iridis colores, meras eſſe nugas, fatẽdum eſt, ſi Peripateticos audire ſcientiſſimos uolumus. cum enim lux, omniũ ſit colorum hypoſtaſis, & ſubſtantia formalis, & cõſtituat colores tinctis radiis in pſpicuo, denſo: cõſtat, ibi uerisſime ineſſe colores, ubi eiuſdmodi lux tingitur in perſpicuo aeris humidi, uel rorationis deſcẽdentis. eo nãq; mõ Iris colores concipit. & ideo ueri ſunt cenſendi, tanto naturę artificio, ut eos, ſicuti diximus, conſequi nulla queat ars, cum tranſitus internoſci haud poſſit, qui in ſequentem uertantur nullo medio: ſicuti Boethius adnotauit in Muſicis item cõtingere. ex quo recte Ouidius,

Qualis ab imbre ſolet percuſſus ſolibus arcus;
Inficere ingenti longum curuamine cęlum,
In quo diuerſi niteant cum mille colores,
Tranſitus ipſe tamen ſpectantia lumina fallit.

Quod uero ingerunt Pythagorici, ideo non uideri colores ueros, quòd non permaneant diu, uaniſſimum eſſe aiunt. id enim obuenire, certiſſimum eſt ſubiecti ratione, quod in dilapſu eſt conſtitutum. alioqui colligemus, ueriorẽ uideri hominem uitę diuturnioris eo, qui commoritur ſtatim productus in lucem. quod quis non uideat eſſe abſurdiſſimum? {Vſq; adeo quod tangit idem eſt} in tantũ, inquit, is, qui alii cõiungitur, color ſimilis ei eſt, ut idem eſſe uideatur, cum tamen diſtet & differat. eſt autem acclamatio, artificis continens admirationem. {Lẽtum aurum} flexibile. {Vetus argumentum} antiqua fabula. {Deducitur} effingitur. proprie autem deduci & fila & carmina dicuntur, & quicquid in longum ꝓtrahitur. {Cecropia arce} Athenieſi, a Cecrope Athenarum rege. {Scopulum Mauortis} Ariopagũ dicit, qui Martis uilla interpretatur: ἄρειος nãq; Martius, πάγος uilla dicitur. eſt autem Athenis promõtorium, iccirco a Marte cognominatum, quod is Halirrhothium Neptuni filiũ eo in loco interfecit, propter Alcippen eius filiam, ut Philochorus ſcribit in ſecundo de Attica lib. Telam aũt Palladis primum deſcribit poeta, in cuius initio & Ariopagus erat depictus, & dii iudices erant effecti, qui ſententiis deciderent, utrum Pallas an Neptunus urbi illic conditæ nomen imponere deberet. de hoc enim contendebatur. dii autem ſic ſtatuerunt, ut qui rem humano generi cõmodiorem inueniſſet, is urbi nomẽ imponeret. cum igitur Neptunus tridente percuſſiſſet terram, equus exiliuit. Pallas uero haſtę cuſpide terra ꝑcuſſa oliuam in lucem eduxit, quæ mortalibus commodior indicata Palladem uictricem effecit. {Auguſta graui} ſacra maieſtate. auguſtum enim dicitur augurio conſecratum. {Sua quẽque deorũ inſcribit facies} hoc eſt unuſquiſq; deorũ propria effingitur figura. {Stare Deũ pe.} Neptunũ, inquit, ſtantem pingit. {Ferum} equũ. [Fretũ alii hoc loco legũt nõ ferũ. neq; n. equũ, ut uulgo traditur, in hac cõtẽtione deorũ, ſed aquarũ ſcaturiginẽ a Neptuno productam uolũt. idq; etiã Lactãtius ſenſiſſe uidetur, q in argumẽto, lacũ ſalſum a Neptuno editũ dicit. Baptiſta Pius, Varronẽ citans, apud quem eadẽ hæc fabula in hũc ferè modũ traditur: Cecrope regnante, inquit, cũ circa arcẽ Atheniẽſium Olea arbor forte enata eſſet, & iuxta aquarũ ſcaturigo emanaret, conſultũ ſuꝑ hoc ueluti ꝓdigio Apollinẽ reſpondiſſe, per oleã Mineruam, per aquam Neptunũ ſignificari, eosq; deos inter ſe certare, uter urbi nomen imponeret. quare penes populũ eſſe, utrius Dei nomine appellari illã uellent, decernere. Atheniẽſibus itaq; in ſuffragia euntibus cũ mares Neptuno, mulieres Mineruæ fauerent, uiciſſe Mineruam calculo uno. quare Neptunum indignatũ, mox tantam aquarum uim effudiſſe, ut totam prope Atticam inundaret. ſed poſtea tamen iterum placatum, mulieribus ea pœna multatis, ut neq; ſuffragia poſthac ulla ferrent, neque de ipſarum nominibus filii appellarentur, neq; ipſę etiam Athenę uocarentur. Hæc ille. atque huc etiam Statium alluſiſſe uolunt 12. Thebaidos, ubi inquit,

Ipſe quoq; in pugnas collis uacuatur, ubi ingens
Lis ſuperum, dubiis donec noua ſurgeret arbor
Rupibus, & longa refugum mare frangeret umbra.

Eadem autem & Higynus ferè tradit, niſi quod hic lacum, ſeu ſcaturiginem aquę non ipſo certamine, ſed poſt cũ ob uictoriam amiſſam indignaretur, edidiſſe Neptunum, totamq; Atticam aquis inundare, nomẽ a Mercurius prohibitus fuit, uoluiſſe dicit. Commentator aut Ariſtoph. in Nub. (ut hoc quoq; addamus) addit, Neptunũ ob amiſſum Atticę poſſeſſionem, Athenienſibus δυσβουλίαν immiſiſſe, hoc eſt ut de rebus ſuis male ac ſtulte conſultarent. ſed Mineruam contra id uitium ita compenſaſſe, ut male conſulta bene caderẽt. hinc prouerbium natum, ἀθηναίων δυσβουλία de quo Eraſ. uide. Quod autem & Virg. 2. Georg. equum a Neptuno procreatum dicit, quem hic Regius ſecutus uidetur, id ad eũ equum pertinere idem Pius ait, qui a Neptuno percuſſis in Thracia ſcopulis prodierit. quod eo'ne modo, an aliter accipiendum ſit, doctioribus iudicandum relinquo. poteſt. n. etiam Neptunus in primo certamine equum procreaſſe, quando Pallas oleam protulit, ac poſtea amiſſa uictoria indignatus, ut Higynus ſentire uidetur, aquarũ diluuiũ immiſiſſe uideri. Ceterum, ut neq; hoc ꝓtereamus, ferum pro equo poni apud poetas non obſcurũ eſt. ſic. n. Virg. dixit. 2. Æn. Sic fatus, ualidis ingẽtem uiribus haſtam In latus, inq; feri curuam cõpagibus aluũ contorſit, &c. & ſemiferi, Centauri eadem rõne, alibi dicuntur.] {Vindicet} ſuam ac propria eſſe affirmet.

At ſibi

At ſibi dat clypeum, dat acutæ cuſpidis haſtam,
Dat galeam capiti; defenditur ægide pectus;
Percuſſamq; ſua ſimulat de cuſpide terram
Edere cum baccis fœtum canentis oliuæ,
Mirariq; deos. operis uictoria finis.
Vt tamen exemplis intelligat æmula laudis,
Quod pretium ſperet pro tam furialibus auſis:
Quattuor in partes certamina quattuor addit,
Clara colore ſuo breuibus diſtincta ſigillis.
Threiciā Rhodopen habet angulus unus, & Hemū,
Nunc gelidos montes, mortalia corpora quondam,
Nomina ſummorum ſibi qui tribuêre deorum.
Altera Pygmææ fatum miſerabile matris
Pars habet. hanc Iuno iuſſit certamine uictam
Eſſe grauem, populisq; ſuis indicere bellum.
Pinxit & Antigonem auſam contendere quondam
Cum magni conſorte Iouis. quam regia Iuno
In uolucrem uertit: nec profuit Ilion illi,
Laomedon'ue pater, ſumptis quin candida pennis
Ipſa ſibi plaudat crepitante ciconia roſtro.
Qui ſupereſt ſolus Cynyran habet angulus orbum:
Isq; gradus templi natarum membra ſuarum
Amplectens, ſaxoq; iacens lacrymare uidetur.
Circuit extremas oleis pacalibus oras.
Is modus eſt: operisq; ſua facit arbore finem.

## *Quæ in Arachnes tela picta.*

ARG. Arachne autem ut uideretur per opera reſpondiſſe, ſequentia telæ intexuit: Iouem in taurum uerſum ob Europæ amorem. item in aquilam, ut comprimeret Aſterien. item in olorem, ut Ledam Theſtii filiam comprimeret. item in ſatyrum, ut Nyctei filiam comprimeret. item in Amphitryona, ut Alcmenam Electrionis filiam comprimeret. item in aurum, ut Danaen Acriſii filiam comprimeret: in ignem, ut Aſopidam: duo ſenſus iſti uno in uerſu continentur. item in paſtorem, ut Mnemoſynen comprimeret: in ſerpentem, ut Deoidam: & hi duo ſenſus in unū uerſum ueniunt. Neptuni præterea cupiditates inſeruit: ita ut doceret eū in iuuencum eſſe mutatum, ut Æolii filiam Arnen, aut, ut alii uolunt, Menalippen, ſtupraret: in Enipeum, ut Iphimediam, ex qua nati Aloidæ: in arietem, ut Biſalpidam comprimeret: hi tres ſenſus in tribus uerſibus. item in equum, ut Cererem: in equum uolucrem, ut Gorgonem Meduſam, ex qua equus Pegaſus proditur natus: in delphinum, ut Deucalionis filiam Melantho: hi ſenſus continentur in tribus uerſibus. Apollinis præterea in eadē tela amoris furta intexuit, indicans eum in accipitrem, interdum in leonem fuiſſe conuerſum, in paſtorem quoque, ut Iſſen Macharei filiam comprimeret. item Liberum patrem in uuam, ut Erigonem comprimeret. item Saturnum in equum, ut Phillyram, Oceani filiam, ex qua Chirona Centaurum dicitur procreaſſe, comprimeret.

Mæonis eluſam deſignat imagine tauri
Europam. uerum taurum, freta uera putares.
Ipſa uidebatur terras ſpectare relictas,
Et comites clamare ſuas, tactumq; uereri
Aſſilientis aquæ, timidasq; recondere plantas.
Fecit & Aſterien aquila luctante teneri.

RAPH. AT ſibi dat clypeum} Pallas ita ſe ipſam in tela effingit, ut & clypeo, & ęgide, & haſta, & galea armata uideatur. ſic enim Mineruæ ſimulacrum Athenis erat effigiatum, ut Pauſanias ſcribit. {Ægide} ægis munimētum eſt pectoris Mineruæ cum capite Meduſæ, quo in bello potiſſimum utitur. {Edere} emittere. {Cū baccis} baccæ fructus proprie dicuntur oliuæ, & ſimilium arborū, qui & exigui ſunt, & rari, ac a ſe inuicem ſeparati naſcuntur. {Canentis} quæ cana ac ſubalba uidetur. eā autem oliuam, quæ ex ictu haſtæ Palladi uictoriam peperit, arſiſſe aiūt, ut Pauſanias narrat, cum Medorum incēdio Athenę conflagrarūt, exuſtamq; eodē in die in duorum cubitorum proceritatem germinaſſe. nā ſupra quattuor cubitorū amplitudinem Athenis effingebatur. {Operis uictoria finis} in fine, inqt, telæ uictoriam ſuam Pallas effinxit. eſt, aūt uerbum, quod elegāter ſæpenumero prætermittitur, eſt ſubaudiendū. {Vt tamen exemplis} quamuis, inquit, uictoria Palladis operi finem impoſuerit: adiecit tamen in quattuor telę angulis exempla quorūdā in deos impiorū, ex qbus facile cognoſcere poſſet Arachne, quā pœnā & ipſa expectare deberet. {Quod pretium} quā pœnā. {Speret} expectare debeat. {Pro tā furialibus auſis} pro tam furioſa temeritate. {Breuibus ſigillis} paruis ſignis. {Threiciam Rhod.} Hemus, ut hinc colligere poſſumus, rex fuit Thracię potentiſſimus, qui Rhodopē, Strymonis fluuii filiam, ex qua Neptunus iā Atho gigantem ſuſtulerat, duxit uxorem: qui in tantam arrogantiam elati ſunt, ut Hemus ſe eſſe Iouem, Rhodope uero Iunonem prędicarent, ac ut deos ſe adorari iuberent. qua inſolētia Iupiter indignatus in montes eos cōmutauit. Rhodope aūt, ut Sephanus ſcribit, ēt Ionię urbs eſt, unde Rhodopeus, & Rhodopeius deriuatur. [De hac fabula in libello de fluminibus, q Plutarcho uulgo aſcribit, in hunc modum traditur: Apud Strymonē, inquit ille, duo montes iacēt, Rhodope & Hemus. hi cum ex eodem patre nati eſſent, cœperunt mutuo inter ſe amore ac deſiderio flagrare. ac Hemus quidem ſororem appellabat Iunonem, illa uero amatorem ſuum Iouem, praua quadam affectatione. quare dii contumelia affecti, ac grauiter ferētes, in montes iiſdem nominibus ambos conuertere, auctor Thraſyllus Mendeſius] {Sūmorum deorum} Iouis & Iunonis. {Altera Pygmeæ} in ſecundo, inquit, telæ angulo depicta erat mutatio Pygmææ mulieris in gruem, quod ſe, ut pulchriorem, Iunoni anteferre auſa foret. {Fatum miſe.} ſortem miſerabilē. {Pygmææ ma.} Pygmæę mulieris. Pygmæi nanq; ſunt populi, ut ſcribit Plinius, montana Indiæ incolentes, quorum longiſſimi pedes duos non excedunt. Hi aſſiduum cum gruibus bellum gerere dicuntur. [Pygmeos ἀπὸ τῆς πυγμῆς habere nomen Auguſtinus de ciuit. Dei, tradit, eo q ſint palmari ſtatura, ſiue ſpithamę. hos Str. & Mela in Arabia ponunt. Solinus etiam in Thracia circa urbem Geraniā. unde a gruibus pulſos dicit. quæ res fabulæ locum dediſſe uidetur. meminit horum & Gellius lib. 9. c. 4.] {Suis} Pygmęis, a quibus ipſa originē ducebat. {Pinxit & Anti.} Antigone, Laomedontis filia, fuit formoſiſſima, quæ cum ſe Iunone pulchriorē eſſe iactaret, ab ea in ciconiam fuit cōuerſa. ad quod alludere uidetur Virg. in 1. Æneid. cum inquit, Spretæq; iniuria formæ. {Qui ſupeſt ſo. Ci.} Cinyras, Aſſyriorum rex, filias habuit pulcherrimas, quæ ſe Iunoni præferre auſæ fuerunt. quare indignata Iuno eas in gradus templi ſui commutauit: ac patrem, gradus ipſos pro filiarum corporibus amplectentem, itidem in ſaxum commutauit. [De Cinyra infra pluribus agemus. ceterum uidentur & nomen cum fabulæ argumento conuenire. Cinyras. n. ἀπὸ τοῦ κινύρεσθαι dictus eſt, quod uerbū gręcis lugere & cōqueri ſignificat. quare falluntur, qui Cynaram per a, in penultima, ſcribunt] {Orbum} liberis priuatum. {Iacēs} adhærens. {Pacalibus} paciferis, ac pacem ſignificantibus. {Modus} finis. {Sua arbore} oliua. {Mæonis elu.} fabulas, in Arachnes tela depictas, exequitur poeta, celebres quidem ac nōdum expoſitas, copioſius, ignobiles uero, ac minus celebratas paucis attingens. {Mæonis} Arachne Mæonia ſiue Lydia. Europę uero raptus in ſecundo uolumine fuit a poeta pleniſſime expoſitus. Iupiter aūt iccirco in taurum conuerſus Europam rapuiſſe fingitur, quod nauis, qua eſt in Cretam uecta, picto tauro fuit inſignita. {Timidas recondere plantas} hypallage poetæ familiaris. Europa enim timida uidebatur retrahere pedes ab aquæ tactu. {Fecit & Aſterien} Aſterie fuit Cei Titanis filia, ac Latonæ ſoror, quam Iupiter tam ardenter amauit, ut eam in cothurnicem uerſam per aquilam rapuiſſe dicatur.

Fecit

Fecit olorinis Ledam recubare ſub alis.
Addidit, ut ſatyri cælatus imagine pulchram
Iuppiter implerit gemino Nyςteida fœtu :
Amphyitrion fuerit, cùm te Tirynthia cepit.
Aureus ut Danaën, Aſopida luſerit ignis,
Mnemoſynen paſtor, uarius Deoida ſerpens.
Te quoque mutatum toruo Neptune iuuenco
Virgine in Aeolia poſuit. tu uiſus Enipeus
Gignis Aloidas; aries Biſaltida fallis;

RAPH. FECIT olorinis} Iupiter Ledæ amore captus in cygnū mutatus ea potitus eſt, quæ ouum dicitur peperiſſe, ex quo Caſtor, Pollux & Helena orti eſſe finguntur. de Ledę autem patria & parentibus uariæ ſunt antiquorum opiniones. Ibicus nanq; Pleuroniam, Hellanicus autem Calydoniam illā fuiſſe ait. Theſthii uerò filiam fuiſſe pleriq; aiūt ex Androdice. Eumelus autē ex Glauco Siſyphi filio, & Pantidyia natā eſſe ſcribit, narrās Glaucum poſt equas amiſſas Lacedæmona pueniſſe, ibiq; rem cū Pantidyia habuiſſe, quę poſtea Theſthio nupſerit, ſicq; Ledam, quæ Glauci fuerit, Theſthii exiſtimatā, appellatamq; fuiſſe. Pherecydes uero ex Laophōte, Pleuronii filiā Ledam & Altheam, a Theſthio ſuſceptas fuiſſe ait, Pollucem quidem ex Ioue, Caſtorem autē ex Tyndaro generatos ferunt. {Olorinis} cygneis. nam olor eſt, quem græci ac iam Latini quoq; Cygnum appellant. {Addidit ut Sa.cę.ima.pul.} Iupiter in Satyrum conuerſus Antiopam Nyςtei filiam compreſſit, quæ geminos Amphionem & Zethum fingitur peperiſſe. Antiope uero ſic a Ioue corrupta, Nyςtei patris minas timens, Sicyonem ad Epopeum confugit. ubi cum Amphionem & Zethum peperiſſet, illos in Cithærone expoſuit, cuidamq; paſtori commēdauit. Nyςteus autem propter filiæ audaciam dolore affeςtus interiit, cum prius Lycum fratrem oraſſet, ne filiam negligeret, uerū Sicyonē profeςtus illius miſereretur. Lycus igitur & urbem expugnat & Epopeum interficit, & Antiopen captiuam Dirce uxori ſuæ tradit cuſtodiendam. hæc autem fugit, captaq; iterum ſuis ipſius filiis Amphioni & Zetho traditur, quibus paſtor, quę faςta erant omnia aperit. ipſi uero Antiopem quidem conſeruant, Dircen uero fero tauro alligantes diſcerpſerunt. ac Lycum accerſentes, tanquam Antiopen tradituri, interemiſſent, niſi a Mercurio ꝓhibiti fuiſſent, q qdē ipſum Amphioni & Zetho regno cedere iuſſit. {Amphitr. fuerit} Iupiter Alcmenæ amore captus, in Amphitryonem illius maritum conuerſus cum ea cōcubuit; Herculemq; ex eo concubitu ſuſcepit. Amphitryon autem Alcæi Thebani filius fuit, qui Alcmenam Eleςtrionis filiam uxorē duxit. {Tirynthia} Alcmena, a Tirynthe urbe diςta. nā Tiryns urbs eſt Pelopōneſi a Tirynthe Hali filia, q̄ Amphitryonis fuit ſoror, unde etiam Hercules Tirynthius appellatur. {Aureus ut Danaen} Danae Acriſii Argiuorum regis filia a Ioue in aureas guttas mutato compreſſa, Perſeum genuiſſe in quarto narratur. hoc autem fingitur, quod Danaen uiolaturus Iupiter aureos nūmos largiter in ſinum eius infudit. hæc, ut ſcribit Laςtantius, merces ſtupri fuit. {Aſopida luſerit ignis} Æginam Aſopi filiam. nam Iupiter in ignem conuerſus Æginā Aſopi fluuii filiam compreſſit, exq; ea Æacum ſuſcepit. [Mnemoſynen paſtor. nā paſtoris habitu Mnemoſynen cōpreſſiſſe aiunt, atq; inde nouem Muſas genuiſſe] {Varius Deolida ſerpens} ſic quidem legitur, & ego hanc olim ſecutus leςtionem, ut qui aliam non uideram, expoſui Deolida nympham uideri fuiſſe, quę a Ioue in ſerpentem uerſo uitiata ſit. nuper uero in uetuſto exemplari animaduerti Deoida ſine littera l, caſtigate ſcriptum eſſe. nam Deois Proſerpina eſt Cereris filia, quę δηώ quoq; a græcis nominatur, unde fœmininum patronymicū Deois declinatur. Ceres autem δηώ appellata fuit, ut græci tradunt, παρὰ τὸ δήω quod ſignificat inuenio. qn̄. n. Ceres quærens filiam uaria loca circuibat, omnes bene illi ominantes dicebant, δήεις, hoc eſt inuenies. hinc faςtum eſt, ut δηώ uocaretur. quamuis aliæ quoq; huius nominis origines ferantur, quæ breuitatis cauſſa uidētur prętermittendæ. Iouem autē in draconem uerſum cum Proſerpina concubuiſſe in 2. l. de Pręparatione euangelica teſtatur Euſebius, cum inquit, ut eorum uerbis, qui in latinum uerterūt, utar: Ceres peperit, educatur puella, Perſephaten nōnulli appellant, cui Iupiter, qui genuit, draco faςtus coniūgitur. unde in ſacrorum myſteriis Draco in ſpiram conuolutus ad faςtorum memoriam, ac potius in teſtimonium tantæ turpitudinis adhibetur. hæc Euſebius. ex quibus apertiſſimæ colligitur Proſerpinam, Cereris & Iouis filiam, quam Ouidius Deoida uocat, ab Ioue ipſo, in ſerpentem mutato, fuiſſe uitiatam. quare nō Deolida, ut eſt ferè in exemplaribus deprauatum, ſed Deoida contenderim eſſe legendū. [Ex hoc autem concubitu Liberum natum uolūt tauri ſpecie, unde etiam taurus a Lycophrone uocatur Dionyſius] {Te quoq; mutatum} Neptuni uarias deſcribit trāsfigurationes. nā modo in iuuēcū, modo in Enipeum fluuiū, modo in arietem, modo in equum, modo in delphinem conuerſus fuiſſe narratur. {Æolia} Æoli filia. quæ uero hęc Æolia uirgo fuerit, non memini me legiſſe. [Apud Diodorū Siculum lib. 5. in hunc modum legitur: Priſcis temporibus cū ex filiis Æoli, q fuit Hellenis ex Deucalione nati, ceteri, quæ diςta ſunt loca, habitarēt, ſolus Mimas in Æolide regnauit. eius filius Hippotes ex Menalippe Æolum genuit. huius Arnen filiam Neptunus cognouit. qua de re indignatus pater, Metapontio aduenæ, qui tum forte aduenerat, eo paςto Arnen dedit, ut is illā Metapontū abduceret. ubi poſtea duos filios peperit, Æolum & Boetū, quorū Æolus poſtea ad inſulas Tyrrheni maris uenit, easq; de ſe Æolias uocauit: Boetus autem ad Æolum maternū auum rediens, ab eo ut filius educatus fuit, patriamq; ex noīe matris Arnē uocauit. hęc ferè Diodorus. q̄bus alii adiiciūt Arnen cū Metapontū ueniſſet, in ſtabulo inter boues enixā eſſe. eamq; rē fabulę locū dediſſe, ut Neptunus tauri ſpecie cū illa concubuiſſe diceret. eoq; pertinet, ēt q̄d Varro l. 2. de re Ruſt. de tauro loquēs ait. ꝑterea hunc ſcio eſſe, in quē Iupiter potiſſ. ſe conuertit, cū exportauit ꝑ mare e Phœnice amās Europā, hūc eſſe q filios Neptuni e Menalippa, ſeruauit, ne in ſtabulo infantes grex boū obtereret, &c. niſi ꝙ hic Menalippā uocat, quā Diodorus, Arnen. meminit fabulæ nōnihil & Strab. l. 6. Ceterum, ut hoc quoq; addamus, compreſſit Neptunus & Æoli filiam Canacē, ex qua Triopes fuit natus, pater Eriſichthonis, de quo infra l. 8. dicetur] {Enipeus} fluuius eſt Theſſalię Enipeus, in quē mutatus Neptunus Tyro Salmonei filiā circa fluuiū ſpatiantem rapuit, ex eaq; ſuſcepit Peliam & Nelū, auςtor Homerus, Od. 13. {Gignis Aloidas} Neptunus in eūdē fluuiū cōuerſus Iphimediā Aloi uxorē cōpreſſit, ex qua nati ſunt Othus & Ephialtes, q Aloidę a poetis uocātur. Virg. in 6. Hic & Aloidas geminos immania uidi Corpora, q manibus magnū reſcindere cęlum Aggreſſi, ſuperisq; Iouē detrudere regnis. [Atq; ita quidē Regius diſtinguit hos uerſus. Laςtantius autē tres tantū fabulas tribus hiſce uerſibus attribuit. Menalippes, Iphimedias, & Biſaltidis. quāquā de Iphimedia, ſub ſpecie Enipei cōpreſſa, alibi non ita clare legitur. quare dubitari pōt, utrum hic duas fabulas miſcere atq, cōfundere uoluerit, Tyrus uidelicet, & Iphimedias, quēadmodū alibi Virg. Scyllarū Niſi & Phorci.] {Aries Biſal. fal.} Neptunus in arietē transfiguratus Biſaltidē uitiauit, de qua nil memini me alibi legiſſe. [Apud Higynum c. 88. ita ferè legitur: Theophane Biſaltidis filia formoſiſſima uirgo. hanc cum plures proci peterent, Neptunus ſublatam trāſtulit in inſulā Cromiuſam. quod cum proci reſciſſent, comparata naue eodē contenderunt. Neptunus ut eos deciperet, Theophanē in ouem cōmutauit, ſeſe in arietem, Cromienſes aūt ciues in pecora. cum igitur proci ueniſſent, neq; hominem ullum inuenirent, pecora maςtare cœperunt. hoc cū Neptunus uideret, procos in lupos conuertit. ipſe autem ut erat aries, cum Theophane concubuit, unde natus eſt aries Chryſomallus, qui Phryxum in Colchos uexit.]

uariæ Iouis metamor.

uariç Neptuni, & Apollinis metamor.

uide Racemationes Baptiſtæ Egn. c. 11.

Et te flaua comas frugum mitiſſima mater
Senſit equum; te ſenſit equum crinita colubris
Mater equi uolucris; ſenſit delphina Melantho.
Omnibus his faciemq; ſuam, faciemq; locorum
Reddidit. eſt illic agreſtis imagine Phœbus.
Vtq; modò accipitris pennas, modò terga leonis
Geſſerit; ut paſtor Macareida luſerit Iſſen.
Liber ut Erigonem falſa deceperit uua.
Vt Saturnus equo geminum Chirona crearit.
Vltima pars telæ tenui circundata limbo
Nexilibus flores hederis habet intertextos.

Arachne in araneā

A R G. Arachne, ordita tela, a Minerua cum contumelia percuſſa, ſuſpendio ſe affecit. ſed in ultimo caſu propter ſtudium, quod a dea acceperat, in araneam uerſa eſt, ut opere inutili nullum ſui effectum capere poſſet. Plura uero opera Arachnes poeta retulit fuiſſe, quam Mineruæ, ut hanc ſcientia artis, quæ potior eſt, illam labore contendiſſe demonſtraret.

NOn illud Pallas, non illud carpere liuor
Poſſit opus. doluit ſucceſſu flaua uirago,
Et rupit pictas cæleſtia crimina ueſtes.
Vtq; Cytoriaco radium de monte tenebat,
Ter, quater Idmoniæ frontem percuſſit Arachnes.
Non tulit infelix, laqueoq; animoſa ligauit
Guttura. pendentem Pallas miſerata leuauit:
Atque ita, Viue quidem, pende tñ improba, dixit:
Lexq; eadem pœnæ, ne ſis ſecura futuri,
Dicta tuo generi, ſeriſq; nepotibus eſto.
Poſtea diſcedens ſuccis Hecateidos herbæ
Sparſit, & extemplo triſti medicamine tactæ
Defluxere comæ, cumq; his & naris, & *aures:
Fitq; caput minimum. toto quoq; corpore parua eſt.
In latere exiles digiti pro cruribus hærent:
Cetera uenter habet, de quo tamen illa remittit
Stamen, & antiquas exercet aranea telas.

A R G. Niobe Tantali filia Sipylo Lydiæ orta, ob inſolentiam, Apollinis ac Dianæ numen experta eſt. nam ex Amphione ſeptem filiis, totidemq; uirginibus editis dum comitata gauderet, & quodam tempore Manto Tireſiæ filia reſponſo monuiſſet Thebanos, ut Latonæ, & liberis eius per preces tura redderent, ſola extitit, quæ ſacrificio intereſſe noluerit, prædicans ſe potentiorem eſſe numine deæ, ac liberis eius. itaque oratione inſtructa Latona, queſta cum filiis q; ſuarum iniuriarum ultores non eſſent. Apollo igitur & Diana tecti nubibus, ut præceperat genitrix, Thebas uenerunt, ac Niobes filios, cum in campo equis exercerentur, ſagittis necauerunt. quorum nomina hæc ſunt: Iſmenus, Sipylus, Phædimus, Tantalus, Alphenor, Damaſiton, Ilioneus. pater Amphion poſt necem filiorum ferro ſe interfecit. nec minor uiolentia deſiit eſſe Niobes, quod Diana indigne tulit: nam uirgines pari calamitate affecit. uita nouiſſime Niobe flens deceſſit, turbineq; uentorum in patriam Sipylum delata eſt, ceſſitq; in ſilicem uoluntate Apollinis & Dianæ.

RAPH. ET te flaua comas} Neptunus in equum mutatus cum Cerere & Meduſa concubuit. {Frugum mitiſſima mater}periphraſis eſt Cereris, ex qua Neptunus Arionem equum & filiam ſuſtulit. [Cuius nomen effari nō licebat, niſi apud eos qui ſacris deæ initiati eſſent] ut Pauſanias narrat. Ceres nāque filiam quęrens, ut Neptuni ſuum concubitum appetentis inſidias fugeret, ſe in equam mutauit, ac unà cum Onci equabus in paſcua exibat. quod cum Neptunus reſciuiſſet, in equum & ipſe cōuerſus illam iniuit. id uero cum dea ſenſiſſet, adeo indignata fertur, ut Erinnys ex eo fuerit cognominata. nam ἐριννύειν Arcades iraſci dicunt. {Crinita colubris}pro crinibus colubros ac ſerpentes habēs. {Mater equi uolucris} Meduſa mater Pegaſi equi alati [Hanc Neptunus in templo Palladis conſpectam, eo quod forma conſpicua, & capillo eſſet ſpecioſo, compreſſit. quamobrem poſtea Pallas irata, crines illius in angues conuertit, ut alibi dictum eſt] {Senſit del. Me.} Melātho Deucalionis filia fuit, ut Lycophronis īterpres ſcribit, quā Neptunus in Delphinum conuerſus cognouit, ac filium nomine Delphum ſuſcepit. [De Delpho tamen uariant alii, qui illum Apollinis filium faciunt, ut Pauſan. & Hyginus] {Eſt il.ag.im.Phœ.} Apollo diuinitate priuatus propter interfectos Cyclopas Admeti regis Theſſaliæ armenta pauiſſe fingitur. {Vtq; mo.a.p.} Apollo interdum in accipitrē, interdum in leonem ſe cōmutaſſe in Arachnes tela uidebatur. [Quanquam autem occaſiones aut modi earum transformationū hic nulli ponuntur: uidetur tamen Ouidius nō abs re iſtarum meminiſſe, certasq; fabulas ſub his quoque notaſſe. ſed has puto neq; Regius, neq; qſq̄ alius facile explicauerit, tanto eorum auctorū, qui de his rebus ſcripſere, facto interitu.] {Macareida Iſſen.} Macarei filiam, quā Apollo in paſtorali habitu uitiauit, ut hoc loco poeta narrat. [Videtur autem Iſſa hæc fuiſſe Lesbia, Macarei filia, eius qui Iouis & Cyrenes fuit filius, inſulamq; Lesbū, ut auctor eſt Diodorus l.6. tenuit, cuius filię & Mytilene & Metymna fuere. ab Iſſa autem & oppidū Iſſa nomen accepit, auctor Stephanus. {Liber ut Erigonen.} neq; de hac fabula alibi certi aliquid extat. ſed tamen uidetur de ea Erigone hic intelligendum eſſe, quæ Icarii filia fuit, & poſtea inter ſidera relata, ut ab Higyno dicitur. nam & huius patri Icario uitis propagationem Bacchus dedit, ipſius puellæ mortem contra ruſticos Atticos peſtilentia ultus eſt] {Vt Saturnius equo} Saturnus cum Phylira Oceani filia concumbens, ueritus ne Opis uxoris aduentu deprehenderetur, in equum ſe commutauit, ſicq; centaurū genuit Chironē. unde Vir.l.Geor.3. Talis & ipſe iubā ceruice effudit equina Coniugis aduentu pernix Saturnus, & altum Pelion hinnitu fugiēs impleuit acuto. {Geminum Chirona} centaurum, qui ab anteriore parte homo, a poſteriore equus uidebat. {Tenui limbo}ſubtili faſcia. eſt enim limbus faſcia ultimam ueſtis partem ambiens. Virg. Sidoniam picto chlamydē circundata limbo. {Flaua uirago} Pallas formoſa. {Cęleſtia crimina}deorum flagitia. hoc autem prętextu Pallas ueſtes illas merito dilaceraſſe uidetur. {De monte Cytoriaco} Cytorus mōs eſt Paphlagoniæ buxis abundans quāquam Cyteriaco corrupte fere legatur. {Ter quater} ſępius. {Idmoniæ}Idmonis filię. poſſeſſiuum.n.pro patronymico eſt poſitū. {Lexq; eadem pœnæ} eadem, inquit, pœna etiam poſteri tui afficiantur. {Dicta eſto} ſit ſtatua. {Hecateidos herbæ}ab Hecate Medeæ matre inuentæ, quæ prima uenenoſas herbas inueniſſe narratur, illisq; Perſeū patrem peremiſſe. [Intelligere autem uidetur Aconitum. nam id ab Hecate primum fuiſſe inuentum ea uidelicet, q̄ Perſeæ filia fuit, mater Medeæ. Diodorus auctor eſt, lib. 5. Id quod & Ruellius annotauit.

Bacchus in uuam. Saturnus in equū.

auris

## EX COELIO RHOD.

HEcaten, ſanguinariam prorſus fœminam, ſcribit Diodorus aconitum comperiſſe primum, ſicq; Perſam patrē peremiſſe: quo argumento putant eruditi, herbæ Hecateidos nomine aconitum Ouid. in Metamorphoſeō libris p̄monſtratum.] {Triſti}noxio. {Exiles} tenues, ſubtiles. {Et antiquas exercet aranea telas} hoc eſt priſtinas conficit telas, quæ quidem & ipſæ araneæ dicuntur. Araneus uero maſculini generis ſemper de animalibus dicitur. Catullus in Furium, Furi, cui neque ſeruus eſt, neque arca, Nec cimex, neque araneus, neque ignis. Virgilius quoque in Culice diminutiuum protulit:

Atque ut Araneoli tenuem formauimus orſum.

[Apud Zenodotum, ut quidem in comment. Nicandri citatur, in hunc modum de Arachne traditur: Fuiſſe Arachnē & Phalangem Atticos, illius hunc fratrem, ambos a Pallade edoctos, hunc uidelicet ὁπλομαχίαν illam texendi artem. ſed quod nephando concubitu inter ſe coiiſſent, diis inuiſos factos, & ob id in reptilia conuerſos, poſtremo a liberis ſuis etiam deuoratos.]

RAPH. LYDIA tota fre.} hæc ideo a poeta inferuntur, ut commodius Niobes mutationem in ſaxum cum ſuperiore fabula coniungat. Niobe nanq; Tantali filia cum ex Amphione marito ſeptē filios, ac totidē filias genuiſſet, ſe potius, q̄ Latonā, uenerādā eſſe cōtēdebat: ꝓhibebatq; ne qs in ſuo regno Latonæ ſacrificare auderet. qua re indignata Latona Apollinem ac Dianam rogauit, ne ſe tanta iniuria affici paterentur. ſumptis igitur arcubus, & ſagittis ad unū omnes primum Niobes filios interemerunt. qđ quidem Amphion cū ferre non poſſet, ſe ipſum interfecit. Niobe uero morte filiorum indignata cum diis maledixiſſet, & filias ſagittis confectas uidit, & ipſa in ſaxum, quod etiam nunc lacrymare uidetur, fuit commutata. [Niobes fabulam ex grecis quidam aliter tradunt, nempe filiam fuiſſe Aſſaonis, uxorem Philotti. & quia Latonam uerbis in ſe concitarat, deam illius contumelias hoc modo ultam eſſe. principio Philottum, maritum illius, in uenatione periiſſe: Aſſaonem deinde, amore filię accenſum, uxorem ſibi illam poſtulaſſe. quod cum illa recuſaſſet: filios ipſius ad cōuiuiū uocatos cremaſſe. ob quā cladem Niobē ſe ipſam de rupe pręcipitaſſe. auctor Parthenius in Eroticis] {Ante ſuos Niobe thalamos} ante ſuas nuptias. nam antequam Amphioni traderetur Niobe, in Phrygia & Lydia cum Tantalo patre, qui illic regnabat, habitauit, ubi facile Arachnem cognouit. {Mæoniam} Lydiam. Mæonia uero dicta eſt a Mæone fluuio, qui ꝑ illam fluit. {Sipylumq; cole} Sipylus urbs eſt & mōs Phrygiæ. unde Sipylenum marmor cognominatur. {Popul.} non plebeiæ, ſed quæ de illius populo fuerat. {Minoribus} humanioribus {Multa dabāt animos} multa, inquit, illā reddebāt ſuperbam. {Nec coniugis arces} Amphion maritus Niobes rex Thebarum fuit: cuius urbis muros, arceſq; ædificaſſe fertur. Horatius,

Fertur & Amphion, Thebanę conditor arcis,
Saxa mouere ſono teſtudinis, & prece blanda
Ducere quō uellet.

{Nec genus amborum} nam ab Ioue ambo ducebant genus. Amphion enim Iouis ex Antiopa filius fuiſſe dicitur. Niobes uero Iouis ipſius neptis cum Tantali filia fuerit. {Nam ſata Tireſia Manto.} Manti filia fuit Tireſię uatis paternę artis peritiſſima, a qua Mantua urbs fuit appellata. {Iſmenides} Thebanæ mulieres ab Iſmeno fluuio dictæ. {Date thura} ſacrificate, & rogate. {Latonig. duo.} Apollini & Dianæ. {Lauroq; inn. cri.} caput lauro coronate. {Ore meo la. iu.} ac ſi diceret, ore meo Latona loquitur, hocq; uobis mandat. {Spectabiliis} ſpectatu digna ꝓpter ueſtes auro intextas. {Vtq; oculos circūtulit alta ſuperbos} hypallage eſt poetæ familiaris. ſuperba enim oculos altos circuntuliſſe Niobe intelligenda eſt. {Alta} elata. {Quis furor audi.} oratio indignationis plena Niobe decenter attribuitur, ut quæ adeo erat felicitate elata, ut ſe Latonæ auderet præferre. {Auditos cęleſtes} auditos deos. {Viſis} diis, quos quotidie uidetis. certior. n. aure arbiter eſt oculus. nimium autem ſuperbe ſe quoq; deam eſſe, ac maritum Deū Niobe ait. {Numē adhuc ſine ture meum eſt} & copula ſubaudiatur. {Sine thure} ſine cultu, ſine ſacrificio. {Mihi Tant. au.} pater. Niobe. n. Tātali filia fuit. {Cui lic. ſoli.} cui ex hominibus ſoli cōceſſum fuit epulis deorum accumbere. {Pleiadum ſo. eſt ge. mea} Niobes mater Taygeta fuit una ex Pleiadibus Atlantis filiabus. {Iupiter alt. au.} paternus. nā Tantalus Iouis fuit filius ex Plote. {Socero quoque glo. il.} Amphion. n. filius fuit Iouis ex Antiopa. {Fidibuſq; mei cōmiſſa mariti} Amphiō tantum muſica ualuiſſe narratur, & cithara, ut ſaxa illum ſequerentur, qbus oīum primus Thebas una cū Zetho fratre muniuit, ut Hom. quoque ſcribit. Pherecydes uero etiam cām aſſignat, qua moti Amphiō & Zethus muro Thebas cinxerint: Phlegyas. n. hoſtes regnāte Cadmo timebāt. ꝙ aūt ſaxa Amphionis lyrā ſpōte ſint ſecuta, narrat ēt Antimenidas: ac lyrā Amphioni a muſis dono datā, Dioſcorides ab Apolline, Phericydes a muſis traditam fuiſſe ait. {Cōmiſſa} cōpoſita, conſtructa. {Aduerti} conuerti. {Accedit eodē} ad idem adiungitur.




LYdia tota fremit, Phrygiæq; per oppida facti
Rumor it, & magnū ſermonibus occupat orbē.
Ante ſuos Niobe thalamos cognouerat illam,
Tum cum Mæoniam uirgo, Sipylumq; colebat:
Nec tamen admonita eſt pœna popularis Arachnes
Cedere cælitibus, uerbiſq; minoribus uti.
Multa dabant animos. ſed enim nec coniugis arces,
Nec genus amborum, magniq; potentia regni
Sic placuere illi, (quamuis ea cuncta placerent)
Vt ſua progenies: & feliciſſima matrum
Dicta foret Niobe, ſi non ſibi uiſa fuiſſet.
Nam ſata Tireſia uenturi præſcia Manto
Per medias fuerat diuino concita motu
Vaticinata uias. Iſmenides ite frequentes,
Et date Latonæ, Latonigeniſq; duobus
Cum prece tura pia, lauroq; innectite crinem;
Ore meo Latona iubet. paretur: & omnes
Thebaides iuſſis ſua tempora frondibus ornant,
Turaq; dant ſanctis, & uerba precantia flammis.
Ecce uenit comitum Niobe celeberrima turba,
Veſtibus intexto Phrygiis ſpectabilis auro,
Et, quantum ira ſinit, formoſa, mouenſq; decoro
Cum capite, immiſſos humerum per utrunq; capillos
Conſtitit: utq; oculos circuntulit alta ſuperbos,
Quis furor auditos, inquit, præponere uiſis
Cæleſtes? aut cur colitur Latona per aras?
Numē adhuc ſine ture meū eſt? mihi Tātalus auctor,
Cui licuit ſoli ſuperorum tangere menſas:
Pleïadum ſoror eſt genitrix mea: maximus Altas
Eſt auus, æthereum qui fert ceruicibus axem:
Iuppiter alter auus: ſocero quoque glorior illo:
Me gentes metuunt Phrygiæ: me regia Cadmi
Sub domina eſt: fidibuſq; mei commiſſa mariti
Mœnia cum populis a meque, uiroq; reguntur.
In quancunque domus aduerti lumina partem:
Immenſæ ſpectantur opes. accedit eodem
Digna dea facies. huc natas adiice ſeptem,
Et totidem iuuenes, & mox generoſq;, nuruſque.
Quærite nunc, habeat quā noſtra ſuperbia cauſſam.

G enitam

Quoque modo audetis genitam Titanida Cæo
Latonam præferre mihi, cui maxima quondam
Exiguam ſedem parituræ terra negauit?
Nec cælo, nec humo, nec aquis dea ueſtra recepta eſt.
Exul erat mundo, donec miſerata uagantem,
Hoſpita tu terris erras. ego, dixit, in undis,
Inſtabilemq́; locum Delos dedit. illa duorum
Facta parens: uteri pars hæc eſt ſeptima noſtri.
Sum felix, (quis enim neget hoc?) felixq́; manebo.
Hoc quoque quis dubitet? tutam me copia fecit.
Maior ſum, quàm cui poſſit fortuna nocere:
Multaq́; ut eripiat, multo mihi plura relinquet.
Exceſſere metum mea iam bona. fingite demi
Huic aliquid populo natorum poſſe meorum:
Non tamen ad numerum redigar ſpoliata duorum.
Ite ſatis properè ſacris, laurumq́; capillis
Ponite. deponunt, & ſacra infecta relinquunt:
Quodq́; licet, tacito uenerantur murmure numen
Latonæ. turba quantum diſtabat ab orba,
Tantum animoſa ſui furiis agitata doloris
Indignata dea eſt; ſummoq́; in uertice Cynthi
Talibus eſt dictis gemina cum prole locuta:
En ego ueſtra parens. uobis animoſa creatis,
Et, niſi Iunoni, nulli ceſſura dearum,
An dea ſim, *dubitor: perq́; omnia ſæcula cultis
Arceor, o nati, niſi uos ſuccurritis, aris.
Nec dolor hic *ſolus: diro conuicia facto
Tantalis adiecit, uosq́; eſt poſtponere natis
Auſa ſuis, & me (quod in ipſam recidat) orbam
Dixit; & exhibuit linguam ſcelerata paternam.
Adiectura preces erat his Latona relatis:
Deſine, Phœbus ait: pœnæ mora longa querela eſt.
Dixit idem Phœbe. celeriq́; per aera lapſu
Contigerant tecti Cadmeida nubibus arcem.
Planus erat, lateq́; patens prope mœnia campus,
Aſſiduis pulſatus equis, ubi turba rotarum,
Duraq́; mollierat ſubiectas ungula glebas.
Pars ibi de ſeptem genitis Amphione fortes
Conſcendunt in equos, Tyrioq́; rubentia ſucco
Terga premunt, *auroq́; graues moderātur habenas.

*dubito* · *primus* · *auro grauidis*

RAPH. GENITAM Tita. Cæo.} Latona filia fuit Cæi gigantis, quæ a Ioue compreſſa Apollinem ſimul & Dianam concepit. quod quidem adeo ęgre tuliſſe Iuno dicitur, ut Pythonem immiſerit ſerpentem, qui eam per totum terrarum orbem inſectaretur, nec uſquam parere permitteret. Fugiēs igitur Latona, ab Aſterie ſorore (quæ & ipſa a Ioue amata primum in Ortygiam, hoc eſt in cothurnicem, deinde in ſcopulū mobilē, atq; inſtabilem fuit conuerſa) ſuſcepta, ſtatim Apollinē ſimul & Dianam peperit, qui & Pythonem ſerpentem ſagittis confixerunt, & inſulā, in qua nati erant, immobilē reddiderunt: quæ quidem poſtea Delos fuit appellata, quod cum diu ſub aquis latuiſſet, tandem apparuiſſet, ſeq́; oſtendiſſet. δῆλος nanq; manifeſtus interpretatur. {Titanida} neptem Titanum, a quibus gigantes originem traxere. {Maxima quondam Exiguam} antitheton, hoc eſt contrarium. maxima.n. exiguę opponitur. ira autem Iunonis nuſquam in tota terra locum inuenit Latona, ubi parere poſſet. {Nec cæ.} in nullo elementorum Latona locum inuenit, ubi parere poſſet. {Dea ueſt.} cum quodam contemptu hæc a Niobe dicuntur. {Exul erat *mūdi} a toto exulabat mūdo, {Inſtabilemq́; locum Delos dedit} Delos, ut dixi, quæ & Ortygia fuit appellata, iccirco inſtabilis fuiſſe dicitur, ꝙ crebro terrę motibus quateretur, donec oraculo admoniti illic cadauera deſierunt ſepelire. {Ite ſacris} diſcedite a ſacris execrandis, ut Virgilius, Auri ſacra fames. [Dubitari tamen poteſt, utrum affectus cauſſa uerbū ſacris repetitum ſit eadem ſignificatione. deinde & illud queri poſſet, utrum poeta ꝓpere a, uel, procul a ſacris ſcripſerit. eſt.n. durior hęc aphęreſis, ut Ite, ſimpliciter pro Abite, accipiamus] {Infecta} non facta, non finita. {Quodq́; licet} quod poſſunt etiam Niobe prohibēte. {Turba quantum diſt. ab or.} Latona, inquit, tam eſt indignata, quā ipſa Niobe propter liberorum multitudinem ab orbitate aberat. per quod ſignificatur uehementer indignatam fuiſſe. [Vel potius, quàm ipſa, hoc eſt, Latona, ab orbitate aberat. id enim maxime dea indignabatur, quod a Niobe, perinde ut minus fœcunda contemneretur. quare & infra ſubiicit, Et me, quod in ipſam recidat, orbam dixit, &c.] {Ab orba} a muliere liberis carēte. orbus enim dicitur aliqua re cara priuatus. unde & oculis & filiis priuati, orbi uocantur. {Turba} multitudine liberorum. {Summoq́; in uertice} in alto cacumine. {Cynthi} Cynthus mons eſt Deli. unde & Apollo Cynthius, & Diana Cynthia uocantur. {En ego ueſtra parens} hac oratione Latona Apollinem ſimul & Dianam incendit ad ulciſcēdam iniuriam a Niobe acceptam. En autem particula eſt affectus & indignationis plena. {Animoſa} magnanima, ac ſuuperba. {An dea ſim dubitor} licentia poetica dubitor in paſſiua & uoce, & ſignificatione poeta finxit, cum dubito uerbum ſit abſolutum. {Cultis aris} exornatis altaribus. {Conuicia} contumelias. {Tantalis} Tantali filia. cum quodam aūt contēptu Tātalida Niobē Latona appellat, ac ſi diceret, filia Tāntali, q ꝓpter impietatem in deos detruſus ad inferos maximis afficitur pœnis. {Orbam dixit} carentem filiis uocauit. hoc autem Niobe nō dixit, ſed duos tantum illam liberos peperiſſe, id quod ægerrime Latona tulerat, & ideo crimen amplificat. [Corrigunt autem quidam hunc locum, quaſi in uerbo Recidat, ſyllabarum quantitas nō conſtet. leguntq́;, pro Recidat, Decidat. ſed ego, pace illorum, nihil uideo, cur uerſus hic immutandus ſit. nam & apud Lucretium idem uerbum eodem modo prima longa legitur, ut libro primo, At neque recidere in nihilum res poſſe, neque autem Creſcere de nihilo &c. ſic enim habet uetus lectio & ſincera. nam & Reduco, & Reficio, & Relatus apud eundem poetam Re, longa alibi ponuntur. deinde etiam ſi pro Recidat, Decidat legatur: & proprietati orationis, & elegantiæ multum detrahetur. quanquam ſi quis pro Recidat, Reccidat, cc duplici ſcribendum omnino cō tendat: non multum equidem repugnauerim, quando idem & in Lucretianis, quæ modo citaui, quidam fecerunt. & non multum puto, refert, ectaſin hic, an diplaſiaſmum fieri dicamus.] *{Deiectura preces} cum hæc, inquit, Latona retuliſſet, preces adiectura erat. {Pœnæ mora longa querela eſt} pœna, inquit, in longum protrahitur iſtis querimoniis. {Linguam paternam} linguam, inquit, Tantali patris præſetulit, qui deorum arcana uulgauit. [Poſtquam illorum epulis adhibitus fuiſſet.] {Phœbe} Diana, quæ eadem eſſe cum Luna dicitur. {Cadmeida arcem} Thebanam arcem a Cadmo extructā. Cadmeis autem non ſolum arx Thebana uocatur, ſed interdum pro tota Bœotia accipitur, ut Thucydides narrat. {Planus erat} topographia, hoc eſt loci deſcriptio, in quo Niobes filii & equos agitare, & ſe conſueuerant exercere. {Aſſiduis equis} aſſiduo equorum curſu. {Mollierat} in puluerem reſoluerat. {Tyrio ſucco} purpura Tyria. ſignificat autem ephippia purpurea fuiſſe. {Auro grauidis} grauibus auro, & ornatis, atque auratis.

E quibus

E quibus Iſmenos, qui matri ſarcina quondam
Prima ſuæ fuerat, dum certum flectit in orbem
Quadrupedis curſus, ſpumantiaq; ora coercet,
Hei mihi conclamat: medioq; in pectore fixa
Tela gerit, frenisque manu moriente remiſſis
In latus a dextro paulatim defluit armo.
Proximus audito ſonitu per inane pharetræ
Frena dabat Sipylus: ueluti cùm præſcius imbres
Nube fugit uiſa, prudentiaq; undiq; rector
Carbaſa deducit, ne quà leuis effluat aura.
Frena tamen dantem non euitabile telum
Conſequitur, ſummaq; tremens ceruice ſagitta
Hæſit, & extabat nudum de *gutture ferrum. — pectore
Ille, ut erat pronus, per crura admiſſa, iubasque
Voluitur, & calido tellurem ſanguine fœdat.
*Phædimus infelix, & auiti nominis hæres — Echinus
Tantalus, ut ſolito finem impoſuere labori,
Tranſierant ad opus nitidæ iuuenile palæſtræ:
Et iam contulerant arcto luctantia nexu
Pectora pectoribus, *cùm tento concita neruo, — contento
Sicut erant iuncti, traiecit utrunque ſagitta.
Ingemuere ſimul: ſimul incuruata dolore
Membra ſolo poſuere: ſimul ſuprema iacentes
Lumina uerſarunt: animam ſimul exhalarunt.
Aſpicit Alphenor, laniataq; pectora plangens
Euolat, ut gelidos complexibus alleuet artus:
Inque pio cadit officio. nam Delius illi
Intima fatifero rupit præcordia ferro.
Quod ſimul eductū eſt, pars eſt pulmonis in hamis
Eruta, cumque anima cruor eſt effuſus in auras.
At non intonſum ſimplex Damaſicthona uulnus
Afficit. ictus erat, qua crus eſſe incipit, & qua
Mollia neruoſus facit internodia poples:
Dumque manu tentat trahere exitiabile telum,
Altera per iugulum pennis tenus acta ſagitta eſt.
Expulit hanc ſanguis, ſeque eiaculatus in altum
Emicat, & longè terebrata proſilit aura.
Vltimus Ilioneus non profectura precando
Brachia ſuſtulerat, diique o communiter omnes
Dixerat, ignarus non omnes eſſe rogandos,
Parcite. motus erat, cùm iam reuocabile telum
Non fuit, Arcitenens. minimo tamen occidit ille
Vulnere, non altè percuſſo corde ſagitta.
Fama mali, populiq; dolor, lacrymæq; ſuorum
Tam ſubitæ matrem certam fecere ruinæ,
Mirantem potuiſſe, iraſcentemque, quòd auſi
Hoc eſſent ſuperi, quòd tantum iuris haberent.
Nam pater Amphion, ferro per pectus adacto,
Finierat moriens pariter cum luce dolorem.
Heu quantum hæc Niobe Niobe diſtabat ab illa,
Quæ modò Latois populum ſummouerat aris,
Et mediam tulerat greſſus reſupina per urbem
Inuidioſa ſuis. at nunc miſeranda uel hoſti
Corporibus gelidis incumbit, & ordine nullo

RAPH. E QVIBVS Iſmenos} maximus natorum Amphionis & Niobes Iſmenos fuit, ab Iſmeno, Bœotiæ fluuio, appellatus. {Prima ſarcina} primum uteri onus. nam primogenitus erat. {Quadrupedis} equi. {Defluit} decidit. {Per inane} per aerem. {Sipylus} a Sipylo urbe cognominatus, cum ſagittæ ſtridorem audiſſet, fugere cœpit, ceterum Apollinis ſagittam uitare non potuit. {Frena dabat} equum currere permittebat. {Præſcius} præcognoſcens futuram tempeſtatem. {Sūma ceruice} in colli ſummitate. {Extab.} eminebat, extra ſtabat, per quod ſignificat collum ſagitta fuiſſe transfixum. {Per crura admiſſa} propinqua, iuncta, aſtricta. [Vel etiam in curſum incitata, ut alibi quoque.] {Fœdat} maculat, inficit, deturpat. {Solito labori} conſuetæ equorum agitationi. {Nitidæ palæſtræ} ſplendidę propter oleum, quo ſe luctaturi perungebant. palæſtra aūt latine dicitur lucta. dicta eſt autem a Palæſtra filia Pandoci in triuio habitantis, omnesq; aduenientes interficientis, quem quidem Mercurius, cum ad ipſum ueniſſet, interemit admonitus a Palæſtra. unde & hoſpitium habitacula Pandoceia uocant. alii palæſtram deducunt ἀπὸ τῆς πάλης, hoc eſt a puluere quo luctatorum corpora perfundebantur. alii ἀπὸ τοῦ παλαίειν, hoc eſt a uenando & obſeruando aliquam partem corporis aduerſarii, qua ipſum euertere ac in terrā deiicere poſſit. {Et iam contulerant} iā, inquit, luctari cœperant. {Arcto nexu} ſtricto amplexu. {Concita} ſagitta emiſſa, impulſa. {Traiecit} transfixit. {Lumina uerſarūt} oculos uoluerunt, ut ſolent morientes. {Et exhalarunt} expirauerunt. Spondeus autem in quinto loco poſitus morā animæ, a corpore inuito abeuntis, ſignificat. {Laniataq; pectora plangēs} hoc eſt lanians & percutiens pectora ſua ob mortē fratrum. {Alleuet} extollat. {Præcordia} inteſtina, quę cordi prætenduntur. {In hamis} inhamato ſpiculo. {Fatif.} mortifero. {Cūq; anima} eorū uidetur hoc loco poeta ſequi opinionem, qui ſanguinem animæ ſedem eſſe aiunt. {Intonſum Damaſichthona} comatum. {Afficit} conficit, interficit. {Ictus erat qua crus eſſe incipit} ſignificat illius genu fuiſſe percuſſum. nam a genu crus incipit. protenditur enim crus a genu uſque ad talos, ex tibia & ſura conſtans, unde cruſculum fit diminutiuum. {Internodia poples} internodium ſpatium dicitur inter duos nodos ſitum. poples autem poſterior genu pars eſt. quem quidem iccirco nodoſum uocat poeta, quod totum genu ex oſſibus & neruis conſtat. {Tentat} conatur. {Trahere} extrahere. {Exitiabile} peſtiferum: quod etiam exitiale dicitur. {Pennis tenus} uſque ad pennas. Tenus autem poſtponitur quidē: ac fere ſi plurali numero coniungitur, cum genitiuo copulatur, ut, Virgil. Et crurum tenus a mento palearia pendent. cum ſingulari autem iuncta ablatiuum expoſcit, ut Capulo tenus abdidit enſem. {Terebrata aura} perforato aere. {Ignarus non omnes eſſe rogandos} ſola nanque Latona cum Apolline & Diana placanda erat. {Motus erat arci.} Apollo, inquit, precibus Ilionei, ultimi Niobes filii, motus eſt, uerūtamen ſagittam miſerat irreuocabilem. {Certam fecere} admonuere, quod in ſoluta oratione certiorem facere dicimus. {Mirantem potuiſſe} deos ſubintelligamus, tot filios ſuos interficere. {Tantum iuris} tantum poteſtatis. {Adacto ferro} impulſo gladio. Amphion enim, de filiorum morte certior factus, doloris impatiēs ſe ipſum interfecit. {Cum luce} cum uita. {Heu quantum Niobe} miſeretur poeta Niobes, quæ paulo ante ſuperbiſſima, nunc abiectiſſima filiorum morte uidetur eſſe facta. {Diſtabat} differebat. {Latois aris} a Latonæ altaribus. nam Latous a græco nominatiuo λητώ deriuatur. {Reſupina} ſuperba, elata. {Inuidioſa} in ſe inuidiam concitans. {Vel hoſti} etiam inimicis, non ſolum amicis. quod quidem maxime eſt miſerandum, unde prouerbium in eos qui maxima patiuntur mala a græcis uſurpatur νιόβης πάθη, hoc eſt, Niobes paſſiones. {Gelidis} mortuis.

Oſcula diſpenſat natos ſuprema per omnes.
A quibus ad cælum liuentia brachia tollens,
Paſcere crudelis noſtro Latona dolore,
Paſcere, ait; ſatiſq́; meo tua pectora luctu,
Corq́; ferum ſatia, dixit: per funera ſeptem
Efferor: exulta, uictrixq́; inimica triumpha.
Cur autem uictrix? miſeræ mihi plura ſuperſunt,
Quàm tibi felici: poſt tot quoque funera uinco.
Dixerat: & ſonuit contento neruus ab arcu,
Qui præter Nioben unam conterruit omnes.
Illa modò eſt audax. ſtabant cum ueſtibus atris
Ante toros fratrum demiſſo crine ſorores.
E quibus una trahens hærentia uiſcera tela,
Impoſito fratri moribunda relanguit ore.
Altera ſolari miſeram conata parentem,
Conticuit ſubitò, duplicataq́; uulnere cæco eſt,
Oraq́; compreſſit, *niſi poſtquam ſpiritus ibat.
Hæc fruſtra fugiens collabitur; illa ſorori
Immoritur: latet hæc; illam trepidare uideres.
Sexq́; datis letho, diuerſaq́; uulnera paſſis,
Vltima reſtabat: quam toto corpore mater,
Tota ueſte tegens, unam, minimamq́; relinque
De multis: minimam poſco, clamauit: & unam
Dumq́; rogat, pro qua rogat, occidit. orba reſedit
Exanimes inter natos, natasque, uirumque,
Diriguitq́; malis. nullos mouet aura capillos:
In uultu color eſt ſine ſanguine: lumina mœſtis
Stant immota genis: nihil eſt in imagine uiuum.
Ipſa quoque interius cum duro lingua palato
Congelat, & uenæ deſiſtunt poſſe moueri:
Nec flecti ceruix, nec brachia reddere geſtus,
Nec pes ire poteſt: intra quoque uiſcera ſaxum eſt:
Flet tamen, & ualidi circundata turbine uenti
In patriam rapta eſt: ubi fixa cacumine montis
Liquitur, & lacrymis etiam nunc marmora manant.

A R G. Latona, Cei filia, cum Iunonis ira ob adulterium ex Ioue conceptos Apollinem & Dianam parere non poſſet, & nulla eam errantem regio reciperet, nouiſſime uenit in Lyciam: & cum ex ardore æſtus, ac longitudine uiæ ſitim ſedare uellet, ab iis, qui uluam, & iuncum ſecundum lacum legebant, prohibita eſt propius accedere. quamobrem accenſa ira digrediens petit a diis, ut accolæ nunquam ſtagno carerent. auditis itaque precibus eius, Iupiter agricolas in ſpeciem ranarum transfigurauit.

TVnc uerò cuncti manifeſtam numinis iram
Fœmina, uirq́; timent: cultuq́; impenſius omnes
Magna gemelliparæ uenerantur numina diuæ.
Vtq́; fit, a facto propiore priora renarrant.
E quibus unus ait: Lyciæ quoque fertilis agris
Non impunè deam ueteres ſpreuere coloni.
Res obſcura quidem eſt ignobilitate uirorum,
Mira tamen. uidi præſens ſtagnumque, *locumq́;
Prodigio notum. nam me iam grandior æuo,
Impatienſq́; uiæ genitor deducere lectos
Iuſſerat inde boues, gentiſq́; illius eunti
Ipſe ducem dederat: cum quo dum paſcua luſtro,
Ecce lacu medio ſacrorum nigra fauilla

RAPH. LIVENTIA} pallentia, nigricantia propter percuſſiones. {Paſcere crudelis} Niobe morte filiorũ in furorem acta Latonæ inuidiam facit. eſt autem repetitio eiuſdẽ uerbi maxime indignantibus conueniens. {Cor ferum} cor crudele. {Efferor} ad ſepulturam feror. uidebatur.n. ſibi Niobe una cum filiis efferri. {Victrixq́;} uoti compos. hinc autẽ ſtulta Niobes ſuperbia colligitur, quę ne filiorum quidem morte in deos maledicta iactare deſinat. {Miſeræ} felici. antithetõ elegantem maxime reddens orationem. Hæc autem icirco Niobe furioſa iactat quod ſeptem ei filiæ ſupererant. {Atris} pullis, nigris. {Ante toros} ante lectulos fratrum, in quibus erant compoſiti, ut efferrentur. {Demiſſo crine} diſſolutis capillis, ut fieri in luctu ſolet. {Viſcere} in uiſceribus. {Impoſito ore fratri} ſignificat eam inter oſculãdum fratrem periiſſe. {Duplicata} incuruata. {Vulnere cæco} occulto, quod non apparebat. {Oraq́; compreſſit} os clauſit. {Niſi poſtq̃ ſpiritus ibat} hoc eſt, niſi dum ſpiritum emittebat, tũc enim os nõ compreſſerat, ſed apertũ tenebat. {Illa ſorori immoritur} inhærens ſubaudiatur. {Sexq́; datis leto} ſex interfectis. {Occidit} mortua eſt ea, pro qua rogat. {Orba reſedit} filiis omnibus priuata, id quod ipſa pauloante obiecerat Latonæ. {Exanimes inter natos} inter filios mortuos. {Diriguit} rigida ac dura eſt facta. {Malis} infortuniis ac liberorum acerbiſsima morte. {Nullos mouet aura capillos} iã enim in ſaxum fuerat commutata. {Mœſtis genis} genæ & mœroris & lætitiæ ſunt indices. {Congelat} frigida & dura fit. {Et uenæ deſiſtunt poſſe moueri} poſſe palpitare deſinunt. carebant enim pulſu. Venæ autem pro arteriis poſitæ uidentur. ſunt enim arteriæ cõceptacula ſpiritus ut uenę ſanguinis. {Ceruix} collum per ſynecdochen. eſt .n. ceruix pars colli poſterior. {Intra quoq; uiſcera ſaxum eſt} etiam inteſtina, inquit, ſaxea fuerunt effecta. hoc autẽ icirco fictum eſt, quod in liberorũ ſepulcro Niobe ſibi lapideam ſtatuam erexiſſe narratur. [Vel etiam, quod in Sipylo monte rupes eſt, quæ propius quidem aſtanti, nihil aliud quàm rupes apparet, neque lugentis formam præſeferens, neque etiam hominis. a longe autem aſpicienti, lugenti ac lacrymas emittẽti ſimilis uidetur, ut Pauſanias in Attic. tradit.] {Flet tamen} quamuis Niobe in ſaxum fuerit transformata, flere tamen uidetur. {Turbine ualidi uenti} impetu uehementis uenti. eſt enim turbo uentus cum fragore uiolentus proxima quæque proſternens. {In patriam rapta eſt} hoc eſt Sipylum delata eſt, ubi etiam nunc flere uidetur. quod icirco fingitur, quia Sipylenum marmor ſudare perhibetur. {Liquitur} liqueſcit. {Manant lacrymis} emittũt lacrymas. {Tunc uero} cum narraturus poeta quo modo Latona a quibuſdã Lyciæ ruſticis bibere prohibita eos in ranas uerterit, more ſuo quædam interſerit, quibus commodius fabulæ iungantur. {Gemelliparæ diuæ} Latonæ, quæ gemellos pepererit, Apollinem & Dianã. {Vtq́; fit} ac quemadmodum fieri ſolet. {Renarrant} commemorant Thebani. {Lyciæ quoque fertilis agris} Latona, cum Apollineum, Dianamq́; peperiſſet, iram Iunonis fugiens in Lyciam uſque una cum infantibus peruenit, ubi feſſa, ſitiq́; confecta cum bibere e quodam lacu uellet, a ruſticis quibuſdam, pedibus aquam proculcantibus, prohibita fuit: qua iniuria dea indignata, eos omnes in ranas conuertit. Lycia autem eſt Aſiæ regio, finitima Lydiæ. {Spreuere} contempſerunt. {Non impu.} non ſine ſupplicio, ſed cũ maxima pœna. nam in ranas omnes fuerunt conuerſi. {Ignobilitate uir.} ruſtici nanque erant uiliſsimi. {Prodigio} miraculo. {Notum} nobilem. {Impatiens uiæ} qui uiæ laborem propter ſenectutem ferre non poterat. {Lectos} electos, egregios. {Ducem gen. illius} ducem Lycium {Luſtro} circumeo ad eligendos boues. {Sacrorum fauilla} ſacrificiorum cinere.

ſibi

Niobe in marmor.

lacumq́;

Ara uetus ſtabat tremulis circundata cannis.
Reſtitit, & *paruo, faueas mihi, murmure dixit
Dux meus: & ſimili, faueas mihi, murmure dixi.
Naiadum, Fauni'ne foret tamen ara rogabam,
Indigenæ'ue Dei, cùm talia rettulit hoſpes:
Non hac ô iuuenis montanum numen in ara eſt.
Illa ſuam uocat hanc, cui quondam regia coniux
Orbem interdixit: *quam uix erratica Delos
Errantem accepit tunc, cùm leuis inſula nabat.
Illic incumbens cum Palladis arbore palmæ,
Edidit inuita geminos Latona nouerca.
Hinc quoque Iunonem fugiſſe puerpera fertur,
Inq; ſuo portaſſe ſinu duo numina natos.

*pauido — *quamuis

RAPH. STABAT} erecta erat. {Reſtitit} ſubſtitit. ex priſcorum autem conſuetudine nos quoque ſacella prætereuntes deos rogamus, ut nobis ſint adiumento. {Naiadum, Fauni ne foret} merito dubitat & rogat cuiuſnam Dei ſit ara, quia eſt peregrinus. Naiades autem, ut diximus, nymphæ ſunt fontium, ut ait Heſiodus παρὰ τὸ νάω, quod eſt fluo, quod in fluentis habitēt. Faunus uero Deus eſt ſylueſtris, qui Pan grece dicitur, Mercurii ex Penelope, ut alii ſcribunt, filius, ut uero Duris Samius, procorum omnium, unde & Pana fuiſſe appellatum. quidā Cæli & Terræ filium fuiſſe contendunt. {Indigenæ'ue Dei} qui non aliunde uenerit, ſed ibi ortus ſit, ubi colitur, ut homines indigenę uocantur, qui non aliunde uenerunt, ſed in ipſis locis, quæ habitant, originē habuerunt, quos Gręci autochthonas appellāt. {Retulit} reſpondit. {Montanum numē} qualis eſt Faunus. {Regia coniux} Iuno regis deorum, hominumq; uxor. nam Iuno, ut diximus, cum reſciuiſſet Latonam ex Ioue concepiſſe, illam per totum terrarum orbē exagitauit, ſic ut nuſquam conſiſtere poſſet. {Orbem interdixit} cum interdico uerbum datiuo & ablatiuo iungatur, orbe mihi legendum uidetur, non orbem, ut eſt fere in exēplaribus deprauatum. ut enim aqua & igni interdixiſſe alicui populum Romanum dicimus, ſic orbe Iunonem Latonæ interdixiſſe poeta eleganter dixit. [Sed nihil opus erat iſta curioſitate. nam & Liuius dixit lib. 34. Fœminis uſum purpuræ inter dicemus. Et Suetonius in Domitio, Interdixit hiſtrionibus ſcenam] {Erratica Delos} quam errare inſtabilemq; eſſe iccirco poetæ finxerunt, quia crebro terræ motu uexabatur, donec ex oraculo Apollinis, ut ſcripſi, deſierunt illic cadauera ſepelire. {Leuis} cauſſa eſt, iccirco enim nabat, quia leuis erat. {Nabat} fluitabat. Nare enim proprie dicuntur animata, fluitare inanimata. {Cum Palladis arbore} cum oliua. ſignificat autem illam & palmæ & oliuæ innixam peperiſſe. [Hinc & Catullus in carmine Sæculari dixit, Latona maximi. Magna progenies Iouis Quam mater propè Deliam Depoſuit oliuam. Cuius ſententiæ etiam accedit Comment. Homerus Iliad. α cuius uerba hæc ſunt, Ζεὺς δὲ ἐρασθεὶς λητοῦς τῆς κοίου θυγατρὸς, ἔγκυον αὐτὴν ἐποίησε, ἥτις δεκαμηνιαίου χρόνου διαγενομένου ἠπείγετο διὰ θαλάσσης πρὸς Ἀστερίαν τὴν νῆσον μίαν οὖσαν τῶν κυκλάδων. Ἐκεῖσε δὲ ἐλθοῦσα, δραξαμένη δύο φυτῶν, ἐλαίας καὶ φοίνικος, διδύμους ἀπεκύησε παῖδας, Ἄρτεμιν καὶ Ἀπόλλωνα, καὶ τὴν νῆσον ἐκάλεσε Δῆλον, ὅτι ἐξ ἀδήλου βάσεως ἐρριζώθη. Quæ eò hic adieci, quod ab aliis de arboribus hiſce uariatur, pleriſq; dicentibus laurum & palmam fuiſſe, quibus Latona innixa pepererit. De qua re & Codrus annotauit in primo ſermonum.]

## COELIVS RHODIGINVS.

PRopterea fuere, qui ita arbitrarentur, In certaminibus ſacris uarias quidem ſingillatim coronas dari, uniuerſim tamen ex palma ſoléni quodam more conſecrari, una ea de cauſa. Etiam ſi ab foliorum æquabili ordine, inſtitutum opinentur alii, ceu certatim cooriantur, & quodammodo ſimul currant quadam contentionis imagine, idq; tacito naturæ conſenſu. nam & uictoriam Græci inde dici putant νίκην παρὰ τὸ μὴ εἴκειν, a non cedendo. Alii uero, quod ſit palma inter arbores cunctas macrobia maxime, ideſt lógioris æui, ſicuti Nicephororum, ſic enim uictores dicunt, gloriam addecet eſſe perpetuam, nec unquam conſeneſcere. Quod de palmæ uita diximus, Orphicum illud uidetur comprobare, ζῶον δ' ἴσον ἀνερσκὶ μοῖσι φοινίκων ἔρνεσι, animal ęquale longicomis palmæ rami. Epitheta porrò illa ἐμπεδόφυλλον, καὶ ἀείφυλλον, quæ firmiter, ac perpetuò uirentem foliis ſignant, huic congruere uel maxime. inter ceteras nāque arbores nullam plane uidemus eadem cuſtodientem folia, ſed decuſsis prioribus, ſuccreſcunt alia. At palma nil, inquiūt, abiicit, & proinde cōſtanter cognominari ἀείφυλλος pōt. In rebus porro Atticis adnotatū legimus, Theſeū in Delo primum poſito certamine, & ab ſacra palma ramū auulſiſſe, qui & Spadix inde ſit dictus. neq; item in hac palmę mentione illud prætereundum, in Babyloniorum literis compertū, eſſe palmæ arboris trecentas & ſexaginta utilitates. Nec committenda priſcæ uanitatis ſuperſtitio, quia ſit balanorum nucleus nō modi unius, aliis enim longior, his mollior, illis durior, quibuſdam etiam oſſeus, lunatusq; : hunc potiſsimum quadam religione politum dente contra faſcinantes arbitrabantur pollere. quum uero lunatum dicimus, curuatum, arcualemq; intelligimus, cuiuſmodi in luna a coitu conuiſitur ſchema. Cur autem ea maxime figura expeteretur, luxuriantis fuerit ocii quærere, ac ſuperſtitionis potius, quàm eruditionis: niſi quod in libro de Iſide Plutarchus auctor eſt, quia Solem appetat ſemper luna, & perſequatur: inde argumento eo ab amatoribus aduocari lunam. Et amatoria ab Iſide diſpenſari, Eudoxus ſcribit: quæ non alia omnino ſit, quàm luna. Scribit tamen Pindarus ex amantibus ſoli quidem uiros uota concipere, lunæ autem fœminas. quod in Hippolyto apud Euripidem facit Phædra, & in Pharmaceutria ſignificat Theocritus. rationem aucupantur nonnulli, quoniam amori furtiuo congrua ſit nox. proinde Menander νύξ, σοὶ γὰρ δεῖ πλεῖστον ἀφροδίτης. uel quod amatoriæ affectioni obnoxia quandoque fuerit luna, uel quia ſicuti amor δίαπυρος ἡ τεὸς. inuenio in monumentis, & Plutarchi in primis in Pelopia, fuiſſe in Bœotia montem cognomento Delum. nam Stephanus in Tanagra, regionis eiuſdem fuiſſe urbem paruam nomine Delium ſcribit. apud montem erat Apollinis templum, poſt templum duo mirabili ſuauitate fontes, copia aquarum ac frigiditate inſignes. alterum φοίνικα, ideſt palmam uocant: reliquum oleam, ſicuti commeminit in libro Cur oracula defecerint, Plutarchus idem. ubi & natum Apollinem narrant. Ad quod reſpexiſſe Catullum uolunt, eo uerſu de Diana ſic canentem, Quam mater prope Deliam Depoſuit oliuam. quāquam & de arbore poſſe intelligi, auctor Ouidius eſt, Metamor. 6. Aduertenda uero Plutarchi interpretum inſcitia ex Pelopidæ uita: Fontium, inquit Plutarchus, alterum palmam, oleam alterum, nunc quoque nominamus: non quod inter plantas duas peperit dea, ſed in fluenti duplicis meditullio, ideſt τῶν ῥεῖθρων. At interpres, Sed quia fluuium dea peperit, quoniam Græci fere codices ῥεῖθρον præferunt accuſandi caſu. {Edidit} emiſit, peperit. {Inuita nouerca} contra uoluntatem Iunonis, quæ nouerca eſſe uidebatur Apollinis & Dianæ, cum Iouis ſit uxor. nam & Latona Iouis ipſius uxor eſſe uidetur. tametſi tres duntaxat uxores Iupiter habuiſſe feratur, Iunonem, Cererem, Themin, ex qua & Mineruam aiunt ſuſtuliſſe. {Puerpera} mulier a partu recens puerpera dicitur.

de Delia ca palma uide Pli. lib. 17. c. 44.

RAPH. IAMq; Chimeriferæ} Chimera mons Lyciæ carminibus poetarum notiſſimus. Fingitur aũt a poetis fera eſſe pedes habens ſerpẽtinos, capræ uentrẽ, caput leonis, flãmas uomens: eo ꝙ ad montis radices ſint ſerpẽtes, in medio capræ, leones ad uerticẽ, qui Ætnæ modo ardere dicitur. ſane Chimeram græci caprã uocant. [Homerus: πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα] {Chimeriferæ} Chimæras ferentis.i.capras. {Ab æſtu ſyd.} a calore ſolis. nã ſydus quãuis proprie ſignum ex multis ſtellis conſtans uocetur, κατ᾽ ἐξοχὴν, tñ interdum ꝓ ſole ponitur. {Ebiberant} exuxerant. {Lactẽtia} lac emittẽtia. {Mediocris aquæ} nec magnę, nec paruæ. {Fruticoſa} parua ut pote e fruticibus naſcẽtia. ſunt.n. frutices medii inter herbas & arbores. {Legebant} colligebant. {Cũ iũ.} iuncus herba eſt paluſtris ſine nodo. {Gratãq; palud. uluam} ulua herba eſt in paludibus naſcens. unde etiã paludibus grata ab Ouidio ꝓhibetur. {Poſitoq; genu} elegãter geſtũ exprimit de lacu ore aquã haurire uolẽtis. {Ruſtica turba ue.} ruſticorum multitudo ꝓhibet. {Vſus cõis aquarum eſt} iure gentium aquæ omnibus hominibꝰ ſunt cões. {Nec ſolem ꝓprium} priuatum. {Nec tenues undas} nec ꝓla biles aquas. {Ad publ. munera ueni} publica ſunt, q̃ nullius quidẽ ſunt, ſed omnium. {Sed releu. ſitim} diminuere, & leuem facere. {Os loquentis} os meum, quæ uobiſcum loquor. {Et fau. arẽt} ſiccę ſunt. {Vixq; eſt uia uocis} uix emittere uocẽ põt. {Hauſtus aquæ} potus aquæ mihi loco nectaris ac ſuauiſſimus erit. {Simul uitã ded. in undis} poſtq̃ mihi uitam aquis inſtaurauerìtis. uidetur eſſe hemeſtichiõ Ennii poetæ, unde & dederitis uerbi penultima eſt ꝓducta. {Hi quoque uos mou.} infantes.n. Apollinem, & Dianã illis oſtendit, ut ſaltem eorũ ętate moueãtur. {Tẽdunt} extendunt, porrigũt. {Noſtro ſinu} e noſtro gremio. præpoſitiones.n. cum prætermittuntur, ſubaudiẽdę ſunt. {Brachia} manus, in qua brachia terminant. brachiũ autem ꝙ maſculino genere βραχίων effertur a gręcis a breui dictũ eſt, ꝙ βραχὺ uocant gręci. {Hi tñ orã.} pulchre ruſticorum ſeruatur decorum, q rogati, contumacius, ſuperbiusq; ſe gerunt. {Perſtant} perſeuerãt, & inſtãt. {Conuicia} contumelias. {Mouere} commouerũt. {Saltu maligno hypallage eſt, ipſi nanq; maligni intelliguntur. {Diſtulit ira ſitim} hoc eſt ira fuit cauſſa differendæ ac prolongandę ſitis. {Filia Cei} Latona. {Vltra} ulterius. {Minora dea} humiliora, q̃ ut deæ conuenientia ſint. {Æternum} ſemper, & in æternum. nomẽ pro aduerbio poſitum. {Et modo tota} elegãter ranarum & naturam & corpus deſcribit poeta. {Sũmo gurgite} in ſũmitate gurgitis & ſtagni {Turpes linguas} contumelioſas. {Patulos rictus} hiantia ora. {Colla intercep.} de medio reciſa. nam ranæ collo carent. {Spina uiret} tergum uiride eſt. {Sic ubi neſcio quis} ignobilẽ hac locutione eum fuiſſe ſignificat, qui ſuperiorem retulit fabulã. {Exitium} Satyri calamitoſum exitũ. Marſyas autem Satyrus fuit tibias inflandi adeo peritus, ut cum Apoline certare ſit auſus, quem ſuperatum, indignatus Apollo pelle atq; cute priuauit. ex eius uero corpore tãtus defluxit ſanguis ut a terra exceptus in fluuiũ fuerit commutatus, qui a Satyri nomine Marſyas fuit appellatus. eſt aũt Phrygię fluuius in Mæãdrũ labens. *Marſyas in flumẽ* {Reminiſcit} in memoriã reducit, commemorat. {Lato.} Apollo Latonæ filius. {Tritoniaca arũdine} tibia ex arundine Tritoniaca cõfecta, eſt enim metonymia. Tritonis autẽ palus eſt Libyę, iuxta q̃ Pallas ĩ uirginalia habitu apparuiſſe ferť, unde Tritonia uocať. [Tritonicam arundinem intellige, a Tritonia hoc eſt Pallade primum inuẽtam. quam poſtea ob deformitatẽ uultus ex flatu intumeſcentis, ab eadem dea reiectam, Satyrus, hoc eſt, Marſyas excepit, eiusq; cantu Apollinem prouocauit. ſic enim ipſa Pallas apud eundem poetã hoc 6. Faſtorum ait: *Lacrymæ in flumẽ.*

Prima terebrato per rara foramina buxo.
Vt daret effeci, tibia longa ſonos. Et mox:
Inuentam Satyrus primum miratur & uſum
Neſcit, & afflatum ſentit habere ſonum, &c. it

{Affecit pœna} puniit & uictus eſt. {Quid me mihi detrahis?} cur mihi meam pellem deripis? {Ah non eſt tanti} ut ego hac pœna affici debeam.

*concepit ab* — *Suſtulit*

Iamq; Chimæriferæ, cùm Sol grauis ureret arua,
Finibus in Lyciæ longo dea feſſa labore.
Sidereo ſiccata ſitim *collegerat æſtu:
Vberaq; ebiberant auidi lactantia nati.
Fortè lacum mediocris aquæ proſpexit in imis
Vallibus: agreſtes illic fruticoſa legebant
Vimina cum iuncis, gratamq; paludibus uluam.
Acceſſit, poſitoq; genu Titania terram
Preſſit, ut hauriret gelidos potura liquores.
Ruſtica turba uetat. dea ſic affata uetantes,
Quid prohibetis aquas? uſus communis aquarũ eſt,
Nec Solem proprium natura, nec aera fecit,
Nec tenues undas, ad publica munera ueni.
Quæ tamen ut detis, ſupplex peto, non ego noſtros
Abluere hic artus, laſſataq; membra parabam,
Sed releuare ſitim, caret os humore loquentis,
Et fauces arent, uixq; eſt uia uocis in illis.
Hauſtus aquæ mihi nectar erit, uitamq; fatebor
Accepiſſe, ſimul uitam dederitis in undis.
Hi quoq; uos moueant, qui noſtro brachia tendunt
Parua ſinu: & caſu tendebant brachia nati.
Quem non blanda deæ potuiſſent uerba mouere?
Hi tamen orantem perſtant prohibere, minaſque,
Ni procul abſcedat, conuiciaq; inſuper addunt.
Nec ſatis eſt: ipſas etiam pedibuſque, manuq;
Turbauere lacus, imoq; e gurgite mollem
Huc, illuc limum ſaltu mouere maligno.
*Diſtulit ira ſitim: neque enim iam filia Cæi
Supplicat indignis, nec dicere ſuſtinet ultrà
Verba minora dea: attollenſq; ad ſidera palmas,
Aeternùm ſtagno, dixit, uiuatis in iſto.
Eueniunt optata deæ: iuuat eſſe ſub undis,
Et modò tota caua ſubmergere membra palude,
Nunc proferre caput, ſummo modò gurgite nare,
Sæpe ſuper ripam ſtagni conſiſtere, ſæpe
In gelidos reſilire lacus: ſed nunc quoq; turpes
Litibus exercent linguas, pulſoq; pudore,
Quamuis ſint ſub aqua, ſub aqua maledicere tentãt.
Vox quoq; iam rauca eſt, inflataq; colla tumeſcunt:
Ipſaq; dilatant patulos conuicia rictus.
Terga caput tangunt: colla intercepta uidentur:
Spina uiret: uenter pars maxima corporis albet:
Limoſoq; nouæ ſaliunt in gurgite ranæ.

ARG. Satyrus nomine Marſyas, dum cum Apolline tibiis contendit, quas Minerua inueniſſe proditur, per audaciam, ꝙ Deo cedendum non putaret, ſuſpenſus eſt, a cute nudatus tergore, quem nymphæ, ac ſatyri, cæteriq; ruris incolæ ita fletu proſecuti ſunt, ꝙ eius cantu cariturì eſſent, ut lacrymis eorum flumen increuerit, quod eius nomine in Phrygia Marſyas a prioribus noſtris nuncupari uidetur.

SIc ubi neſcio quis Lycia de gente uirorum
Rettulit, exitium Satyri reminiſcitur alter,
Quem Tritoniaca Latous arundine uictum
Affecit pœna, Quid me mihi detrahis? inquit.
Ah piget, ah non eſt, clamabat, tibia tanti.
Clamanti cutis eſt ſummos direpta per artus.

Nec quidquam niſi uulnus erat: cruor undiq; manat,
Detectiq; patent nerui, trepidæq; ſine ulla




Pelle micant uenæ. ſalientia uiſcera poſſes,
Et pellucentes numerare in pectore fibras.
Illum ruricolæ ſyluarum numina Fauni,
Et Satyri fratres, & tunc quoque clarus Olympus,
Et Nymphæ flerunt, & quiſquis montibus illis
Lanigeroſq; greges, armentaq; bucera pauit.
Fertilis immaduit, madefactaq; terra caducas
Concepit lacrymas, ac uenis perbibit imis.
Quas ubi fecit aquas, uacuas emiſit in auras.
Inde petens rapidum ripis decliuibus æquor,
Marſya nomen habet, Phrygiæ liquidiſſimus amnis.

ARG. Tantalus epulis Iouis cum intereſſet, uelletq; experiri, an futura proſpiceret, inuitato ad epulas Pelopis filii interempti uiſcera reliquis dapibus immixta appoſuit. quo pro merito punito, dii miſericordia moti, qui conuiuii participes fuerant, partes uiſcerum Pelopis compoſuerunt, & humerus, qui deerat, de ebore effectus eſt.

TAlibus exemplis redit ad præſentia dictis
Vulgus, & extinctū· cū ſtirpe Amphiona luget.
Mater in inuidia eſt. hanc tunc quoq; dicitur unus
Fleſſe Pelops, humeroq; ſuas a pectore poſtquam
Deduxit ueſtes, ebur oſtendiſſe ſiniſtro.
Concolor huic humerus naſcendi tempore dextro,
Corporeuſq; fuit: manibus mox cæſa paternis
Membra ferunt iunxiſſe deos: aliiſq; repertis,
Qui locus eſt iuguli medius, ſummiq; lacerti
Defuit: impoſitum eſt non comparentis in uſum
Partis ebur, factoq; Pelops fuit integer illo.

ARG. Tereus, Martis filius, Thracum rex, cum auxilia multis regibus ferret, Pandioni quoq; Athenis regnanti, cum a proximis ciuitatibus oppugnaretur, non defuit. quamobrem filiam ſuam Prognen illi in matrimonium dedit. quæ deportata in mariti regnum cum ex intercapedine ſororem Philomelam deſideraret, petiit a Tereo, ut proficiſceretur Athenas, ſororem ſibi ad ſolenne ſacrificium adducturus. qui ut Athenas peruenit, ſoceri uſus hoſpitio, in Philomelę incidit amorem: quam ſecum digreſſus mandato coniugis duxit in Thraciam. ſtabulis autem ſuis uiolatam clauſit, ut ſine cuiuſquam ſuſpicione ad eam ſæpius commearet, linguam, ne commiſſa eloqui poſſet, ei truncauit. uxori uero mentitus eſt: dixit enim ſororem eius interiiſſe. At Philomela, quæ lingua prodere non poterat, ueſti intexuit notis litterarum: quam uni dedit perferrendam ſorori. qua inſpecta, cum coniugis libidinem, caſumq; germanæ comperiſſet, conſtituit ſacra celebrare Libero patri, moreq; bacchantis ad ſtabula uenit, ac ſororem raptam in regiam duxit, Itym filium interemit, & epulandum patri appoſuit. quo expletus Tereus, filium Itym deſiderat: eius caput in Terei ſinum abiecerunt, dicentes, Intus habes quem deſideras. Tereus cum intellexiſſet ſcelus ſcelere ultum eſſe, coniugem, ſororemq; coniugis perſequitur: deorum autem uoluntate uerſi ſunt in aues, Progne in hirundinem, Philomela in luſciniam. Tereus in epopem, Itys in phaſianum. Pandion, dolore natarum actus, caruit uita: regnum eius filius Erichtheus poſſedit.

FInitimi proceres coeunt, urbeſq; propinquæ
Orauere ſuos ire ad ſolatia reges,

RAPH. MICANT} palpitāt. {Fibras} fibræ uenulæ ſunt minores. {Armenta bucera} hoc eſt, boues ualde cornutos: βου nanque particula eſt intentiua, κέρας autem dicitur cornu. [Videtur autem hic Ouid. imitatus eſſe Lucretium, qui eodem modo dixit Bucera ſecla, ut lib. 5. Lanigeræq; ſimul pecudes, & bucera ſecla.] {Concepit} excepit. {Ripis decliuib.} pronis, atque inclinatis. {Liqdiſſimus} puriſſimus, limpidiſſimus. {Talibus exemplis} hæc ad concinnam fabularum connexionem a poeta narrantur. {Ad præſentia} mala & infortunia Amphionis, & Niobes. {Mater in inuidia eſt} Niobes enim ſuperbia cauſſa fuit mortis liberorum. {Fleſſe Pelops} merito, cum Niobes frater eſſet. Pelops enim Tantali fuit filius, quem coctum pater diis epulandum, ut, an omnia ſcirent, experiretur, cum appoſuiſſet, omnes, quidem præter unam Cererem ab eo abſtinuerūt: collectiſq; in unum Pelopis mēbris, euocata a Mercurio anima eius ab inferis, priſtinæ ipſum uitæ reſtituerunt. ſed cum ei ſiniſtrum deeſſe humerum animaduertiſſent, eburneū affixerunt: ſicq; Pelops uitæ integer fuit reſtitutus. Tantalus uero ad inferos detruſus ſiti in aquis, ac fame in ſumma pomorum copia laborat. {Suas ueſtes} purpureas ac ſibi conuenientes: illis enim depoſitis lugubres ac pullas ſumpſit. {Corporeus} ex carne. nam corpus proprie uiuentium, caro mortuorum dicitur, a cadendo ducta, ut iam ſæpius diximus. {Cæſa membra} trucidata. {Qui locus eſt iuguli} periphraſis eſt humeri. nam eſt medius inter iugulum & brachii ſummitatem. {In uſum} in locum & officium. {Partis non comparentis} humeri non inuenti. {Illo facto} illo deorum beneficio. {Finitimi proceres coeunt} conueniunt, congregantur. hæc autem iccirco narrantur, ut quas metamor. eſt deſcripturus, commodius cum prioribus cōnectantur. nam Tereus rex Thracum, cū Athenas obſidione liberaſſet, accepta in uxorem Progne Pādionis regis filia in Thraciam rediit, ubi cum iam filium ſuſcepiſſet, rogatus ab uxore, ut aut ſe Athenas deduceret, aut ſaltem ad ſe Philomelam ſororem accerſeret, profectus ipſe Philomelam quidem a patre accepit, ſed cum in Thraciam perueniſſet, non ſolum ei uim intulit, ſed linguam etiam, ne uulgare ſcelus poſſet, amputauit, ac ſuis ſtabulis mancipauit. Ceterum Philomela tanta crudelitate ſtimulata totum infortunium ſuum in uelo deſcriptum ſorori indicauit. Progne uero furiis accenſa Bacchi ſacra ſe celebrare ſimulans, una cum Bacchis ad ſororem uenit; eamq; ſecum pampinis tectam in urbem adduxit, in cubiculoq; ſuo occultauit. perfectis uero Bacchi ſacrificiis Progne Ityn communem filium interemit, cuius carnes coctas patri appoſuit comedendas. cum uero Tereus Ityn filium inter cœnandum frequenter uocaret, Philomela cubiculo exiliens caput filii ac pedes in Tereum coniecit, qui ſtricto enſe cum ambas perſequeretur, ipſe quidem in upupam, Itys in phaſianum, Progne in hirundinem, Philomela in luſciniā conuerſi fuiſſe narrantur. {Orauere ire} poetica eſt locutio: nam orauere ut irent, in ſoluta oratione diceremus. {Ad ſolatia} ad conſolationem Pelopis, cuius ſoror Niobe cum omnibus liberis fuit extincta.

Argosque, & Sparte, Pelopeïadesq; Mycenæ,
Et nondum toruæ Calydon inuiſa Dianæ,
Orchomenosq; ferax, & nobilis ære Corinthos,
Meſſeneq; ferox, Patræque, humilesq; Cleonæ,
Et Nelea Pylos, nec adhuc Pittheïa Trœzen,
Quæq; urbes aliæ bimari clauduntur ab Iſthmo,
Exteriusq; *ſitæ bimari ſpectantur ab Iſthmo.
Credere quis poſſet? ſolæ ceſſaſtis Athenæ.
Obſtitit officio bellum: ſubuectaq; ponto
Barbara *Cecropios terrebant agmina muros.
Threicius Tereus hæc auxiliaribus armis

RAPH. ARGOSq;} Argos urbs eſt clariſſima Peloponeſi, quæ uariis nominibus eſt cognominata. nam & urbs Phoronica, & Ægialea appellatur, & Argos Hippoboton & Hippium, quod Neptuni equis paſcua ſuppeditauit Dipſiō quoque propter aquarum penuriam. ab Argo autem conditore uidetur eſſe dictum, ut ſcribit Stephanus, græcus, auctor, in opere quod de urbibus cōpoſuit. Vndecim uero urbes hoc nomine appellantur. eſt enim Argos quod Amphilochicon dicitur in Theſſalia: in Cilicia, quæ nunc Argiopolis appellatur: in Niſyro inſula, una ex Cycladibus, iuxta Trœzena: in Macedonia: in Scythia quod Argos Oreſticū uocatur: in Caria, Argos Phæacum, Argos Argolicum, ac fere omnis maritima planities Argos uocatur. [Fuit autem & tota olim Peloponneſus uocata Argos. id quod Strabo annotauit lib. 8.] {Et Sparte} regio Laconicæ Sparta fuit appellata, a Spartis Cadmi: hoc eſt, a ſeminatis a Cadmo, qui eam tenuiſſe a Timagora ſcribuntur. [Hæc Stephanus fere: at Strabo, item Pauſanias, & alii plerique non regionem, ſed urbem Lacedæmoniorum Spartam uocant, eamq; a Sparta filia Eurotæ nomen accepiſſe, Pauſanias auctor eſt. Lacedæmonis autem nomen & terræ, & urbi communi fuiſſe iidem tradunt. uide Strabonem libro 8. Pauſaniam in Laconicis.] {Pelopeiadesq; Mycenæ} Mycenæ urbs eſt Peloponneſi, a Mycenæo Spartonis Phoronei filio denominatæ, quas Pelops auxiſſe fertur. unde & Pelopeiades uocat eas poeta. [Nō Pelops, ſed Pelopidæ] hoc eſt, poſteri Pelopis Mycenas auxerunt, ſic enim Strabo lib. 8. εἶθ' αἱ μυκῆναι, inquit, μείζον' ἐπίδοσιν λαβοῦσαι διὰ τῶν πελοπιδῶν εἰς αὐτὰς μεθιδρυνθ. & rurſum, αἱ δὲ μυκῆναι μετέπεσον εἰς τοὺς πελοπίδας, ὁρμηθέντας ἐκ τῆς πισατίδος, &c. Non ergo Pelops, ſed Pelopidæ inclareſcere illas, & de ſe Pelopeias uocari fecerunt. cōditas autem Mycenas & Strabo, & Pauſanias tradunt a Perſeo, uocataſq; ἀπὸ μύκητος, hoc eſt gladii capulo, qui illi eo loco exciderat, quāquam rurſum ſint qui eas a Mycene Inachi filia Areſtoris uxore nominatas uelint. cuius opinionis auctor is eſt, cui apud græcos poema, quod ἠοίας μεγάλας uocant, aſcribitur.] {Et nondum Calydon} urbs eſt Ætoliæ, a Calydone Endymionis filio cognominata. {Nondum inuiſa} nondum odio habita. nondum enim Oeneus Calydoniæ rex in ſe Dianam concitarat. nam cum diis omnibus aliis præterquam Dianæ ſacrificaſſet, Diana irata aprum immiſit, qui totam Calydoniam deuaſtauit. {Orchomenosq; ferax} fertilis. Orchomenos urbs eſt Bœotiæ, & Theſſaliæ, & Arcadiæ, & Ponti. mons eſt etiam inter Macedoniam & Theſſaliam nomine Orchomenos, ut ſcribit Apollonii enarrator. ab Orchomeno autem Iouis & Heſiones filio nomen & urbi, & monti inditum fuit. [Videtur autem Ouid. de Arcadiæ urbe intellexiſſe, quam Homerus πολύμηλον uocat, in catalogo ut οἳ φένεόν τ' ἐνέμοντο, καὶ ὀρχόμενον πολύμηλον. quanquam & altera Bœotiæ inter opulentas numeratur ab eodem poeta, cum ait,

Οὐδ' ὅς ἐς ὀρχόμενον ποτινίσσεται, οὐδ' ὅσα θήβας
Αἰγυπτίας, &c.

Sed huic epitheton μινύειον peculiariter addere ſolet, ut in eodem catalogo, Οἳ δ' ἀσπληδόνα ναῖον, ἰδ' ὀρχόμενον μινύειον, a gente Myniarum uidelicet, ut Strabo indicat. Quare de Arcadica hoc loco intelligendum puto. & ut Homerus πολύμηλον dixit, ita Ouidium feracem uocaſſe.] {Et nobilis ære Corinthos} clara æreis uaſis, quæ Corinthia uocantur. {Meſſeneq; ferox} Meſſene & urbs, & regio eſt Peloponneſi: altera eſt in Sicilia, unde Meſſenius poſſeſſiuum declinatur. [Quōd autem additur Ferox, ideo uidetur pertinere quod pro libertate & imperio ſuo perpetua prope bella cum Lacedæmoniis, ſub quorum poteſtate ante Heraclidarum deſcenſum fuerūt, Meſſenii geſſere. neque etiam uicti aliquoties, & exciſi, domari potuerunt; ut eſt uidere apud Pauſaniam, qui totam illorum hiſtoriam proſecutus eſt. {Paterӕq;} corrupte triſyllabum legitur, Patræ nanque biſyllabum urbs eſt Achaiæ, de qua hoc loco ſentit Ouid. {Humilesq; Cleonæ} urbs eſt Arcadiæ parua. [A Pauſania & Strabone inter Argolicas urbes numerantur Cleonæ. humiles autem poeta uocat, non a ſitu, ſed a quantitate. modicum enim fuit oppidum, ut Pauſanias ait. unde et a Strabone πόλισμα dicitur. ſitum autem fuit in loco edito & munito inter Corinthum & Argos, eoq; per ſe ipſum ſatis ualidum. quare & Homerus dixit,

Ἀφνειόν τε κόρινθον, ἐϋκτιμένας τε κλεωνάς.

Nominatum alii tradunt a Cleone Pelopis filio, alii a filia Aſopi Cleone. Non procul autem ab eodem oppido Nemea fuit, & antrum leonis, quem occidit Hercules, quem ob id Cleonæum interdum uocant poetæ.] {Et Nelea Pylos} urbs eſt in Meſſenia, in qua regnauit Neleus Neſtoris pater. {Nec adhuc Pittheia Trœzen} Trœzen urbs eſt Peloponneſi, a Trœzene Pelopis filio, quæ uariis nominibus eſt appellata. nam & Aphrodiſias, & Saronia, & Poſidonias, & Apollonias, & Antanis fuit cognominata. eam uero Pittheiam nondum fuiſſe ait, quod Pittheus, Æthræ, matris Theſei, pater, nondum ibi regnauerat. {Ab Iſthmo bimari} Iſthmus breuis dicitur terra inter duo maria conſtituta. Iſthmus uero Peloponneſi & Ægeo mari, & Ionio alluitur. intra Iſthmum autem ſunt Pelopōneſi urbes, extra uero Achaiæ. {Credere quis poſſet} hæc interrogatio eò ſpectat, ut ſignificet Athenienſes & humaniſſimos, & officioſos maxime fuiſſe. {*Subiectaq; ponto} adiecta mari Euxino. reges enim Aſiæ bellum Athenienſibus indixerant. [Quos Aſiæ reges hic intelligat Regius, neſcio: neque enim Darium aut Xerxem poteſt, qui multo poſteriores ætate fuerunt. ego autem accipiendum puto, uel Thracenſe bellum, quod Eumolpi temporibus geſtum traditur, quando Thraces magna manu in Atticam deſcenderunt, & pugna circa Eleuſim cōmiſſa Erechtheum regem Athenienſium occiderunt, ut ex Pauſania patet. Et ſic, Gens ſubiecta Ponto appellatiue accipiendum erit pro accola maris. nam & Thraces ad mare habitant. uel rurſum accipiendum de bello Amazonico. Amazones enim aliquādo aſſumptis Scytharum auxiliis in Atticam incurſarunt. cuius rei & Iuſtinus meminit libro 2. atque hoc temporibus magis reſpondet. Pandion enim, de quo hic dicitur, Theſei, a quo bellum hoc tandem finitum traditur, auus fuit, Ægei pater. quanquam non ita de temporibus laborandum uidetur, quandoquidem & in aliis rationem hanc confundit Ouidius, & quæ poſterioris Pandionis ſunt, ad priores tempora refert; ut infra de Erechtheo dicemus. quod ſi igitur de Amazonibus hoc loco intelligamus, Gens Ponto ſubiecta, proprie accipiendū erit, de Ponto Euxino ſcilicet, ad quē habitarūt Amazones in agris Themiſtyriis, ut inquit Iuſtin. iuxta fluuium Thermodontem. tradit autem & Pauſanias Pandionem cum Tereo affinitatem iunxiſſe δυνάμεως ἕνεκα, inquiens, πρὸς τὸν θρᾶκα τὸ κῆδος ἐποίησε, &c. Porro utriuſque belli meminit & Iſocrates in Panathenaico.] {Threicius Tereus} Thracius. Tereus autē filius fuit Martis, ac Thraciæ rex, ut diximus.

[margin: *quæ aliæ* — *Mopſopios*]

Fuderat, & clarum uincendo nomen habebat.
Quem ſibi Pandion opibusque, uiriſq; potentem,
Et genus a magno ducentem fortè Gradiuo,
Connubio Prognes iunxit. non pronuba Iuno,
Non Hymenæus adeſt, illi non Gratia lecto.
Eumenides tenuere faces de funere raptas:
Eumenides ſtrauere torum: tectoq; profanus
Incubuit bubo, thalamiq; in culmine ſedit.
Hac aue coniuncti Progne, Tereusque, parentes
Hac aue ſunt facti. gratata eſt ſcilicet illis
Thracia, diiſq; ipſis grates egere: diemque,
Quoq; data eſt claro Pandione nata tyranno,
Quoq; erat ortus Itys, feſtum iuſſere uocari.
Vſq; adeò latet utilitas. iam tempora Titan
Quinque per autumnos repetitis duxerat annis,
Cùm blandita uiro Progne, Si gratia, dixit,
Vlla mea eſt, uel me uiſendam mitte ſorori,
Vel ſoror huc ueniat. redituram tempore paruo
Promittes ſocero: magni mihi muneris inſtar
Germanam uidiſſe dabis. iubet ille carinas
In freta deduci: ueloque, & remige portus
Cecropios intrat, Piræeaq; littora tangit.
Vt primùm ſoceri data copia, dextera dextræ
Iungitur, infauſto committitur omine ſermo.
Cœperat aduentus cauſſas mandata referre
Coniugis, & celeres miſſæ ſpondere recurſus:
Ecce uenit diues magno Philomela paratu,
Diuitior forma: quales audire ſolemus
Naiadas, & Dryadas mediis incedere ſyluis,
Si modò des illis cultus, ſimileſq; paratus.
Non ſecus exarſit, conſpecta uirgine, Tereus,
Quàm ſi quis canis ignem ſupponat ariſtis,
Aut frondem, poſitaſq; cremet fœnilibus herbas.
Digna quidem facies: ſed & hunc innata libido
Extimulat: pronumq; genus regionibus illis
In Venerem eſt: flagrat uitio gentisque, ſuoque.
Impetus eſt illi comitum corrumpere curam,
Nutriciſq; fidem, nec non ingentibus ipſam
Sollicitare datis, totumq; impendere regnum;
Aut rapere, & ſæuo raptam defendere bello.

RAPH. FVDERAT} fregerat, in fugam conuerterat. {A magno Gradiuo} a magno Marte. Gradiuus enim Mars a latinis dictus eſt, quod gradatim in bellum eatur. {Non pronuba Iuno} nubentibus feliciter puellis Iuno pronuba præeſſe creditur. hinc autem facile colligitur, quale futurum ſit Terei & Prognes coniugium. {Non Hymenæus} nuptiarum Deus. {Non Gratia} Gratiæ ſunt tres, deæ perpetuę Veneris comites, quæ a græcis χάριτες uocantur, quarum nomina ſunt, Aglaia, Thalia, Euphroſyne. [Heſiodus,

Τρεῖς δέ οἱ εὐρυνόμη χάριτας τίκε καλλιπαρείους
Ἀγλαΐην τε καὶ εὐφροσύνην, θαλίην τ' ἐρατεινήν.

His primum Eteocles Cephiſi filius dicitur ſacrificaſſe Orchomeni, unde & Eteocleas uocat Theocritus.] {Illi lecto} illis nuptiis. a parte nanq; totum intelligimus per ſynechdochen. {Eumenides tenuere faces} furiæ, inquit, infernales prætulerunt faces nouæ nuptæ, quas de funere rapuerunt. [Dicuntur autē Eumenides furiæ, κατ' ἀντίφρασιν, quaſi minime beneuolæ, aut bona ſuggerentes animo, uel quod Oreſti fauiſſent in iudicio, cum de cæde matris accuſaretur, ut eſt in commentariis Sophoclis.] {Profanus bubo} execrandus eſt. nanq; auis peſſimi ominis bubo. {Hac aue} hoc augurio. {Grat. eſt} ſ. illis Thracia: metonymia eſt. Thracia enim pro Thracibus poſita eſt. Thracia uero, quę & Thrace dr̃, a Thrace, *Oceani filia, eſt cognominata, cū qua Saturnus cōcubuit, ac Dolō cum* ſuſtulit, unde populi eiuſdē Thraciæ Dolonei. {Gratata} gratulata. {Diiſq; *ipſi} Tereus & Progne gr̃as diis egerunt. {Quoq; da. eſt} quo legendū eſſe facile ex eo, quod infert, adiectiuo colligi pōt. {Vſq; adeo latet util.} acclamatio in hominū inſcitiā loco maxime conueniens. {Iam tempora Tit.} hoc eſt, iā quinq; tranſierant anni. {Si gra. Vlla mea eſt} ſi quid apud te poſſum. {Magni mu.} in æquiparationem magni muneris. nam inſtar modo ad ſimilitudinem, modo ad æquiparationem ſignificat, nec recipit præpoſitionem, eſtq; indeclinabile nomen. {Cecrop. por.} Athenienſes. {Piræeaq; li. tam.} Attica. nam Piræeus promontoriū eſt Atticę, ut ſcribit Ptolemæus. unde Athenarum portus Piræeus fuit appellatus. [Ego uero Piræaq; littora legendum puto, ſic poſtulante uerſu. nam & Stephanus auctor eſt, ueteres Pirę̄ū dixiſſe, & inde poſſeſſiuum, Piræus a, um, tribus ſyllabis, pro quo poſteriores Piræeus fecerunt. & apud Terentium legitur, Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Piræum, ſiue, ut commentator uult, Piræo. nam neq; hic uerſus quadriſyllabum Piræeū recipit, cum ſit tetrameter catalecticus. quanq̃ uulgo in epiſtolis ad Atticum lib. 7. epiſt. 3. ubi idem hic locus Terentii citatur, Piræeum paſſim quattuor ſyllabis pro Piræum legitur. ſed illic proprium eſt, hic poſſeſſiuum, ſiue gentile. A Piræeus autem, cuius obliqui quattuor ſyllabarum fiunt, Stephanus format gentilia Piræates, & Piræites, item Piraicus, nuſquā aūt πειραιεύς, aut Piræeus. ſed tamen &, Piræeaq; littora, ſi diceretur, in uerſu defendi poterat, ſi qs συνεκφώνησιν admittat, niſi quòd compoſitio durior aliquāto fiet, & ab Ouidiana facilitate alienior. Ceterū de ſignificatione uocis πειραιεύς etiam apud Ciceronem queritur loco ſupra citato. de portu tamen Athenienſi plerūque intelligitur, in eaq; ſignificatione potiſſimū uſurpatur. pro mōte autem, quod hic Regius ait, non facile apud idoneos auctores poſitū alibi inuenies.] {Vt primum ſoceri data copia} cum primum, inquit, Tereus ad Pandionē ſocerum fuit admiſſus, & dexteram dextrę iunxit, & Prognes mandata referre cœpit. {Recurſus celeres} ueloces reditus. {Miſſæ} Philomelæ. quæ quidem nondum fuerat miſſa, ſed ſi miſſa fuiſſet, celerem pollicebatur Tereus reditum. {Magno paratu} ornatu. {Forma} pulchritudine. {Naiadas & Dryadas} nymphas, quæ formoſiſſimę eſſe uidētur. {Non ſecus} quanto Philomelæ ardore Tereus fuerit inflammatus, aperte his ſimilitudinibus declaratur. {Canis ar.} flauis, & iam aridis. {Cremet} comburat. {Fœnilibus} fœnilia fœni dicūtur repoſitoria. {Digna quidem facies} facies, inquit, Philomela digna quidem erat amari cū ab aliis omnibus, tum uero a Tereo, qui maxime ingenita libidine in mulieres ſtimulabatur. {Pronūq; genus} Thraces .n. maxime in Venerem ſunt proni. [Proinde & ſinguli plures uxores ducebant, ut Mela ſcribit, & Solinus cap. 15. Vxorum numero, inquit, uiri ſe iactitant, & honoris loco ducunt multiplex coniugium, &c. quominus nouum aut mirum uideri debet, ſi idem hodie quoq; factitant. iam & Homerus hoc indicat, Martios ac bellicoſos homines, cuiuſmodi Thraces ſemper habiti, utpote apud quos Mars ipſe habitare a poetis dicitur, in Venerem procliues eſſe. id enim fabula Martis & Veneris ſibi uelle uidetur. & in exercitu græcorum illi mulieribus potiſſimū operam dederunt qui bellicoſiſſimi fuerunt, ut Achilles, Aiax, Agamemnon, &c.] {Curam} cuſtodiam. {Ingentibus datis} maximis donis.

Titani

Dolōcæ nomine, quorū & Plin. meminit.

Et nihil

Et nihil eſt, quod non effreno captus amore
Auſit: nec capiunt incluſas pectora flammas.
Iamq́; moras malè fert, cupidoq́; reuertitur ore
Mandata ad Prognes, & agit ſua uota ſub illa.
Facundum faciebat amor: quotiesq́; rogabat
Vlterius iuſto, Prognem ita uelle ferebat.
Addidit & lacrymas, tanquam mandaſſet & illas.
Proh ſuperi, quantum mortalia pectora cæcæ
Noctis habent? ipſo ſceleris molimine Tereus
Creditur eſſe pius, laudemq́; a crimine ſumit.
Quid, quòd idē Philomela cupit; patriosq́; lacertis
Blanda tenens humeros, ut eat uiſura ſororem,
Perq́; ſuam, contraq́; ſuam, petit *illa, ſalutem?
Spectat eam Tereus, præcontrectatq́; uidendo:
Oſculaq́;, & collo circundata brachia cernens,
Omnia pro ſtimulis, facibusq́ue, ciboq́; furoris
Accipit: & quoties amplectitur illa parentem,
Eſſe parens uellet: neq; enim minus impius eſſet.
Vincitur amborum genitor prece. gaudet, agitq́;
Illa patri grates, & ſucceſſiſſe duabus
Id putat infelix, quod erat lugubre duabus.
Iam labor exiguus Phœbo reſtabat, equiq́;
Pulſabant pedibus ſpatium decliuis Olympi.
Regales epulæ menſis, & Bacchus in auro
Ponitur: hinc placido tradunt ſua corpora ſomno.
At rex Odryſius, quamuis ſeceſſit ab illa,
Aeſtuat: & repetens faciem, motusq́ue, manusq́ue,
Qualia uult, fingit, quæ non dum uidit: & ignes
Ipſe ſuos nutrit, cura remouente ſoporem.
Lux erat, & generi dextram complexus euntis
Pandion, comitem lacrymis commendat obortis.
Vt uolucre ambæ, uoluiſti tu quoq; Tereu,
Hanc ego care gener, quoniam pia cauſſa coegit,
Do tibi: perq́; fidem, cognataq́; pectora ſupplex,
Per ſuperos oro, patrio ut tuearis amore,
Et mihi ſollicito lenimen dulce ſenectæ
Quāprimùm (oīs erit nobis mora longa) remittas.
Tu quoq; quāprimùm, (ſatis eſt ꝓcul eſſe ſororem)
Si pietas ulla eſt, ad me Philomela redito.
Mandabat, pariterq́; ſuæ dabat oſcula natæ:
Et lacrymæ mites inter mandata cadebant,
Vt fidei pignus, dextras utraſq; popoſcit,
Inter ſeq́; datas iunxit; natamq́ue, nepotemq́ue,
Abſentes pro ſe memori rogat ore ſalutent:
Supremumq́ue uale pleno ſingultibus ore
Vix dixit: timuitq́; ſuæ præſagia mentis.
Vt ſimul impoſita eſt pictæ Philomela carinæ,
Admotumq́ue fretum remis, tellusq́; repulſa eſt;
Vicimus, exclamat, mecum mea uota feruntur:
Exultatq́ue, & uix animo ſua gaudia differt
Barbarus, & nuſquam lumen detorquet ab illa.
Non aliter, quàm cùm pedibus prædator aduncis
Depoſuit nido leporem Iouis ales *in alto
Nulla fuga eſt capto, ſpectat ſua præmia raptor.

RAPH. ET nihil eſt quod non effreno captus amore Auſit} ſententia eſt generalis, quamuis ad Tereum proprie referri uideatur. {Effreno amore} ab effectu, quod effrenatos ac diſſolutos homines reddat. {Nec capiunt} iam enim Terei amor in Philomelam detegebatur. {Cupido ore} hypallage eſt. ipſe.n. cupidus intelligitur ad mandata Prognes ore reuerti: hoc eſt, ad cōmemoranda Prognes mandata. {Et agit ſua uota ſub illa} ſub ſimulatione, inquit, Prognes uolūtatis ſuę uota peragere conatur Tereus. {Facūdum faciebat amor} facundus dicitur qui facit uerbis quidq̄d uult. {Vlterius iuſto} ultra quàm honeſtū foret. {Proh ſuperi} exclamatio in hominum cæcitatē. {Quantum mortalia pectora cæcæ noctis habent} in quanta rerum omnium inſcitia hominum animi uerſantur. {Ipſo molimine} ipſa præparatione. {Contra ſuam ſalutem} quia a Tereo nō ſolū ſtuprata, ſed ēt lingua fuit priuata. {Præcontrectatq́; uidendo} hoc eſt, ante oculis quam manibus ſibi eam contrectare uidetur. {Neq;.n. minus impius eſſet} nam etiam ſi pater eſſet, cum filia rem haberet. {Genitor} pater Pādion. eſt autē cauſſa cur fuerit uictus: morem.n. gerit q̄a pater. {Amborū prece} Terei & Philomelæ. {Succesſiſſe} feliciter eueniſſe. {Duabus} ſibi & Progne ſorori. {Lugubre} triſte & luctus cauſſa futurū. {Iā labor exiguus Phœbo} ſignificat finem diei aduenīſſe. {Phœbo} Apollini, qui interdiu in regendo ſolis curſu occupatus eſſe, ꝑ noctem uero quieſcere uulgo uidetur. eſt ergo ſenſus ex opinione uulgari cōceptus. {Equiq́; pulſabant} equi, inquit, ſolis iam peruenerant in occidentalem cęli partem. {Spatiū} partē. {Decliuis olympi} cęli deorſum uergentis, quo cum ꝑuenerint equi ſolis, in Oceanum deſcendere uidētur. {Regales epulę mēſis} mira breuitate apparatum cœnę deſcribit, q̄ apud priſcos hora nona [diei intelligas] fieri ſolebat, quā eādem eſſe cum uigeſima prima cum ex aliis multis, tū Plin. epiſt. colligemus. {Bacchus} uinum. inuentor enim pro re inuēta frequēter ponitur a poetis, ut apud Terentiū, Sine Cerere & Libero friget Venus.

*uſque* — *ab alto*

{At rex Orthyſius} ſic quidem fere legitur, ſed Odryſius ꝑ d legendū eſt. nā Odryſę populi ſunt Thraciæ, & Odryſa urbs eorum, q̄ & Odryſia dicitur, unde Odryſius deriuatur. elegāter aūt amantum cogitationes deſcribit poeta. {Æſtuat} ardet. hæc aūt particula tamen eſt ſubaudienda. {Quę nōdum uidit} partes corporis, quæ ueſtibus tectæ erant, accipiendæ ſunt. {Cura remouente ſoporem} amore ſomnū repellente. {Lux erat} dies aduenerat. {Generi eūtis} recedere cupientis Terei. {Qm̄ pia cā coegit} pium nanq; eſt ſororem ſorori mittere uidēdā. {Tuearis} defendas atque cuſtodias. {Mihi ſollicito} anxio de filiæ abſentia. {Lenimē} ſolamē. {Satis eſt procul eſſe ſororem} ſatis eſt, inquit, ꝙ Progne longe a me abeſt. {Mandabat} mandatā dabat. {Dextras utraſq;} & Terei & Philomelæ. {Natamq́; nepotemq́;} & Prognē & Ityn. {Pro ſe} nomine ſuo, & ſuis uerbis. {Memori ore} memores ipſi. eſt.n. hypallage. {Supremumq́;} & ultimo loco, inquit, uix potuit dicere uale. {Pleno ſin. ore} geſtum exprimit patris de filia a ſe recedente admodū ſolliciti. ita nāq; Pādiō ſingultibus impediebatur, ut uix potuerit dicere uale. {Præſagia} diuinationes. eſt.n. præſaga mali mēs. {Ad motūq; fre. re.} hypallage eſt: mari nāque remi, nō mare admouetur remis. tunc aūt remi admoueri dicuntur mari, cū remigatur, nauisq́; remis impellitur. [Immo ſimpliciter intelligendū, ut ſit ἀντίϑεσις in admoto freto, & repulſa tellure.] {Tellusq́; repul. eſt} ex uulgari hoc dictū eſt opinione: terra nāque, q̄ eſt immobilis, retropelli a remigantibus uidetur. {Vicimus excl.} barbari, & ab omni ciuilitate alieni hominis mores exprimūtur. {Barbarus} cā eſt, cur uix differret ſua gaudia, quia barbarus & a bonis moribus alienus. {Lumē} oculos. {Iouis ales} aquila, q̄ ꝙ nunq̄ fulmine tāgitur, ſub Iouis tutela eſſe perhibetur. {Spectat ſua prę. ra.} ordo eſt & ſenſus, Non aliter Tereus ſpectabat Philomelā, q̄ Iouis ales raptor ſpectat ſua præmia, cū ipſe prædator depoſuit nido leporē adūcis pedibus. reliqua ꝑ parentheſim leguntur.

RAPH. {IAMq; iter eff.} confectũ, perfectum. iam.n.in Thraciã fuerant aduecti. tametſi cum alii ſcriptores, tum Strabo apud Daulida, Phocidis urbem, quam & Dauliam uocatã eſſe ait, ea omnia, quę de Tereo, Progne, Philomela, & Ity feruntur, geſta eſſe teſtantur. ibi nanq; Tereum ipſe regnaſſe. uerũ Ouid. illum regem Thracię fuiſſe ſcribit, illaq; omnia in Thracia fuiſſe perpetrata. {Pandione natam} Philomelã. {Faſſusq; nefas} nefandũ confeſſus amorem. {Et uirginem & unam ui ſuperat} maximam hominis barbariem oſtendit poeta, qui ſuſtinuerit uirginem & ſolã & ſibi creditam & patrem & ſororẽ & in primis deos implorãtem uiolare. {Illa tremit uelut agna pauens} uirgineum timorẽ pulchre his ſimilitudinis, ab oue & columba ſumptis, poeta expreſſit. {Excuſſa} eiecta. {Cani lupi} epithetõ eſt lupi colori conueniens. lupi nanq; canicie infecti eſſe uidentur. {Horret} tremit q̃uis accipitrẽ effugerit. {Auidos ungues} auidi accipitris, qui columbas maxime infeſtat. {Paſſos laniata capillos} ſynecdoche poetica. ſparſos.n.capillos cum laniaſſet Philomela intelligitur. lacerare autem crines in mœroribus ſolẽt mulieres. {Cæſis lacertis} percuſſis brachiis. {Diris factis} nefandis ſceleribus. {Nec coniugialia iura} nec matrimonii iura, q̃bus non licet cuiquam cum duabus coire ſororibus. coniugialia uero eſt legendũ, ut ſex ſyllabarum ſit, non coniugalia, ut eſt in exẽplaribus deprauatum. {Omnia turbaſti} omnia, inquit, iura & humana, & diuina confudiſti. {Pellex ego facta ſororis} pellex proprie dicitur, quæ cum marito alterius concũbit. {Tu geminus con.} tu duabus es maritus, & mihi & ſorori. {Debita pœna} te expectat ſubintelligẽdũ uidetur. [Vel ſic, tu mihi hoſtis es, quam pœnam ego ueluti debitam patior, ſororis pellex ſũ] {Quin eripis?} cur non eripis mihi uitam. {Ne quod facinus} ne aliquod ſcelus tibi reſtet in me perpetrandum. {Vacuas habuiſſem criminis umbras} hoc eſt, crimine caruiſſem. {Quandocunq; mihi pœnas dabis} aliquando mihi punieris. {Proiecto pudore} abiecto, depoſito. {Si copia detur} ſi potero. {Audiat hoc æther.} cælũ.

Iamq; iter effectum eſt, iamq; in ſua littora feſſis
Puppibus exierant; cùm rex Pandione natam
In ſtabula alta trahit, ſyluis obſcura uetuſtis.
Atq; ibi pallentem, trepidamque, & cuncta timentẽ,
Et iam cum lacrymis, ubi ſit germana, rogantem
Includit: faſſusq; nefas, & uirginem, & unam
Vi ſuperat, fruſtra clamato ſæpe parente,
Sæpe ſorore ſua, magnis ſuper omnia diuis.
Illa tremit, uelut agna pauens, quæ ſaucia cani
Ore excuſſa lupi, non dum ſibi tuta uidetur.
Vtq; columba ſuo madefactis ſanguine plumis
Horret adhuc, auidosq; timet, q̃bus hæſerat, ungues.
Mox ubi mens rediit, paſſos laniata capillos,
Lugenti ſimilis, cæſis plangore lacertis,
Intendens palmas, O diris Barbare factis,
O crudelis, ait, nec te mandata parentis
Cum lacrymis mouere piis, nec cura ſororis,
Nec mea uirginitas, nec *coniugialia iura. *cõnubialia*
Omnia turbaſti: pellex ego facta ſororis,
Tu geminus coniux. *non hæc mihi debita pœna. *hoſtis mihi, debita*
Quin animam hanc (ne qđ facinus tibi ꝑfide reſtet)
Eripis? atq; utinam feciſſes ante nefandos
Concubitus: uacuas habuiſſem criminis umbras.
Si tamen hoc ſuperi cernunt, ſi numina diuûm
Sunt aliquid, ſi non perierunt omnia mecum:
Quandocunq; mihi pœnas dabis. ipſa, pudore
Proiecto, tua facta loquar. ſi copia detur;
In populos ueniam: ſi ſyluis clauſa tenebor;
Implebo ſyluas, & conſcia ſaxa mouebo.
Audiat hoc æther, & ſi Deus ullus in illo eſt.
Talibus ira feri poſtquam commota tyranni eſt;
Nec minor hac metus eſt: cauſſa ſtimulatus utraq;,
Quo fuit accinctus, uagina liberat enſem,
Arreptamq; coma, flexis poſt terga lacertis,
Vincla pati cogit. iugulum Philomela parabat,
Spemq; ſuæ mortis uiſo conceperat enſe.
Ille indignantem, & nomen patris uſq; uocantem,
Luctantemq; loqui, comprenſam forcipe linguam
Abſtulit enſe *fero. radix micat ultima linguæ: *ferox*
Ipſa iacet, terræq; tremens immurmurat atræ.
Vtq; ſalire ſolet mutilatæ cauda colubræ,
Palpitat, & moriens dominæ ueſtigia quærit.
Hoc quoq; poſt facinus (uix auſim credere) fertur
Sæpe ſua lacerum repetiſſe libidine corpus.
Suſtinet ad Prognen poſt talia facta reuerti:
Coniuge quæ uiſo germanam quærit. at ille
Dat gemitus fictos, commentaq; funera narrat:
Et lacrymæ fecere fidem. uelamina Progne
Deripit ex humeris auro fulgentia lato,
Induiturq; atras ueſtes; & inane ſepulcrum
Conſtituit, falſisq; piacula manibus infert,
Et luget non ſic lugendæ fata ſororis.
Signa Deus bis ſex acto luſtrauerat anno:
Quid faciat Philomela? fugam cuſtodia claudit:

{Feri tyranni} crudelis, ab omniq; humanitate alieni. {Nec minor hac metus eſt} non minor eſt, inquit, metus, ne a Philomela ſorori proderetur ſcelus, quàm ira. {Cauſſa ſtimulatus utraq;} & ira & timore impulſus. {Liberat enſem ua.} e uagina eripit enſem. {Iugulum Philomela parabat} bene inſtitutæ uirginis morem exprimit poeta, quæ uiolata nihil mortem recuſat, ſed ultro iugulum enſi obiiciebat, quo citius interficeretur. {Spem ſuæ mortis} mortem nanque cupiebat Philomela. {Vſque uocan.} ſemper clamantem. {Luctantemq; loqui} conantem. {Forcipe} forceps inſtrumẽtum eſt fabrile, quo ferrum uel ignitum facile & capitur, & tenetur. {Enſe fero} ipſe ferus, & crudelis. eſt enim hypallage. {Radix micat} palpitat, moratur. {Ipſa iacet} lingua reciſa ſubaudiatur. {Mutilatæ colubræ} inciſæ ſerpentis in duas partes. mutilati uero dicuntur, quibus aliquod membrum fuit reciſum. {Palpitat} ſalit, frequenter mouetur. {Hoc quoq; poſt facinus} poſt extractam linguam. {Lacerum corpus} lingua mutilatum. {Commenta funera} fictam Philomelę mortem. {Et lacrymæ fecere fidem} hoc eſt, effecerunt lacrymæ, ut Progne mortem Philomelæ ueram eſſe crederet} Atras ueſtes} pullas, lugubres. {Et inane ſepulcrum} cadauere uacuum, quod græci cœnotaphium dicunt. [Solebant autem talia extruere iis, qui abſentes, aut peregre interierant.] {Falſis manibus} non ueris, cum non dum Philomela mortua foret. {Non ſic lugendę} ut mortua nõ erat lugenda, ſed ut uiua erat uindicanda & in libertatem afferenda. {Signa Deus bix ſex} iam, inquit, duodecim trãſierant menſes. {Deus} Apollo, qui idem eſt cum ſole. {Luſtrauerat} illuſtrauerat. quo enim in ſigno ſol eſt, idem illuſtrare uidetur. quanquã circuierat quoque intelligere poſſumus. {Quid faciat} facere poſſit. {Cuſtodia} cuſtodes a Tereo appoſiti. ſic Virg. Cernis cuſtodia qualis.

Rigent

Structa rigent ſolido ſtabulorum mœnia ſaxo:
Os mutum facti caret indice. grande doloris
Ingenium eſt, miſeriſq; uenit ſolertia rebus.
Stamina barbarica ſuſpendit candida tela:
Purpureaſq; notas filis intexuit albis,
Indicium ſceleris: perfectaq; tradidit uni:
Vtq; ferat dominæ, geſtu rogat. illa rogata
Pertulit ad Prognen: nec ſcit quid tradat in illis.
Euoluit ueſtes ſæui matrona tyranni,
Fortunæq; ſuæ carmen miſerabile legit:
Et (mirum eſt potuiſſe) ſilet. dolor ora repreſſit,
Verbaq; quærenti ſatis indignantia linguæ
Defuerant, nec flere uacat: ſed faſque, nefaſq;
Confuſura ruit, pœnæq; in imagine tota eſt.
Tempus erat, quo ſacra ſolent Trieterica Bacchi
Sithoniæ celebrare nurus. nox conſcia ſacris:
Nocte ſonat Rhodope tinnitibus æris acuti:
Nocte ſua eſt egreſſa domo regina, Deiq;
Ritibus inſtruitur, furialiq; accipit arma:
Vitæ caput tegitur: lateri ceruina ſiniſtro
Vellera dependent: humero leuis incubat haſta.
Concita per ſyluas turba comitante ſuarum
Terribilis Progne, furiiſq; agitata doloris,
Bacche tuas ſimulat. uenit ad ſtabula auia tandem,
Exululatque, euœq; ſonat, portaſq; refringit,
Germanamq; rapit, raptæq; inſignia Bacchi
Induit, & uultus hederarum frondibus abdit,
Attonitamq; trahens intra ſua limina ducit.
Vt ſenſit tetigiſſe domum Philomela nefandam,
Horruit infelix, totoq; expalluit ore.
Nacta locum Progne, ſacrorum pignora ademit,
Oraq; deuelat miſeræ pudibunda ſororis:
Amplexumq; petit. ſed non attollere contra
Suſtinet hæc oculos pellex ſibi uiſa ſororis:
Deiectoq; in humum uultu iurare uolenti,
Teſtariq; deos, per uim ſibi dedecus illud
Illatum, pro uoce manus fuit. ardet, & iram
Non capit ipſa ſuam Progne: fletumq; ſororis
Corripiens, Non eſt lacrymis hoc, inquit, agendum,
Sed ferro, ſeu ſi quid habes, quod uincere ferrum
Poſſit: in omne nefas ego me germana paraui.
Aut ego cum facibus regalia tecta cremabo,
Artificem mediiſq; immittam Terea flammis:
Aut linguã atq; oculos, & quæ tibi membra pudorẽ
Abſtulerunt, ferro rapiam: aut per uulnera mille
Sontẽ animam expellã. magnũ eſt quodcunq; paraui.
Quid ſit adhuc dubito. peragit dum talia Progne,
Ad matrem ueniebat Itys. quid poſſit, ab illo
Admonita eſt: oculiſq; tuens immitibus, Ah quàm

RAPH. RIGENT} aſpera ſunt, ita ut inde niſi per ianuã exitus non detur. {Mœnia} parietes. {Os mutum facti caret indice} os, inquit, mutum ſcelus indicare non poteſt. {Grande doloris} ingenium eſt. hac ſententia probabilem reddit orationem poeta. {Miſeriſq; uenit ſolertia rebus} in aduerſis, inquit, rebus homines efficiũtur ſolertes, & ingenioſi. eſt autem ſolertia ingenii perſpicacitas, quam maxime neceſſaria dialectico Ariſtot. putat. {Purpureas no.} rubras litteras. {Indiciũ ſceleris} a Tereo perpetrati. {Vni} ex ancillis. {Euoluit} explicat. {Matrona ſęui tyrãni} Progne uxor crudelis Terei. matronæ aũt dicuntur principum, & ditiorũ uxores. {Veſtes} uelum a Philomela miſſum. {Carmen fortunæq; ſuæ} litteras indices ſui infortunii. {Mirum eſt po.} ſilere ſubaudiatur. eſt aũt parentheſis. {Repreſſit} cõpreſſit, cõtinuit. cauſſas aũt exponit poeta, quibus mota Progne ne unũ quidẽ uerbum emiſit. {Defuerãt} ſic quidem legitur, ſed defuerunt, legẽdũ, ea figura qua Virg. cecinit: Matri longa decem tulerũt faſtidia mẽſes. forſitan & Ouid. ſcripſit. Aliquis aũt ex iſtis ſemidoctis ſpecie recti deceptus Defuerunt in Defuerant deprauauit. {Nec fle. ua.} nec flẽdi tẽpus habet. {Sed faſq;, nefaſq; Cõf. r.} ſed furit, inquit, omne ius & humanũ & diuinũ perturbatura. {Pœnęq; in im. to. eſt} in imaginatione pœnę, qua maritũ afficiat. {Sacra triet.} triẽnalia, quod tertio quoq; anno celebrabãtur Bacchi ſacra. a tribus nãq; annis qui ἔτη gręce dicuntur, trieterica fuerũt appellata. {Sithon. nu.} Thraciæ mulieres. Sithonia. n. Thraciæ pars eſt. [Et Sithonii populus, ex quo parentes Orphei procreati fuere, ut Plin. tradit. apud Stephanum σιθωνία ſcribitur per ω lõgum, ſed poetæ ſuo modo corripiũt, quẽadmodum & in Sidonius, et aliis nõnullis] {Nox cõ. ſa.} nocte. n. ſacra Bacchi celebrabãtur. {Aeris acuti} acute ſonãtis. {Deiq; ritibus} ſecundum ritus ſacrorum Bacchi. {Furialia arma} Bacchica, quibus ſacra Bacchi celebrantes utebantur. pulchre aũt Baccharum habitum deſcribit. {Ceruina uellera} ceruinæ pelles. {Leuis ha.} quæ pãpinis ornata thyrſus uocatur. {Bacche tuas} furias ſubaudiendũ. eſt aũt apoſtrophe ad Bacchũ. {Venit ad ſt. au. tã.} ad illa nãq; properabat, eoq; uel parua mora ipſi lõgiſſima uidebatur. {Euoeq; ſonat} utitur Baccharum clamoribus. nam Euoe & Euam in ſacris Bacchi iactabantur ab iis, qui ipſum inuocabant. [Eſt autem duarum ſyllabarum Euœ græcæ εὐοῖ quaſi dicas, bene ſit tibi.] {Inſignia Bacchi} Baccharum ac Mænadum habitus. {Abdit} abſcondit, ne agnoſceretur a quoquam. {Horruit} cum quodam horrore extimuit eorum recordatione, quæ a Tereo perpeſſa fuerat. {Nacta locum Progne} ſecretum ſubaudiamus. {Sacrorum pignora} ornamẽta ſacrificiorũ Bacchi. {Deuelat} reuelat, detegit. {Pellex ſibi uiſa ſororis} cauſſa, cur nõ auderet Philomela aſpicere ſororem. {Teſtariq; deos} in teſtimonium deos adducere. {Dedecus illud} illã ignominiã. {Pro uoce manus fuit} manu. n. id ſignificabat, quod uoce indicare nõ poterat. {Ardet} furit. {Corripiẽs} reprehẽdens. {In omne nefas} ad omne nefas perpetrandũ. {Artificem} Tereum tãti ſceleris auctorẽ. {Et quæ tibi men. pu.} minatur Progne ſe Terei inguina, quibus Philomelã uiolauit, gladio amputaturam. {Pudorẽ} uirginitatẽ. {Abſtulerũt} ſyſtole, qualis illa Virgiliana, Matri lõga decẽ tulerũt faſtidia mẽſes. {Sontẽ ani.} nocẽtẽ, ſceleratã Terei animam e corpore expellã. {Magnũ eſt} ſuppliciũ, malũ'ue ſubintelligatur. {Quid ſit adh. du.} nondum, inquit, decreui, quo malo Tereũ affectura ſim. {Quid ſit} futurũ ſubaudiatur. {Peragit dũ tal. Prog.} dũ talia loquitur, & minatur. {Ad matrem uẽ. Itys} Itys et appellatio eſt qua rotę currus'ue circunferentia ſignificatur, & pueri Prognes & Terei filii nomẽ, qui & Itylus fuit cognominatus, quod ſignum & argumentũ fuerit calamitatis, quæ parẽtibus ipſiq; euenit. τύλους. n. græci ſigna miſeriæ uocant. [At hoc remotius fuerit, ἀπὸ τῶν τύλων, uocari Ityn, ſiue Itylum. cur. n. propoſita littera l foret? quę Itym a uoce hirundinis, quæ τὸν ἴτυν θρηνοῦσα, ἴτυ, ἴτυ, gemebũda uoce ſonat, ut & grę ci ſentire uidentur, aut certe Itylum, & per apocopẽ ἴτυν, quaſi νέον, ſiue ἁπαλὸν, ſiue etiam ὀρφανὸν: (hæc. n. gręcis ἴτυλοι ſignificat) dictũ puto.] {Quid poſſit ab illo Admonita eſt} quo malo, inquit, afficere, Tereũ poſſit, ex Ityli aduentu cognouit. de illo nãq; interficiendo cogitare cœpit. {Ah quàm} indignationi ſeruiens eſt illa interiectio hoc loco, alibi & miſerationi.

Acceſſit

RAPH. ACCESSIT} appropinquauit. {Matriq; ſalutem Attulit} hoc eſt, matrem ſalutauit. {Et paruis adduxit colla lacertis} & matris colla paruis brachiis circundedit. eſt autem hypallage. collo enim adduci brachia dicuntur potiùs q̃ e diuerſo. {Triſte parat facinus} communem ſibi cum Tereo filium interficere, & coctum patri epulandum apponere cogitat. {Tacita ira} tecta, occulta: neque enim Itylo ſe iratam eſſe oſtendebat. {Mota quidem eſt genitrix} commota, quia mater erat. matres nanque filios natura caros habent. {Infractaq; conſtitit ira} hoc eſt, ira, quam conceperat in filium Progne, ipſius blanditiis fracta eſt. infracta nanque hoc loco ualde & penitus fracta intelligitur. {Inuitiq; oculi} ipſius inuitæ oculi. eſt enim hypallage. {Lacrymis coactis} a pietate materna expreſſit. {Labare} uacillare, & ad miſericordiam cōmoueri. {Ab hoc} ab huius Ityli aſpectu. {Inq; uicem} uiciſſim, per uices. {Pandione nata} ſe ipſam alloquitur. {Progne} eſt autem emphaſis. ac ſi diceret ſe natam eſſe e Pandione, uiro generoſiſſimo, omniq; uirtute p̄dito rege. {Cui marito} ac ſi diceret turpiſſimo omniumq; nefandiſſimo. {Degeneras} ſe ipſam arguit Progne, ꝙ a ſuis degeneret, ſi tantum ſcelus patiatur multum. {In coniuge Tereo} ſi eſſet ſoluta oratio, in coniugem Tereum diceremus. pietate, inquit, uti in coniugem Tereum ſcelus eſt. [Legendum autem πρῶ, diſſyllabicos in ſcanſione, per σωυεκφώνησιν qua uocalis altera cū altera coaleſcit.] {Nec mora} eſt ſubaudiatur: hoc eſt, cum primum aſſeruit ſcelus eſſe, pietate in Tereum uti, Ityn traxit in partem domus ſecretiorem. {Gangetica ti.} Indica a Gange maximo Indię fluuio. {Ceruæ lactantē fœ.} periphraſis eſt hinnuli. {Tendentem ma.} ſupplicantem. {Adhæret} adiungitur. ſignificat aūt Ityn a matre inter latus & pectus fuiſſe pcuſſum. {Nec uer. uul.} magna matris ſęuitia atq; indignatio, q̃ citra uultus auerſionē filium necare ſuſtinuerit. {Ad fata} ad mortem. {Exultat} feruet. partem uero Ityos carniū elixam, partem toſtā fuiſſe ait. {Manant penet. tabo} interiora ædium loca tabo & ſanie pueri occiſi fluunt. {Ignarum Te.} cædis filii inſcium. {His menſis} his epulis: continens.n. ꝓ contento ſæpenumero a poetis ponitur. {Et pa mo. ſa.} Athenienſe ſacrificium. his aūt ueriſimilia reddit ea, q̃ a Progne & Philomela ꝑpetratā fuiſſe narrantur. {Vni ui.} ſolum marito. {Remouit} mandauit, dimiſit. {Solio aui.} ſede auorū. {Sua ui.} ſuas carnes. nam Itys ex Terei ſanguine fuerat cōceptus. {Tantaq; nox ani. eſt} acclamatio eſt in hominum cæcitatem. {Accerſite} aduocate. {Diſſimulare ne.} occultare nō pōt. eſt.n. diſſimulare, fingere id nō eſſe quod ſit {Crudelia ga.} lætitiam ex crudeli filii cęde, quē pater uorauerat, ꝓueniente. {Iamq;} ſtatimq;. {Intus hab.} intra ſemet ipſum habes. {Vbi ſit} Itys ſubaudiatur. {Meritis di.} cōuenietib⁹ uerbis. {Thracius} Tereus Thracius tyrannus. {Repellit} euertit. {Ciet} uocat. {Vipereas ſoro.} furias, quæ ꝓ crinibus uiperas habere dicuntur. {De ſtygia ual.} ab inferis. {Reſerato pect.} aperto. {Eierere} eiicere, euomere. {Geſtit} cupit. {Demerſa} immerſa uiſcera filii. {Seq; uocat bu.} ſepulcrū filii. carnes.n. illius in ſtomacho habebat. {Nūc ſe modo perſequitur. {Nudo fer.} ſtricto enſe. {Corpora Cecro.} Athenienſium Prognes & Philomelæ. {Pēnis pendere put.} alis in aere aliquis pēdere putaret. in aues nāq; iam fuerant trāſmutatæ. {Quarum petit altera ſyl.} Philomela quæ in luſciniā fuit conuerſa. {Altera tecta ſubit} Progne quę in hirūdinem fuit transfigurata. {Notæ cæ.} ſigna cædis. {Signataq; ſang. plu. eſt} pluma, inquit, eſt maculis ſanguineis infecta & hirundinū & luſciniarū. {Pœnę} qua Prognē, Philomelāq; afficeret. upupā aūt, q̃ a gręcis epops appellaē, poeta deſcribit. {Cui ſtant} erectæ ſunt. {Immod.} maximū. {Pro lō. cuſ.} ꝓ lōgo enſe, quo fugiētes ꝑſequebatur. {Facies ar. uē} ita.n. pēnæ circa oculos ſunt diſpoſitæ, ut eos galea fere tectos habere uideaē, ideoq; toruo eſt aſpectu hæc auis. hęc āt oia in Daulide, q̃ ſupra Chironiā, ubi Tereus regnauit, perpetrata fuiſſe Thucyd. & Pauſa. ſcribūt.

Es ſimilis patri, dixit. nec plura locuta,
Triſte parat facinus; tacitaq; exæſtuat ira.
Vt tamen acceſſit natus, matriq; ſalutem
Attulit, & paruis *adduxit colla lacertis, — pro, conſtrinxit
Miſtaq; blanditiis puerilibus oſcula iunxit:
Mota quidem eſt genitrix, infractaq; conſtitit ira,
Inuitiq; oculi lacrymis maduere coactis.
Sed ſimul *ex nimia mentem pietate labare — eximia
Senſit: ab hoc iterum eſt ad uultus uerſa ſororis:
Inq; uicem ſpectans ambos, Cur admouet, inquit,
Alter blanditias, rapta ſilet altera lingua?
Quā uocat hic matrem, cur non uocat illa ſororē?
Cui ſis nupta, uide Pandione nata, marito.
Degeneras: ſcelus eſt pietas in coniuge Tereo.
Nec mora, traxit Ityn, ueluti Gangetica ceruæ
Lactentem fœtum per ſyluas Tigris opacas.
Vtq; domus altæ partem tenuere remotam,
Tendentemq; manus, & iam ſua fata uidentem,
Et Mater, mater clamantem, & colla petentem,
Enſe ferit Progne, lateri quà pectus adhæret.
Nec uultum uertit. ſatis illi ad fata uel unum
Vulnus erat. iugulum ferro Phlomela reſoluit.
Viuaq; adhuc, animæq; aliquid retinentia membra
Dilaniat. pars inde cauis exultat ahenis,
Pars ueribus ſtridet: manant penetralia tabo.
His adhibet coniux ignarum Terea menſis:
Et patrij moris ſacram mentita, quòd uni
Fas ſit adire uiro, comites, famulosq; remouit.
Ipſe ſedens ſolio Tereus ſublimis auito,
Veſcitur, inq; ſuam ſua uiſcera congerit aluum.
Tantaq; nox animi eſt. Ityn huc accerſite, dixit.
Diſſimulare nequit crudelia gaudia Progne:
Iamq; ſuæ cupiens exiſtere nuntia cladis,
Intus habes, quod poſcis, ait. circunſpicit ille,
Atq; ubi ſit, quærit. quærenti, iterumq; uocanti,
Sicut erat, ſparſis furiali cæde capillis,
Proſiluit, Ityosq; caput Philomela cruentum
Miſit in ora patris: nec tempore maluit ullo
Poſſe loqui, & meritis teſtari gaudia dictis.
Thracius ingenti menſas clamore repellit,
Vipereasq; ciet Stygia de ualle ſorores:
Et modò ſi poſſet, reſerato pectore, diras
Egerere inde dapes, *immenſaq; uiſcera geſtit: — demerſa
Flet modò, ſeq; uocat buſtum miſerabile nati:
Nunc ſequitur nudo genitas Pandione ferro.
Corpora Cecropidum pennis pendêre putares,
Pendebant pennis: quarum petit altera ſyluas,
Altera tecta ſubit: neq; adhuc de pectore cædis
Exceſſere notæ, ſignataq; ſanguine pluma eſt.
Ille dolore ſuo, pœnæq; cupidine uelox,
Vertitur in uolucrem: cui ſtant in uertice criſtæ,
Prominet immodicum pro longa cuſpide roſtrum.
Nomen Epops uolucri: facies armata uidetur.

Progne in hirūdinem. Philomela in luſciniā, Tereus in upupam.

[Vnde

[Vnde & Daulias ales Philomela a poetis dicitur, ſed eam terram Thraces tum habebant, ut Thucydides ait.] quàuis Megarenſes affirment circa fontes, qui Megarides uocantur, illa fuiſſe geſta. eorum uero locorum ditionem Tereus amiſit propter ea, quæ & ipſe in Philomelã, & Progne, Philomelaq; aduerſus Ityn admiſerunt. unde Megaris ſibi ipſe mortem conſciuit Tereus: cui Megarenſes & tumulum ſtatim erexerũt, & ſingulis quibuſq; annis ſacra perſoluerunt, in quibus calculis pro hordeo utuntur. ibi upupam auem primum uiſam aſſerunt. mulieres autẽ Athenas rediiſſe, lugentes & querentes quid paſſæ eſſent, lacrymiſq; ſe mirabiliter confeciſſe. unde earum in luſciniam & hirũdinẽ trãsfigurationes confictæ fuere, ea

*Eionides* occaſione, ꝙ hæ aues neſcio qd miſerabile et luctui ſimile canunt. Hæc Pauſ.

RAPH. HIC dolor ante diẽ} Pandioni, dolore, quẽ ex filiabus conceperat, mortuo, Erechtheus a Pallade educatus, ut ſcribit Hom. & Athenienſibus rex traditus in regno ſucceſſit, cuius filiam Orithyiam amauit Boreas, Thraciæ uentus, & rapuit, in Thraciãq; aſportauit, ex qua filios ſuſtulit Zeten & Calain, qui pueri quidem ſine alis fuerunt, iuuenes uero alati effecti unà cum aliis Argonautis ad uellus aureum rapiendum ſunt profecti. {Tartareas ad umb.} ad inferos. ut aũt Pauſanias in Attica ſcribit, Pandiõ omnino infelix in filiarum educatione fuit, neq; ipſi filii relicti ſunt ulli iniuriç ultores, tametſi, ut fortunã augeret, cum Thrace rege Tereo affinitatẽ iunxerit, ſed nulla eſt mortalibus euadendi uia eius, quod a Deo futurum eſt. {Sceptra loci} Athenarum imperium. {Rerum mod.} regni gubernationem. [Videtur hoc loco Ouidius ſeriem hiſtoriæ, atq; ordinem ſucceſſionis regum Atticorum confundere, aut alios ſaltem auctores, q̃ nos habemus, ſecutus eſſe. nã & Euſebius, & Pauſanias Erechtheum ſuperioris Pãdionis, eius, qui poſt Cecropẽ primum, quintus regnauit, ſucceſſorem faciunt. Prognẽ autem & Philomelam filias Pandioni

Zetes, & Calais ex parte in aues.

poſteriori, Erechthei nepoti Pauſanias attribuit, ei uidelicet, qui a Metionidis (familia hæc Athenis fuit) regno eiectus, Megaris uitam finiuit. poſt cuius mortem ex filiis natu maximus Ægeus, depulſus rurſum Metionidis Athenis regnauit. cui rei etiam conſentit quod de Thracenſibus & Eumolpo Iſocrates in Panathenaico dicit. nã Thracenſi bello, quãdo θρᾷκες, ut ille inquit, μετ' εὐμόλπου τοῦ ποσειδῶνος εἰς ἀττικὴν ἐνέβαλον, ὃς ἠμφισβήτησεν ἐρεχθεῖ τῆς πόλεως φάσκων ποσειδῶνα πρότερον ἀθηνᾶς καταλαβεῖν αὐτήν, Erechtheus, cuius filiæ Procris & Orithyia, & hic & apud Euſebium dicuntur, interfectus fuit, ut Pauſanias ait. deinde & Amazonicum bellum, quod aliquanto poſt ſecutum fuit, a Theſeo Ægei filio, Pandionis nepote, confectum eſt, ut uel hinc appareat Pandionem hunc Erechtheo poſteriorem fuiſſe. iam Prognen & Philomelam poſteriores fuiſſe Procride & Orithyia, etiã illa teſtantur, quæ de genere Eumolpi a Pauſania traduntur. Fuit n. inquit ille, Eumolpus, is, qui cũ Thracenſibus in Atticam uenit, Neptuni filius ex Chione. Chione aũt Boreæ & Orithyiæ, &c. Ceterum ordo ſucceſſionis regum Athenienſium uſque ad Theſeum ita ſe habet Primus Atticam tenuit Actæus. poſt hunc regnauit Cecrops, gener Actæi, qui Diphyes cognominatus fuit. poſt Cecropen Cranaus, quo per uim eiecto, regnum Amphictyon (nõ ut uulgo legitur Amphitryon) gener Cranai accepit. Amphictyoni autem ſucceſſit Erichthonius, quem fabulæ ex Pallade & Vulcano genitum ferunt, Erichthonio Pandion, Pandioni Erechtheus, is, de quo hic dicitur. Erechtheo deinceps Cecrops poſterior, hinc Pandion poſterior, cuius filiæ Progne & Philomela, & filius præter ceteros, Ægeus Theſei pater. Hæc ex Pauſania & Euſebio. eadem aũt fere & cõmẽtator Euripidis in Phœniſſas annotat, niſi ꝙ hic poſteriorem Cecropen omittit, Erechtheoq; Pandionẽ ſucceſſorẽ facit.] {Sed erat par forma duarum} e quattuor filiabus duas ęquales pulchritudine fuiſſe ait, Procrin, quę Cephalo Deionei filio nupſit, & Orithyiam, quæ a Borea uento dicitur fuiſſe rapta. tametſi Heſagoras in Megaricis ſcribat non a uento, ſed a Borea Strymonis filio Orithyiam fuiſſe raptã. Chœrilus uero narrat Orithyiam flores colligentem iuxta fontes Cephiſi fuiſſe raptam: cui Simonides accedit, qui in Naumachia ſcribit ipſam ex Attica a Borea raptam & in Thraciam ad Sarpedoniam uſq; petram fuiſſe perlatam, ubi & rem cum illa habuiſſe dicitur. Apollonius quoque Orithyiæ raptum elegantiſſime in primo Argonauticon deſcribit, quem Ouidius potiſſimum ſequi uidetur.

[Verſus Apollonii ſunt,

Ζήτης αὖ καλαΐς τε βορήιοι υἷες ἵκοντο
Οὕς ποτ' ἐρεχθηῒς βορέῃ τέκεν ὠρείθυια
Ἐσχατιῇ θρήκης δυσχειμέρου, ἔνθ' ἄρα τήν γε
Θρηΐκιος βορέης ἀνερείψατο κεκροπίηθεν
Ἰλισσοῦ προπάροιθε χορῷ ἔνι δινεύουσαν.]

{E quibus Æolides Cephalus} Cephalus, ut Strabo ait, Deionei filius quidem fuit, qui ab Æolo genus dixiſſe uidetur, unde & Æolides a poeta uocatur, ut in omnibus, quæ mihi uidere contingit, exemplaribus legitur. ſed quo modo ab Æolo ducat originem Cephalus, nondum meminι me legiſſe. [Deioneus Æoli filius fuit, frater Salmonei, ut ex commentariis Odyſſeæ apparet, ubi Didymus, ſeu quiſquis is fuit, Tyri Salmonei filia cum a Neptuno compreſſa, & ob id a patre eiecta fuiſſet, ad Deioneum patruum confugiſſe tradit, qui illam Cretheo fratri collocauit. fuerunt enim fratres Cretheus, Salmoneus, Deioneus, Athamas, & Siſyphus.] {Procri fuit} Procri uocatiuus eſt græcus. ad ipſam enim ſermonem conuertit poeta. {Boreæ Tereus, Thraceſq; nocebant} crudelitas, inquit, Terei ac Thracum Boreę, ne Orithyiam duceret uxorem, nocebant. Boreas autem eſt uentus, qui latine Aquilo uocatur, ut in primum plenius ſcripſimus. Boreas etiam Strymonis fuiſſe filius narratur, a quo rapta fuit Orithyia. ſed poetæ, quod fuit hominis opus, ad uentum transferunt. tametſi quidam dicant Orithyiam ex alto ab Aquilone deiectam periiſſe, indeq; a poetis fictam fabulam fuiſſe. {Deus} Boreas. {Horridus ira} terribilis indignatione. Boreæ autem naturam deſcribit: eſt enim uentus ualde impetuoſus & uiolentus. {Et merito dixit} merito Boreas ſeſe carere Orithyia confeſſus eſt, quando blanditiis, q̃ uiribus uti maluerit. {Admoui} appoſui. {Quarum me dedecet uſus} quibus mihi turpe eſt uti.

Hic dolor ante diem, longæq; extrema ſenectæ
Tempora Tartareas Pandiona miſit ad umbras.

A.R G. Aquilo cum Orithyiam Erichthei filiam diligeret, neque ullis precibus a parentibus puellæ impetrare potuiſſet, ut ſe in affinitatem reciperent, ſuis uiribus uſus, Athenas uenit, puellamq; raptam in Thraciam pertulit, ibiq; grauidam fecit: ex qua geminos Zeten, & Calain procreauit: quorum poſtea humeris alæ increuerunt, per quas parentis imagines referrent.

SCeptra loci, rerũq; capit moderamẽ Erechtheus,
Iuſtitia, dubium eſt, ualidis'ne potentior armis.
Quattuor ille quidem iuuenes, totidemq; crearat
Fœmineæ ſortis: ſed erat par forma duarum.
E quibus *Aeolides Cephalus te coniuge felix
Procri fuit. Boreæ Tereus, Thraceſq; nocebant.
Dilectaq; diu caruit Deus Orithyïa,
Dum rogat, & precibus mauult, quàm uiribus uti.
Aſt ubi blanditiis agitur nihil: horridus ira,
Quæ ſolita eſt illi, nimiumq; domeſtica uento,
Et merito, dixit: quid enim mea tela reliqui,
Sæuitiam, & uires, iramque, animoſq; minaces?
Admouiq; preces, quarum me dedecet uſus?
Apta mihi uis eſt. hac triſtia nubila pello:

Hac freta concutio, nodoſaq; robora uerto,
Induroq; niues, & terras grandine pulſo.
Idem ego cùm fratres cælo ſum nactus aperto,
(Nam mihi campus is eſt) tanto molimine luctor,
Vt medius noſtris concurſibus inſonet æther,
Exiliantq; cauis eliſi nubibus ignes.
Idem ego cùm ſubii conuexa foramina terræ,
Suppoſuiq; ferox imis mea terga cauernis,
Sollicito manes, totumq; tremoribus orbem.
Hac ope debueram thalamos petiiſſe, ſocerq;
Non orandus erat mihi, ſed faciendus Erechtheus.
Hæc Boreas, aut his non inferiora locutus,
Excuſſit pennas: quarum iactatibus omnis
Afflata eſt tellus, latumq; perhorruit æquor.
Puluereamq; trahens per ſumma cacumina pallam,
Verrit humum, pauidamq; metu caligine tectus
Orithyïam amans fuluis complectitur alis.
Dum uolat, arſerunt agitati fortius ignes.
Nec prius aerii curſus ſuppreſſit habenas,
Quàm Ciconum tenuit populos, & mœnia raptor.
Illic & gelidi coniux Actæa tyranni,
Et genitrix facta eſt, *partus enixa gemellos, (partuq;)
Cetera qui matris, pennas genitoris habebant.
Non tamen has memorant unà cum corpore natas:
Barbaq; dum rutilis aberat ſubnixa capillis,
Implumes Calaisq; puer, Zeteſq; fuerunt.
Mox pariter pennæ ritu cœpere uolucrum
Cingere utrunq; latus; pariter flaueſcere malæ.
Ergo ubi conceſſit tempus puerile iuuentæ,
Vellera cum Minyis nitido radiantia uillo,
Per mare non notum prima petiere carina.

RAPH. CAELO aperto} aere patenti, in quo uenti confligunt. {Tanto moli. luctor} tantis uiribus reſiſto. {Vt medius noſtris} phyſicorum ſententiam ſequitur, qui ex colliſione nubium tonitrua aiunt commoueri, & fulmina emitti. {Eliſi ignes} expulſi. eſt autem fulminum periphraſis. {Idem ego cum ſu.} terræ motus ex phyſicorum ſententia fiunt a uentis in cauernis terræ clauſis, unde ſine magno impetu exire non poſſunt. {Sollicito} infeſto, perturbo {Excuſſit pen.} concuſſit alas, ex quarum iactatione maximum uẽtum excitatum fuiſſe ait. {Puluerem pal.} puluerulẽtam ueſtem, quę eleganter Boreæ attribuitur, quod eo uento flante maximus excitatur puluis, eſt n. ſiccus. {Ignes} amores. {Nec prius aerii curſus} nec prius, inquit, uolare deſtitit, quàm ad Cicónes Thraciç populos peruenisſet. [Ciconum autem etiam Homerus meminit in Odyſſ.] {Actæa} Athenienſis Orithyia. [Ab Actæo rege, de quo ſupra] {Gelidi tyranni} Boreæ uenti, qui omnium eſt frigidiſſimus. {Partuq; enixa gemellos} eniti proprie mulieres dicuntur, cũ pariunt. {Gemellos} Zeten & Calain. non hos autem ſolum Boreas ex Orithyia ſuſcepit, ſed et duas puellas Chthoniam, Chionen, & Cleopatram. quæ Phineo nupſit. {Pennas geni.} alas Boreæ patris. nã uẽti cum alis etiam nunc pinguntur. {Subnixa} ſubiecta. {Rutilis ca.} flauis crinibus. {Implumes} ſine plumis & alis. Zetes autem legendum eſt, non Zetus, ut ferè in exemplaribus eſt deprauatum. {Flaueſcere} flauæ fieri lanugine naſcente. {Ergo ubi conceſſit} poſteaquam, inquit, iuuenes effecti ſunt, unà cum aliis Argonautis ad rapiẽdum uellus aureum nauigauerunt. ſed unde Zetes & Calais uenerint, uariæ ſunt priſcorum opiniones. alii nanq; ex Thracia, ut Apollonius. Herod. ex Daulide. Duris uero & Phanodicus ex Hyperboreis ad Iaſonem ueniſſe aiunt. Hæc autem ad ſeptimi libri initium apte cum ſexti fine copulandũ narrantur. {Conceſſit} locum dedit. {Vellera} pellem arietis auream, qui Phryxus cum ab eo ad Colchos uſq; incolumis fuiſſet delatus, Ioui Phryxio, hoc eſt, fugæ fauenti immolauit, ac eius pellem aurei uelleris, eidem dicauit. nam Athamas Æoli filius, Crethæiq; frater, ut ſcribit Apollonius, ex Nephele uxore duos ſuſtulit liberos, Phryxum & Helen. ſed Nephele mortua, Ino filiis nouercam ſuperinduxit, quæ ut nouerca prioris filios uxoris odio perſequi cœpit. cumq; agri illius incantamentis ſteriles facti eſſent, uates ſubornauit, qui Athamanti referrent agros non ante fertiles futuros, q̃ filii prioris uxoris interficerentur. ceterum Phryxus periculi imminentis admonitus arietem unà cum ſorore Helle aſcendit, qui mare ingreſſus cum ad Troicũ pelagus perueniſſet, Helle in mare cadens ei nomen dedit. inde enim Helleſpontus fuit appellatus. Phryxus autem in Scythiam uectus Ioui Phryxio, quod eius ope nouercæ inſidias effugerat, arietem ipſum immolauit, uelluſq; aureum eidem dicauit: quod quidem in luco Martis à peruigili dracone, taurisq; per nares ignem efflantibus cum cuſtodiretur, ab Iaſone raptum, atq; in Theſſaliam fuit aſportatum. Euſebius autem in Chronicis ait, Phryxum iccirco ab ariete uectum eſſe fingi, quia nouercales inſidias naui, cuius inſigne aries erat, effugit. {Cum Mi.} Minyæ populi fuerunt Theſſaliæ antiquiſſimi, a Minya Orchomeni, ut putatur, & Hermippes, re uera autem Neptuni filio denoiati. Demetrius autẽ Scepſius ait illos, qui circa Iolcum habitarunt, Minyas fuiſſe appellatos. Apollonius uero oẽs Argonautas ſcribit Minyas fuiſſe, quod plurimi & fortiſſimi quiq; eorum ac in primis ipſe Iaſon a Minyę filiabus duxerunt originem. {Prima carina} prima naue. nam Argo prima omnium nauis longa fuiſſe perhibetur. quidam tamen aiũt Danaum ab Ægypto perſecutum omnium primam nauim lõgam conſtruxiſſe: unde etiam Danaida fuiſſe uocatam.

IAC. CONST. FA.

LYdias tamen illa per urbes} Emẽdo Lydas. dicitur enim Lydus & Lydius ſed ly, ſyllaba ſemper producta. idem ſecundo Faſt. Ridet amatorẽ lyda puella ſuum. & in Ibin, Lydia ſe ſcopulis ut uirgo miſit ab altis. {Bis ſex cęleſtes medio Ioue ſedibus altis Auguſta grauitate ſedent} duodecim deos intelligit, ſex mares, totidem fœminas: quos conſentes nuncupabant, teſte diuo Auguſt. in 4. ciuit. Dei, eo q; in Iouis concilium adhiberentur. eos Ennius hoc diſticho complexus eſt: quod Martianus citat lib. 1. nuptiarum Mercurii & Philologiæ, necnon Apuleius de deo Socratis. Iuno, Veſta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo. quorum meminit & commentator Apollonii in ſecundum Argon. {Exiliiſſe ferum} emendati codices habent Fretũ. quod & is qui epitomata fabularum Ouidii ſoluta oratione compoſuit, ſic redintegrandum eſſe oſtendit. lege prima collectaneorum noſtrorum hecatoſtyn cap. 57. {Addidit ut ſatyri cælatus imagine pulchra Iuppiter implerit gemino Nycteida fœtu} lego pulchram. ſed ſciendum, ut ait Stephanus, Antiopam ſecundum Heſiodum in Hyria, quæ regio fuit prope Euripum; ſecundum Euripidem in Hyſia, quæ ciuitas fuit ſub Cytherone locata, in lucem fuiſſe editam. Nycteus aũt Antiopæ pater Neptuni & Celenus filius fuit: ut auctor eſt Iginus in Tauro. {Te quoq; mutatũ toruo Neptune iuuenco Virgine in Æolia poſuit} per uirginem Æoliam Canacem Æoli filiam intelligit: quam ſub Tauri forma uitiauit Neptunus, teſte Diodoro in primo. unde natus Triopas Eriſichthonis pater, auctore Callimacho, & Diod. in 6. lege primam collectaneorum hecatoſtyn cap. 61. {Aries Biſalpida fallis} lego Biſaltida, id eſt Biſalti filiam: qui Sole & Terra genitus fuit, auctore Stephano, a quo Biſaltia ciuitas & locus in Macedonia. {Et te flaua comas frugum

gum mitiſſima mater ſenſit equum} ex hoc compreſſu natus eſt Arion equus, humanũ habens dextri pedis ueſtigium. au ctor Papinianus interpres 6. cõm. {Vt paſtor Macareida luſerit Iſſen} Iſſe puella Lesbia fuit ſoror Methymnę, & Macaris uel Macarei filia. ab Iſſe Iſſa, a Methymna quoq; Methymna in Lesbo ciuitates nomen acceperunt. lege Stephanum. {Liber ut Erigonē falſa deceperit uua} hæc Erigone Icari filia fuit: quã ſub uuæ ſpecie Bacchus decepit, & grauidam reddidit. unde natus puer nomine Staphylus, a facti qualitate ita appellatus. nam σταφυλὴ uuam ſignificat, quamuis non deſint qui Staphylum Baccho & Ariadna natum litteris tradãt, ut in 3. Argon. cõmentario interpres ſcribunt, & Plut. in Theſeo. lege aũt primæ hæc at. noſtrę, c. 6. {Succis Hecateidos herbæ} aconitũ intelligo, qđ Hecatæ Medeę mater prima dicitur reperiſſe, teſte Diod. l. 5. {Cũ quis & naris, & aures} lego auris in ſingulari, teſte Priſc. l. 6. {Mihi Tantalus auctor} Tantalus Hymenæi filius & Aſcali frater fuit auct. Stephano, quē Plato in Gratylo quaſi Ταλάντατον talantatum, .i. infeliciſſimũ dictum fuiſſe exiſtimat. {Huc natas adiice ſeptem, Et totidē iuuenes} ſi quis filiorum Niobes nomine ſcire deſiderat, hęc fuerũt, ut apud Statii interpretē 3. Thebaid. cõmentario inueni. marium hæc, Archemorus, Antegorus, Tantalus, Phędimus, Sipylus, Xenarchus, & Epinites. fœminarum hæc, Aſtycratea, Pelopeia, Chloris, Cleodexe, Ogyne, Phege, & Neæra. Ouidius Æſchylum in tragœdia Niobe ſequens quoſdam e maribus aliter nominauit. puellarũ uero nomina non appoſuit. {Deiectura preces} quis nõ uidet adiectura eſſe legendum? & in eo uerſu, {Ille ut erat pronus per crura admiſſa iubasq; Voluitur, admiſſa} id eſt uelocia debere exponi? {Cui quondam regia Iuno Orbe interdixit} reſtitue orbem, uti omnes prius codices habebãt. ſuper qua re in ſecunda Collectaneorum hecatoſty multa dicemus. {Quē Tritoniaca Latous arundine uictum} arũdinē Tritoniacam tibiam a Tritonia. i. Pallade inuentã atq; ab ea dem abiectam interpretare. cuius rei idem poeta in 6. Faſtor. & Proper. in 2. meminere. {Et tum quoq; clarus Olympus} hic Olympus non pro monte, ſed pro Marſyæ diſcipulo accipiendus: qui tum quoq; Clarus eſſet tibiæ inflandæ peritia. lege primam hecatoſtyn collectaneorum cap. 94. {Deduxit ueſtes} lego, diduxit, id eſt lacerauit, ut fiebat in luctibus. item & nihil eſt quod inopino captus amore Auſit, teſte Priſciano lib. 9. {Neque enim minus impius eſſet} non minus ſe rogari a Philomela pateretur, ut diutius ab ipſa amplecteretur. {E quibus Æolides Cephalus} Plautus in Amphytr. Strabo in 10. Pauſanias in Attica Deioneum Cephali patrem fuiſſe teſtantur: quem Deionem Callimachus uocat in hymno in Dianam. unde Æolides Cephalus Æoli filius interpretati non poteſt. uereor autem ne Deioneus uel Deion Æoli filius fuerit: unde Æolides Cephalus Æoli nepos ſit intelligendus. ſed hoc pro coniectura, non iudicio, habe ri uolumus, dum pateat ueritas. Audio nonnullos uelle ut Eionides pro Deionides hoc loco legatur, id eſt Deioni filius. & in ſeptimo, Aſpicit Eionidem ignota ex arbore factum Ferre manu iaculum. quoniam conſonantem a dictionis principio Iones demant: ut in Acco Macco (quod fuit uetulæ inſanientis nomen) uidetur. ſed nobis lectio huiuſce modi non probatur: quia Deion & Eion trium, non duarum ſyllabarum eſt nomen. Callimachus in hymno Dianę καὶ κεφάλῳ ξανθὴν ἄλοχον δηιονίδαο, id eſt & Cephali flauam uxorem Deionidæ. Ouidius in nono, Tunc erat inualidus Deionideнq; iuuentæ. Homerus in 10. Illiad. ἐν δὲ σφὶν ῥῆσος βασιλεὺς παῖς ἠιονῆος, id eſt cum ſuis Rheſus rex filius Eionis. At quoniam de Deioneo & Eioneo diximus: non prætereamus alterum Deioneum Euryti filium fuiſſe: cuius meminit Plutarchus in Theſeo. tertium Theſſalum Phylaci patrem: cuius meminit Stephanus in Phylaca. Eioneus quoq; alter Diæ, ob quam Ixion a Ioue detruſus in inferos dicitur, pater fuit, de quo a Diodoro in 5. & Apollonii interprete in tertium Argonauticon fit mentio. fuere & duæ ciuitates, quibus nomen Eion, altera in Cherroneſo, altera in Pieria, ut idem Stephanus ſcribit.

# HENRICI GLAREANI
## *annotationes in librum ſextum.*

*Phocaico bibulas tingebat murice lanas.*

Phocaico hoc in loco haud dubie a Phocæa Æolidos urbe, quanquam auctores a Phocide græcię regione nonnunquam uſurpant. paulo poſt, Lydis tamen illa per urbeis legendum, non Lydias, ut uulgo habent exemplaria. prima enim de Lydia longa eſt.

*Illic & Tyrium quæ purpura ſenſit ahenum*
*Texitur & tenues parui diſcriminis umbræ.*

Vide quid per purpuram intelligatur. nam ego de filis intelligo, & tenues umbræ, de coloribus, quod in Iride uidemus: de qua ueriſſime dixit, Tranſitus ipſe tamen ſpectantia lumina fallit. uix enim colorum limites in ea diſcernuntur.

*Edere cum bacis fœtum canentis oliuæ.*

Fœtum pro arbore poſuiſſe uidetur. nam oliuæ fructus Bacę ſunt, niſi quis per id, quod præcedit, quod ſequitur, intelligi malit.

*Mnemoſynen paſtor, uarius Deoida ſerpens.*

In aliis libris Deolida, & coniunctio, q;, poſt uarius falſo legebantur: quem locum Raph. recte emendauit. at prę cedentem in hoc ipſo carmine fabulã, tanq̃ ſit nota, tranſit. rurſus deinde tertio carmine de Æolia uirgine fatetur ſe nihil legiſſe. rurſus duodecimo carmine de Erigone fabulã tranſilit. ego ingenui animi eſſe puto, quoties quid ignores, audere libere fateri, timidi autem & abiecti ſimulare nihil non ſcire. quis enim eſt qui omnia legit? aut quis eſt qui omnium, quæ legerit, meminit? itaq; ſat mihi ſit, in loco lectorem admonuiſſe, Ouidium multas leuiter attigiſſe fabulas, uel quòd omnibus eſſent notæ, uel quia obſcuræ, nec certis traditæ auctoribus, qualem & hanc de Mnemoſyne, ac item eam de Erigone fuiſſe puto. libro ſeptimo de Phineo, Peripha ac Polyphemonis nepte.

*Gignis Aloidas, aries biſaltida fallis.*

Quidam codices poſt Gignis, copulam, &, non recte interſeruerant, & Biſalpida pro Biſaltida. græce eſt ἀλωεάδης & βισαλτίς.

*Vtq; Cytoriaco radium de monte tenebat.*

Radium textorium intelligit, nam negotium inter textrices agitur Cytoriaco non Citheriaco legendum eſſe Raphael nunc bis admonuit, ut antea diximus.

*Lexq; eadem pœnæ, &c.*

Eadem lex, ſcilicet ut pendeant. loquitur autem de araneis omnibus futuris.

*Poſtea diſcedens ſuccis hecateidos herbæ.*

Hermolaus Barbarus in commentario in Dioſcoridem putat Ouidium hoc in loco de cicuta loqui. Hecatois autem dici uidetur ab Hecate Medeæ matre.

*Et antiquas exercet aranea telas.*

Hic pro animalculo ponitur, libro autem quarto in Martis ac Veneris fabula pro aranearum tela. Araneus uero pro animalculo ſemper, ut puto, ſumitur.

*Et me, quod in ipſam recidat, orbam dixit.*

Ita omnes habent libri, ſed carmen claudicare uidetur, quare quidam Decidat, legendum arbitrantur, niſi quis Reincidat malit, ſed prius magis placet.

*Carbaſa deducit, ne qua leuis effluat aura.*

Diducit legendum, ut intelligamus illum feſtinare ad portum, ad quod uela diducit, ne qua leuis effluat aura. ut eo celerius portum apprehendat tempeſtati elapſus.

*Ille ut erat Pronus per crura admiſſa.*

Crura admiſſa, exponit Raphael, propinqua, iuncta, aſtricta haud dubie Sipyli equitis, non equi intelligens crura. ſed malim de equi cruribus hoc intelligere, ut admiſſa cru-

ra, in curſum permiſſa, & equum, cui laxatum frænum, accipiamus.

*Euolat ut gelidos complexibus alleuet artus.*

Euolat dictum uidetur, quaſi diceret aduolat in auxilium cadentium fratrum.

*Mollia nodoſus facit internodia poples.*

Vide utrum poplitem pro genu acceperit, an nodoſus pro neruoſus accipere uelis. ſane crus ab utroq; incipit, ſed equi tanti genua citius læſeris q̃ poplitem.

*Corq; ferum ſatia dixit.*

Dixit non temere repetitum, cum præceſſerit proxime Ait. ne lector putaret iam loqui poetam. ſic Virgilius, Dixit & os impreſſa thoro, moriemur inulti? Sed moriamur ait. Ita D. Eraſmus.

*Duplicataq; uulnere cæco eſt.*

Vide ut illud duplicata accipi credas. Raphael pro incuruata eſt, expoſuit. quod neſcio, an unquam legerim, quanquam caſus hic ita habet. Et illud ibat pro exibat poſitum uidetur.

*Impatiensq; uiæ genitor deducere lectos.*

Lanius hic fuiſſe uidetur, qui filium pro bobus e græcia in Lyciam miſerit. Et pro longinquitate dixit, Impatiens uiæ genitor.

*Orchomenosq; ferax,*

Strabo de Orchomeno in Bœotia multa lib. 9. de qua poetam loqui puto. (Arcadiæ non ita nobilis fuit) neque enim de ſolis Peloponneſi urbibus loquitur, quod de Calydone patet. Et Pitteida per i & tt duplici legendum, ut ex græcis liquet πιττεὺς, unde πιττήιος deducitur.

*Vſque adeo latet utilitas.*

Ἐπιφώνημα eſt. at ego tamen, quid ſibi proprie uelit, uix me explico.

*Piræaq; littora tangit.*

Πειραιεὺς portus eſt Athenienſium notiſſimus. unde πειραιήιος forma eſſet deriuatiua. Sed Stephanus admonet πειραιὸς & portum ſonare & aliquem illius portus. Raphael ait, Piræoda a Ptolomæo Atticæ promontorium dici, quod apud Ptolemæum non reperias. Admonuit & huius loci nos Eraſmus præceptor noſter.

*Nec mea uirginitas, nec coniugialia iura.*

Coniugialia hexaſyllabon eſt non pentaſyllabon, ut fere codices errant.

*Stamina barbarica ſuſpendit candida tela.*

Si tela eſt opus ipſum, quod ex ſtamine & trama paulatim conficitur, hic certe abuſus uidetur nomine, & uel pro iugo uel tranſuerſa pertica in altum ſuſpenſa, accipiendum, quomodo texunt, qui pretioſa conficiunt texta.

*Nec uultum uertit.*

Non eſt dubium quin matris ſæuitia hic exprimatur. ſed ſi ſuum uultum dicamus, uidetur uertit pro auertit poſitum: quod ipſum tamen carmen ſuſpiciebat. Et dilaniat, uide an Progne, an Philomela.

*Altera tecta ſubit.*

Progne, quæ in luſciniam fuit transfigurata. inquit Raphael. poterat autem librariorum error uideri, ſi non antea etiã indixiſſet. Progne enim in hirundinem, non in luſciniam, at Philomela in luſciniam mutatæ feruntur. Decimotertio deinde carmine Æolides legit Raphael, quod in aliis legitur Eionides. Quod in ſeptimo libro rurſus aſſerit ubi de Cephalo.

# P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER SEPTIMVS.




ARGVMENTVM.

Iaſon, Æſonis filius, miſſus a Pelia, Neptuni filio, cum proceribus Graiorum Colchon ad pellem auream apportandam, adiutricibus Iunone, & Minerua, ut Æetę Solis filii contigit regiam, pulchritudine ſua perculit Medeam, auertitq; a patre, ut ſibi potius, q̃ patriæ conſuluerit. Ergo obligatum Iaſonem coegit, ut fidem præſtaret coniugii erga ſe. Itaque tauros ſpirantes ignem, & draconem cuſtodientem templum ueneris, atque carminibus coegit parere Iaſoni, ut proſciſſo ſolo dentes obſereret ſerpentis, ex quibus ſeges armatorum procreſceret: inter quos, ut ei præceptum erat a Medea, iactato ſilice coegit eos inter ſe dimicare, qui mutuo bello conciderunt. His geſtis Iaſon cum Medea Iolcon abiit.

IAmque fretum Minyæ Pagaſæa puppe ſecabant,
Perpetuaque trahens inopem ſub nocte ſenectam,
Viſus erat Phineus, iuuenesque Aquilone creati
Virgineas uolucres miſeri ſenis ore fugarant:
Multaque perpeſſi claro ſub Iaſone, tandem
Contigerant rapidas limoſi Phaſidos undas.
Dumque adeunt regem, Phryxeaq; uellera poſcunt,

RAPH. IAM q; fretum Mynię} Narraturus poeta quemadmodum dentes ab Iaſone ſeminati in homines armatos fuerunt transformati, Apollonium, qui Argonautica ſcripſit, potiſſimũ ſequitur, Argonautarumq; in Colchos profectionem, Medeæq; amores elegantiſſime deſcribit. cauſa autem illius Iaſonis peregrinationis hæc fuiſſe narratur. Tyro Salmonei filia Neptuno peperit Neleũ & Peliam. deinde nupſit Cretheo Æoli filio, eiq; peperit Æſonem, Pheretem, & Amythaonẽ. ac ex Pherete quidem naſcitur Admetus, ex Amythaone Melampus, ex Æſone Iaſon, qui etiã Chironi alendus, medicináq; docendus fuit traditus a patre, qui ſenio confectus, tantiſper, dum filius creſceret, regnũ Theſſaliæ Peliæ fratri commẽdauit. [Alii, ut qui ſcholia in Odyſſ. ſcripſit, a matre traditum uolunt, patre iam mortuo, & ob id matre pro filio metuente. nomẽ autem matris Alcimede fuit, ſiue, ut alii, Polymela.] Ceterum Pelias oraculum ab Apolline acceperat, ut ſibi ab eo caueret, quem cum altero tantũ calceo ad ſe uenientem uideret, fore enim ut opera eius eſſet moriturus. Iaſon autem iam grandior effectus, cum ad patruum rediret, forte in ripa Anauri Theſſaliæ fluuii offẽdit Iunonem uetulæ ſimilẽ, quæ uidebatur uelle quidẽ fluuium tranſire, ſed non audere. quod uidens Iaſon, illam humeris ſuſcipiens in ulteriorem fluuii ripam tranſtulit, altero ex calceis in flumine amiſſo. ſicq; Iaſon ad Peliam cum altero calceo ſolũ peruenit, qui oraculi recordatus, ueritusq; ne ab ipſo interficeretur, illi mandauit expeditionem in Colchos admodũ periculoſam ad uellus aureum rapiẽdum, putans eum aut ab aliquo interfectũ iri, aut certe in mari aliena'ue terra periturum. ſed Iaſon, omni collecta Græciæ iuuentute, Argoq; naue fabricata, ad Colchos profectus, & uellus aureum opere Medeæ regis Æetæ filię rapuit, & Medeam ipſam ſecum in patriam reuexit. {Iamq; fretum Miniæ} populi ſunt Theſſaliæ Minyæ, a Minya Neptuni filio, qui illis imperauit, denominati. {Pagaſæa puppe} Argo naue iuxta Pagaſas promontorium fabricata. ſic autem legendum eſt, non Pegaſæa, ut fere in exemplaribus eſt deprauatum. Pagaſæ enim ſunt & promontorium, & urbs Theſſaliæ, dictæ ἀπὸ τοῦ μαγῆναι τὴν ἀργὼ, hoc eſt, compingenda & fabricanda Argo naue. Demetrius autem Scepſius, ἀπὸ τῶν πηγῶν. i. a fontibus, quibus irrigatur locus, in quo etiam templũ eſt Pagaſęi Apollinis. {Viſus erat Ph.} Phineus Phœnicis & Caſſiepeæ filius, ſiue Agenoris, ut quidam putant, rex fuit Thraciæ, qui, ut Dionyſius in Argon. narrat, dimiſſa Cleopatra uxore, Harpalicen Scythicam, uel, ut alii, Idęam Dardani Scytharum regis filiam filiis ſuperinduxit nouercã. cui ut gereret morem, proprios filios Orythum & Carãbin prius ex Cleopatra ſuſceptos, cum excæcaſſet, ipſe quoq; a diis fuit oculis priuatus, atque hac inſuper pœna affectus, ut ei Harpyæ, fœdiſſimæ aues, eſcas ei raperẽt & fœdarent: quas ſuſcepti hoſpitio cum aliis Argonautis Zetes & Calais alati iuuenes ut illi gratiam referrẽt ſtrictis enſibus ex Thracia uſque ad Plotas inſulas, quæ poſtea a conuerſione eorum Strophades fuerunt appellatæ, perſecuti ſunt. {Sub noct.} cęcitate. De Phinei uero cæcitatis cauſa uarię fuerunt antiquorum opiniones: quidam enim aiunt Phineum fuiſſe excęcatum a Sole, q potius longæuus eſſe, quã Solem uidere elegerat: alii quòd Perſeo fuerit inſidiatus: Sophocles autẽ quòd ex Cleopatra filios, Orythũ & Carambin a nouerca calumniatos excęcarit. Apollonius uero quod omnibus uulgo uaticinaretur, ac deorum mentes aperiret, quo fiebat, ut homines nihil deorũ indigere uideretur. Imperauit autem Phineus uſq; ad Boſphorum Thraciũ omnibus Thracibus, qui ſunt in Aſia. {Virgineas uolucres} Harpyas, quæ uirgineas facies habebant. Sic .n. & a Virgilio deſcribũtur. 4. Ænei. {Limoſi Phaſidos} Phaſis fluuius eſt Colchorum, unde Phaſiani fuere denoĩati. {Phryxea uellera} a Phryxo Ioui Phryxio conſecrata. {Vellera aur.} qđ quidem iccirco fictum eſt, ut Strab. ait, quòd apud Colchos torrentes dicuntur aurum deferre, quod Barbari perforatis tabulis & lanoſis pellibus excipiunt, unde aurei uelleris fabula eſt conficta, quæ huiuſmodi eſſe fertur. Athamas Æoli filius, Crethei frater, Nephelen duxit uxorẽ, ex qua quidem Phryxum & Hellem ſuſtulit. Nephele uero mortua ſecundam duxit uxorem Ino appellatam, quæ Nepheles filios odio habens perſuaſit agricolarum uxoribus, ut ſemina torrerent, ne terra fructum ullum emittere poſſet. Quod quidem cum accidiſſet, Athamas agrorum ſterilitatis cauſſam ignorans, qui conſulerent Apollinem, Delphos miſit. Ino autem eos, qui miſſi fuerant, donis corrũpens induxit, ut referrent Deum reſpondiſſe, Phryxum & Helien immolandos eſſe, ita nanque ſterilitatis liberationem futuram. Hoc uero Athamas cum credidiſſet; Phryxum, Hellenq; ad aram iugulandos adduxit: ſed deorum miſericordia aurei uelleris arieti impoſiti per aerem aſportati fuerunt. ſed Helle metu percuſſa in Helleſpontum, ab ipſa denominatũ, ce-

cidit. Phryxus uero in Colchicam terrã incolumis peruenit, ubi Ioui Phryxio arietẽ immolauit, ꝙ nouercæ inſidias effugiſſet. Vxorem autem duxit Chalciopem Æetæ Colchorum regis filiam, ex qua cum filios quattuor ſuſtuliſſet, Argon, *Cytiſoron, Melanen, Phrontin, mortuus eſt, ut Herodo. ſcribit. ut uero Heſiod. & Acuſilius narrant, filios illos ex Iophoſſa Æetę filia ſuſcepit, quibus quidẽ & quintum nomine Pręsbonem Parmenides addit. Herodo. autem narrat Athamãtis & Themiſtus filios fuiſſe Schœneum, Erythrium, Leuconem, Pœum, nouiſſimos uero Phryxum & Hellẽ, hosq; propter Inus nouercæ inſidias ex patria aufugiſſe. Hellen autem circa Pactyen periiſſe etiã Hellanicus ait. Inus uero & Athamãtis filii fuerunt Clearchus & Melicerta. De ariete autẽ uelleris aurei uarię ſunt priſcorum opiniones. alii nãq; uerum fuiſſe arietem ſcribunt, [ex Neptuno in arietem uerſum, & Theophane Biſaltidis filiã, natũ, ut ſupra quoq; ex Higyno annotauimus.] alii Phryxi & Helles fuiſſe pędagogum nomine Crium, qui latine aries uocatur, cuius conſilio Phryxus & Helle nouercæ inſidias fugerint. alii aufugiſſe ipſos in naui, quæ in prora arietẽ pictum habuerit, opinantur.

Cytiſſocó

Voxq́; datur Minyis magnorum horrenda laborum.
Concipit interea ualidos Aeetias ignes;
Et luctata diu, poſtquam ratione furorem
Vincerę non poterat: Fruſtra Medea repugnas,
Neſcio quis Deus obſtat, ait: mirumq́; quid hoc eſt,
Aut aliquid certè ſimile huic, quod amare uocatur.
Nam cur iuſſa patris nimiùm mihi dura uidentur?
Sunt quoq; dura nimis. cur, quem modo deniq; uidi,
Ne pereat, timeo? quæ tanti cauſſa timoris?
Excute uirgineo conceptas pectore flammas,
Si potes, infelix. ſi poſſem, ſanior eſſem:
Sed trahit inuitam noua uis: aliudq́; Cupido,
Mens aliud ſuadet. uideo meliora, proboq́;,
Deteriora ſequor. quid in hoſpite regia uirgo
Vreris, & thalamos alieni concipis orbis?
Hæc quoq; terra poteſt, quod ames, dare. uiuat, an ille
Occidat, in diis eſt. uiuat tamen: idq́; precari
Vel ſine amore licet. quid enim commiſit Iaſon?
Quem, niſi crudelem, non tangat Iaſonis ætas,
Et genus, & uirtus? quem non, ut cetera deſint,
Forma mouere poteſt? certè mea pectora mouit.
At, niſi opem tulero, taurorum afflabitur ore;
Concurretq́; ſuæ *ſegeti, tellure creatis — ſegetis
Hoſtibus; aut auido dabitur fera præda draconi.
Hoc ego ſi patiar, tum me de Tigride natam,
Tum ferrum, & ſcopulos geſtare in corde fatebor.
Cur non & ſpecto pereuntem? oculosq́; uidendo
Conſcelero? cur non tauros exhortor in illum,
Terrigenasq́; feros, inſopitumq́; draconem?
Dij meliora uelint: quanquàm non iſta precanda,

RAPH. VOXq; datur} Æeta Iaſonis aduentu indignatus, ſe quidem ei uellus aureũ permiſſurũ promiſit, ſi quę ꝓponerẽtur certamina ſubiret. {Voxq́; datur} hoc eſt, reſponſum datur ab Æeta magnos ineſſe labores in rapiendo uellere aureo ſignificans. nam & tauri ignem naribus oreq́; efflantes erant domãdi, iugoq́; ſubiiciendi, & dentes draconis ſeminãdi, & impetus gigantum armatorum ex draconis dentibus natorum ſuſtinẽdus, & puigil draco uelleris aurei cuſtos ſopiendus. [Breuius autem iſta omnia, & uelut in tranſcurſu, indicat Ouid. propterea qđ tota hęc expeditio Iaſonis a multis græcis & latinis poetis tractata eſſet: ex quibus etiam hodie extant, e latinis, Valerius Flaccus, ex græcis, Apollonius, & Argonautica, quæ Orpheo inſcribuntur] {Magnorum la.} magnorum certaminum. {Concipit in.} Iuno & Pallas, ut in tertio narrat Apollonius, de Iaſone ſolicitæ propter certamina tam periculoſa illi ab Æeta propoſita, Veneri perſuaſerunt, ut Cupidinem ad Medeam mitteret, qui Iaſonis amore ipſam inflammaret. opera ergo Veneris & Cupidinis maximos ardores Medea contraxit. {Æetias} Medea Æetæ regis Colchorum filia. ſane Æeta prima cum æ diphthongo ſcribitur, non cum œ, ut quidam præcipiunt, & fere in exemplaribus eſt deprauatũ. {Et luctata diu.} poſteaq́ diu amori repugnauit. eleganter aũt uirginis amore captæ cogitationes exponit. [Sumpta autem eſt tota hic ἠθολογία, ex 3. Apollonii, apud quem eodem modo ſecum Medea diſputat utrũ amori concedat, an pietati.] {Furorem} amoris rabiem. {Fruſtra Medea repugnans} ſe ipſam Medea alloquitur. adeo autem amoris imperita uidetur, ut cum Iaſonis amore capta ſit, an amet tamen addubitet. {Aut aliquid certe} Aut quidẽ legitur, ſed, An fortaſſe legendum eſt, qua particula & dubitantes & interrogantes & ſoluentes utimur. cum enim Medea addubitaſſet, quid illud eſſet, an aliquid eſt, inquit, amori ſimile, ac deinde amorem eſſe oſtendit. [Ego nihil uideo, cur uera lectio mutetur præſertim claudicante uerſu, ſi pro Aut, An reponas.] {Nam cur iuſſa patris} colligit ex his Medea ſe captam eſſe Iaſonis amore, & quod quę mandarat Iaſoni Æeta, nimium difficilia factu uidebantur, & ꝙ illi, quem paulo ante uidiſſet, adeo timebat. {Sũt quoque dura nimis} non ſolũ uideri, ſed eſſe quoque nimiũ dura, quæ Iaſoni Æetæ iuſſu erant peragenda, aſſeuerat Medea. nam & indomitos tauros ignem ore, naribusq́; efflantes iugo ſubiicere, & tot hominum armatorum impetus ſuſtinere, & peruigilẽ draconem debellare, quæ imperauerat Æeta, difficillima ſunt factu. {Modo denique} nunc ſolum. {Tanti timoris} tantæ ſolicitudinis. {Excute uirgineo} ſe ipſam Medea alloquitur tã quã alii uerba faciat. {Noua uis} magna amoris potentia mihi nunquam ante hac experta. {Aliudq́; Cupido} aliud, inquit, amor, aliud ratio mihi oſtendit. {Video meliora} cognoſco. hinc autẽ colligit Medea, ſe non errore, ſed dedita opera amori indulgere. {Quid in hoſpite?} cur, inquit, cum ſis filia regis, peregrini amore ardes? {Regia} regis filia. {Thalam.} nuptias. nam thalamus proprie dicitur ſponſi & ſponſæ cubiculum παρὰ τὸ θάλλειν, quod ſponſus & ſponſa maxime in illo uigeant & uireſcant. {Alieni or.} alienæ regionis. {In diis eſt} in deorum manu ac poteſtate. {Quid enim cõmiſit Iaſon?} quid mali fecit. {Non tangat} non commoueat. Lucretius de Deo loquens, Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira. {Virtus} fortitudo, & corporis robur. {Vt cetera deſint} ut cetera deeſſe concedam. {Mouere} pellicere ad amandum. {Taurorum afflabitur ore} taurus, ἀπὸ τοῦ τείνειν τὴν οὐράν, hoc eſt extendenda cauda dicitur. oportebat autem Iaſonem tauros ignem naribus efflantes iugo ſubiicere. bene uero amans ſolicita eſſe fingitur de periculis amato impendentibus. {Concurretq́;} confringetq́;, inquit, cum hominibus natis ex dentibus draconis ab ipſo ſeminatis. {Suæ ſegetis} ſementis ab ipſo factæ. [Alii, ſegeti, ut ſit appoſitiue dictum, hoſtibus ſuæ ſegetis.] {Auido dabitur} inſatiabili. {Hoc ego ſi patiar} ut draconi obiiciatur Iaſon. {Tunc me de tigride natam} tunc, inquit, me crudeliſſimam eſſe fatebor. crudeles enim & de tigride nati, & ferrum in corde geſtare dicuntur. [Sic & Virgil. Hircanæq́; admorunt ubera tigres.] {Conſcelero} ſceleratos efficio. eſt autem pulchra ironia, qua ſibi talia non eſſe facienda proponit Medea. {Exhortor} incantationibus ſtimulo. {Terrigenasq́; feros} homines e terra natos. {Inſopitumq́; draconem} peruigilem, qui nunquam ſopitur.

Prodam'ne

Sed facienda mihi. prodam'ne ego regna parentis?
Atq; ope neſcio quis ſeruabitur aduena noſtra,
Vt per me ſoſpes, ſine me det lintea uentis,
Virq; ſit alterius? pœnæ Medea relinquar?
Si facere hoc, aliam'ue poteſt præponere nobis,
Occidat ingratus. ſed non is uultus in illo,
Non ea nobilitas animo eſt, ea gratia formæ,
Vt timeam fraudem, meritiq; obliuia noſtri.
Et dabit antè fidem, cogamq; in fœdera teſtes
Eſſe deos. quid tuta times? accingere, & omnem
Pelle moram: tibi ſe ſemper debebit Iaſon.
Te face ſolenni iunget ſibi, perq; Pelaſgas
Seruatrix urbes matrum celebrabere turba.
Ergo egó germanam, fratremq;, patremq;, deoſq;,
Et natale ſolum uentis ablata relinquam?
Nempe pater ſæuus: nempe eſt mea barbara tellus:
Frater adhuc infans: ſtant mecum uota ſororis:
Maximus intra me Deus eſt: non magna relinquam,
Magna ſequar: titulum ſeruatæ *puppis Achiuæ,
Notitiamq; loci melioris, & oppida, quorum
Hîc quoq; fama uiget, cultuſq;, arteſq; uirorum,
Quemq; ego cum rebus, quas totus poſſidet orbis,
Aeſonidem mutaſſe uelim: quo coniuge felix,
Et diis cara ferar, & uertice ſidera tangam.
Quid? quòd neſcio qui mediis incurrere in undis
Dicuntur montes? ratibuſq; inimica Charybdis,
Nunc ſorbere fretum, nunc reddere? cinctaq; ſæuis
Scylla rapax canibus Siculo latrare profundo?
Nempe tenens quod amo, gremioq; in Iaſonis hærens
Per freta longa ferar: nihil illum amplexa timebo:
Aut ſi quid metuam, metuam de coniuge ſolo.
Coniugium ne putas? ſpecioſaq; nomina culpæ,
Imponis Medea tuæ? quin aſpice, quantum
Aggrediare nefas, &, dum licet, effuge crimen.
Dixit, & ante oculos rectum, pietaſq;, pudorq;
Conſtiterant, & uicta dabat iam terga Cupido.

RAPH. PRODAM'NE} diſtrahitur Medeæ animus tum ab amore, tum ab honeſto, ut patri pareat, ignoret. {Neſcio quis aduena} ac ſi diceret, ignotus quidam peregrinus. {Vt per me ſoſpes} ut opera mea, inquit, ſaluus & incolumis me relicta diſcedat, in patriamq; ſuam reuertatur. {Det lintea uentis} nauigãdo recedat. nam dare lintea & uela uentis eſt nauigare. {Pœnæ} aut dolori, quo afficiar ex illius amore; aut ſupplicio, quod de me pater ſumet. {Occidat ingratus} moriatur, quia ingratus. eſt enim cauſſa, qua dignus morte uideatur. {Is uultus} talis uultus, quem greci πρόσωπον uocant. {Et dabit ante fidem} & antequam illi opem feram, iureiurãdo promittet me ſibi uxorem futuram. nam dare fidem eſt ſancte aliquid promittere. {Quid tuta times} ſe ipſam reprehendit Medea, quòd ea timeat, quæ non ſunt metuẽda. {Accingere} præparare ad opem Iaſoni ferendam. {Tibi ſe ſemper debebit Iaſon} hoc eſt Iaſon ſemper tuus erit. Iaſon autem ἀπὸ τῆς ἰάσεως hoc eſt a medicina, quam a Chirone didicit, fuit appellatus. {Face ſolenni} legitimo matrimonio. a parte nanq; totum intelligimus. quinque autem faces ritu Romano nouis nuptis ꝓferebantur. {Seruatrix celebr.} iuuentutis grȩcȩ ſeruatrix laudibus extolleris. {Ergo ego} hactenus Medea amori eſt obſecuta: nunc ad honeſti cogitationem ita redit, ut ſtatim illam abiiciat. {Ergo} affectui ſeruit hoc loco, & indignationi hæc particula ergo. indignatur nanque Medea quòd ſororem, fratrem, patrem, ac patriam relinquere poſſit. {Germanam} Chalciopem hanc uocat Apollonius, Pherecydes uero ait Euenie illi nomen fuiſſe, cognominatam autem Chalciopem & Iophoſſam. {Fratremq;} Abſyrtum, qui Phaeton quoq; ab Apollonio uocatur. {Ventis ablata} nauibus auecta, quæ uentis aguntur. {Relinquam} relinquere poſſim. eſt autem cum interrogatione legendum. {Nempe pater ſæuus} obiectionibus ita reſpondet Medea, ut colligat omnino Iaſonem eſſe iuuandum, ſibiq; coniugio copulandum. {Nempe} profecto. {Stant mec. uota ſororis} hoc eſt ſoror Chalciope mecum ſentit. nam Chalciope, quam Phryxo diximus nupſiſſe, Iaſoni fauebat, propter filios ſuos, qui e Colchis in græciam nauigantes ad paterna bona repetenda iuxta Aretiadem inſulam naufragium fecerũt, in qua quidem aues eſſe feruntur pennas ferreas iaculantes. ab Argonautis autem illic inuenti in Colchos illis uiæ duces fuerunt, a quibus deinde in Græciam, Orchomenumq; reuecti ſunt. Chalciope igitur de filiorum ſalute ſolicita Medeam rogauit, ut Iaſoni, filiiſq; opitularetur. {Maximus Deus} Cupido. {Titulum} gloriam. enumerat autem Medea quibus potitura eſt, ſi Iaſonem fuerit ſecuta: quæ quidem ipſi maiora uidentur, quàm quæ relinquit. {Loci melioris} cultioris, ciuilioris. {Fama} gloria. {Viget} floret. {Cultus} ornatus. {Quem ego} magno amore illum Medea proſequitur, quem cum omnibus totius orbis rebus non permutaret. {Et uertice ſydera tangam} illi uertice ſydera tangere dicuntur, qui ſibi felices uidentur. ſic Horatius, Quod ſi me lyricis uatibus inſeris; Sublimi feriam ſydera uertice. {Quid? quòd neſcio qui} aliã cauſſam aſſignat Medea, qua Iaſonẽ ſequendum eſſe ſibi perſuadet. multa nanque noua periculoſaq; ſe uiſuram ait, quales ſunt Cyaneæ petræ ad Thracium Boſphorum, quæ inter ſe concurrere dicuntur. [Immo diuerſum facit, metum & pericula ſibi opponens. ꝓpterea etiam infra ad hanc obiectionem rurſum ſibi ipſa reſpondet:

Nempe tenẽs quod amo, gremioq; in Iaſonis hærens
Per freta longa ferar, nihil illũ amplexa timebo.]

{Neſcio qui mon.} Cyaneas petras innuit, quæ & Symplegades dicuntur, ꝙ concurrere ac concuti uidentur. nam, ut ipſe poeta in 15. ait, quo tempore illac Argo tranſiuit, mobiles erant & concurrere uidebantur, poſtea uero immobiles ſunt factȩ: Timuit concurſibus Argo Vndarũ ſparſas Symplegadas eliſarum: Quæ nunc immotæ perſtant, uẽtiſq; reſiſtunt. [Harum deſcriptio eſt apud Apollonium lib. 2. {Ratibuſq; inimica Charibdis} uorago eſt in freto Siculo naues ad ſe trahens atq; abſorbens. fertur autem Charybdis uetula fuiſſe rapaciſſima, q̃ cũ boues Her. eſſet furata, in fretum Siculũ proiecta loco nomẽ dedit. {Nunc red.} reiicere, remouere. nã quȩ abſorbet apud Taurominium Siciliæ urbem reiicere memoratur. {Scylla rapax} Scylla, Phorci filia, uenenis Circes in monſtrum conuerſa ſe in fretum Siculum præcipitauit, ubi nauibus fingitur inſidiari. ſunt autem loca in freto Siculo ualde periculoſa Scylla & Charybdis, quorum alter Italiȩ, Scylla uero adiacet Siciliæ. {Siculo profun.} in Siculo freto. {Cincta ſæ. ca.} circundata rabidis canibus. nam illius inguina in canes traſmutata feruntur. [Superiore corpore nympham prȩſeferente. quȩ fabula a natura loci ſumpta eſt. eſt. n. Scylla ſcopulus cauernoſus fluctuum repercuſſu latratum quendam reddens.] {Coniugiũ'ne putas} ratione a ſcelere Medea reuocatur. ſe autem ipſa reprehendit, quòd facinori ſuo honeſtum matrimonii nomen prætendat. {Specioſa} pulchra, & honeſta. {Quin} immo. {Aſpice} conſidera. {Dum licet} dum potes. {Rectum} honeſtum. {Pietas} in parentes, & patriam amor. {Et uicta dabat} iam, inquit, Cupido ab honeſto & pietate uictus a Medeæ mente recedebat.

pubis

Ibat ad antiquas Hecates Perſeidos aras,
Quas nemus umbroſum, ſecretaq; ſylua tegebat.

RAPH. IBAT ad ant. Hec.Perſ.aras} Hecate (ut ſcribit Diony. Mileſius) filia fuit Perſæ Solis filii. in illis nāque locis duo Solis filii nati ſunt, Perſes, & Æeta, quorū alter Colchis circa Mæotidem paludē imperauit. Perſes uero in Taurica regione regnauit: qui cum grandior natu eſſet, uxorem duxit unam ex incolis nymphis, ex qua Hecatē filiam ſuſcepit, quę cū uirago eſſet, ac uenatrix, prima dicit̄ peſtiferas herbarū radices inueniſſe, peritiſsimaq; & uenenorum, et eorum, quę homini opitulantur, fuiſſe, propriumq; patrem ueneno necaſſe. A patruo uero Æeta in Colchos accerſita, uxor eſt ducta, ex qua & Chalciopē & Medeā ſuſcepit. Apollonium autem ſequitur Ouid. qui Perſę filiā Hecatē fuiſſe ait. ſed alii Iouis, alii Cereris, alii Ariſtæi Pæonis, Muſæus Aſteriæ & Iouis fuiſſe filiā ſcribit. hinc uero coarguitur eorū error qui dicunt Hecatē Perſeida iccirco uocari, quòd Perſes in Dianæ ſacrificiis inuocabatur. {Ad ant. ar.} ad uetuſta templa. {Hecates Perſei} Perſæ filię. eſt etiam Hecate eadem cum Proſerpina & Diana. [Dixit aūt κατὰ σωεκδοχὴν poeta, ad antiquas aras, pro, ad tēplū. eodem enim mō & apud Apollonium, unde pleraq; hæc tranſumpta ſunt, Medea ancillis imperat.

Ἐσσυμένως ὀρνῆσι ὑποζεύξασθαι ἀπήνην,
Οἴκε μιν εἰς ἑκάτης περικαλλέα νηὸν ἄγοιεν, &c.

Quoniam aūt hic locus occaſionem offert, libet, aliquantum expatiari calamo, & quæ de Hecate apud auctores alios atq; alios traduntur, ſimul & ſub uno ueluti capite, hic exponere. Vetus dea Hecate fuit, χθονίων καὶ νερτέρων πρύτανις. hoc eſt, inferorum ac mortuorum rebus præfecta, eoq; etiam magorum & ueneficarum carminibus frequentata. Huius potētiam prolixe deſcribit Heſiod. illiq; datam a Ioue ait μοῖραν, hoc eſt, partem ac facultatem omniū terreſtriū & maritimorum, καὶ γέρας ἐν γαίᾳ τε καὶ οὐρανῷ, ἠδὲ θαλάσσῃ, ſoliq; omniū Titanici generis, potentiam atq; honores ſuos integros manſiſſe, cū ceteri ad inferos detruderentur ac damnarentur. proinde eandem etiam aliorū parte fungi, & quæcunque libuiſſet, hominibus elargiri. atq; ubicunque, inquit, idem, aliquis ἐπιχθονίων ἀνθρώπων.

Ῥέζων ἱερὰ καλὰ κατὰ νόμον ἱλάσκηται
Κικλήσκει ἑκάτην, πολλή δέ οἱ ἕσπετο τιμή.

Quare etiam dictam uolunt ἑκάτην, alii quaſi ἑκάστην, quòd ſingulorum curā ac prouidentiā gerat, ſingulaq; ad ipſam referantur: alii ab ἑκατὸν, quòd centenariā, hoc eſt, multiplicē & infinitā poteſtatē habeat. præcipue tn̄ ac peculiariter illi cura inferorū attribuitur. cuius rei ridiculā quandā rōnem aſſerunt. nam cū intra primos annos adhuc eſſet, Iunonē aiūt perſequi illam cœpiſſe. illam aūt primum in domum puerperæ cuiuſdā, poſtea ad quoſdam, qui defunctorum corpora efferebant, confugiſſe, quare tum Iunonem ἀκαθαρσίας metu uidelicet, a perſequendo deſtitiſſe. Iouem aūt per cabiros (ſacerdotum id genus eſt) luſtrari illam iterum præcepiſſe, a quibus cum ad Acheruſiā paludem deducta fuiſſet, mortuorum ibidem curam ac pfecturam ſortitam eſſe. unde & ſacrificiis mortuorū, & expiationibus itē & euocationibus illorū adhibetur, χθονίανq; uocant, & νυχίαν, hoc eſt, inferam & nocturnam. Suntq; etiam qui ἑκάτην dictam putent, qm̄ centum annos uagari pateretur eorū umbras, quorū corpora ſepulta non fuiſſent. plerīq; eādem cum Proſerpina ac Luna faciunt, eoq; ἑκάτην, quaſi quæ ἕκας hoc eſt, longe a nobis diſtet, uocatam uolunt. A poetis aūt etiam triformem inde & tricipitē dici putant, qm̄ luna modo plena luceat, modo obſcura tegatur, aliqn̄ partim luceat, partim obſcura ſit. Et rurſum nunc in cœlo appareat, nūc apud inferos prematur, interdum circa ſyluas ac montes uagetur, unde ēt nomina illi ſubinde alia atq; alia eſſe, ita ut nunc Luna, nunc Proſerpina, nunc Diana dicatur. Sed mihi triformis Hecate, inde potiſsimum dici uidetur, quòd illi compita ac triuia antiquitus dicata fuere, in qbus & ſacrificia menſtrua illi fiebant, quas Hecates cœnas uocabatur, ut ex Pluto Ariſtophanis apparet, et ſtatuæ triformes ſiue tricipites eidem cōſecrabantur. Hinc & Ouid. alibi dicit, Ora uides Hecatis in tres uergentia partes, Seruet ut in ternas compita ſecta uias. Quanquam Orpheus, aut quiſquis is fuit, in Argonauticis, ēt ipſam deā tria capita habere dicit, hominis uidelicet, equi & canis his uerſibus,

σὺν δ' αἰολόμορφος ἵκαν.
Τρισσοκέφαλος ἰδεῖν ὀλοὸν τέρας, οὔτι δακτὸν
Ταρταρόπαις ἑκάτη, λαιὸν δ' ἄρ' ὑπέσσυθεν ὤμου
Ἵππος χαιτήεις, κατὰ δεξιὰ δ' ἦεν ἀθρῆσαι
Λυσσώπις σκυλάκη, μέσση δ' ἔφυ ἀγριόμορφος.

De genere aūt & parētibus huius deę uarie ab auct. traditur. nā alii Iouis & Aſterię, alii Ariſtęi filiam faciunt. rurſum alii Cereris, alii Noctis filiā. Apollonius, & poſt hūc Ouid. Perſeida uocāt, hoc eſt, Perſę filiā, ſiue ille Solis filius, & Æetæ frater fuit, ut Diod. lib. 5. & Diony. ille, de quo Regius meminit, tradiderunt, ſiue Crei potius, & Euribię, Titanici generis, ut Heſiodo placet, apud quem in Theogonia ita legitur:

Κρείῳ δ' Εὐρυβίη τέκεν ἐν φιλότητι μιγεῖσα
Ἀστραῖόν τε μέγαν, Πάλλαντά τε δῖα θεάων
Πέρσην θ' ὃς πᾶσιν μετέπρεπεν ἰδμοσύνῃσι. et rurſum,
Γείνατο δ' Ἀστερίην εὐώνυμον, ἥν ποτε Πέρσης
Ἠγάγετ' ἐς μέγα δῶμα φίλην κεκλῆσθαι ἄκοιτιν.
Ἡ δ' ὑποκυσσαμένη ἑκάτην τέκε, τὴν περὶ πάντων
Ζεὺς Κρονίδης τίμησε, πόρεν δέ οἱ ἀγλαὰ δῶρα.

Vocatur aūt eadē hæc a poetis ēt Βριμώ, hoc eſt terrifica, eo φ terrorē immittat hominibus & ſpectra, q̄ ab ipſa ἑκαταῖα dn̄r. item δάειρα, & p contractionem, δαίρα, ἀπὸ τῶν δαδῶν ut placet grammaticis, quòd ſacra illius cum facibus peragātur, qua de cā etiam δᾳδοῦχος appellatur. Et μονογένεια, quaſi dicas, unigenitam, & κουροτρόφος, hoc eſt, quæ puellas ac pueros nutriat. quæ tn̄ nomina etiam Proſerpinæ cōia ſunt. Ponebantur aūt & ſtatuæ illius ante domos & ualuas potentiorum. Hinc Æſch. alibi dixit δέσποιν' ἑκάτη τῶν βασιλείων προδρόμος μελάθρων. Atque hæc de Hecate ab auctoribus fere tradūtur. qm̄ autem & de Medea hoc loco agitur, & de Æeta, non abs re fuerit illorū quoq; genus perſequi. nam & hoc ab auctoribus uarie traditur. Medeæ igitur matrem alii Eurylytē uocant, alii Neęrā. Dionyſius, quem ſupra Regius citauit, & Diodorus Hecatē. nā Perſen & Æetā fratres fuiſſe, Solis filios; ac Perſen quidē ex nympha quadam indigena ſuſtuliſſe Hecatē, ueneficiis inſignem, quę patruo ſuo nupſerit, ex eoq; Circen, Medeam, & Ægialeum, quem alii Abſyrtum uocant peperit. quod ideo fictum puto, quòd cū ueneficiis inſignes fuerunt Circe & Medea, creditum propterea ſit ex Hecate illas prognatas. Heſiodus aūt in Theogonia, Idyam uocat Medeam matrem, his uerſibus,

Αἰήτης δ' υἱὸς φαεσιμβρότου ἠελίοιο
Κούρην ὠκεανοῖο τελήεντος ποταμοῖο
Γῆμε θεῶν βουλῇσιν Ἰδυῖαν καλλιπάρῃον,
Ἡ δέ νύ οἱ Μήδειαν εὔσφυρον ἐν φιλότητι
Γείνατ' ὑποδμηθεῖσα διὰ χρυσῆν Ἀφροδίτην.

Hunc & Apollonius ſequitur. nam & ipſe Medeam Idyæ filiam. Hecates autem ſacerdotem dicit, & proinde circa tēplum illius uerſari. edoctam autem. &,

Φάρμαχ' ὅσ' ἤπειρός τε φύει, καὶ νήχυτον ὕδωρ.
φαρμάσσειν ἑκάτης περσηΐδος ἐννεσίῃσι.

Similis diuerſitas auctorum & circa patris Æetæ genus eſt. nam ut patrem huius Solem eſſe plerique affirmant, ita matrem contra ſunt, qui Ephyren uocent. Homerus Perſam nominat. Heſiodus autem, & poſt hunc etiam Higinus, Perſeidem, Circemq; non filiam ſed ſororem illius faciunt. Heſiodi uerſus ſunt,

Ἠελίῳ δ' ἀκάμαντι τέκε κλυτὸς ὠκεανίνη
Περσηΐς, Κίρκην τε, καὶ Αἰήτην βασιλῆα.

Homeri autem Odiſſ. 10. hi,

Κίρκη δ' ἐυπλόκαμος δεινὴ θεὸς αὐδήεσσα
Αὐτοκασιγνήτη ὀλοόφρονος Αἰήταο.
Ἄμφω δ' ἐκγεγάτην φαεσιμβρότου ἠελίοιο
Μητρός τ' ἐκ Πέρσης, τὴν ὠκεανὸς τέκε παῖδα.

Eumelus

Eumelus autem uetus poeta, etiam Antiopem uocat, Æetæ matrem, ipſum Corinthium facit. e Corintho autem in Colchos profectum ait. cuius uerſus, ut quidem in comment. Pindari citantur, ita habent,

Ἀλλ᾽ ὅτε δ᾽ αἰήτης, καὶ Ἀλωεὺς ἐξεγένοντο
Ἠελίου τε καὶ ἀντιόπης, τότε δ᾽ ἄνδιχα χώρην
Δάσσατο παισὶν ἑοῖς ὑπερίονος ἀγλαὸς υἱός.
Ἣν μὲν ἔχ᾽ Ἀσωπός, ταύτην πόρε δῖος Ἀλωεῖ,
Τὴν δ᾽ ἐφύρην κτεάτισσ᾽ αἰήτῃ δῶκεν ἅπασαν.
Αἰήτης δ᾽ ἄρ᾽ ἑκὼν Βούνῳ παρέδωκε φυλάσσειν
Εἰσόκεν αὐτὸς ἵκοιτο, ἢ ἐξ αὐτοῖο τις ἄλλος
Ἢ παῖς, ἢ υἱωνός, ὁ δ᾽ ἵκετο κολχίδα γαῖαν.

fortis

Et rubuere

Atq; hinc factū alii tradūt, ut Corinthum poſtea uenerit Medea, regnūq; paternum repetiuerit, quā tñ Corinthii urbe eiecerunt, ac liberos illius, ne quis ſucceſſor aut hęres illius amplius relinqueretur, occiderunt, ſparſa fabula quaſi a matre ex inuidia interfecti fuiſſent. atq; hęc de Æeta & eius genere.]

Seruatus

[Falſus eſt hoc loco Regius, qui aruum & lucum pro eodem accipit. non enim in luco Martis, ſed in campo, ſiue aruo eius Dei, ſub iugum tauri miſſi, & dentes ſerpentis ſeminati fuere. ita enim & Apollonius uocat. ubi ait, ῥίμφα μάλ᾽ ἐς πεδίον τὸ ἀρήιον ἦ πείροντο. lucus autē Martis, in quo uellus aureum ſeruabatur, alio loco, & ab urbe Colchorū aliquantum remotiore fuit. quare etiam naui ad eum tranſiſſe Iaſonem, idem poeta dicit his uerſibus:

ἢ δὲ σφιν ἐς ἱερὸν ἄλσος ἀνώγει
Νῆα θοὴν ἐλάαν ἀντοσχεδόν, ὄφρ᾽ ἔτι νύκτωρ
Κῶας ἑλόντες ἄγοιντο παρὲκ νόον αἰήταο. et rurſum,
Ἐνθάδ᾽ ὁ μὲν χρύσειον ἀπὸ δρυὸς αἴνυτο κῶας
Κούρης κεκλομένης. ἣ δ᾽ ἔμπεδον ἑστηυῖα
Φαρμάκῳ ἔψηχεν θηρὸς κάρη,
εἰσόκε δή μιν
Αὐτὸς ἐὴν ἐπὶ νῆα πάλιν τραπέεσθαι Ἰήσων
Ἠνώγειν, λεῖπεν δὲ πολύσκιον ἄλσος Ἄρηος.

Quo loco & illud obiter notandū δρυῶ generaliter accipi pro arbore. nā alibi eandem arborem, in qua uellus ſeruabatur, fagum uocat. ut,

Φηγὸν ἀπειρεσίην διζήμενοι, ἢ ἐπὶ κῶας
Βέβλητο, νεφέλῃ ἐναλίγκιον, &c.

Porrò & illud admonendum eodem hoc loco uidetur, uellus, de quo hic dicitur, quod uulgo aureum fuiſſe fertur, a quibuſdam non aureum, ſed aurei ſiue purpurei coloris fuiſſe dici. Simonides etiam purpuris, ſiue conchyliis, quæ in mari naſcuntur, tinctam tradit. ut quidem in commentariis Euripidis in Medeam annotatur.]

Et iam *fractus erat, pulſusq; reſederat ardor,
Cùm uidet Aeſoniden, extinctaq; flamma reluxit,
*Erubuere genæ, totoq; recanduit ore.
Vt ſolet a uentis alimenta reſumere, quæq;
Parua ſubinducta latuit ſcintilla fauilla
Creſcere, & in ueteres agitata reſurgere uires:
Sic iam lenis amor, quem iam languere putares,
Vt uidit iuuenem, ſpecie præſentis inarſit.
Et caſu ſolito formoſior Aeſone natus
Illa luce fuit. poſſes ignoſcere amanti.
Spectat, & in uultu, ueluti tum denique uiſo,
Lumina fixa tenet: nec ſe mortalia demens
Ora uidere putat, nec ſe declinat ab illo.
Vt uerò cœpitq; loqui, dextramq; prehendit
Hoſpes, & auxilium ſummiſſa uoce rogauit,
Promiſitq; torum; lacrymis ait illa profuſis,
Quid faciam, uideo; nec me ignorantia ueri
Decipiet, ſed amor. ſeruabere munere noſtro:
*Seruata promiſſa dato. per ſacra triformis
Ille deæ, lucoq; foret quod numen in illo,
Perq; patrem ſoceri cernentem cuncta futuri,
Euentusq; ſuos, & tanta pericula iurat.
Creditus accepit cantatas protinus herbas,
Edidicitq; uſum, lætusq; in tecta receſſit.
Poſtera depulerat ſtellas Aurora micantes:
Conueniunt populi ſacrum Mauortis in aruum,
Conſiſtuntq; iugis. medio rex ipſe reſedit
Agmine purpureus, ſceptroq; inſignis eburno.
Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant
Aeripedes tauri, tactæq; uaporibus herbæ
Ardent. utq; ſolent pleni reſonare camini,
Aut ubi terrena ſilices fornace ſoluti

RAPH. RESEDERAT} requieuerat. {Vt ſolet a uē.} pulchra ſimilitudine oſtendit poeta, quo modo Medea iterū cœpit amore Iaſonis ardere. eſt aūt ordo, Vt parua ſcintilla, quæ ſuperinducta fauilla ſolet reſumere alimenta a uentis & creſcere. {Specie} pulchritudine. {Pręſentis} Iaſonis. {Et ca.} & forte, inquit, Iaſon illo die formoſior fuit q̄ cōſueuerat. {Poſſes igno. amanti} unuſquiſque amāti Medeæ dare ueniam poſſet. eſt. n. ſecūda perſona, ſiue finita pro tertia & indefinita poſita: uel certe ad lectorē oratio conuerſa. {Amanti} amore Iaſonis captæ. {Tū de.} tunc ſolū. demū. n. & deniq; interdum ſolū, aliqn̄ tandem ſignificant. {Nec ſe decl.} nec oculos ſuos ab illo auertit ſpectando. {Submiſſa uo.} ne ab aliis, q̄ dicebant, pciperentur. {Torum} lectū nuptialē, ac nuptias ipſas. {Trif. deæ} Hecates, q̄ & Luna, & Diana, & Proſerpina creditur eſſe. {Lucoq; fo. quod nu. in il.} p̄ præpoſitio ſubintelligatur, hoc eſt p̄ numen Hecates Perſæ filiæ, q̄ in illo luco colebatur. in tēplo aūt Hecates (ut narrat Apollonius) Iaſon cū Medea cōuenit, ab eaq; & medicamenta accepit, & quo modo aduerſus gigantes e dētibus draconis orituros ſe gereret, cognouit. ita pręter oēm Æetę ſpem omnibus p̄poſitis certaminibus ſuperior euaſit. {Perq; pa. ſ.} p ſolem Æetæ patrē, quem ſibi ſocerum Medeæ coniugio cupiebat. {Cernen. cūcta} omnia aſpicientem. nā ut 3. Iliad. lib. ait Homer. ὃς πάντ᾽ ἐφορᾷ καὶ πάντ᾽ ἐπακούει, hoc eſt, Sol omnia & audit & uidet. {Et tan. pe.} quanta erat ſubiturus. {Creditus} contra loquendi conſuetudinem hoc participio uſus poeta eſſe uidetur. res. n. credita, elegāter dicitur. Iaſon uero creditus nō ita, niſi pro cōmiſſo accipiatur, quāq̄ creditus etiam gratus intelligi poſſit. {Cantatas her.} incantatas. neque. n. Medea Hecate matre minor fuit uenefica. {Sacrum Mau. in ar.} in ſacrū Martis lucum. in illo nāq; uellus aureū ſuper phago arbore collocatum a peruigili dracone ſeruabat̄.

{Medio agmine} media multitudine. {Purpureus} purpuratus, ac purpura ornatus. purpureum enim dicimus, quod totum ex purpura conſtat, purpuratum uero purpura ornatum. {Adamanteis naribus} quæ ne quidem poterant domari. Adamas nanque lapis eſt, qui nulla alia re quàm hircino ſanguine domatur, unde & nomen accipit. nam δαμάζω domo ſignificat. a uero particula eſt priuatiua. {Aeripedes} ære pedes armatos hābentes. [Apollonius non ære armatos, ſiue indutos, ſed totos æreos pedes habuiſſe dicit, a Vulcano factos. præterea & ora ex ære facta, quas Ouidius adamantinas nares dicit. Apollonii uerſus ſunt,

Τοὶ ἄρ᾽ ἐνὶ μεγάροισι κυταίεος Αἰήταο
Τεχνήεις Ἥφαιστος ἐμήσατο θέσκελα ἔργα.
Καί οἱ χαλκόποδας ταύρους κάμε, χάλκεα δέ σφεων
Ἦν στόματ᾽, ἐκ δὲ πυρὸς δεινὸν σέλας ἀμπνείεσκον,
Πρὸς δὲ καὶ αὐτόγυον στιβαροῦ ἀδάμαντος ἄροτρον
Ἤλασεν, ἠελίῳ τίνων χάριν, ὅς ῥά μιν ἵπποις
Δέξατο φλεγραίῃ κεκμηκότα δηιοτῆτι

{Pleni camini} plenæ carbonibus ignitis fornaces. {Silices fornace} periphraſis eſt calcis, quæ fit lapidibus ita excoctis, ut nihil humoris retineant, in quos quidem ſi immittant aquam, cum quodam ſtridore & ignem concipiunt, & diſſoluuntur.

RAPH. ASPERGINE} aſperſione.{Vſta}combuſta,ut per q̃ ignea flãma tranſeat.{Truces} torui aſpectu. {Ad ora uultus}ad faciem Iaſonis uenictis. {Præfixa ferro in ſummitate ferrum habentia fixum. {Biſulco pede} bifidis pedibus, quales boum eſſe uidemus.{Fumificis} fumum efficiẽtibus. ſpondeo aũt in quinta carminis ſede eſt uſus poeta,ut boum mugitus exprimeret. {Diriguere}exhorruere,expalluere. {Vllos anhelitus}ullos ſpiritus flammę exeuntis ex ore taurorum. Anhelatus ſecundũ regulã ab anhelando declinauit: quãuis anhelitus frequẽtius uſurpetur. Anhelare aũt eſt difficulter reſpirare. {Tantum medicamina poſſunt} parentheſis acclamationẽ in herbas medicas cõtinẽs in quarũ uires incredibilis rei cauſſam poeta refert. {Pendula palearia} pelles quę a gutture boũ pendẽt palearia dicũtur.{Ferro proſcindere}uomere exarare. {Mirantur Col.} ſtupeſcũt rei nouitate. Colchi autẽ Scythię ſunt populi Ægyptiorum coloni,ut Apollonius ait, & Herodotus cõfirmat,qui & de pudendorum circuncíſione meminit,& de lini textura,& legibus Ægyptiorum illos uti ait. {Vipereos dentes} ſerpentis illius dentes,quẽ in tertio poeta narrauit a Cadmo fuiſſe interfectum. nã, ut Pherecydes narrat, pars illorũ dentiũ a Marte & Pallade Cadmo tradita fuit: altera Æetæ Colchorum regi, ut ante diximus. [Apollonius lib. 3.

πόρε δέ σφιν ἰᾶσιν.
Κρείων αἰήτης χαλεποὺς ἐς ἀέθλον ὀδόντας
Ἀονίοιο δράκοντος, ὃν ὠγυγίῃ ἐνὶ Θήβῃ
Κάδμος ὅτ' Εὐρώπην διζήμενος εἰσαφίκανε,
Πέφνεν, ἀρητιάδι κρήνῃ ἐπίουρον ἐόντα,
Τοὺς δὲ θεὰ τριτωνὶς ὑπ' ἐγγενύων ἐλάσασα
Αἰήτῃ πόρε δῶρον, ὁμῶς αὐτῷ τε φονῆϊ.

{Spargit} diſſeminat. {Semi. *p̃cincta}infecta potẽti ueneno,ut ex qb⁹ homines armati ſint nati. {Sati} ſeminati.{Noua corpora} magna hominũ armatorũ corpora. {Vtq; hoīs ſpe.} hac ſimilitudine declaratur, quomodo dentes ſerpentis figuram contraxerint humanã. {Perq; ſuos nume.}p̃ ſuas oẽs particulas. {Cõſurgit} cooritur. {In ar. fœ.} in agro fœcũdo,q tot armatos peperit.{Arma ſi.edi.} ſimul nata cum illis hoībus.{Torquere} cũ impetu mittere.

*ſubito Miniæ, ille*

dẽtes draconis in homines armatos.

{Pelaſgi} Minyæ Theſſali. {Ipſa quo.} Medea. {Et ſu.ſine ſang.}q timẽt,& pallidi & frigidi fiunt.timore nãq; ſanguis ad cor a phyſicis refugere p̃hibetur.{Gramina}herbę.{Carmẽ aux.} incantationem opitulantẽ.{Secretas ar.} magicas artes occultas.{Martẽ} bellũ.{Ciuili a.} pugna ciuili.{Terrigenę} ex terra geniti. {Gratãtur} lętantur,gratulãturq; Iaſoni uictori.{Victoréq; t.} amplectũtur,qa uictorem. {Affectu.t.} amore occulto. {Et diis auct. ho.} diis inferis,Hecateq; i primis. {Peruigilẽ}ſemp uigilantem.{Supereſt} reliquũ eſt ex iis q iuſſerat Æeta.{Sopire} in ſomnũ adducere. eorũ aũt ſequitur opinionem Ouid. q aiũt dracone ſopito uellus aureũ ab Iaſone fuiſſe ablatũ. Pherecydes nãq; draconẽ ſcribit a Iaſone fuiſſe interfectũ. {Herbis} herbarũ uiribus. {Pręſignis} inſignis. {Aureæ arb.} in qua uellus aureũ ſuſpenſum erat. in phago nanq; arbore ſuſpẽſum a uaſto, & monſtroſæ magnitudinis dracone cuſtodiebatur. eſt aũt ſynęreſis & coagmentatio duarum uocalium in unam ſyllabã, niſi malimus dicere uerſũ eſſe hypermetrum, cũ pręſertim ſequens uerſus incipit a uocali. {Lethæi ſuc.} ſomnum obliuionẽq; inducentis. λήθη.n.unde letheus declinatur, obliuio dicitur.{Verba fa.} carmina inducẽtia. {Siſtũt} ſtare faciũt.{Auro}aureo uellere.fere aũt oẽs aureũ fuiſſe uellus ſcribunt: Simonides uero modo albũ, modo purpureũ illud uocat. {Heros Æſo.}Iaſon Æſonides.poſſeſſiuũ.n.p̃ patronymico poſuit. {Muneris auct.}Medeam,q̃ auctor et cauſſa fuit, ut Iaſon uellere aureo potiret. {Victor} uoti cõpos. {Colchiacos por.} ſic quidẽ fere legit. ſicq; legẽdũ eſſe,ego quoque olim cõtẽdi:nũc cũ uetuſto exẽplari animaduerterim Iolciacos ſcriptũ eſſe, facile in eã ſum adductus opinionẽ, ut ſentiam Colchiacos i Iolciacos eſſe cõmutãdũ.eſt.n.Iolcos, q̃ & Iõolcus dr̃ ab Hom. urbs Theſſ.Iaſonis patria, ab Iolco Amyri filio dicta, ut Steph. de urbib⁹ ſcribit. unde Iolcius & Iolciacus declinat. tametſi is, q hoc egregium opus e latina in gręcam linguã trãſtulit, Cecropias turres legat,hoc eſt, κεκρο πίους πύργους:ſed & ipſe in deprauatum inciderat exẽplar. de Iolco aũt meminit & Sene. An maris uaſti domitrix Iolcos.

*illos*

*, &*

*Cecropias*

Concipiunt ignem liquidarum aſpergine aquarum:
Pectora ſic intus clauſas uoluentia flammas,
Gutturaq; uſta ſonant. tamen illis Aeſone natus
Obuius it. uertẽre truces uenientis ad ora
Terribiles uultus, præfixaq; cornua ferro,
Puluereumq; ſolum pede pulſauere biſulco,
Fumificisq; locum mugitibus impleuere.
Diriguere metu *Minyæ. ſubit *ille, nec ignes
Senſit anhelatos, (tantum medicamina poſſunt)
Pendulaq; audaci mulcet palearia dextra:
Suppoſitosq; iugo pondus graue cogit aratri
Ducere, & inſuetum ferro proſcindere campum.
Mirantur Colchi: Minyæ clamoribus augent,
Adiiciuntq; animos. galea tum ſumit ahena
Vipereos dentes, & aratos ſpargit in agros.
Semina mollit humus ualido prætincta ueneno:
Et creſcunt, fiuntq; ſati noua corpora dentes.
Vtq; hominis ſpeciem materna ſumit in aluo,
Perq; ſuos intus numeros componitur infans,
Nec niſi maturus communes exit in auras:
Sic ubi uiſceribus grauidæ telluris imago
Effecta eſt hominis, fœto conſurgit in aruo:
Quodq; magis mirum eſt, ſimul edita cõcutit arma.
Quos ubi uiderunt præacutæ cuſpidis haſtas
In caput Aemonij iuuenis torquere parantes,
Demiſere metu uultumq;, animumq; Pelaſgi.
Ipſa quoq; extimuit, quæ tutum fecerat illum:
Vtq; peti uidit iuuenem tot ab hoſtibus unum,
Palluit, & ſubitò ſine ſanguine frigida ſedit:
Ne'ue parum ualeant a ſe data gramina, carmen
Auxiliare canit, ſecretasq; aduocat artes.
Ille grauem medios ſilicem iaculatus in hoſtes,
A ſe depulſum Martem conuertit in ipſos.
Terrigenæ pereunt per mutua uulnera fratres,
Ciuiliq; cadunt acie. gratantur Achiui,
Victoremq; tenent, auidisq; amplexibus hærent.
Tu quoq; uictorem complecti barbara uelles.
Obſtitit incepto pudor. *at complexa fuiſſes;
Sed te, ne faceres, tenuit reuerentia famæ.
Quod licet, affectu tacito lætaris, agisq;
Carminibus grates, & diis auctoribus horum.
Peruigilem ſupereſt herbis ſopire draconem;
Qui criſta, linguisq; tribus præſignis, & uncis
Dentibus horrendus, cuſtos erat arboris aureæ.
Hunc poſtquam ſparſit Lethæi gramine ſucci,
Verbaq; ter dixit placidos facientia ſomnos,
Quæ mare turbatum, quæ concita flumina ſiſtunt:
Somnus in ignotos oculos aduẽnit; & auro
Heros Aeſonius potitur: ſpolioq; ſuperbus,
Muneris auctorem ſecum ſpolia altera portans,
Victor *Iolciacos tetigit cum coniuge portus.

Æmonæ

ARG. Iaſon poſt q̃ Medeam abductam in Græciam duxit, & premiſſo coniugio ſibi copulauit, multis rebus expertus ingenium eius petiit parentem Æſonem ſenectute eliſum in adoleſcentiam reduceret. at illa amore nondum depoſito, quem ex iuuentute ceperat, nihil negando ei, ahenum conſtituit, herbarumq; genera, quarum ſcientiam habebat, uariis regionibus quæſita incoquens, poſtq̃ animaduertit ſtipitem, quo uerſabat herbas, in arborem oleam ornatam baccis eſſe conuerſum, quæ quoque ex deſpumato aheno in terram deciderant, in herbam latiſſimam eſſe conuerſa, maturum tempus exiſtimans, Æſonem interemptum madentibus herbis immiſcuit: &, ut promiſerat coniugi, ex ſenectute in priſtinum uigorem perduxit.




AEmoniæ matres pro natis dona receptis,
Grandæuiq; ferunt patres, congeſtaq; flamma
Tura liquefaciunt; indutaq; cornibus aurum
Victima, uota facit. ſed abeſt gratantibus Aeſon.
Iam propior letho, feſſusq; ſenilibus annis.
Tum ſic Aeſonides: O cui debere ſalutem
Confiteor coniux, quanquàm mihi cuncta dediſti,
Eceſſitq; fidem meritorum ſumma tuorum:
Si tamẽ hoc poſſunt, (quid enim nõ carmina poſſunt?)
Deme meis annis, & demptos adde parenti.
Nec tenuit lacrymas. mota eſt pietate rogantis:
Diſſimilemq; animum ſubiit pater Aeeta relictus.
Non tamen affectus tales confeſſa, Quod, inquit,
Excidit ore tuo coniux ſcelus? ergo ego cuiquam
Poſſe tuæ uideor ſpatium tranſcribere uitæ?
Non ſinat hoc Hecate: nec tu petis æqua: ſed iſto,
Quod petis, experiar maius dare munus Iaſon.
Arte mea ſoceri longum tentabimus æuum,
Non annis renouare tuis: modò diua triformis
Adiuuet, & præſens ingentibus annuat auſis.
Tres aberant noctes, ut cornua tota coirent,
Efficerentq; orbem. poſtquam pleniſſima fulſit,
Et ſolida terras ſpectauit imagine Luna,
Egreditur tectis ueſtes induta recinctas,
Nuda pedem, nudis humeris infuſa capillos:
Fertq; uagos mediæ per muta ſilentia noctis
Incomitata gradus. homines, uolucresq;, ferasq;
Soluerat alta quies. nullo cum murmure ſerpens,
Sopito ſimilis, nullo cum murmure ſerpit:
Immotæq; ſilent frondes: ſilet humidus aer:
Sidera ſola micant. ad quæ ſua brachia tendens,
Ter ſe conuertit, ter ſumptis flumine crinem
Irrorauit aquis, ternis & hiatibus ora
Soluit: & in dura ſummiſſo poplite terra,
Nox, ait, arcanis fidiſſima, quæq; diurnis
Aurea cum Luna ſucceditis ignibus aſtra,
Tuq; triceps Hecate, quæ cœptis conſcia noſtris,
Adiutrixq; uenis, cantusq;, arteſq; magorum,

RAPH. ÆMONIÆ matres} Theſſalæ. nam Theſſalia uariis nominibus fuit appellata. ſiquidem & Æmonia, & Pyrrhonia a Pyrrha Deucaliõis uxore fuit cognominata. hæc uero ad copulationem ſequentis Metamorph. narrantur. Iaſon enim cum Medea a Colchis reuerſus, cum Æſonem patrem ſenio confectum offendiſſet, uxorem Medeam rogauit, ut ſibi ademptos annos patri apponeret. Medea uero maius quàm petebatur pollicita, uariis undiq; herbis collectis unaq; concoctis, Æſonem iam decrepitum ad quadraginta annorum ætatem reuocauit. {Dona ferunt} templis ſubaudiatur. diis enim ſacrificabant propter filiorum reditum. {Induta aurum} induta habens cornua auro. uictimarum nanque cornua inaurabantur. {Vota facit} peragit uota. {Gratantibus} gratias diis agentibus. {Iam propior leto} iam morti propinquus. {Tunc ſic Æſonides} dixit ſubaudiatur. {O cui debere ſalutem} gratum ſe oſtendit eſſe Iaſon, quo facilius id, quod uult, impetrare poſſit. eſt autem ordo & ſenſus, coniux, cui me confiteor debere ſalutem, quanquam mihi cũcta dediſti, & ſumma ac magnitudo tuorũ meritorum fidem ſuperauit, tamen deme mihi annos, & demptos appone meo patri, ſi carmina hoc efficere poſſunt: reliqua per parentheſim leguntur. {Diſſimilem animum} impium, qui nulla parentis pietate moueri ſolitus eſt. {Non tamen affectus tales} non tamen, inquit, ſe ulla teneri patris Æetæ pietate confecta eſt Medea. {Ergo ego cuiquam} amantis ſeruat decorũ mulieris, quæ amanti annos producere potius q̃ abbreuiare ſemper cupit. quare indignatur Medea, quod Iaſon tam parum ab ipſa ſe amari putet, ut poſſit ipſi demere annos, quos alii attribuat. Ergo autem, hoc loco affectui & indignationi ſeruit. ſic Auguſtus, Ergo'ne ſupremis potuit uox improba uerbis.

{Tranſcribere} tranſponere. [Elegans metaphora ab iis, qui nomina, ſiue pecuniam aliis creditoribus tranſcribunt. ſic Terentius, Iube illud aurum tranſcribi denuo.] {Cuiquam} alicui qui mihi te ſit charior. {Nec tu petis æqua} honeſta. {Diua triformis} Hecate ueneficiorum, carminumq; auctor. {Præſens} propitia. {Annuat} conſentiat. {Vt cornua tota coirent} hoc eſt, ut cornua Lunæ tota complerentur, atque coniungerentur, ut pleniluniũ fieret. {*Nudos humeris infuſa capillos} ſynecdoche poetica, hoc eſt per nudos humeros ſparſos capillos habens. {Soluerat alta quies} intempeſtam, mediamq; noctem fuiſſe oſtendit, quo tempore omnia in ſomnum animalia reſoluuntur. {Irrorauit} inſperſit. {Ternis & hiatibus ora Soluit} ter os, inquit, aperuit. {Summiſſo poplite} ſummiſſis genibus ac flexis. {Nox ait arcanis fidiſſima} inuocationes, præceſq; Medeæ deſcribit poeta ueneficæ maxime conuenientes. {Diurnis ignibus} ſoli. {Triceps Hecate} Luna, quæ eadem eſſe cum Diana, ac Proſerpina dicitur, iccircoq; & triceps, & triformis uocatur. ſic quidem fere exponitur hic locus: ſed uidetur poeta tricipitem Hecatem uocaſſe ad Orphei imitationem, qui in Argonauticis ipſam τρικέφαλον appellat, quòd tria habeat capita, equinum dextrum, medium hominis ſylueſtris, ſiniſtrum caninum. ueneficarum autem dea eſt Hecate, quæ ab Apollonio etiam Brimo uocatur propter deæ horrorem. {Cantus} incantamenta.

Quæq; magos Tellus pollentibus inſtruis herbis,
Auraq;, & uenti, monteſq;, amneſq;, lacuſq;,
Diiq; omnes nemorum, diiq; omnes noctis adeſte:
Quorum ope, cum uolui, ripis mirantibus, amnes
In fontes rediere ſuos, concuſſaq; ſiſto,
Stantia concutio cantu freta, nubila pello,
Nubilaq; induco, uentos abigoq;, uocoq;,
Vipereas rumpo & uerbis, & carmine fauces,
Viuaq; ſaxa, ſua conuulſaq; robora terra,
Et ſyluas moueo, iubeoq; tremiſcere montes,
Et mugire ſolum, maneſq; exire ſepulcris.
Te quoq; Luna traho: quamuis temerata labores
Aera tuos minuant: currus quoq; carmine noſtro
Pallent, ac pallet noſtris aurora uenenis.
Vos mihi taurorum flammas hebetaſtis, & unco
Haud patiens oneris collum preſſiſtis aratro.
Vos ſerpentigenis in ſe fera bella dediſtis,
Cuſtodemq; rudem *ſomno ſopiſtis, & aurum
Vindice decepto Graias miſiſtis in urbes.
Nunc opus eſt ſuccis, per quos renouata ſenectus

RAPH. ADESTE} auxilio eſte. {Concuſſaq; ſiſto} agitata ſtare facio. {Stantia freta} maria quieta. nunquam enim ſtat mare. {Te quoq; Luna traho} de cælo detraho. nã ueneficæ finguntur carminibus Lunam e cælo detrahere. hoc autem ſibi facere uidebantur Theſſalæ mulieres olim deceptæ ab Aglaonice, Hegemonis filia, quæ cum aſtrologiæ perita eſſet, defectuſq; Lunæ cognoſceret, iactabat ſe Lunã de cælo detrahere eo tẽpore, quo deficiebat. quare in maximas incidit calamitates, tantæ impietatis pœnas luens, unde & prouerbium ortum eſt, Lunã detrahit, in eos qui a calamitatibus uexẽtur. {Temerata æra} percuſſa ærea uaſa. temerare autem ſignificat uiolare. Vaſa uero tum, cũ pulſantur, uiolari uidentur. Creditur autem uulgo Luna ueneficarum carminibus deficere, quæ ne ad ipſam poſſint peruenire tinnitu æreorum uaſorum occuritur. de qua re etiam Plutarchus meminit, in libello de facie appa. in Lu.

COEL. RHOD.

AEs aũt græci χαλκὸν dicũt, uti præſtruximus. eius uerbi etymũ afferri uariũ ſolet, opinatis quibuſdam inde corriuari, quòd fortitudini ſit accõmodum, quam ἀλκὴν uocant, adiecta craſſioris ſoni littera ex linguæ Doricæ proprietate. Ioannes Grãmaticus in commentario in Heſiodum a Chalybum gente inflectit, ut dicatur Chalcos, quaſi Chalybos. Apud eos uero in Scythia populos primitus inuentum traditur ferrum, proindeq; Chalcon id nuncupauere. nam ante ferri uſum æs memoratur compertum, propterea id ferro nomẽ impoſitum, qđ Euſtathius quoq; ſignificat. & cum apud Homerum legimus χάλκεον ἔγχος, non utiq; æneum interpretantur, ſed ferreum, ex ueteri more appellatione propagata. Quod uero armis uterentur æneis prius, non ferreis, aſtipulatur Heſiodus eo uerſu,

Χαλκῷ δ' εἰργάζοντο, μέλας δ' οὐκ ἔσκε σίδηρος.

Ære laborant, necdum ferrũ erat nigrum. Sunt qui ferrum putent per appoſiti formam dici χαλκὸν, παρὰ τὸ χέειν τὴν ἀλκὴν ꝙ fundat diſſipetq; interemptorum uires. Chalcida Eubœa ciuitatem arbitrantur appellatam nõnulli, ꝙ ibi primum ærariæ fabricæ memorentur compertæ. quanquam alii, quod Euſtathius ſcribit, a Cõbe puella Chalcidis cognomento, Aſopi filia, duci uocabulum putant, cui æneę armaturæ inuentionem acceptam referunt. de qua intellexiſſe Ouidium arbitrantur Metamorphoſeon 7.

Adiacet his Pleuron, in qua trepidantibus alis
Orphias effugit natorum uulnera Combe.

Quam Iamben tranſtulit Planudes, uti meminit Cæcilius Minutianus Apuleius. Chalcos, ideſt χαλκοῦς, apud Plutarchum inuenies in Catonis ſenioris uita. Interpres, ęra ſimpliciter reddidit, cum tamen traditum eruditis ſit, obolum Atticis chalcos cõplecti octonos, uel, ut Plin. denos, binis chalcis conſtat quadrans: unde dichalcus etiã dictus. Ærarios porrò fabros in Lẽno inſula fuiſſe plures, cõperio, qui omnium primi ænea cõmoliti tela, Sinties hinc uocitati tradũtur, qua uoce nocumentũ græca ratione ſignatur, nata inde fabula, exceptum a Lemniis lapſum de cœlo Vulcanum. Quod referunt alii ad eos, qui crebri uiſuntur in inſula ignũ crateres. Chalcem Euſtathius purpuram interpretatur. unde appellari Chalcantem conicctat, ut qui profunde uaticinia conciperet: quãquam & ab æneo colore fingi potuiſſe nomen non inficiatur, quem tñ purpureum intelligit. Apud Ariſt. eſt inter piſces nomine chalcis, quem æricam Theodorus reddidit, ab aliis dicitur etiã zignis. Æs porrò in ſacris & excantationibus magnam habuiſſe ueteribus auctoritatẽ ac uim ſcribit Theocriti interpres in poetæ Pharmaceutria, proptereaq; in lunæ deliquiis adhiberi ſolitum, καὶ ἐπὶ τοῖς κατοιχομένοις. i. & hominũ morte. purius. n. ceteris habebatur. καὶ ἀπελαστικὸν τῶν μιασμάτων. i. pollutionem expiatorium. inde eo utebantur in purificationibus uniuerſis, ut in lib. de diis ſcripſit Apollod. Quin & Coræ, ſeu Proſerpinæ ſacerdos Athenis æneũ pulſare inſtrumentũ aſſuerat, quod ἠχεῖον uocant. apud Laconas rege defuncto lebetibus obtinnire, fuit ueteris inſtituti. Et Sophoc. in tragœd. cui titulus Rhizotomi. i. radicũ ſectores, Medeã ſcribit herbas ſecantem, ſuccos in cados refudiſſe ęneos, herbas uerò æneis ſubſecuiſſe falcibus. Ex quo & Virgilius, ſomni

Falcibus & meſſæ ad lunam quæruntur ahenis,
Pubentes herbæ, nigri cum lacte ueneni.

In his uero potiſſimum ſacris ænea adhiberi uaſa Macrobius ſolita ſcribit, quibus delinire aliquos, aut deuouere, aut denique exigere morbos uellent. Sed & Carminius libro De Italia ſecundo, Thuſcos æneo uomere in condendis urbibus uſos in traiecticiis eorum ſacris, ſe inueniſſe ſcribit. Quin & Sabinorum ſacerdotes æneo cultro attonderi conſueuiſſe. Æris porrò ſonos, ceu rem potentiſſimam, multis rebus græcorum uetuſtiſſimos adhibuiſſe, palàm eſt. Cur uero æris diſſono crepitu deficienti lunæ auxiliarentur antiquiores, quod & Manilius ſignificat, ſed & Ouidius,

Te quoque Luna traho, quamuis *Temeſæa labores
Æra tuos minuant.

Alexander etiam rationem affert eiuſmodi: Æs & ferrum, inquit, quatiunt mortales, quod inde abigi dæmonas, creditum ſit: quo tempore ſidera hæc uim ſuam ad terras non perducant, quæ & hominibus proſit, & improbos retrudat dæmonas. Moris huius meminit Titus item Liuius ab Vrbe condita 26. Campanorum, inquit, imbellis multitudo, cum æris crepitus, qualis in defectu lunæ ſilenti nocte fieri ſolet, edidit clamorem. Et, ut Plinium prætercam, etiam Thebaidos 6. Papinius, Procul auxiliantia gentes æra crepant. Paleas inuenio ramentulas dici æris, palearum imagine quadam, quæ iam liquato ære ac percocto expuuntur flatu uehementiore, uti Plin. ſcribit. etiamſi nõ latet, Hermolao ſecus uideri. {Currus quoque} tui ſubaudiantur. nam & Luna curru, ut Sol, dicitur uehi. {Vos mihi} in gratiam meam. {Hebetaſtis} hebetes reddidiſtis ſic, ut comburere non poſſent. {Vos ſerpentigenis} e dentibus ſerpentum genitis hominibus. {In ſe} contra ſe ipſos. {Rudem ſomno} ſic quidem legitur, exponiturq; expertem ſomni draconem atque peruigilem. ſed cum hoc nomen, rudis, genitiuo iungatur, aut ſomni mihi uidetur legendum, aut certe rudem in rubrum uertendum. quo quidem modo is, qui in græcam linguam hoc opus conuertit, legere uidetur, hoc eſt φοινικοῦν φιλάχα, ut ad criſtas, & oculos rubentes referamus. {Aurum} aureum uellus. {Vindice} cuſtode dracone.

In florem redeat, primoſq́; recolligat annos.
Et dabitis: neq; enim micuerunt ſidera fruſtra,
Nec fruſtra uolucrum tractus ceruice draconum
Currus adeſt. aderat demiſſus ab æthere currus.
Quò ſimul aſcendit, frenataq́; colla draconum
Permulſit, manibusq́; leues agitauit habenas,
Sublimis rapitur, ſubiectaq́; Theſſala Tempe
Deſpicit, & uiſis regionibus applicat angues:
Et quas Oſſa tulit, quasq́; altus Pelion herbas,
Otryxq́;, & Pindus, & Pindo maior Olympus,
Perſpicit, & placitas partim radice reuellit,
Partim ſuccidit curuamine falcis ahenæ.
Multa quoq; Apidani placuerunt gramina ripis,
Multa quoq; Amphryſi: nec eras immunis Enipeu.
Nec non Peneus, nec non Sperchiades undæ
Contribuere aliquid, iuncoſaq; littora Bœbes.
Carpſit & Euboica uiuax Anthedone gramen
Non dum uulgatum mutato corpore Glauci.
Nona dies illam curru, pennisq́; draconum,
Nonaq́; nox omnes luſtrantem uiderat agros:
Cùm rediit, nec erant tacti, niſi odore dracones,
Et tamen annoſæ pellem poſuere ſenectæ.
Conſtitit adueniens citra limenq́;, foresque,
Et tantùm cælo tegitur, refugitq́; uiriles
Contactus: ſtatuitq́; aras e cæſpite binas,
Dexteriore Hecates, at læua parte iuuentæ.
Has ubi uerbenis, ſyluaq́; incinxit agreſti,
Haud procul egeſta ſcrobibus tellure duabus
Sacra facit, cultroſq́; in guttura uelleris atri
Coniicit, & patulas perfundit ſanguine foſſas.
Tum ſuper inuergens *liquidi carcheſia uini,
Alteraq́; inuergens *tepidi carcheſia lactis,
Verba ſimul fundit, terrenaq́; numina poſcit,
Vmbrarumq́; rogat rapta cum coniuge regem,
Ne properent artus anima fraudare ſenili.
Quos ubi placauit precibusq́;, & murmure longo,
Aeſonis effœtum proferri corpus ad aras
Iuſſit, & in plenos reſolutum carmine ſomnos
Exanimi ſimilem ſtratis porrexit in herbis.
Hinc procul Aeſonidē, procul hinc iubet ire miniſtros;
Et monet arcanis oculos remouere profanos.
Diffugiunt iuſſi: ſparſis Medea capillis
Bacchantum ritu flagrantes circuit aras,
Multifidasq́; faces in foſſa ſanguinis *atri
Tingit, & infectas geminis accendit in aris;
Terq́; ſenem flamma, ter aqua, ter ſulphure luſtrat.
Interea calido poſitum medicamen aheno
Feruet, & exultat, ſpumisq́; tumentibus albet.

RAPH. VOLVCRVM draconum} alatorum, a quibus Medea uehebatur. {Permulſit} blande pertractauit. {Sublimis rapitur} in altum aerem tollitur. {Deſpicit} deorſum aſpicit. {Et*cretis} ſecretis ac ſemotis: aut certe uiſis & aſpectis. [Aut etiam decretis. nam & alibi inuenias cernere, pro decernere poſitum. Tacitus 15. annot. Illum locum, tempusq́; deſtinatum, quid de Armenia cerneret.] {Quasq́; altus Pelion} figurate dictum eſt. Altus enim ad montem refertur. ſunt autem montes hi omnes Theſſaliȩ, de quibus multa in ſuperioribus diximus libris. {Perſpicit} diligenter inſpicit. {Radice} cum præpoſitio ſubaudiatur, ut cum radicibus euulſas herbas intelligamus. {Curuamine falſis ahe.} falce ȩrea curua. [Imitatur hoc loco Virgil. poeta. nam & ille de Didone eodem modo inquit:

Falcibus & meſſæ ad Lunam quæruntur ahenis,
Pubentes herbæ nigri cum lacte ueneni. &c.

cuius rei exemplum Macrobius oſtendit ex græco Sophocle acceptum eſſe, q & ipſe Medeam fingit nudis pedibus & ahenis falcibus maleficas herbas ſuccidiſſe. nam omnino ad rē diuinam faciendam uaſa atque arma ahena adhibuiſſe ueteres, idē Macrob. auctor eſt. Sophoclis uerſus in hunc modum citantur:

Αἱ δὲ καλύπτραι κίσαι ῥιτῶν κρύπτουσι τομάς,
Ἃς ἡ δὲ βοῶσ' ἀλαλαζομένη γυμνὼ.]
Χαλκέοισιν ἤμα δρεπάνοις.

tepidi c. lactis, liquidi c. mellis,

{Multa quoq; Eridani} nō ſolum, inquit, in montibus ſed etiam in fluuiorum ripis herbas collegit Medea. cum autem Theſſaliȩ fluuios enumeret poeta, importune admodum de Theſſalia in Italiam Atticam'ue (nam utriuſq; fluuius eſt Eridanus) fingitur tranſiliiſſe Medea. quare loco Eridani contenderim Apidani eſſe legēdum, cū pſertim Apidanus, ut ante quoque diximus, notiſſimus Theſſaliæ ſit fluuius. {Nec eras im. Enip.} apoſtrophe ad fluuiū, quē immunem, hoc eſt ſine munere non fuiſſe ait, quia Medea in illius quoq; ripis multas collegit herbas. {Iuncoſaq́; littora Ph.} ſic quidem legitur, ſed corrupte, ut mihi uidetur. neq; enim Phœbe locus eſſe in Theſſalia, quod ſciā, inuenitur. tametſi quidam imperiti Phœbē pro Delo inſula putent accipiendā, quòd Phœbi & Phœbes, hoc eſt Apollinis & Dianæ patria eſſe dicatur. ſed cū Theſſaliæ loca peragraſſe Medeā poeta ſcribat, inepta eſſe iſta expoſitio coarguitur. mihi uero loco Phœbes placet Bœbes legendū, ut quam minimū poſſumus, a ſimilitudine nominū diſcedamus. nā ut in 9. refert Str. Bœbe urbs Theſſaliæ fuit Bœbeidi lacui adiacens. uidetur aūt poeta Bœbē pro Bœbeide lacu poſuiſſe, cuius litora iuncoſa a iuncorum multitudine uocat. huic aūt meȩ correctioni etiam Apollonii interpres ille grȩcus aſtipulatur. {Necnon Peneus} fluuius eſt Theſſaliæ Peneus, qui & Araxes fuit uocatus, eo ꝙ Oſſa abrumpit ab Olympo, unde etiā Araxes Armeniæ fuit appellatus. {Et Eub. Ant.} Anthedō urbs eſt Bœotiȩ, ab Anthedone dicta Dii filio, cuius pater fuit Anthus Neptuni filius ex Alce Abantis filia. eſt & alia Anthedō in Phœnicia, unde Anthedonius, et Anthedonites declinantur. {Viuax gramen} ab effectu, ꝙ uitā reddat & conſeruet. {Nondum uulg.} nōdum uulgo notū. in tranſcurſu autem poeta Glauci quoq; Metamorphoſin tāgit, quā tñ in lib. 13. copioſe deſcribit. nā Glaucus cum eſſet piſcator, animaduertit piſces tactu cuiuſdam herbȩ in mare reſilientes, quam quidē cū & ipſe guſtaſſet, in mare exiliuit, ac in deū marinum cōuerſus, Scyllā uehementer amauit. {Nec erant tacti} aliā quoq; Metamorphoſin tangit. nam dracones illi alati odore tantum herbarū, quas Medea collegerat, ſenectā depoſuerunt. {Et tantū cœlo tegit.} non etiā tecto, ſub dio autem eā pernoctaſſe, nec domum intraſſe ſignificat poeta. {Statuit} erexit. {Iuuentæ} iuuenilis ȩtatis deæ. {Egeſta tel.} extracta terra. {Scrobibus} foſſis. {Velleris atri} ouiū nigrarum, q̄ Hecatæ, aliisq́; diis inferis ſunt gratȩ. {Carcheſia} uaſa ſunt ad potandū accōmodata. Virg. 1. Æn. Hic duo rite mero libans carcheſia Baccho. Carcheſia etiā dicuntur ſummȩ nauis mali partes, p quarū foramina funes immittunť. {Poſcit} inuocat. {Vmbrarum re.} Plutonē. {Rapta cū cōiu.} cum Proſerpina in Sicilia a Plutone rapta. {Fraudare} priuare. {Effœtū} uiribus euacuatū. {Plenos} pfectos. {Porrexit} extēdit. {Carmine} incātatione. {Profanos} nō initiatos. {Bacchantum ritu} Bacchatū more. {Flagrantes} ardētes. {Multifidas} in multas partes ſiſſas. {Tingit} madefacit. {Terq́; ſenē flā.} ter, inquit, ſenē purgat, igne, aqua, ſulfure, hæc, n, tria purgationib° ab antiqs adhibebanť.

Glaucus in deum marinū.

atra

Illic Aemonia radices ualle reſectas,
Seminaque, & flores, & ſuccos incoquit atros.
Adiicit extremo lapides Oriente petitos,
Et quas Oceani refluum mare lauit arenas.
Addidit exceptas Lunæ de nocte pruinas,
Et Strigis infames ipſis cum carnibus alas,
Inq; uirum ſoliti uultus mutare ferinos
Ambigui profecta lupi. nec defuit illi
Squamea Cyniphii tenuis membrana Chelydri,
Viuacisq; iecur cerui. quibus inſuper addit
Ora, caputq;, nouem cornicis *ſæcula paſſæ.
His & mille aliis poſtquam ſine nomine rebus
Propoſitum inſtruxit mortali barbara munus,
Arenti ramo iam pridem mitis oliuæ
Omnia confudit, ſummisq; immiſcuit ima.
Ecce uetus calido uerſatus ſtipes aheno
Fit uiridis primò, nec longo tempore frondes
Induit, & ſubitò grauidis oneratur oliuis.
At quacunque cauo ſpumas eiecit aheno
Ignis, & in terram guttæ cecidere calentes,
Vernat humus, floresque, & mollia pabula ſurgunt.
Quæ ſiumul ac uidit, ſtricto Medea recludit
Enſe ſenis iugulum, ueteremq; exire cruorem
Paſſa, replet ſuccis: quos poſtquā combibit Aëſon,
Aut ore acceptos, aut uulnere; barba, comæq;
Canicie poſita nigrum rapuere colorem.
Pulſa fugit macies: abeunt pallorque, ſitusque:
Adiectoq; cauæ ſupplentur corpore rugæ:
Membraq; luxuriant. Aeſon miratur, & olim
Ante quater denos nunc ſe reminiſcitur annos,
Diſſimilemq; animum ſubiit, ætate relicta.

ARG. Liber pater ut animaduertit Æſonis ſenectutē remediis Medeam expuliſſe, petiit, ut ſuis quoq; nutricibus ferret auxilium, easq; in adoleſcentiæ uigorem reduceret: cuius auctoritate illa compulſa eiſdem remediis, quibus Æſonem, in primitias reduxit, Liberoq; æternum beneficium dedit.

Viderat ex alto tanti miracula monſtri
Liber: & admonitus iuuenes nutricibus annos
Poſſe ſuis reddi, capit hoc a Colchide munus.

ARG. Peliades, Peliæ filiæ, ut uiderunt arietem ætate grauatum herbis a Medea in agnum transfiguratum, ambitioſius ab ea petere cœperunt, ut Peliæ parenti reſtitueret, quam temporis proceſſione amiſiſſet, iuuentutem. quod ut illa accepit, cupiens inimicum Iaſonis data occaſione punire, impulit eas, ut parentem interficerent, laceratumq; in ahenum feruens dimitterent. quod ut factum eſt, currum draconibus iunctum conſcendit, & per aera elata conſpectum inimicorum profugit.

Ne'ue doli ceſſent, odium cum coniuge falſum
Phaſias aſſimulat, Peliæq; ad limina ſupplex

RAPH. ÆMONIA ualle} in uallibus Theſſaliæ. {Extremo oriente} ex ultima oriētis parte. {Pruinas Lunæ} quæ a Luna generantur. humiditatum enim auctor eſt Luna. {Et ſtrigis infames} ſtrix auis eſt nocturna magno capite, roſtro, & unguibus aduncis, ut in 6. Faſt. deſcribit Ouid. Vulgus aūt putat ſtriges non eſſe aues, ſed uetulas, quę ſe ueneficio quodam in aues conuertūt, infantesq; dormiētes aggrediuntur, ac eorum ſanguinem ita exugūt, ut aut mortui inueniantur in cunis, aut diu uiuere nō poſſint. unde & poeta hoc loco ſtrigis alas infames ait, & uulgus ueneficas oēs ſtrigas uocat. Sane ſtriges a ſtridēdo ſunt cognominatæ, ut facile ex his Ouidii carminibus cōſtat: Eſt illis ſtrigibus nomē, ſed nominis huius Cauſſa, ꝙ horrēda ſtridere nocte ſolent. {Inq; uirū ſoli.} lupi etiā, inquit, ſe ſoliti in hominē conuertere particulæ huic medicamento additæ fuerūt. {Profecta} iteſtina a ꝓſecādo et recidendo dicta. alludit aūt id quod de lupis Plin. inquit, Homīnes in lupos uerti, rurſusq; reſtitui ſibi falſum eſſe exiſtimare debemus, aut credere omnia q̄ fabuloſa tot ſęculis comperimus. inde tn̄ ait, dictos fuiſſe ꝟſipelles. de qua re lib. 1. annotatū eſt. {*Cinyphei chel.} ſerpētis Libyci. nā Cinyps fluuius eſt Libyę q inter duas Syrtes ī mare Libycū exit. Chelydri uero teſtudines aquaticæ dicūtur. nā chelone teſtudo uocatur & chelys. unde & cithara chelys appellatur, quòd ex teſtudine fuerit a Mercurio confecta. {Viuacis cerui} diu uiuētis. ceruis enim, ut ſcribit Plin. uita in confeſſo longa, poſt centum annos aliquibus captis cum torquibus aureis, quos Alex. Magnus addiderat, adopertis iā cute in magna obeſitate. {Nouē ſec.} tot. n. annos cornices uiuere dn̄r. [Vt in carmine illo, quod inter Virgiliana circūfert,

Ter binos, deciesq; nouē ſuperexit in annos
Iuſta ſeneſcentum quos implet uita uirorum.
Hos nouies ſuperat uiuendo garrula cornix;
Et quater egreditur cornicis ſæcula ceruus, &c.]

{Mortali} Æſoni, quem ex ſene, ac decrepito iuuenem Medea erat effectura. {Mitis oliuæ} ab effectu, quòd oleū omnia mitia reddat, ſiue quòd paci dicata eſt oliua, quæ mites ac manſuetos homines reddit. {Ecce uetus} repente aridū oliuæ ramum uiridem eſſe factum oſtendit. {Vetus ſtipes} aridus oliuæ ramus. hanc autem in tranſcurſu Metamorphoſin ſignat. {Grauidis} ſucco plenis. {At quacunq; cauo ſpumas eiecit aheno} aliam itē Metamorphoſin deſcribit poeta. nam guttæ ſpumeæ ui ignis ex aheno feruenti in terram eiectæ in uarios flores fuere conuerſæ. {Vernat humus} uariis operitur floribus. tunc enim humus uernare dicitur, cum uariis ueſtitur herbis. {Surgunt} oriūtur. {Recludit} aperit. {Rapuere} celeriter accepere, contraxere. {Situs} ſqualor. eſt enim ſitus fœda quędā lanugo ex humo procreata in locis præſertim Sole carentibus. Virg. Per loca ſenta ſitu. inde fit ut corpora illota ſitum contrahere dicamus, & ſqualorē, qui etiam pędor uocatur. {Supplentur} implentur. {Adiecto corpore} adiecta carne rugæ tollūtur. {Luxuriāt} laſciuiunt. tunc autem mēbra luxuriare dicuntur, cū ualde pinguia atq; nitida uidentur. {Æſon miratur} ſtupeſcit. {Et olim Ante quater denos} hoc eſt, ſe ante quadragita annos natum fuiſſe recordatur, per qđ ſignificat Æſonē ex decrepito ſene in uirum quadraginta annos natū, [aut citra etiam, prout annos ſenectutis illius definias.] fuiſſe cōuerſum. {Diſſimilem animum} nā animus unà cū ętate mutatur. alius eſt enim animus iuuenis, alius uiri, alius ſenis. {Ætate relicta} depoſita ſenectute. {Viderat ex alto} Bacchus cum uidiſſet ex decrepito ſene iuuenem factum Æſonem, Medeā rogauit, ut nymphas quoq; ſuas nutrices iuuenilibus annis reſtitueret. quod facile a Medea impetrauit. hoc aūt ab Æſchylo ſumpſiſſe uidet Ouid. is enim in comœdia, quæ inſcribitur nutrices Bacchi, cum ſuis uiris recoctas, iuuenili ætati a Medea fuiſſe reſtitutas ait. {Suis nutricib.} nymphis, quæ, ut uidimus, infantem Bacchū educarunt. [quas Ouid. ſupra Nyſeidas, alii Didonidas uocāt, ut lib. 3. annotauimus.] {A Colchide} a Medea. {Ne'ue doli ceſſent} Medeæ ſubintelligatur. Narrat autem quēadmodum Medea ſenio cōfectum arietē agnū quidem effecit, Peliam uero interemit. nam Medea cū Peliam Iaſoni inimicum eſſe cognoſceret, quo facilius eum perdere poſſet, & ſe a Iaſone odio haberi ſimulauit, & Pelias filias ſibi cōciliauit. quæ cum uidiſſent arietem uetulum in agnum conuerti, impenſius a Medea petierunt, ut Peliam ſibi parentem reſtitueret ætati iuuenili. ipſa uero eis perſuaſit, ut ipſum interficerent, ac in uaſe aquæ pleno coquendū imponerent. quod quidem cum perpetraſſent, ipſa a draconibus in aerem ſublata aufugit, Corinthumq; tandem peruenit. {Phaſias} a Phaſi Colchorum fluuio declinata.

fœdera

Aridus oliuæ ramus reuireſcit.

Æſon ex decrepito iuuenis.

Guttæ aquæ in flores.

Nutrices Bacchi iuueneſcūt.

Quoniam

Confugit : atq; illam (quoniã grauis ipſe ſenecta eſt)
Excipiunt natæ : quas tempore callida paruo
Colchis amicitiæ *fallacis imagine cepit.
Dumq; refert inter meritorum maxima demptos
Aſonis eſſe ſitus, atque hac in parte moratur,
Spes eſt uirginibus Pelia ſubiecta creatis
Arte ſuum parili reuireſcere poſſe parentem.
Idq; petunt : pretiumq; iubent ſine fine paciſci.
Illa breui ſpatio ſilet, & dubitare uidetur,
Suſpenditq; animos ficta grauitate rogantum.
Mox ubi pollicita eſt, Quò ſit fiducia maior
Muneris huius, ait, qui ueſtri maximus æuo eſt
Dux gregis inter oues, agnus medicamine fiet.
Protinus innumeris effœtus laniger annis
Attrahitur, flexo circum caua tempora cornu:
Cuius ut Aemonio marcentia guttura cultro
Fodit, & exiguo maculauit ſanguine ferrum,
Membra ſimul pecudis, ualidoſq; uenefica ſuccos
Mergit in ære cauo. minuunt ea corporis artus,
Cornuaq; exurunt, necnon cum cornibus annos:
Et tener auditur medio balatus aheno.
Nec mora, balatum mirantibus exſilit agnus,
Laſciuitq; fuga, lactantiaq; ubera quærit.
Obſtupuere ſatæ Pelia : promiſſaq; poſtquam
Exhibuere fidem, tum uerò impenſius inſtant.
Ter iuga Phœbus equis in Ibero flumine merſis
Dempſerat, & quarta radiantia nocte micabant
Sidera, cum rapido fallax Aeetias igni
Imponit purum laticem, & ſine uiribus herbas.
Iamq; neci ſimilis, reſoluto corpore, regem,
Et cum rege ſuos cuſtodes ſomnus habebat,
Quem dederat cantus, magicæq; potentia linguæ.
Intrarant iuſſæ cum Colchide limina natæ,
Ambierantq; torum, Quid nunc dubitatis inertes?
Stringite, ait, gladios, ueteremq; haurite cruorem,
Vt repleam uacuas iuuenili ſanguine uenas.
In manibus ueſtris uita eſt, ætasq; parentis.
Si pietas ulla eſt, nec ſpes agitatis inanes:
Officium præſtate patri, teliſq; ſenectam
Exigite, & ſaniem coniecto emittite ferro.
His, ut quæque pia eſt, hortatibus impia prima eſt,
Et ne ſit ſcelerata, facit ſcelus : haud tamen ictus
Vlla ſuos ſpectare poteſt, oculoſq; reflectunt,
Cæcaq; dant ſæuis auerſæ uulnera dextris.
Ille cruore fluens, ſubitò tamen alleuat artus,
Semilacerq; toro tentat conſurgere, & inter
Tot medius gladios pallentia brachia tendens,
Quid facitis natæ? quis uos in fata parentis
Armat? ait. cecidere illis animique, manuſque.
Plura locuturo cum uerbis guttura Colchis
Abſtulit, & calidis laniatum merſit in undis.

RAPH QVONIAM grauis ipſe ſenecta eſt} ratio cur eã Pelias non exceperit. {Cœpit} ſibi conciliauit, & decepit. {Refert} cõmemorat. {Situs} ſqualores & ſenium. {Subiecta} iniecta. proprie nanq; ſpes iniici dicitur. {Parili arte} pari artificio. {Pretium ſine fine paciſci} cœperunt ſubaudiendum. [aut, κατ' ἐναλλαγὴν paciſci, pro paciſcebantur, poſitum. {Sine fine} maximũ & immẽſum. {Ficta grauitate} ſimulata rei difficultate. {Rogantum} Peliæ filiarum. *mendicis* {Dux gregis} aries, qui ouium dux eſſe uidetur. {Innumeris annis} quamplurimis annis. {Effœtus} uiribus euacuatus. {Pecudis} arietis. nam pecus omne animal dicitur, humana effigie carẽs. {Validos ſuccos} magnæ potentiæ ſuccos, ut quibus interfectus aries non ſolum uitę fuerit reſtitutus, ſed etiam agnus effectus. {Ea} illi herbarũ ſucci. {Et tener balatus} hoc eſt teneri agni balatꝰ. Balare autem uerbum eſt factitium, ab ouium uoce declinatum. {*Lactẽtia ubera} lacte plena. {Exhibuere fidem} fecere fidem. {Ter iuga} tres, inquit, trãſierant dies. nam Phœbus demere iuga fingitur eq̃s currum Solis trahentibus nocte adueniente. {In Hibero flumine} Hiberus Hiſpaniæ eſt fluuius, quem ꝓ Oceano Atlantico ponere uidetur poeta. {Fallax Æetias} Medea fallendi perita. {Dederant} effecerant. {Exigit} expellit. {Et ſaniem} ſanioſum ſanguinẽ. {Et ne ſit ſcelerata} adeo acutum eſt hoc dictum, ut cõtraria retinere uideatur. ne qua, inquit, ſit ſcelerata & impia, non emittendo ſanguinẽ patris ſanioſum, ſcelus perpetrat ipſum interficiendo. {Haud tamen ictus} decorum ſeruat poeta piarum in patrem filiarum, quarum nulla potuit ſuſtinere, ut ſpectaret uulnera patris. {Cæca uulnera} quæ ipſæ filiæ non uidebant. {Abſtulit} ademit, recidit. {Colchis} Medea. {Calidis in undis} archaiſmos eſt, et antiqua loquendi figura. ſ.n. eſſet oratio ſoluta, calidas in undas diceremus. [Nomina autem Peliadum hęc recenſentur Alceſtis, Pelopea, Meduſa, Iſodoce & Hippothoe. ex quibus Alceſtis dicitur auerſata eſſe facinus, quare pietas eius præcipue celebratur. Sublato autem patre regnum Iaſon dicitur Acaſto Pelię filio reliquiſſe] [Hinc Pitanem urbem Æolię relinquentẽ, uidiſſe draconem in ſaxum transfiguratum: deinde Idæum nemus adiiſſe, in quo Liber pater iuuencum trãſfiguratum in cerui figuram ſubtraxit: nec minus & patrem Coryti paruo conditum ſepulchro: item Mæram in figuram canis eſſe conuerſam. ab his regionibus digreſſam Eurypyli urbem contigiſſe, in qua Coæ matronæ incornutas boues transfiguratæ ſunt, propter affectum quod Veneri formam ſuam antepoſuerint. dehinc Telchmas Ialyſios tranſgreſſam, quos Iupiter propter odium coniugis ſuæ Iunonis ſubiecit mari. quorum regione relicta ad Cæam urbem perueniſſe, in qua Alcidamantem ſcribit ex filia uidiſſe colũbam procreatam eſſe. Poſt hæc lacum Hyrtes, & Cygni tempe, in quibus locis Phyllius cum graui amore pueri teneretur, & imperio eius uolucres indomitas ac leonẽ magnũ parere coegiſſet, taurumq; uiciſſet, neq; ideo labor eius, potiendi merces extitiſſe, indignatus ex præcipiti loco cum ſe odio laborum iaceret, in uolucrem olorem conuerſus eſt. Hyrte autem mater eius flendo aſſidue caſum filii ſui, in ſtagnum delicuit miſericordia deorũ, quòd eſſet ſui nominis. ab his digreſſa Pleurona perueniſſe, in qua urbe Iambe cum Phaſnei filii occiderentur, deorum miſericordia effectũ eſt, ut in auem transformaretur. ab his Calaureã Latoniam, ubi regem cum cõiuge in uolucrem uerſum: deinde Cyllenem adiiſſe. hic Menephron ne cum matre concumberet, ab Ioue eſt transfiguratus in ferę ſpecie. poſt horum caſum uidiſſe Cephiſon nepotis exitium deflentem, qui ab Apolline in phocã transfiguratus eſt. item Eumeli demum adiiſſe, lugẽtis filiam in uolucrem ceſſiſſe. ac tandem etiam Ephyrem contigiſſe pennis uipereis, in qua urbe primum ex fungis edita exiſtimantur corpora. ibi cum parente Creuſam cõſumptam uenenis arſiſſe. nec minus natos ab ipſa interẽptis Iaſone relicto. inſpectis itaq; caſibus miſerorum ueniſſe etiam Athenas, ubi Phineũ & Periphám in aues conuerſos. item neptem Polypemonis uolucrum expleſſe numerum. {Quæ niſi pennatis ſerpentibus iſſet, &c.} Hodeporicon Medeæ hoc loco deſcribit poeta, quo uidelicet itinere, & per

quas

quas regiones ex Theſſalia, ubi Pelias regnauerat, Corinthū, & mox ꝑpetrata cæde filiorū, & arce cum noua Iaſonis coniuge incendio conſumpta, e Corintho Athenas ad Ægeum Theſei patrē ꝑuenerit, ꝑſtringens breuiter (id qđ Hoſ deporicis familiare eſt) q̄ qbuſqꝫ locis fabuloſa, aut aliàs memorabilia accidiſſent, imitatus, ut ex Lactantii argumentis appet, Heſiodū in eo ope opinor, qđ illi ἠοιῶν μεγάλων titulo Grę. aſcribūt. qđ qa nō extat, neqꝫ itē quos νόστους uocant, quæq; ὀρφικὰ aut ναυπάκτια, & id genus ueterū poemata fabulis referta, nemo facile explicauerit eas fabulas, q̄ hic notantur, aut ēt qcq̄ ferè aliud attulerit, q̄ q hic a Lactātio dn̄r. Vbi rurſum ꝑter cetera incōmoda ēt hoc accedit, ꝙ neqꝫ ipſius Lactantii uerba, ſiue argumēta ſatis integra aut plena ſūt tpum ſiue ēt fatorū iniqtate, ut aliis plerisqꝫ, ita his quoqꝫ uitiatis, &, ut ita dicā, adeſis, deinde, ut fit, aliis atqꝫ aliis in locū etiā, q̄ intercīderant inſertis, & ſecundū qđ cuiqꝫ cōmodū uiſum affictis.]

A R G. Medeam fugientem docet Heſiodus Othryn, montem Theſſaliæ, petiſſe, in quem diluuio Deucalionis Cerambus, nympharum auxilio, pennis delatus ſit, & in montem Parnaſum, qui eſt altiſſimus.

QVæ niſi pennatis ſerpentibus iſſet in auras,
Non exempta foret pœnæ. fugit alta, ſuperq́;
Pelion umbroſum, Philyræaq́; tecta, ſuperq́;
Othryn, & euentu ueteris loca nota Cerambi.
Hic ope nympharum ſublatus in aera pennis,
Cùm grauis infuſo tellus foret obruta ponto,
Deucalioneas effugit inobrutus undas.
Aeoliam Pitanen a læua parte reliquit,
Factaq́; de ſaxo longi ſimulacra draconis,
Idæumq́; nemus, quo nati furta, iuuencum
Occuluit Liber falſi ſub imagine cerui:
Quaq́; pater Coryti parua tumulatus arena eſt:
Et quos Mæra nouo *latratu terruit agros:

RAPH. QVÆ niſi pē.} Cerābus nympharū ope diluuii tpe in auē cōuerſus altiſſimos Theſſ. mōtes aſcendit, ſicq́; aquarū inundationē uitauit. {Pēnatis} alatis. {Philyręa te.} Chironis domū, quem Philyra nympha ex Saturno, ut diximus, peperit. {Vet. Cerābi} antiquiſſimi, quippe q ante diluuiū fuerit. {Obruta} coopta. {Deucalioneas undas} diluuium qđ fuit tēpore Deucalionis & Pyrrhę. [Tametſi aliàs, qđ ſciā, nihil extet de hac fabula, inuenio tamen in cōmēt. Gręcorū κέραμβον etiā κάνθαρον, hoc eſt Scarabęū ſignificare, quaſi κέρατα ἔχοντα. ut ex eo ſuſpicari quiſpiā poſſet Cerambū, de quo hic dicitur, non in auē, ſed in Scarabęū potius mutatū fuiſſe, ꝓſertim quando hic nihil aliud additur, q̄ ꝙ ſublatus in aera pēnis fuerit. nā & Scarabæi uolant. Sed de hoc alii iudicent. eſt autē & mons Paphlagonię Cerābus, cuius Apollonius meminit. & Crambis filius Phinei ex Cleopatra filia Boreæ & Orithyię.] {Æoliā Pitanē} Pitane urbs eſt Æolica, unde & Æoliā poeta appellat, non quòd ibi Æolus regnarit, ut quidā putant. ex Pitana Arceſilaus Academicus fuit qui cū Zenone apud Polemonē didicit. Tradunt apud Pitanā lateres ſuper aquis fluitare. {Factaq́; de ſaxo} Metamorphoſin ſerpentis in lapidē ſignat. hic autem uidetur eſſe ille draco, q ſpectantibus Græcorū ducibus apud Aulidē ſignificauit decimo tandē anno Troiā eſſe capiendā. cum enim in arborē aſcēdiſſet, in qua auicularū nidus erat, nouem pullos primū, deinde eorū matrem deuorauit. quod cum uidiſſet Calchas, decimo demum anno Troiā capi poſſe prædixit. Serpens uero illa ad perpetuā rei memoriam in ſaxeam Draconis imaginem fuit cōmutata. [Regius hoc loco de Dracone intelligit, qui annos belli Troiani græcis ſignificauit, de quo Hom. lib. 2. Iliad. meminit. ſed repugnat locus. nam Draco, de quo apud Hom. dicitur, in Aulide conuerſus fuit. Ouidius autē hic in deſcriptione litoris Aſiatici, non Græci, ſiue Bœotici adhuc uerſatur. quare ego de Lesbio ſerpente, de quo etiā infra lib. 12. mentio fit, intelligendum magis puto, qui quod Orphei caput, in Hebrū abiectū, & ad Lesbum inde delatū uiolare morſu uoluiſſet, ab Apolline in ſaxū mutatus fuit. nā Lesbus inſula potisſima pars Æolidis fuit, ut etiam Strabo teſtatur. unde & Sappho, q̄ Lesbia fuit, ab Horatio Æolia puella appellatur. {Idæūq; nemus} Idas duas eſſe certum eſt, alterā in Creta, alteram in Phrygia, de Phrygia nūc uidetur poeta ſentire. {Quo nati fu.} Thyoneus Bacchi filius, ut quidā aiunt, iuuencum Phrygiis, paſtoribus abegerat, eum cum paſtores perſequerentur, Bacchus Thyoneū quidem in uenatorem, iuuencum uero in ceruū conuertit: qđ cū ruſtici uidiſſent, a perſequendo Thyoneo deſtiterūt. Thyoneus autem Bacchus quoq; dicitur a Thyone uel matre, uel nutrice, uel, ut quidam aiunt, παρὰ τὸ θύειν, hoc eſt a ſacrificando. [Neque de hac fabula alibi certius aliquid extat, quod quidem ego ſciam, niſi quòd Thyonei etiam Acrō meminit in 17. oden lib. 1. car. Horatii. filium Bacchi dicens, patrem Thoantis, eius qui Hypſipylē genuit, regnaſſeq; in inſula Chio. Quod hic addicere libuit, loci potisſimū cā. nam Regius locorum ac regionū ordinem in hac itineris deſcriptione parum alioqui obſeruaſſe uidetur.] {Quaque pater} quis Coryti pater fuerit, aut ubi ſit ſepultus, non memini me legiſſe. ſic quidē olim ingenue profeſſus ſum. nunc uero a Lycophronis enarratore admonitus uideo patrem Coryti Paridem fuiſſe. nā *luſtram* Paris ex Oenone filium Corytum ſuſcepit, quem mater a Paride relicta, ducē itineris euntibus aduerſus Troianos grecis dedit, id quod apud Lycophronē Caſſandra futurum eſſe uaticinatur. Paris autem ipſe in Cebrina Troadis urbe ſepultus fuiſſe ſcribitur a Strab. l. 13. [Coryti aūt etiā Parthenius meminit in Eroticis q ex Paride & Oenone natum dicit, et cū Troiam ueniſſet, ibi Helenes amore captum, atqꝫ a patre deprehenſum, occiſum eſſe. quāq̄ rurſus Nicander, nō Oenones, ſed Helenę filium fuiſſe tradit, ut apud eūdem auct. legitur.] {Et quos Męra ſuo latr.} Mæra, ut ſcribit Higinus, Icari Athenienſis, Erigones patris, fuit canis, q̄ Icarū a ruſticis occiſum ſuis ululatibus Erigone indicauit, quorū caſum Iupiter miſeratus in aſtris corpora eorum deformauit. itaqꝫ Icarum Bootem, Erigonem, Virginē, Canē aūt ſua appellatione & ſpecie Caniculam dixerunt, q̄ a græcis, quod ante maiorem canē exoritur, Procyō appellatur. [Etiā hoc loco, q̄ ad regionum ordinem ac ſitū pertinent, parum animaduertiſſe Regius uidetur. nā quæ hic de cane Icarii, Mæra appellata, ab illo afferuntur, ea ab aliis in Attica accidiſſe narrantur. id quod ex Higino apparet, & nos ſupra de Erigone quoqꝫ meminimus. deinde etiā repugnat epitheton. nouo. n. latratu, inquit Ouid. terruit agros, quod de cane nata intelligi non poteſt, cuius propriū eſt latrare. niſi uero demus Icarii Mæram, fuiſſe ab initio puellam, poſtea aūt in canem uerſam, ac tū demum ad Icarium perueniſſe. nam de puella in canē uerſa accipiendum eſſe, etiam ex Lact. argumento patet. ſed hæc q̄ fuerit, nusq̄ alibi aperte traditur. duę autem apud græcos ſcriptores Męræ nomine, quod ſciam, memorantur. altera Arcadica, Atlantis filia, quæ Tegeatæ nupta fuit, Lycaonis filio, cuius etiam monumentum apud Arcadas oſtendi ſolitū Pauſan. tradit. altera Antææ & Prœti filia, eius q patre Therſandro, auo aūt Siſypho, natus fuit. hæc ſeruata uirginitate perpetua e uiuis exceſſiſſe traditur, atqꝫ de hac Homerum quoqꝫ intellexiſſe in Odyſſ. ubi ait,

Μαῖράν τε Κλυμένην τε ἴδον, στυγερήν τ' Ἐριφύλην.

Et Pauſanias auctor eſt, & is, qui ſcholia in Odyſſeam compoſuit. Pherecydes autem, ut in iiſdem ſcholiis legitur, Męram, cuius mentio apud Homerum fit, Prœti & Antęæ filiam quidem facit, ſed eam propter pulchritudinem a Ioue amatam & compreſſam addit. atque inde Locrū peperiſſe, q Amphioni & Zetho in condendis Thebis adfuit. poſtremo a Diana telis confixam, eo quod cœtus illius propter uitium a Ioue oblatum, uitaret. Hæc ille. Verum neutrius hiſtoria ad ea, quæ hic ab Ouidio dicuntur, adhuc quadrat. quare & hunc locum inter obſcuros relinquamus.]

Eurypyliq;

Eurypyliq́; urbem, qua Coæ cornua matres
Geſſerunt, tunc cum diſcederet Herculis agmen,
Phœbeamq́; Rhodon, & Ialyſios Telchinas,
Quorum oculos ipſo mutantes omnia uiſu
Iuppiter exoſus, fraternis ſubdidit undis.
Tranſit & antiquæ Carthæia mœnia Cææ,
Qua pater Alcidamas placidam de corpore natæ
Miraturus erat naſci potuiſſe columbam.
Inde lacus Hyries uidet, & Cycneia Tempe,

RAPH. EVRYPYLIq́; urbē} Eurypylus Herculis fuit filius, qui in Co inſula regnauit, augur peritisſimus, de quo Virg. Suſpenſi Eurypylum ſcitatū oracula Phœbi Mittimus. {Qua Coæ corn.} matres: Cos inſula eſt Ægei, a qua Cous deriuatur, non Cæus, unde Coæ mihi legendum uidetur. Mulieres autem Coæ cum ægre ferrent, ab Hercule arméta Geryoni erepta p agros ſuos fuiſſe acta, Iunoni dicuntur conuiciatę. quare Iuno indignata eas omnes in uaccas transfigurauit. Sanè Eurypyli tres fuerūt a poetis decantati, quorum primus Thelephi filius regioni Theutraniæ Caico uicinæ imperauit. alter Ormenii nepos. nam Ormenius duos procreauit filios, Amyntorem, & Euæmonē. e quorum altero Phœnicem, ex altero Eurypylū ortos eſſe Strab. refert. tertius Herculis filius. Eurypyli uero urbem Cō eſſe accipiendam, admonet etiam Hom. in catalogo, cum inquit, Quiq́; Niſyrō habent celſam, Carpathūq́;, Caſumq́;, Eurypyliq́; urbem Con, æquoreasq́; Calydnas.

[Verſus Homeri ſunt,

Οἱ δ' ἄρ᾽ νίσυρόν τ' εἶχον κράπαθόντε κάσοντε
Καὶ κῶν εὐρυπύλοιο πόλιν, νήσους τε καλύδνας
Τῶν δ' αὖ φείδιππός τε, καὶ ἄντιφος ἡγησάσθην.

Rurſus autem falſus eſt hoc loco Regius, qui ea, quæ Eurypyli eius ſunt, qui cum Græcis ad Troiam profectus fuit, illi attribuit, qui in inſula Co regnauit. nam cur alios duces ſecuti eſſent Coi, rege ipſorum ſuperſtite, & eodem quò ceteri ad Troiam ſ. profecto? et is, de quo Virg. meminit, quē Sinon ad oraculum ſciſcitandum miſſum fingit, Euæmonis filius fuit, Theſſalus natione, non Cous. ille autem, qui Cous fuit, ab aliis Herculis filius ex Chalciope, ab aliis Neptuni dicitur, neq; ad Troiam ipſe profectus, ſed ante ea tempora mortuus eſſe memoratur. Cæterum ultra hos duos, etiam tertius fuit Eurypylus, Telephi filius, dux Myſorum, quem Troianis auxilio uenientem Neoptolemus occidit, ut Calaber ſcribit lib. 8. et Homerus meminit lib. 11. Odyſſ. Apollonius autem & quartum quendam addit, Neptuni filium & Celænus eius quæ fuit Atlantis. ſed hic nihil ad rem præſentem. illud uero non prætereundum hoc loco, quod quæ Regius hic de Cois mulieribus tradit, ob conuicium Iunoni factum, in uaccas mutatis, hoc alii Prœti filiabus aſcribunt. inde & Virg. dixit,

Puella in colūbā.

Prœtides implerunt falſis mugitibus auras.

Lactantius autem in argumento, non a Iunone, ſed a Venere furorem hunc illis immiſſum, eo quòd formam ſuam, deę antepoſuiſſent. proinde & de reliqua fabulæ parte dubitari poteſt. nam quòd Hercules boues, quos ex Hiſpania abegerat, in inſulam Con deportarit, neq; rationem habet, neq; alibi traditur. obſidione autem aliquando cinxiſſe urbem Coorum Herculem, id uero colligitur, partim ex cōm. Theocriti: ubi legitur, ἱστορεῖται δὲ περὶ εὐρυπύλου καὶ κλυτίας, ὅτι οὗτοι εἰσὶν οἱ ἐπὶ τῆς ἡρακλέους πολιορκίας τὴν κῶ κατοικήσαντες, καὶ ὑποδεξάμενοι τὴν δήμητραν καθ' ὃν καιρὸν περιῄει ζητοῦσα τὴν κόρην. partim ex cōm. Iliad. ξ. ubi traditur, Herculem, poſtq̃ ab expugnatione Troiæ rediret, tempeſtate & odio Iunonis in inſulam Con delatum. ubi cum a Cois urbe excluderetur, Eurypylum regem Coorum unà cum filiis occidiſſe, filiaq́; illius Chalciope compreſſa, Theſſalum genuiſſe, cuius filii Phidippus & Antiphus fuere. quibus ſimilia & in cōment. Pindari, Ode 4. Nemeorum leguntur. niſi quòd ibi Chalciopes amore impulſus Hercules ad oppugnādos Coos ueniſſe, dicitur. Quare uidetur hic locus eo modo accipi poſſe, ut intelligamus Coas mulieres in furorem a Venere actas eo tempore, quo Hercules obſidione ſoluta illinc cum agmine, hoc eſt, exercitu diſcederet. nam & Pindarus citato loco exercitus mentionem facit, quādo Thelamonem quoque huic bello affuiſſe ſcribit. ſic enim de Hercule, σὺν ᾧ ποτὲ τρωΐαν, inquit, καρτερὸς πλάμων πόρθησε καὶ μέροπας. fuerunt enim Coi aliquando μέροπες appellati, a Merope quodam rege ipſorum, ut in iiſdem cōment. habetur. {Phœbeāq́; Rh.} Phœbo conſecratam. {Et Ialyſios Telchinas} Ialyſus una eſt ex Rhodi urbibus. Telchines autem Rhodi populi fuerunt, qui cum omnia ſuo aſpectu in peius cōmutarent, ab Ioue fuere ſubmerſi. unde & Rhodos prius Telchinis fuit appellata. nā Ophiuſa primum & Æthræa fuit dicta, deinde Telchinis, eo quòd Telchines inſulam incolerent, quos nonnulli faſcinatores & maleficos fuiſſe aiunt, ꝙ ſtygiā aquā animalibus & ſtirpibus perniciei gratia aſpergerent. nōnulli contrarium ſentiunt, ꝙ artibus præſtantes a ſimilibus artificibus inuidia haberentur. unde hanc infamiā, ut Str. refert l. 14. ſunt aſſecuti, & primū ex Creta in Cyprū uenerunt, poſtea in Rhodon, primiq́; ferrum & æs in uſu habuiſſe dicuntur. nā etiam harpen Saturno fecerunt. [Eadē ferè Diod. l. 9. de Telchinibus] Telchis etiam urbs eſt Æthiopię iuxta Libyā, unde Telchites, & Telchinius deducūtur. Creta quoq; & Sicyon Telchinia fuit appellata, eiuſq́; incolæ Telchines. {Antiquæ Cęæ} Cęa inſula eſt, quæ a Græcis & Cos & Hydruſa uocatur, auulſa Eubœæ, ut ſcribit Plin. ſed Ouid. aliā eſſe a Co inſula ſentit. quingentis longa ſtadiis fuit quondam, mox quattuor ferè partibus, quæ ad Bœotiam uergebāt, mari deuoratis. Oppida, ut dixi, quattuor habebat, Iulida, Carthęa, Coreſſum, & Pœeeſſam ex qbus duo intercidere Coreſſus, & Pœeeſſa. ex hac profectam delectationi fœminis ueſtem, auctor eſt Varro. [Stephanum ſecutus eſt hic Regius, qui Con & Ceō eandē facit, ſed falſo: ſunt enim diuerſæ inſulæ. id quod & gentilia inde facta indicant. a Cos enim Cous fit, ut Cous Philetas apud Propertium. a Ceos autem, quam & Ceā Latinis dici, Plin. auctor eſt, Ceus e longa, & Ceius tribus ſyllabis, perinde ut a Teos, Teius. et Con inter Caricas inſulas Plin. receſſet, Ceam autē inter Græcas & Ægęas] {Carcheſia mœ.} ſic quidem legitur, ſed corrupte, ut mihi uidetur, Carthæia uero eſt legduēm. nam Carthęa una eſt ex quattuor urbibus Cęæ inſulæ a Carthæo ibi mortuo cognominata. Carthæa item urbs eſt Iberiæ. [Hoc eſt, Hiſpaniæ, ſed hæc poſterior abſq; aſpiratione ſcribitur etiam apud Stephan. ex quo hæc a Regio translata ſunt. Porrò quod ad fabulam attinet, quæ Alcidamantem morte præuentum fertur, ne filiam in colūbam mutatam uideret, de hac alibi, pręterq̃ ꝙ a Lactā. in periocha dicitur, nihil traditū inuenimus. propterea ꝙ auctores, qui obſcuriores huiuſmodi tractarunt, neq; apud gręcos, neq; apud latinos certi atq; idonei aliqui reſtant] {Inde la. Hyr.} Hyrie fluuius eſt Bœotiæ, de quo Hom. in 2. Iliad. eſt & Hyrie regio iuxta Aulidem: eſt & urbs Iſauriæ iuxta Seluciā: eſt etiam in Iapygia Cretenſium opus, ſed lacus Hyries iuxta Tempe eſſe innuit poeta, ſic dictos a caſu Hyries, quæ flendo amiſſum filium in fontem ſui nominis conuerſa fuit. nam Phyllius quidam, amore filii Hyries captus, cum multa imperio pueri peregiſſet, ei taurum domitum negauit. quod quidem ægrè ferens puer, ſe ex alto mōte præcipitem dedit, ſed miſeratione deorum in cygnum fuit conuerſus. [De fluuio Hyrie, qui hic a Regio dicitur, nihil alibi reperio. Homeri aūt, quē idē citat, uerſus ſunt,

Οἵθ' ὑρίην ἐνέμοντο, καὶ αὐλίδα πετρήεσσαν
Βοιωτῶν μὲν πηνέλεως, καὶ λήϊτος ἦρχον.

Vbi cōm. ait, ὑρία χωρίον πλησίον τῆς αὐλίδος, ὃ ἔκτισεν ὑριεύς, ὁ ποσειδῶνος καὶ ἀλκυόνης, ἢ ὥς τινες εἶπον βοιωτὸς, ὁ ὠρίωνος πατήρ. Quibus eadem fere & Steph. & Strabo. {Cygneia T.} non accipiendū de Theſſaliæ loco, p quē Peneus ab imo Effuſus Pindo ſpumoſis uoluitur undis, ut ſupra l. 1. dicit.

neq;

neque enim Medeam credendum eſt, cum tantum iam ſpatium emenſa eſſet, retro, atq; ultra quàm cœperat, ſubito actam fuiſſe. ſed de Bæotiæ loço intelligendum, quem eundem & Teumeſia Tempe a uicino monte Teumeſo appellant. ita & itineris ratio poſtulat, & item quod eodem referunt, lacus Hyries, & Cigneia Tempe. atque huic ſententiæ etiam Volaterranus ſubſcribit: cuius uerba ſunt lib. 7. Geograph. Memorantur & Tempe Teumeſia, (quãquam uulgo corrupte legatur Neumeſia) quæ ab Ouid. Cygnea dicuntur. ſicut & Heloria in Sicilia ex amnis nomine. nam uocabulum hoc gręci, ad omnem piſcoſi loci ac uirentis amœnitatem traducunt. hæc ille. Cygneia autem Ouid. uocaſſe uidetur ab euentu, quod circa hæc puer, de quo hic dicitur, in cygnum conuerſus fuerit. tametſi neque de hac fabula alibi apud eos auctores, qui extant, quicquam legamus.

Quæ ſubitus celebrauit olor. nam Phyllius illic
Imperio pueri, uolucresq́;, ferumq́; leonem
Tradiderat domitos. taurum quoq; uincere iuſſus
Vicerat, & *ſpreto toties iratus *amore
Præmia poſcenti taurum ſuprema negauit.
Ille indignatus, Cupies dare, dixit, & alto
Deſiluit ſaxo. cuncti cecidiſſe putabant:
Factus olor niueis pendebat in aere pennis.
At genitrix Hyrie ſeruatum neſcia, flendo
Delicuit, ſtagnumq́; ſuo de nomine fecit.
Adiacet his Pleuron, in qua trepidantibus alis
Ophias effugit natorum uulnera Combe.
Inde Calaureæ Latoidos aſpicit arua,
In uolucrem uerſi cum coniuge conſcia regis.
Dextera Cyllene eſt, in qua cum matre Menephron
Concubiturus erat ſæuarum more ferarum.
Cephiſon procul hinc deflentem fata nepotis
Reſpicit in tumidam Phocen ab Apollino uerſi,

*ſtricto* — *amori*

RAPH. DELITVIT} ſic quidem legitur, ſed cum a deliqueſcẽdo ueniat, delicuit per c ſcribendum uidetur. ut intelligamus eam in liquorem fuiſſe reſolutã. {Adiacet his Ple. in qua} Pleuron Ætoliæ urbs eſt, unde Pleuronius. [Mendoſus hic locus uidetur. nam quo pacto ſubito adeo Medea a litore Euboico in Ætoliam, atq; ultra quam tendebat, ueniſſet? deinde poſt paulum in Calauream rediret, atque inde denuo Corinthum. neq; enim credibile eſt, poetam uoluiſſe circinationem talẽ in aurigatione Medeæ tradere, proinde ac ſi non curru, ſed circi alicuius, aut miluii alis uſa fuiſſet. ſed qđ ſupra aliquoties, idẽ hic quoq; Regio accidit, ut ordinem itineris non obſeruaret. quid igitur? pro Pleuron Braurõ legendum exiſtimo. eſt enim in eodem litore, in quo Hyrie, cui hæc adiacere dicitur, uicus ſeu pagus Atticus Brauron, oppidum olim, ut & Plinius, & Mela tradunt, ex duodecim illis, quæ in unam ciuitatem poſtea redacta eſſe, Strabo auctor eſt, celebre ſigno Tauricæ Dianæ, quod Iphigenia in græciam cum fratre Oreſte reuerſa, ſecum attuliſſe, ibiq; reliquiſſe dicitur. unde & eidem deæ cognomento Brauroniæ, certis ibidem ſacris capra quotannis immolaie ſolebat. & cum hac lectione etiam conſentit, quod Parrhaſius, & alii quidam Combem hanc, de qua præſenti fabula agitur, Euboicã fuiſſe, & alio nomine Chalcidem appellatam uolunt. eſt enim Euboia e regione Attici agri, ſeu litoris, in quo Brauron, Hyrie, & cetera memorantur.] {Ophias Combe} Ophii filia, quę perperã Iambe ab interprete græco dicta, in auem, ne a filiorum multitudine (ad centum enim fertur peperiſſe) uulneribus conficeretur, fuit commutata. hęc omnium prima ęs in Eubœa inueniſſe narratur, unde & Chalcis ἀπὸ τοῦ χαλκοῦ, ideſt ab ære fuit appellata. [Ita quidem & Ianus Parrhaſius in hunc locum annotauit. ſed tamen neque hic, neque Regius de filiis, aut patre Combes, certi quicquam tradunt, neq; etiam cur matri a filiis metuendum, aut fugiendum fuerit. cum tamen uterque Planudem reprehendant, quod Iamben, pro Comben, uerterit. ego quando neque de Combe, neque de Iambe hactenus inueni, quod ad hanc fabulam faceret, utranque lectionem in medio relinquo.] {Inde Calaureæ Latoidos} Calaurea inſula eſt iuxta Cretam a Calauro Neptuni filio declinata. eſt etiam urbs Locrorum, in qua maxime Latona colebatur, unde & Latois uocatur. [De urbe Calaurea, Regius uiderit: ego de inſula accipiendum arbitror: ea enim inter Cretam & Peloponneſum ſita eſt, non procul a Trœzene. Latoidem autem inde dictam ab Ouidio puto, quoniam ea Latonæ ab initio aſſignata fuerit, mox facta inter Neptunum & Latonam permutatione pro hac, Delum Latona, pro illa autem Neptunus hanc acceperit. id quod etiam alii quidem in hũc locum annotarunt: eſt autem celebris hæc inſula morte Demoſthenis quoque. ibi enim ille in templo & Aſylo Neptuni cum Archias ab Antipatro miſſus, ut in Macedoniam pertraheret, ſumpto ueneno, uoluntaria morte ſupplicium tyrãni præuertit.] {In uolucrem uerſi} hic fuiſſe uidetur Ceyx rex Trachinis, qui cum tempeſtãte in mari periiſſet, Halcyoneq́; ipſius uxor Aeoli filia flẽdo perire uellet, ambo in aues Halcyonides conuerſi fuerunt, ut in 11. poeta plene deſcribit. [Recte fortaſſis haberet hæc expoſitio, ſi daremus Medeam retro Theſſaliam uerſus denuo actã. fuit enim Theſſaliæ oppidum Thrachin, ubi Ceyx regnauit, ſub Oeta mõte, ab Hercule, ut ait Steph. conditum. uerum quia Corinthum tendebat illa, conſentaneum eſt Ouid. de alio quondam rege, cum uxore in uolucrem conuerſo, hic intelligere. qui tamẽ quo nomine fuerit, aut qua de cauſſa transformatus, aliis explicãdũ relinquimus.] {Dextera Cyllene eſt} Cyllene mons eſt Arcadiæ Mercurii natiuitate notiſſimus, a Cyllene nympha cognominatus. eſt etiam Cyllene Elienſium nauale. [Sunt qui de portu hoc loco accipiunt, id qđ propemodum rationem habet, ſi totam Pelopõneſum circumuectam Medeam intelligamus, antequam Corinthum peruenerit. ſed tamen ut de monte accipiamus, etiã Hygini teſtimonium facit, apud quẽ de hac fabula in hunc modum legitur: Menephron cũ Cyllene filia in Arcada, & cum Bliade (ſic. n. uulgata editio habet) matre ſua concubuit, &c. Cap. de iis qui contra fas concub. Porrò Cyllenẽ montem, a Cyllene Elati filio Arcade, dictum Pauſan. auctor eſt, atq; inde etiam Mercurium. Mela aũt Mercurium Cyllenium a Cyllene portu, ſiue naualibus Elienſium, ubi & natum illum arbitrantur, inquit, appellatũ dicit.] {In qua cum Marte Menephron} taxat Menephrona quendam poeta, quem cum matre coire non puduit. {Cephiſon procul hinc} Cephiſus fluuius eſt Bœotiæ præterlabens Delphos, cuius filius ab Apolline in phocam, hoc eſt, uitulum marinum, fuit conuerſus. [Quem hic nepotẽ Cephiſi intelligat, incertum, filii autẽ Cephiſi feruntur Narciſſus, de quo ſupra, & Eteocles is, qui primus ſacrificaſſe Gratiis dicitur, ut eſt in cõm. Pindari. Quãquam rurſus Strab. plures Cephiſos enumerat lib. 9. cuius uerba ſunt, Ἔστι δὲ κήφισσος ὁ περὶ φωκικὸς, καὶ ὁ ἀθήνησι, καὶ ὁ ἐν σαλαμῖνι, τέταρτος δὲ καὶ πέμπτος ὁ ἐν σικυῶνι, καὶ ὁ ἐν σκύρῳ, ἕκτος δὲ ὁ ἐν ἄργει τὰς πηγὰς ἔχων ἐκ λυρκείου. Ἐν ἀπολλωνίᾳ δὲ τῇ πρὸς ἐπιδάμνῳ πηγή ἐστι κατὰ τὸ γυμνάσιον, ἣν καλοῦσι κήφισσον. Hæc adiicere placuit, ſi forte quis alium Cephiſum hic, quàm Bœotium intelligendum putet. porrò Pauſanias Cephiſum tradit, unum ex iudicibus fuiſſe qui Neptuno & Iunone pro Argis iurgãtibus ſecundum Iunonem ſententiam tulerunt, ob quã rem indignatum Neptunum aquas illis ſubtraxiſſe, ut niſi pluat, plerunq; ſicci reperiantur. fuerunt autem iudices reliqui, Inarhus & Aſterion.]

Eumeliq;

Eumeliq; domum lugentis in aere natam.
Tandem uipereis Ephyren Pirenida pennis
Contigit. hic æuo ueteres mortalia primo
Corpora uulgarunt pluuialibus edita fungis.
Sed poſtquam Colchis arſit noua nupta uenenis,
Flagrantemq; domum regis malè uidit: utroque
Sanguine natorum perfunditur impius enſis,
Vltaq; ſe malè mater, Iaſonis effugit arma.
Hinc Titaniacis ablata draconibus, intrat
Palladias arces, quæ te iuſtiſſime Phineu,
Teq; ſenex Peripha pariter uidere uolantes,
*Innixamq; nouis neptem Polypemonis alis.

Innixamq;

RAPH. EVMELIq; domum} Eumelus filius fuit Admeti regis Theſſaliæ, cuius filiam in auem conuerſam fuiſſe, ait Ouid. [Rurſus in Theſſaliam abripitur Regius, non obſeruata Corintho, adeo iam propinqua. ceterum ego per domum Eumeli, Patras intelligo Achaię urbem. nam hic primus regnaſſe Eumelus, αὐτόχθων dicitur, qui Triptolemum ex Attica uenietem hoſpitio accepit, & ab eodem rationem frugum ſerendarũ edoctus eſt. unde idem & urbem a ſe conditam tum Aroē, ἀπὸ τοῦ ἀρῶν, hoc eſt, arando nominauit, quam poſteriore ætate Patreus quidam a ſe ampliatam atque munitam Patras uocauit. huius Eumeli filius fuit Antheas, q, dormiẽte aliquã Triptolemo, ut auctor eſt Pauſania, currum illius conſcendit, & in ſublime raptus, cum & ipſe ſerere frumenta uellet, curru excidit. in cuius memoriam communi nomine Eumelus pater, & Triptolemus, urbem Antheam extruxerunt. Quantũ igitur coniectura cõſequi licet, de hoc Anthea hoc loco accipiendum, legendumq; pro natam, natum, maſculino genere. uel rurſum, cum urbis nomen Anthea ſit, non filium, ſed filiam Eumeli fuiſſe Antheam intelligendum, quæ græcorũ laſciuia eſt, in iiſdem fabulis uarie tradendis. nam & Volaterranus, filiam pro filio Eumeli Antheam, ſiue, ut illic corrupte legitur, Anthyam, ex Pauſania uertit. quanquam Ouidii uerba, ſcilicet lugentis in aerem natam, id ſonare uidentur, quaſi ipſe Eumelus in auem conuerſus fuerit, dum in aere exiſtens, uidelicet natum, ſiue natam, luget.] {Ephyren Pi.} Corinthum in qua fons eſt Pirene. Scite autem Pirenida adiecit. nam multæ urbes eodem nomine uocantur, ut diximus. [Ceterum Ephyren, ab Ephyre Oceani filia, quæ prima eo loci habitarit, dictam tradunt. Pirenem autem fontẽ Pauſanias quidem, a Pirene Oebali, ſiue, ut alii malũt, Acheloi filia, dictum putat, quæ cum ex Neptuno Cenchriã & Lechẽ peperiſſet, unde & portuum nomina ibidem, mox interfecto a Diana caſu quodam Cenchrea, ita mœrore & luctu contabuit, ut in fontem eiuſdem nominis, poſtremo deliquerit. commentaria autem Euripidis Pyrenem fontem ab Aſopo inuentum, & Siſypho regi commõſtratum dicit, præmii loco, cum ille Æginam filiam a Ioue raptam, patri Aſopo prodidiſſet, conſpicatus illam ex arce Corinthiaca, quæ ob id ſpeculæ nomen deinceps retinuerit] apud Corinthum uero antiquitus homines ferũtur ex fungis ortos eſſe. {Sed poſtquam Col.} Medea dolens Creuſam, Creontis Corinthiorum regis filiam, a Iaſone ſibi fuiſſe prælatam, quo die nuptiæ celebrabãtur, coronam ex naphtha, quæ igni uel longius poſito ſtatim aſcenditur, cõfectam uelut muneri nouæ nuptæ miſit, quæ ex funalibus ignem concipiens cum totam regiam combureret Medea, ſpectante Iaſone, filiis laniatis, a draconibus alatis in aerem ſublata Athenas aduolauit, ubi Ægeus eam non hoſpitio ſolum, ſed etiam lecto ſibi copulauit, ex qua cum iam Medum filium ſuſcepiſſet, Theſeus ipſius quidem Ægei filius, ſed quem pater nondum uiderat, Athenas aduenit, quem cum & ſibi & filio ualde Medea timeret, aconitum uenenum, quod e Cerberi ſpuma natum eſſe aiunt, præparauit, Ægeoq; perſuaſit, ut illi tanquam hoſti præberet: id uero cum Theſeus foret hauſturus, capulo enſis uiſo agnitus a patre, prohibitus eſt. quare Medea nubes carminibus excitauit, quibus tecta una cum filio Medo Theſei gladium fugiens in Aſiam aduolauit. ubi, ut Strab. narrat, a quibuſdam dicitur cum Iaſone regnaſſe; ac *ueſtem, qua utebatur, de ſuo nomine Medeam appellaſſe. cum enim pro rege exiret, faciem ſuam occultabat. huic Medus filius regni ſucceſſor regioni nomen fertur impoſuiſſe. {Colchis} Colchicis. {Noua nupta} Creuſa Creõtis Corinthiorum regis filia. [Pauſanias & alii Glaucem uocant, quam hic Creuſam Regius, & inde etiam fons Glauces appellatur, in qua illa uenenum abluere uoluit, quo ex ueſte a Medea miſſa infecta fuerat. nam præter coronam, de qua hic dicitur, etiam ueſtem ueneno tinctam a Medea illi miſſam tradunt. ꝑterea neq; de patre Creuſæ, ſiue Glauces, auctores conſentiunt. nã alii Creontem uocant, alii Hippotẽ, Creontis filium. nam poſt Bellerophontis obitum, Corinthi regnauit Lycæthus, poſt Lycæthũ Creõ, poſt Creontem Hippotes, cuius filium duxiſſe uxorem Iaſon traditur, auctor commẽtator Euripidis in Medea] {Vlta male} quoniam cum mater eſſet, cõmunes filios interfecit. [Horum nomina a Pauſania recenſentur Mermerus & Pheres. ſed hos ille non a matre, ſed a populo Corinthi lapidibus obrutos dicit, ſiue quòd ipſi dona illa lethalia a matre miſſa ad Glaucen portaſſent, ſiue etiam quòd matrem fugientem, ipſi paruuli adhuc, conſequi non potuiſſent. quare etiam poſtea ſecutam peſtem publicam eſſe, plurimoſq; Corinthiorum interiiſſe, donec conſulto oraculo interfectorum manes, certis inſtitutis ſacrificiis placarentur. atque eadem ferè in commentariis Euripidis leguntur. Contra autem, qui Naupactia compoſuit, in Corcyra periiſſe Iaſonis filium Mermerum tradit, in uenatione ab apro occiſum. nam Iaſonem poſt interfectum Peliam cum Medea in Corcyram abiiſſe. ſed Ouidius Euripidem & ceteros, quorum cõmunior opinio eſt, ſequitur. Porrò Cinæthon Lacedæmonius etiam filiam Iaſoni fuiſſe ex Medea addit, nomine Eriopen. Iam neque illud hoc loco prætereundum, quod in commen. Euripidis legitur, uulgatam hanc famam de Euripide fuiſſe, quòd accepta pecunia, cædem, quam Corinthii perpetrarunt, in Medeam transtulerit. nam liberos Medeæ a Corinthiis fuiſſe occiſos, eo quòd illa Corinthium regnum, ut paternum & auitum repetiſſet. de qua re & ſupra annotauimus ex poeta Eumelo] {Titaniacis dra.} qui ex Titanum ſanguine nati eſſe dicuntur. [Vt Pindarus ait in principio θεριακῶν.] [Vel etiam, quòd a Titane, hoc eſt, Sole currum illum cum draconibus alatis, acceperat, ut græci tradũt.] {Palladias arces} Athenas, ubi Phineus, Periphas, & Polyphemonis neptis in aues fuere conuerſi. hæ uero fabulæ mihi ſunt ignotæ. [De Phineo ac Peripha (ſeu Periphante dicendum magis) neq; ipſe habeo quod addam aliud, quàm quod a Lactantio dicitur. Pro Polyphemone autem Polypemone legẽdum arbitror. ita enim & Procruſtes uocatus fuit, quem apud Cephiſum eum, qui Eleuſim præterfluit, latrocinantem Theſeus occidit. hunc autẽ habuiſſe filium, ex quo neptis fortaſſe ea, de qua hic dicitur, ex carmine in Ibin patet, ubi legitur: Vt Sinis & Sciron, & cũ Polypemone natus. Quiq; homo parte ſui, parte iuuencus erat. ſed quod nomen uel filio, uel nepoti fuerit, alibi hactenus non reperi. ſunt qui patrem Polypemona, filium autem Procuſten uocent, ſed nullo certo auctore. in commentariis autem Euripidis in Oreſte, Sinin legimus Polypemonis, ſiue, ut illic eſt, Pemonis filium fuiſſe. quam opinionem ſi dabimus Ouidium hic ſecutum eſſe, licebit neptem hanc Polypemonis, Periginem intelligere. ea enim Sinidis filia etiam a Plutarcho dicitur, ex qua Theſeus Menalippum genuit, patrem Ioxi, a quo Ioxides poſtea in Caria appellati. ſed de hoc doctiores iudicent.]

hæc manicata erat, & muliebriter longa, ut a Strab. deſcribitur libro II.

Excipit

RAPH. EXCIPIT hanc Ægeus facto} Ægeus rex Athenarum conſuluit oraculum, quomodo prolem uirilem ſuſcipere poſſet: a quo cum accepiſſet, ut prius, quàm Athenas reuerteretur, cum muliere coiret, ad Pitheum Trœzenis regem profectus eius oraculum communicauit. quo cognito Pitheus ei filiam Æthram a Neptuno uitiatam copulauit. inde uero Aegeus diſceſſurus uxorem iam grauidam ad ſaxum ſolam cum adduxiſſet, illi calceos gladiumq; ſubiecit. uxori deinde mandauit, ut ſi maſculum pareret, eum ad ſe non ante mitteret, quàm adultus ipſe per ſe reuoluto ſaxo, gladium & calceos tollens ſecum ferret. hic enim Ægeus ſe cogniturum ſperabat, an, quem Ætra foret paritura, ſibi filius eſſet. Theſeus igitur ex illa natus Ægei quidem filius putatus eſt, cum Neptuni foret, ut Iſocrates in Helenes laudatione ait. is uero cum adoleuiſſet, indicāte matre ſaxum reuoluit, & calceos & gladium ſuſtulit, & Athenas proficiſcēs multos latrones Iſthmum obſidentes interfecit. cum uero Athenas p̱ueniſſet, non ante a patre agnitus eſt, quàm capulū gladii ſui, quem ſaxo pater ipſe ſubiecerat. quo cognito poculum uenenatū ſtimulāte Medea iam porrectum e filii manibus excuſſit. {Facto in uno} in hoc uno facto, quo Medeam hoſpitio ſuſcepit. {Proles ignara} ignota legendum mihi uidetur, quāuis ferè ignara legatur. {Aconiton} herba eſt pręſentiſſimi ueneni. Aconitū, ἀπὸ τῆς ἀκόνης, hoc eſt a cote dictum, quòd in cotibus naſcat, ut non ſolum Plin. ſed ipſe quoque ſcribit Ouidius. {Echidnææ canis} Cerberi canis tricipites. nā (ut refert Plin. in 27. naturalis hiſtoriæ) fabulæ narrauere aconitum e ſpumis Cerberi canis ortū, extrahente eum ab inferis Hercule; ideoq; apud Heracleam Ponticam, ubi monſtratur eius ad inferos aditus, gigni. Euphorion aūt & Herod. narrāt Cerberum ex inferis ab Hercule extractum atram bilem euomuiſſe, ex qua aconitum ſit natum. [Echidnææ autem canis dicit, quoniā ex Echidna monſtro Cerberus natus fingitur. Heſiodus,

Ἡ δ' ἔρυτ' εἰς ἀρύμοισιν ὑπὸ χθόνα λυγρὴ ἔχιδνα
Τῇ δὲ τυφάονα φασὶ μιγήμεναι ἐν φιλότητι,
Ἡ δ' ὑποκυσσαμένη τέκετο κρατερόφρονα τέκνα.
Ὄρθον μὲν πρῶτον κύνα γείνατο Γηρϊονῆι.
Δεύτερον δὲ αὖτις ἔτικτεν ἀμήχανον, ὄτι φατειὸν
Κέρβερον ὠμύτῃ ἀΐδεω κύνα χαλκεόφωνον.

ARG. Medeam, Athenas ingreſſam, hoſpitioq; ſuſceptam, Ægeus rex matrimonio ſibi iunxit. inter hæc Theſeus Ægei filius, quem nunquam antea uiderat pater, errore, & laboribus plenus aduenit. quem uerſuta Medea protinus ei uenenum parat, quod aconitum appellant. Hercules enim cum ad inferos deſcendiſſet, miſſum ab Euryſtheo, ut canem tricipitem ad ſuperos perduceret, cum eum in regionem Ponticam perduxiſſet, territum ex nouitate aeris uomitum animaduertit profudiſſe. notato itaque loco, ſpumam eius conuerſam inuenerunt in præſentiſſimi ueneni herbam, quam aconitum nominant, q̃ in cautibus naſcatur.

EXcipit hanc Aegeus facto damnandus in uno:
Nec ſatis hoſpitiū eſt; thalami quoq; fœdere iūgit.
Iamq; aderat Theſeus, proles ignara parenti,
Qui uirtute ſua bimarem pacauerat Iſthmon.
Huius in exitium miſcet Medea, quod olim
Attulerat ſecum Scythicis Aconiton ab oris.
Illud Echidnææ memorant e dentibus ortum
Eſſe canis. Specus eſt tenebroſo cæcus hiatu,
Et uia decliuis, per quam Tirynthius heros
Reſtantem, contraq; diem, radioſq; micantes
Obliquantem oculos, nexis adamante catenis
Cerberon attraxit: rabida qui concitus ira
Impleuit pariter ternis latratibus auras,
Et ſparſit uirides ſpumis albentibus agros.
Has concreſſe putant, nactaſq; alimenta feracis,
Fœcundiq; ſoli uires cepiſſe nocendi.
Quæ quia naſcuntur dura uiuacia caute,
Agreſtes Aconita uocant. ea coniugis aſtu
Ipſe parens Aegeus nato porrexit, ut hoſti.
Sumpſerat ignara Theſeus data pocula dextra,
Cùm pater in capulo gladii cognouit eburno
Signa ſui generis, facinuſq; excuſſit ab ore.
Effugit illa necem, nebulis per carmina motis.

ARG. Ægeus agnito filio Theſeo ingenti lætitia perfuſus dies feſtos indixit, quos agentes Theſei laudes referunt: quemadmodum taurum Marathonium interemiſſet: ut ſuem ſæuiſſimam apri Calydonii, ac Erymanthii matrem iuxta Cremyona: ut Procruſten: ut Periphitum latronem Vulcani filium iuxta Epidaurum: ut Scinem quoque latronem. referunt præterea Cercyonis necem: qui trabes opponebat poſtibus, ita ut uicti exanimarentur ab eis. Scironem quoq; Neptuni filium, ſolitum iter facientibus inſidias tēdere: qui poſtq̃ a Theſeo eſt interfectus, eius fluctibus agitatus propter crudelitatem ſcopulo inhæſit: unde Scironides petræ ſunt nominatæ ab eius nomine.

AT genitor quanquàm lætatur ſoſpite nato,
Attonitus tamen eſt, *ingens diſcrimine paruo    *geniti
Committi potuiſſe nefas. fouet ignibus aram,
Muneribuſq; deos implet, feriuntq; ſecures
Colla toroſa boum uinctorum cornua uittis.
Nullus Erechthidis fertur celebratior illo
Illuxiſſe dies. agitant conuiuia patres,
Et medium uulgus: nec non & carmina, uino
Ingenium faciente, canunt. te maxime Theſeu

Quia autem aliàs Cerberus maſculino genere dicitur, dubitant quidam, an etiam hoc loco pro Echidnææ canis, legendum ſit, Echidnei maſculino genere.] {Specus eſt} iuxta Heracleam Ponticam, ubi Herculis ad inferos deſcenſus monſtratur. nā, ut in 2. Argonaut. Apollonius ait, iuxta Heracleam Pōticā eſt Acheruſias promōtoriū, ex cuius uaſto ſpecu, per quē deſcenditur ad inferos, Acherō oritur. {Tirynthius he.} Hercules a Tirynthe patria cognominatus. {Reſtantem} reſiſtentem. {Nexis ada. cat.} hoc eſt, ex adamante confectis, ac per hoc firmiſſimis. {Ternis latr.} q̃ tria habet capita. {Quæ quia na.} ſic & Plin. quãuis aliā quoq; nominis originē aſſignet, his q̃dē uerbis: Naſcit in nudis cautib', quas aconas uocāt, & inde aconitū dixere, nullo iuxta ne puluere quidem nutriēte. hanc aliqui rationē nominis attulere. alii q̃m uis eadem in mortem eſſet. q̃ cotibus ad ferri aciē deterendam, ſtatimq; admota uelocitas ſentiretur. [Plinii ſententiam etiā Nicander cōfirmat, apud quē in Alexiphar. legitur, ἐνδ' ἀκοναίοις θηλεῖαν ἀκόνιτον ἀνεβλάστησεν ὀρογκοις.] {Coniugis aſtu} uxoris aſtutia. {Ignara de.} ipſe inſcius. {Facinuſq; exc.} uenenū ab ore filii repulit. {At ge. q̃q̃} Theſei geſta commemorat poeta, quo cōmodius Metamor. Scyllæ in auem cū ſuperiore fabula connectere poſſit. {Diſcr. paruo} parua differentia. paulum. n abfuit, quin uenenum Theſeus hauriret. {Colla tor.} craſſa ac pinguia. nā torus interdū pro pulpa eminētiore accipit, ut Virg. in Georg. Luxuriatq; toris animoſum pectus. interdum p̱ ſede a tortis herbis. Virg. 2. Æn. Inde toro pater Æneas ſic orſus ab alto. {Vinctorū c.} habentiū cornua uittis colligata. [Ita. n. uictimæ exornari ſolebant ad arā.] {Nullus Erec.} Athenieſibus, ab Erechtheo rege dictis. ea aūt feſta Theſeia, a Theſeo uocata fuerunt, q̃ in illius honorē cum propter alia multa, tū quod primus omnium ſtatum popularē Athenis cōſtituit, qui tantiſper durauit, dū Piſiſtratus tyrānidem occupauit, ut Pauſan. ait. {Agitant} celebrant. {Vino ing. faciē.} ſic Horat. Fœcundi calices, quē non fecere diſertum? {Te ma. Th.} carmina refert quæ in Theſei laudem canebantur. Theſeus enim Ægei filius ex Æthra Pitthei filia tot præclara geſſit, ut inter Hercules unus numeretur. nā & taurum ab Euryſtheo immiſſum, Atticam totam uaſtātem, in Marathone interfecit, & uarios græciæ latrones ſuſtulit.

Marathon}

Mirata eſt Marathon Cretæi ſanguine tauri,
Quodq; ſuam ſecurus arat Cremyona colonus,
Munus, opusq; tuum eſt. tellus Epidauria per te
Clauigeram uidit Vulcani occumbere prolem,
Vidit & immitem Cephiſias ora Procruſten.
Cercyonis lethum uidit Cerealis Eleuſis.
Occidit ille Sinis magnis malè uiribus uſus,
Qui poterat curuare trabes, & agebat ab alto
Ad terram latè ſparſuras corpora pinus.
Tutus ad Alcathoen Lelegeia mœnia limes
Compoſito Scirone patet: ſparſiſq; latronis
Terra negat ſedem, ſedem negat oſſibus unda.
Quæ iactata diu fertur duraſſe uetuſtas
In ſcopulos: ſcopulis nomen Scironis inhæret.
Si titulos, annosq; tuos numerare uelimus,
Facta prement annos. pro te fortiſſime uota

RAPH. MARATHON} Marathon autem campus eſt & ſylua iuxta Athenas a Marathone heroe, ut Pauſan. ſcribit, cognominata, unde Marathonius declinatur. {Cretæi t.} Cretenſis. ex Creta.n.ab Hercule ad Euryſtheũ ductus eſt.nã Minos, ut fertur, Neptuno ſacrificaturus uictimam optauit maieſtate illius dignã, cui Neptunus taurũ obtulit pulcherrimũ. cum cũ ſeruare uellet Minos, iratus Neptunus tauro furorẽ immiſit, a quo totam ferè inſula fuit deuaſtata. ad eũ domandũ miſſus eſt Hercules, quem uinctũ ad Euryſtheũ duxit. ab eo uero demiſſus, cũ Atticam deuaſtaret, a Theſeo fuit interfectus. [Diod. lib. 5. non ſtatim interfectũ, ſed ad patrẽ Ægeum adductum ſcribit, a quo poſtea Apollini ſacratus fuerit.] {Quodq; ſuam Cremyona} Cremyõ uicus eſt iuxta Corinthum, qui diu a Cremyonia ſue, matre & Calidonii, & Erimanthii aprorum, fuit uexatus, quę a Theſeo interfecta ſecuros illius loci colonos præſtitit. eſt etiam Cromyon, ſed per o, urbs Libyæ, unde Cromyonius deriuatur. Cremyon quidem a græcis per duplex m ſcribitur, ſed alterum ab Ouidio uerſus gratia prætermiſſum uidetur. [Apud Stephanum, κρεμμύων legitur, apud Pauſaniam autem & Diodorum Cromyon per o, a Cromo uidelicet Neptuni filio, deducto nomine, ut Pauſanias ait. ipſa autem ſus, Phæa peculiari nomine appellata fuit, auctore Steph.] {Tellus Epidauria} Epidaurus urbs eſt Peloponneſi, Æſculapii templo nobilis, quæ, ut Srabo refert, Epitaurus antea uocabatur. {Clauigeram prolem Vulcani} periphraſis eſt Periphetæ latronis, qui iuxta Epidaurum, cum hoſpites perimeret claua quadam, quæ Coryna uocabatur, Corynetus fuit cognominatus. is a Theſeo tandem, ut ſcribit Diodorus, fuit interfectus. {Vidit & imm.Pr.} Procruſtes, ut idem ſcribit Diod. eo in loco terræ Atticæ, qui Curdalus dicitur, latrocinia exercens, cogebat hoſpites ſupra lectum aliquẽ aſcẽdere, quo ſi longiores fuiſſent, pars ſupereminẽs amputabatur: q uero breuiores fuiſſent, pedibus diſtẽdebantur. a qua re Procruſtes etiã fuit cognominatus. nã προκρούω, unde declinatur, ſignificat impello. is quoq; a Theſeo fuit interfectus. {Immitem} crudelem. {Cephiſias ora} regio, q̃ a Cephiſo, Bœotiæ fluuio, alluitur. [Non intelligit hic Ouid. Cephiſum ut in Bœotia eſt, ſed quà Eleuſim pręterfluit. nã ad hunc locũ Polypemon, q & Procruſtes, a Theſeo occiſus fuit. Pauſan. ῥεῖ δὲ κηφισὸς πρὸς ἐλευσῖνι βιαιότερον παρεχόμενος τοῦ προτέρου ῥεῦμα, καὶ παρ' αὐτῷ καλοῦσιν ἐρινεόν. λέγοντες τὸν πλούτωνα, ὅτε ἥρπασε τὴν κόρην καταβῆναι ταύτῃ, πρὸς τούτῳ τῷ κηφισῷ λῃστὴν πολυπήμονα, προκρούστην δὲ ἐπίκλησιν, θησεὺς ἀπέκτεινε.] {Cercyonis letum} Cercyon item latro Arcadicus, qui apud Eleuſinen uiatores ad certamen prouocabat, uictosq; interficiebat, a Theſeo fuit interemptus. [De Cercyone Pauſanias hoc modo: Μετὰ δὲ τῶν ἀργείων τοὺς τάφους, ἔστιν ἀλόπης μνῆμα ἥν τεκοῦσαν ἱπποθόοντα ἐκ ποσειδῶνος, ἀποθανεῖν ἐνταῦθά φασιν ὑπὸ τοῦ πατρὸς κερκύονος, εἶναι δὲ ὁ κερκύων λέγεται, καὶ τὰ ἄλλα ἄδικος εἰς τοὺς ξένους, καὶ παλαίειν οὐ βουλομένους, καὶ ὁ τόπους οὗτος παλαίστρα, καὶ εἰς ἐμὲ ἐκαλεῖτο κερκύονος, ὀλίγον τοῦ τάφου τῆς ἀλόπης ἀπέχων. λέγεται δὲ ὁ κερκύων τοὺς καταστάντας ἐς πάλην διαφθεῖραι πλὴν θησέος. θησεὺς δὲ κατεπάλαισεν αὐτὸν σοφίᾳ τὸ πλέον, παλαιστικὴν γὰρ εὗρε τέχνην θησεὺς πρῶτος.] {Eleuſis} Eleuſis autem uicus eſt & urbs Atticæ, ubi Cereris eſt templum, a qua Cerealis fuit cognominata. Apud Eleuſina autem Cereris myſteria cognomento maiora celebrabantur, ſicut Argis, qui & ipſe Atticæ uicus eſt: minora in honorem Proſerpinæ, in Herculis gratiam inſtituta, cum maioribus initiari, quia ciuis & indigena non eſſet, legibus prohiberetur. eſt etiam Eleuſis Alexandriæ uicus, in quo Callimachus litteras narratur fuiſſe edoctus. {Occidit ille Sinis} Sinis latro fuit, Iſthmum obſidens, (ut in quinto refert Diodorus) qui duas pinus flectebat, ac utrique hominis brachia alligabat: deinde ſurſum emittens corpus ui diſcerptum maximo cruciatu afficiebat. iſtum quoque Theſeus interemit. [Eodem modo, ut inquit Pauſanias, Hic filiam habuit Perigimen nomine, ex qua Theſeus Menalippum genuit, patrem Troxianis. Plutarchus.] {Tutus ad Alcathoen} Alchatoe eadem eſſe uidetur cum Megaris, urbs media inter Peloponneſum, Atticam & Bœotiam, quæ ab Alcathoo, Pelopis filio, qui Megareo regi (ut Pauſanias ſcribit) in regno ſucceſſit, fuit denominata. cum enim leo, quem Citheronium appellarunt, Euippum, Megarei regis filium, interfeciſſet; Megareus ipſe & filiæ nuptias & regni ſucceſſionem ei propoſuit, qui leonem Citheronium ſtrauiſſet: Alcathous uero, Pelopis filius, cum propter cędis Chryſippi fratris ſuſpicionem Megaram confugiſſet, feram aggreſſus cum uictor euaſiſſet, regnum ſuſcepit, ac inter alia, quæ geſſit, templum ædificauit, quod agreſtis & Apollinis & Dianæ uoluit appellari. [Alcathoen nominat poeta Megarenſium urbem, eo quòd poſt bellum Minois & Cretenſium, ſublato Niſo, & urbe ipſa uaſtata, Alcathous, ueniens ex Elide, & muros inſtaurauit, & cetera urbis reſtituit. auctor Pauſan.] {Lelegia mœnia} a Lelege ædificata. nam (ut idem Pauſanias narrat) Megarenſes aiunt, duodecim poſt Cara Phoronei filium ſeculis Lelega ex Ægypto profectum regnum obtinuiſſe, eoq; regnante ſe Leleges uocatos fuiſſe. quod quidem & Strabo ſignificat, cum inquit, Cares cum prius Leleges & inſulares eſſent, fauentibus Cretenſibus, qui miletum condidere, in continente habitare cœpiſſe. {Compoſito Scirone} interfecto, ſublato. nam componere interdum finire ſignificat. qui autem necantur, finiuntur. Sciron autem latro fuit, qui ea Megaridis loca habitauit, quæ ab eo Scironia ſaxa uocantur. is peregrinos illac tranſeuntes cogebat ſe ipſos de præcipiti loco iactare, uel deductos ſupra ſcopulum abruptum ipſe calce in mare proiiciebat. Theſeus autem inde illum in mare deiecit, unde multos ante ipſe deturbauerat, ut ex ſtatua, quæ Athenis in regia ſpectabatur, colligi poterat. nam Theſeus Scironem in mare proiiciens effictus erat, ut Pauſanias refert. [In commentariis Euripidis legitur, Scironem ſolitum uiatores ad lauandos ſibi pedes cogere, interq; lauandum in mare de ſcopulo propellere, atque ita Chelone, quam ille eo loco alebat, deuorandos obiicere.] {Scopulis nomen Scironis inhæret} ut refert Strabo, Scironides petræ Atticis finibus imminent, iuxta mare tranſitum non relinquentes. ſupra eas autem eſt uia in Atticam, atque Megara ab Iſthmo ducens. Caurum quoque uentum ab illis ſaxis flantem, procellaſq; cientem Scirona Athenienſes uocant. fingit autem poeta oſſa Scironis in mare proiecti fuiſſe in ſcopulos conuerſa. {Facta prement annos} hoc eſt geſta tua numero annos ſuperabunt. {Pro te fortiſſime uota} Theſeia ſignificat, quæ feſta in Theſei honorem Athenienſes inſtituerunt.

Publica ſuſcipimus: Bacchi tibi ſumimus hauſtus,
Conſonat aſſenſu populi, precibuſq́; fauentum
Regia: nec tota triſtis locus ullus in urbe eſt.

A R G. Arne cum inſulam Sithona, in qua genita eſſet, hoſti Minoi capta pulchritudine auri uendidiſſet, ne pro meritis ſupplicia penderet, in uolucrem monedulam eſt transfigurata, quæ adhuc amore ſplendoris eius tenetur.




NEc tamen (uſq; adeò nulla eſt ſincera uoluptas,
Sollicitumq́; aliquid lætis interuenit) Aegeus
Gaudia percepit nato ſecura recepto.
Bella parat Minos: qui quanquàm milite, quanquàm
Claſſe ualet, patria tamen eſt firmiſſimus ira,
Androgeiq́; necem iuſtis ulciſcitur armis.
Antè tamen bello uires acquirit amicas,
Quaq́; patent aditus, uolucri freta claſſe pererrat.
Hinc Anaphen ſibi iungit, & Aſtypaleïa regna:
Promiſſis Anaphen, regna Aſtypaleïa bello.
Hinc humilem Myconen, cretoſaq́; rura Cimoli,
Florentemq́; Telon, Siphnon, *planamq́; Seriphon,

RAPH. V S Q V E adeo nulla eſt} parentheſis eſt, ſententiã loco maxime accommodatam continens. ſumpta aũt hæc ſententia eſſe uidetur ex 4. Argon. Apollonii, ubi Iaſonis Medeęq́; nuptiæ in Corcyro antro celebratæ deſcribuntur. ſemper.n. inquit, miſerorum hominum lętitiis amara aliqua ineſt triſtitia. {Bella pa. Mi.} Minoẽ Iouis filium ex Europa regem fuiſſe Cretæ notius eſt, q̃ ut ſit exponendum. huic Androgeus filius fuit athletico certamine clarus: q cum Athenis ex palæſtra uictoria reportaſſet, maximam in ſe inuidiam concitauit. quapropter inſidiis Ægei Athenienſium regis occiſus cũ domum nõ rediret, Minos pater aduerſus Athenieñſes bellum mouit, ipſis & peſtilẽtiam & famẽ imprecatus, ut Androgæi cędẽ ulciſceretur, auct. Plut. & Diod. prius autẽ, q̃ oppugnare cœpiſſet Athenas, uaria ſibi auxilia cõparauit, quaſdã inſulas expugnauit, quas enumerat poeta; ac ſi qua ĩ his Metamor. fuit facta, deſcribit. {Firmiſſimus} ferociſſimus. {Ira pat.} patri conueniente ob filii cædẽ. {Iuſtis armis} bello iuſto, q͞ppe qđ fuit ſuſceptum ꝓ filii cæde ulciſcẽda. {Quaq́; patent adi.} quocũq; nauibus poterat ꝑuenire. {Hinc Anaphẽ ſibi iũ.} Anaphe inſula eſt in Cretico pelago una ex Sporadibus, iuxta Therã, q̃ a Membliaro, q unà cum Cadmo ad q̃rẽdam Europam nauigauit, Mẽbliaros fuit appellata. deinde Argonautis a tẽpeſtate uexatis, caligineq́; opertis, ſtatim Apollinis opere, ut Apoll. in. 4. narrat, cum apparuiſſet Anaphe, ἀπὸ τοῦ ἀναφαίνειν fuit cognominata. {Et hinc *Stymph. regna} Stymphalus quidẽ urbs eſt Arcadiæ, ſed de hac mihi poeta ſentire non uidetur, cum inſulas enumeret ſibi a Minoe conciliatas. forſitan aũt deprauatus eſt hic uerſus, q hinc aduerbio eraſo, Aſtypaleia expoſcere uidetur. eſt.n. Aſtypalæa inſula, una ex Cycladibus ab Aſtypalæa Ancæi matre denominata. nã antea a Caribus habitata Pyrrea primum, deinde Palæa, tum θεῶν τράπεζα, hoc eſt, deorum menſa, fuit appellata, ut inquit Steph. eſt aũt etiam alia eiuſdẽ nominis cũ urbe inter Rhodon & Cretam. eſt & nomen duarum urbiũ, quarum altera eſt in Co inſula, altera in Samo, unde Aſtypalæeus & Aſtypalæata declinantur. [Præterea & Sami habitatores Aſtypalẽſes aliq̃n uocati fuere, id quod ex Nicandro patet.] {Hinc humilem Myc.} Mycone, q̃ & Myconus a Str. uocatur, una eſt ex Cycladb᷒. in ea uero inſula dicũtur iacere nouiſſimi gigantum ab Hercule lapidibus obruti. fere aũt Myconii ſunt calui. {Cretoſaq́; rura Tym.} ſic quidẽ corrupte, Cimoli uero per c recte legitur. eſt.n. Cimolus, quæ & Echinuſa dicitur, inſula in Cretico mari, una ex Sporadibus, a qua terra Cimolia nuncupatur, ut Str. ſcribit. ad quod alludẽs poeta cretoſa Cimoli rura appellat. in illa nãq; effoditur creta, quæ Cimolia dicitur, purgãdis ueſtibus apta. {Florentẽq; *Tyron *Cyprõ} hic quoq; uerſus mihi uidetur eſſe deprauatus. cum.n. poeta enumeret inſulas Cretæ uicinas, quas ſibi Minos adiunxit, imperite admodum Sporadibus atq; Cycladibus Tyron, q̃ Phœniciæ adiacet, ac Cyprõ, quæ Syriæ, admiſceret. forſitã autem non Tyrõ ac Cyprõ, ſed Cythnõ & Scyrõ eſt legendum. Cythnos.n. inſula eſt Cimolo propinqua, uiſu ſpectabilis, a Cythno Sanio dicta. nã ante illum Merope uocabatur & Acis, ut Plin. ſcribit. Scyros autẽ una eſt & ipſa ex Cycladibus patria Lycomedis, Achillis & Deidamiæ nuptiis clara. [Atq; hoc quidem modo pleriq; locum hunc emendant, ut ꝓ Tyro, Cythnũ, ꝓ Cypro, Scyron, aut Syrõ etiam legãt. eſt.n. & Syros Cycladũ una, quã Homerus Syriens dixit, ut ſupra ex Strab. annotauimus. q̃q; autem uetus lectio haud dubie corrupta eſt, mihi tñ neque poſterior hæc ſatis ꝓbatur. primum qđ epitheton, florentẽ, ocioſe ponit. debuerat.n. cauſſa ſiue ſubiectum adiici: hoc eſt, quare floreret. deinde, ꝙ Scyron, ſiue Syrõ abſq; epitheto, & ἀσυνδέτως cũ priore proprio connectitur, quod hic in ceteris non fit. nam cũ binas fere inſulaſ uno uerſu cõprehendat poeta, ſuũ cuiq; ꝓprio epithetõ attribuit, ut cum Myconẽ humilẽ, Seriphum planã, Parõ marmoream uocat. quid igitur inquiet q̃ſpiã: equidem non facile dixerim, quo nã pacto a poeta ſcriptum fuiſſe putẽ. neq; enim in eiuſmodi exẽplaria hactenus incidi, unde certior aliqua cõiectura fieri poſſet. ſed tñ quod melius nõ habeo, interim eo utor, quod ueteri lectioni quàm proxime reſpondeat, ſcilicet ut pro Tyro prioribus duabus litteris immutatis, auro, pro Cypro, Siphnon legam, hoc modo:

prauamq́;

Florentemq́; auro Siphnon, planamq́; Seriphon.

nam & Siphnus inter Cycladas recenſetur a Strab. & Plinio, & Pauſan. in Phocia oſtendit inſulam hanc aliquando auri metallis abundaſſe, quãdiu.ſ. inde incolæ eius decimã Apollini Delphos mittebant. poſtea autem quàm ex auaritia decimas eas recinere cœpiſſet, facta maris inundatione, metalla quoq; euanuiſſe. ſed hanc ipſe lectionem, ut dixi, ita probo, ut nihil aſſeram, eaq́; tantiſper utar, dum melior ac certior aliqua offeratur. nam legi alioqui etiam poterat, Florentemq́; uiris Siphnon, quòd eadem hæc inſula aliquãdo Meropia dicta fuit, teſte Plinio. μέροπας autem homines Homerus uocet. Aut, Florentemq́; uiris Syron, quòd Syrus ab Homero celebretur.

Εὔβοτος, εὔμηλος, οἰνοπληθὴς, πολύπυρος
Πείνη δ' οὔποτε δῆμον ἐπέρχεται οὐδέ τις ἄλλος
Νοῦσος ἐπὶ στυγερὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι.

Aut rurſum, Florentemq́; uiro Scyron, propter Achillem, qui circa illa tempora apud Lycomedem ſeruabatur.]
{Planamq́; Seriphon} Seriphos una eſt ex Cycladibus adeo lapidoſa, ut qui Seriphiis conuinciantur, id inſpecta obueniſſe Gorgone cauſſentur. nam (ut refert Strab.) in illa facta

uulgantur,

uulgantur, quæ à poetis ficta fuerunt. Dictyen piſcatorem arcam adduxiſſe retibus, in qua Perſeus cum matre Danae continebantur, cum utrunq; pater Acriſius in mare proiecíſſet. In illa uero inſula Perſeus educatus fuiſſe proditur: qui cum caput Gorgonis allatum Seriphiis oſtendiſſet, uniuerſos mutaſſe in lapides; idq; in matris ultionem factitaſſe, quia illis adiutoribus Seriphi rex Polydectes nuptiis inuitam adegiſſet. [Planā ergo uocat Ouid. uel κατ' ἀντίφρασιν, quaſi quæ minime plana ſit, ſed aſpera ac petricoſa: uel, ut ſupra, planam ac humilem.

RA.PH MARMOREAMq; Pa.} Paros etiam una eſt ex Cycladibus, primo Platea, deinde Minois appellata, quæ lapidem producit, quem parium uocant, ad marmoreas ſculpturas aptiſsimum. Ex ea natus eſt Archilochus poeta, qui corrupte apud Strabonem Antilochus eſt ſcriptus. Ad quod alludens Horat. inquit, Parios ego primus Iambos Oſtendi Latio. {Quanq; impia pro. Ar. Si.} quænam fuerit illa Sithonis puella, quæ accepto auro, hoſtibus Arne inſulam prodiderit, atque in monedulam auem auri maxime furacem conuerſa fuerit, non memini me legiſſe. [Arnē Bœotiæ urbem inuenio fuiſſe, ab Arne, Æoli filia, dictam; item, alteram Theſſalicam, à ſuperiore deductam, ut Stephanus ait. De inſula autem Arne, nihil alibi reperio. ſed locum hunc corruptum eſſe, etiam uerborum contextus arguit, quando duo uerba indicatiua, prodidit uidelicet, & mutata eſt, in eadem periodo ſeſe abſque coniunctione ſequuntur. Quanquam igitur aliàs de tota hac fabula nihil hactenus inueniam; ex Lactantii tamen ſententia, lego Arne, nominatiuo caſu: pro Sithonis autem Cythnon cum particula, &, uel, ubi. quam is, qui locum hunc immutauit, uerſus gratia ſuſtuliſſe uidetur, hoc modo,

Quanque impia prodidit Arne
Cythnon, & accepto quod auara popoſcerat auro,
Mutata eſt in auem, &c.

Nam Lactant. Arnen prodidiſſe patriam hoſti, non Sithonida, aut Thraciam aliquam, ut hic Regius ſentire uidetur. in argumentis dicit. Quanquā & hæc lectio mea ita accipi debet, ut ne pro prætorio edicto habeatur] {Sithonis} Thracia mulier: eſt enim Sithonia Thraciæ pars, Macedoniæ finitima, unde Sithoniæ niues apud Virgil. dicuntur. {Velata mo.} tecta, cooperta. Monedula uero auis eſt è graculorum genere, ſic dicta, quaſi monetula, quod monetæ & pecuniæ amore capiatur. nam (ut Plin. ſcribit) huic ſoli aui mira ingenita eſt furacitas auri & argenti. Sunt autem cornicibus ſimiles, niſi quòd ſunt nigriores, quibus pedes & roſtra rubent. quare non Nigra pedes, ſed Rubra forſitan ab Ouidio ſcriptum fuit, quamuis nigra in exemplaribus legatur. [Quam monedulam hic intelligat Regius, neſcio. apud nos certe, quæ hoc nomine accipiuntur, non rubros, ſed nigros pedes habent. id quod & cæteri annotarunt.] {At non Oliaros Didymeq;} inſulæ ſunt Ægei ex Cycladibus, quæ Minoi aduerſus Athenienſes auxilium non tulerunt. Oliaros autem per i non per e in antepenultima ſcribitur. inſula eſt una ex Cycladibus Sidoniorum colonia, ut Heraclides Ponticus ſcribit. {Didymeq;} Didyme inſula eſt ex Cycladibus una, à figura ſic appellata, gemella nanque uidetur. Didymi enim gemelli dicuntur. eodem nomine inſula eſt in freto Siculo una ex Æoliis. [Apud Stephan. Δίδυμοι, pluraliter neutro genere dicuntur. quare cōiectura ducor & hoc loco, legēdū eſſe Didymeq; & Tenos & Andros &c. duæ enim inſulæ à Stephano dicuntur eſſe, non longe à Syro ſitæ.] {Et Te.} inſula eſt una ex Cycladibus Tenos, (ut Strabo refert) urbem non ſanè magnam habens, uerum Neptuni fanum ampliſsimū in luco extra muros ſpectatu dignum. in eo capaciſsima diſcumbentiū conuiuarum ædificata ſunt triclinia. quod ſignum eſt frequentem finitimorū multitudinē eò cōuenire ſolitam, q unà Neptuno ſacrificia celebrarent. {Et An.} una eſt ex Cycladibus Andros ab Andro, Anii filio cognominata. {Et Gyaros} Gyaros autem una eſt ex Sporadibus. {Nitidæq; ferax Peparæthos oliuæ} Peparæthos inſula eſt una ex Cycladibus oleo abundans. {Oenopiam Minos petit} ſic quidem in omnibus, quæ mihi uidere contigit, exemplaribus legitur: ſed, niſi apud Strabonem eſt mendum, Oenonam legendum eſt. nam quæ inſula poſtea Ægina fuit appellata, ab Ægina Æaci matre, quam Iupiter (ut ſcribit Diod.) ex Philunte raptam in illam inſulam tranſtulit, antea Oenona (ut Stephanus etiam ſcribit) appellabatur: unde Oenoneus, Oenoniuſq; declinatur. deniq; apud Græcorū quenq; non memini me Oenopiam legiſſe. Fuit autem inſula nobiliſsima, ut quæ & maris olim tenuerit imperium, & Æacidarum origo fuit. Sanè Ægina locus eſt etiam Epidauriæ terræ. [Contendit hoc loco Regius, & item alii quidam pro Oenopia, legendum eſſe Oenonem, quoniam apud Stephanum, Strab. Plin. & cæteros pleroſq; tradatur hoc nomine Æginam aliquando dictam fuiſſe. quod quidem ut concedamus illis hoc uerſu fieri poſſe, quo pacto idem fiat uerſu, qui infra ſequitur:

Claſsis ab Oenopiis etiam tunc Lyctia muris, &c.

neque enim ibi Oenoniis, pro Oenopiis, eodem nomine ſubſtitui poterit, ſyllaba repugnante ſecunda, quæ in οἰνώνη longa eſt. Sed nemo unus omnia poteſt, aut uidet. Quodq; Regius fatetur ſe apud nullum ſcriptorem hactenus legiſſe, id nos apud Pindarum inuenimus Ode ultima Iſthmiorum, ubi ille de Ægina his uerbis meminit: σὲ δ' ἐς νᾶσον οἰνοπίαν ἐνεγκὼν Κοιμᾶτο. δῖον ἔνθα τέκες Αἰακὸν, βαρυσφαράγῳ πατρὶ κεδνότατον, ἐπιχθονίων, ὃς καὶ δαιμόνεσσι δίκας ἐπείραινε, &c. Recte igitur uetus lectio habet, neque emendationis alicuius indiget.] {Sed ip. Æa. Æginam} Æacum Iouis fuiſſe filium conſtat, cui tres filii fuerunt, Telamon, Peleus, Phocus. {Admonitus pa. lu.} paternæ mœſtitiæ, qua de filio conceperat. [Minos ab Athen. interfecto.] {Populorum cen.} nam Creta centum olim urbes habuiſſe fertur. {Pro na.} pro ulciſcenda filii cæde. {Piæ mi.} quæ pro filii nece uindicanda ſuſcepta eſt. {Tumulo} filii ſepulcro.

Marmoreamq; Paron, quamq; impia prodidit Arne
Sithonis accepto, quod auara popoſcerat, auro,
Mutata eſt in auem, quæ nunc quoq; diligit aurum,
Nigra pedes, nigris uelata monedula pennis.

ARG. Æacus, Iouis & Æginæ filius, cum Oenopiam, quam poſtea de matris nomine Æginam appellauit, incoleret, & graui peſtilentia Iunonis ira populum amiſiſſet, precibus a Ioue impetrauit, ut quot formicæ in quercu apparuiſſent, tot uerſæ in hominum facies deſideratam multitudinem explerent. qui quoniam ex huiuſmodi animalibus creuerant, Myrmidones ſunt appellati: formicæ enim Græce myrmeces appellantur. porro ſenſus hos Cephalo ſciſcitanti narrat Æacus.

At non Oliaros, Didymeq;, & Tenos, & Andros,
Et Gyaros, nitidæq; ferax Peparæthos oliuæ,
Gnoſſiacas iuuere rates. latere inde ſiniſtro
Oenopiam Minos petit, Aeacideïa regna.
Oenopiam ueteres appellauere: ſed ipſe
Eacus Aeginam genitricis nomine dixit.
Turba ruit; tantæque uirum cognoſcere famæ
Expetit. occurrunt illi Telamonq;, minorq;,
Quam Telamon, Peleus, & proles tertia Phocus.
Ipſe quoque egreditur tardus grauitate ſenili
Aeacus; &, quæ ſit ueniendi cauſſa, requirit.
Admonitus patrii luctus ſuſpirat, & illi
Dicta refert rector populorum talia centum.
Arma iuues, oro, pro nato ſumpta, piæq;
Pars ſis militiæ. tumulo ſolatia poſco.

Huic Aſopiades, Petis irrita, dixit, & urbi
Non facienda meæ. neq; enim coniunctior ulla
Cecropidis hac eſt tellus. ea fœdera nobis.
Triſtis abit, Stabuntq; tibi tua fœdera magno,
Dixit: & utilius bellum putat eſſe minari,
Quàm gerere, atque ſuæ ibi præconſumere uires.
Claſſis ab Oenopiis etiam nunc Lyctia muris
Spectari poterat, cùm pleno concita uelo
Attica puppis adeſt, & portus intrat amicos,
Quæ Cephalum, patriæq; ſimul mandata ferebat.
Aeacidæ longo iuuenes pòſt tempore uiſum
Agnouere tamen Cephalum, dextrasq; dederunt,
Inq; patris duxere domum. ſpectabilis heros,
Et ueteris retinens etiam nunc pignora formæ
Ingreditur, ramumq; tenens popularis oliuæ,
Et dextra, læuaq; duos ætate minores
Maior habet, Clyton, & Buten Pallante creatos.
Poſtquam congreſſi primi ſua uerba tulerunt
Cecropidæ, Cephalus peragit mandata, rogatq;
Auxilium, fœdusq; refert, & iura parentum
Imperiumq; peti totius Achæidos addit.
Sic ubi mandatam iuuit facundia cauſſam,
Aeacus in capulo regni nitente ſiniſtra,
Ne petite auxilium, ſed ſumite, dixit, Athenæ.
Nec * dubiè uires, quas hæc habet inſula, ueſtras
* Ducite, & omnis eat rerum ſtatus iſte mearum.
Robora non deſunt: ſuperat mihi miles, & hoſti.
Gratia diis, felix, & inexcuſabile tempus.
Immo ita ſit Cephalus, creſcat tua ciuibus opto
Vrbs, ait, adueniens equidem modò gaudia cepi,
Cùm tam pulchra mihi, tam par ætate iuuentus
Obuia proceſſit: multos tamen inde requiro,
Quos quondam uidi ueſtra prius urbe receptus.
Aeacus ingemuit, triſtiq; ita uoce locutus:
* Flebile principium melior fortuna ſecuta eſt.
Hanc utinam uobis poſſem memorare: ſine ullo
Ordine nunc repetam, neu longa ambage morer uos:
Oſſa, cinisq; iacent, memori quos mente requiris,
Et quota pars illi rerum periere mearum?
Dira lues populis ira Iunonis iniquæ
Incidit exoſa dictas a pellice terras.
Dum uiſum eſt mortale malum, tantæq; latebat
Cauſſa nocens cladis, pugnatum eſt arte medendi.
Exitium ſuperabat * opem, quæ uicta iacebat.
Principio cælum ſpiſſa caligine terras
Preſſit, & ignauos incluſit nubibus æſtus.
Dumq; quater plenis expleuit cornibus orbem
Luna, quater plenum tenuata retexuit orbem,
Lethiferis calidi ſpirarunt æſtibus Auſtri.
Conſtat & in fontes uitium ueniſſe, lacusq;,
Milliaq; incultos ſerpentum multa per agros
Erraſſe, atque ſuis fluuios temeraſſe uenenis.
Strage canû primò, uolucrumq;, auiumque, boumque,
Inque feris ſubiti deprenſa potentia morbi eſt.

RAPH. HVIC Aſopiades} Æacus Aſopi nepos. Ægina enim Æaci mater, filia fuit Aſopi fluuii. {Petis irrita} uana & mihi non facienda. {Ea fœd. no.} ſunt ſubaudiendum, ut amici ſimus, & nos inuicem iuuemus. {Triſtis abit} mœſtus, inquit, diſceſſit Minos, quia quæ uolebat, non impetrauit. {Stabunt m.} cõſtabunt. } {Lyctia} Cretenſis, à Lycto Cretæ urbe, à Lycto, Deucalionis filio, cognominata. {Veteris for.} priſtinæ pulchritudinis. nam Cephalus, ut etiam Pauſ. ſcribit, formoſiſſimus fuit. {Popularis oliuæ} in Attica natæ populoue gratę. [erat autẽ id ſignum pacis. auxilii petendi.] {Maior habet} cauſſa cur à dextra, læuaq; Clyton & Buten haberet. maiores enim natu in medio minorum incedere ſolent. [Maior ergo accipe pro ipſe maior exiſtens.] Hic autem Pallas unus è filiis Pandionis Athenarum regis fuit. quattuor enim filii (ut ſcribit Strabo) Pandioni fuerunt, Aegeus, Lycus, Pallas, Niſus. {Peragit mandata} quæ ab Athenienſibus acceperat. {Fœdusq; re.} commemorat fœdus, à ſuis maioribus cum Aeginetis per cuſſum. {Imperium} regnum. {Totius Achæidos} Achaiæ & Græciæ. {Peti} appeti à Minoe. Hoc autẽ ait, quo facilius Æaco perſuadeat, ut Athenienſibus contra Minoen ferat auxilium. {In capulo regni} in ſceptro. {Athenæ} Athenienſes. continens enim pro contento frequenter ponitur à poetis. Aeaci autem oratio maximam præ ſe fert in Athenienſes & beneuolentiam & benignitatem. {Et omnis eat} ueniat uobiſcum, ſubaudiatur. {Robora} uires. {Superat mihi miles & hoſtei.} hoc eſt mihi milites ſuperſunt, & ad iuuandos amicos, & ad repellendos hoſtes. {Gratia diis} ſit ſubaudiatur} diis enim gratias agit Aeacus. {Felix & inexcuſabile tempus} mihi eſt ſubintelligatur. hoc autem uerbum, eſt, ſæpenumero eleganter prætermittitur. {Obuia proceſſit} obuiam uenit. {Inde} ex iis. Hæc autem narrantur, ut concinnius ad formicarum Metamor. in homines exponendam deſcendat. {Memorare} prolixius narrare. {Sine ullo ordine} ſine ullo procœmio. {Longa ambage} ſuperflua oratione. Deſcribit autem poeta formicarum mutationem in Myrmidonas. cum enim Iunonis ira Aeginæ incolæ peſtilentia fuiſſent abſumpti, Æacus Iouem patrem rogauit, ut aut ſibi populum ſuum reſtitueret, aut ſe quoque uita priuaret. cum autem magnam formicarum multitudinem in uetuſta quercu uidiſſet, Iouem rogauit, ut ſibi tot ciues, quot illę formicæ erant, concederet. Iupiter uero Æaci precibus motus, quotquot formicæ in illa quercu erant, in homines commutauit. quibus Æacus ipſe agros diuiſit. {Oſſa cinisq; iacent} mortui ſunt. {Et quota pars} ac ſi diceret, minima. {Dira lues} inſanabilis peſtis, cui nihil remedii poterat afferri. {* Exoſæ} odio ꝑſequentis. {Dictas terras} denominatam inſulam. nam Oenona inſula, ut diximus, Ægina ab Aeaco ex matris nomine fuit appellata. {A pellice} Ægina: quam Iuno odio perſequebatur, quippe cum qua Iupiter coiuiſſet. Eleganter autem, ſciteq; ea omnia deſcribit poeta quę tempore peſtis accidere ſolent. {Mortale malum} humanum, non autem a Iunonis ira miſſum. {Cauſſa nocens} ira Iunonis, quæ in cauſſa erat tantæ calamitatis. {Pugnatum eſt} repugnatũ peſti. {Exitium} clades. {Opes} auxilia. {Preſſit} oppreſſit, occupauit. {Et ignauos æſtus} ab effectu, quòd ignauos hoies reddant & pigros. {Dumq; quater plenis} ꝑ quattuor, inquit, mẽſes Auſtri uẽti morboſi ſpirarũt. Luna.n. ſingulis quibuſqꝫ menſibus creſcit ac decreſcit. {Tenuata} diminuta. {Retexuit} diſſoluit. {Letiferis æſtibus} peſtiferis feruoribus. {Vitium} aeris corruptionẽ. {Temeraſſe} corrupiſſe. {Strage canum primo} hæc ex primo Iliados ſumpta eſſe uidentur. nam Hom. peſtem in exercitum Græcorũ Apollinis ira immiſſam deſcribẽs aſſerit primo canes, mulosq; interiiſſe. [Verſus Homeri ſunt Iliad. 1. hi,

Οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο, καὶ κύνας ἀργούς,
Αὐτὰρ ἔπειτ' αὐτοῖσι βέλος ἐχεπευκὲς ἐφιεὶς,
Βάλλ', αἰεὶ δὲ πυραὶ νεκύων καίοντο θαμειαί.

Miratur: }

Peſtilentiæ deſcriptio.

dubiæ

Dicite

Debile

opes, uictaque iac.

RAPH. MIRATVR} quia ma=
li cauſſam ignorat. {Inter
opus} inter arandum. {Re
cũbere} procũbere, cade=
re. {Lanigeris gregibus}
ouibus, quæ proprie ba=
lare dicuntur. eſt autem fa
*letho* ctícium uerbum. {Tabent}
putreſcunt, ac macilentæ
fiunt. {Magnæq; in pulue=
re famæ} in certaminibus,
in quibus maximus puluis
*morbo* excitatur. {Degenerat} a
generoſitate ſua recedit.
{Palmæ} uictoriæ. {Ve=
terum honorum} antiquæ
gloriæ. {Non aper iraſci
meminit} protozeugma
eſt. meminit enim uerbum
ad duos qui ſequuntur no
minatiuos ad referẽdum.
{Incurrere} impetum fa=
cere. {Omnia languor ha
bet} omnia, inquit, ani=
malia languida & infirma
ſunt effecta. {Corpora fœ
da} cadauere fœtentia.
{Odoribus} cadauerũ fœ
toribus, quanquam odo=
res fere in bonam acci=
piantur partem, ac pro iis
*atque* qui nares delectant, ponan
tur. {Et agunt contagia la=
te} corruptionem, inquit,
longe mittũt. {Liqueſcũt}
reſoluuntur. {*Flammiſq;
fatiſcunt} hoc eſt, ardore
quodam inteſtino reſol=
uuntur. eleganter autem
omnia deſcribit poeta, quę
peſte laborantibus ſolent
*conſurgere* euenire. {Indicium rubor
eſt} rubor faciei, inquit,
indicat uiſcera eſſe inflam=
mata. {Tumet} inflatur.
*notus* {Arentia ora} arida, & ſic=
ca. {Ventis tepidis} au=
ſtris. {Patent} aperta ſunt
& tenentur. {Auræ gra=
ues} pernicioſæ. {Non
ſtratum} lectum. {Dura
pręcordia} corpora infla=
ta & aſpera, ut a parte to=
tum intelligamus. {Sunt
enim præcordia (ut Pli=
nius in undecimo Natu=
*agitataq;* ralis hiſtorię ſcribit) mem
branæ tenuiſſimæ, quibus
extra homini ab inferio=
re uiſcerum parte ſepa=
rantur, ſic dicta, quia cor=
di prætenduntur, quæ grę=
ci phrenas appellant, ꝙ
illis ſubtilitas mentis ac=
cepta feratur. {Modera=
tor} rector, medicus.
{Erumpit} inuadit. {Ob=
ſuntq; auctoribus artes}
medicæ, inquit, artes ſuis
profeſſoribus nocent. pe=
ſte enim medici quoque

Concidere infelix ualidos miratur arator
Inter opus tauros, mediosq; recumbere ſulco.
Lanigeris gregibus, balatus dantibus ægros,
Sponte ſua lanæq; cadunt, & corpora tabent.
Acer equus quondam, magnæq; in puluere famæ
Degenerat, palmæ, ueterumq; oblitus honorum
Ad præſepe gemit *morbo moriturus inerti.
Non aper iraſci meminit, nec fidere curſu
Cerua, nec armentis incurrere fortibus urſi.
Omnia languor habet: ſyluis, agriſq;, uiiſq;
Corpora fœda iacent: uitiantur odoribus *auræ.
Mira loquar: non illa canes, auidæq; uolucres,
Non cani tetigere lupi. dilapſa liqueſcunt,
Afflatuq; nocent, & agunt contagia latè.
Peruenit ad miſeros damno grauiore colonos
Peſtis, & in magnæ dominatur mœnibus urbis.
Viſcera torrentur primò, flammæq; latentis
Indicium rubor eſt, & ductus anhelitus igni.
Aſpera lingua tumet, tepidiſq; arentia uentis
Ora patent, auræq; graues captantur hiatu.
Non ſtratum, non ulla pati uelamina poſſunt:
Dura ſed in terra ponunt precordia: nec fit
Corpus humo gelidum, ſed humus de corpore feruet.
Nec moderator adeſt, inq; ipſos ſæua madentes
Erumpit clades, obſuntq; auctoribus artes.
Quò propior quiſq; eſt, ſeruitq; fidelius ægro,
In partem lethi citius uenit, *utq; ſalutis
Spes abiit, finemq; uident in funere morbi.
Indulgent animis, & nulla, quid utile, cura eſt.
Vtile enim nihil eſt. paſſim, poſitoq; pudore
Fontibus, & fluuiis, puteiſq; capacibus hærent.
Nec ſitis eſt extincta prius, quàm uita, bibendo.
Inde graues morbo nequeunt conſurgere, & ipſis
Immoriuntur aquis: aliquis tamen haurit & illas.
Tantaq; ſunt miſeris inuiſi tædia lecti,
Proſiliunt; aut, ſi prohibent *conſiſtere uires,
Corpora deuoluunt in humum: fugiuntq; penates
Quiſq; ſuos: ſua cuiq; domus funeſta uidetur.
Et quia cauſſa latet, locus eſt in crimine *ſolus.
Semianimes errare uiis, dum ſtare ualebant,
Aſpiceres, flentes alios, terraq; iacentes,
Laſſaq; uerſantes ſupremo lumina motu.
Membraq; pendentis tendunt ad ſidera cæli,
Hic, illic, ubi mors deprenderat, exhalantes.
Quid mihi tunc animi fuit, aut quid debuit eſſe?
Vt uitam odiſſem, & cuperem pars eſſe meorum.
Quo ſe cunq; acies oculorum flexerat, illic
Vulgus erat ſtratum, ueluti cum putria motis
Poma cadunt ramis, *agitataq; ilice glandes.
Templa uides contrà gradibus ſublimia longis,
Iuppiter illa tenet. quis non altaribus illis
Irrita tura dedit? quoties pro coniuge coniux,
Pro nato genitor, dum uerba precantia dixit,
Non exoratis animam finiuit in aris?
Inq; manu turis pars inconſumpta reperta eſt?
Admoti quoties templis, dum uota ſacerdos
Concipit, & fundit purum inter cornua uinum,
Haud expectato ceciderunt uulnere tauri?
Ipſe ego ſacra Ioui pro me, patriaq;, tribuſq;
Cum facerem natis, mugitus uictima diros

corripiebatur. {Leti} mor=
tis. {Finemq; uident in fu=
nere morbi} ordo eſt &
ſenſus, finemq; morbi in
funere & morte uident.
{Indulgent animis} hoc
eſt, faciunt quicquid ipſis
libet. {Quid utile} hoc
uerbum ſit ſubintelligatur,
ut ſit ſenſus, & nulla cu=
ra eſt, quid ſit utile. {Hau=
rit} bibit. {Et illas} etiam
illas cadaueribus infectas,
in quibus multi moriebant
tur. {Tantaq; ſunt miſe=
ris} adeo autem, inquit, in=
uiſos habent lectos, ut ex
illis proſiliant. {Aut ſi pro=
hibent} hoc eſt, ſi cui ſunt
tam exiguæ uires, ut ſta=
re non poſſit, atque e le=
cto deſilire, deuoluit ſe,
quoquo modo poteſt, in
humum. {Funeſta} peſti=
fera, mortifera. funeſtum
etiam dicitur funere inqui
natum. {In crimine} in cul
pa. {Semianimes} ſemi=
mortuos. {Pendentis im=
pendentis, imminentis.
{Hic, illic} paſſim & ubi=
que. {Exhalantes} expi=
rantes. {Quid animi} qua=
lis animus. {Vt uitam o=
diſſem} qualem animum
habuere debuerit Æacus,
ipſe exponit. Talem, in=
quit, animum debui ha=
bere, ut uitam odiſſem, ac
mortuus eſſe cuperem.
{Flexerat} conuerterat.
{*Putrida po.} nimis ma=
tura & corrupta. {Cõtra}
e regione. {Sublimia} al=
ta. {Irrita thura} uana, ni=
hilq; conferentia. {Non
exoratis} diis ſubaudia=
tur. {Admoti templis} ad=
ducti in templa. {Dum uo=
ta ſacerdos Concipit} dũ
ſacerdos precatur deos.
{Purum uinum} merum,
ſine aqua. mero nanque in
ſacrificiis, quemadmodum
& nos, Priſci utebantur.
{Haud expectato uulne=
re} non expectato ictu.

Edidit, & ſubitò collapſa ſine ictibus ullis
Exiguo tinxit ſubiectos ſanguine cultros.
Fibra quoque ægra notas ueri, monitusq́; deorum
Perdiderat: triſtes penetrant ad uiſcera morbi.
Ante ſacros uidi proiecta cadauera poſtes,
Ante ipſas, quos mors foret inuidioſior, aras.
Pars animam laqueo claudunt, mortisq́; timorem
Morte fugant, ultroq́; uocant uenientia fata.
Corpora miſſa neci nullis de more feruntur
Funeribus: neque enim capiebant funera portæ.
Aut inhumata premunt terras, aut dantur in altos
Indotata rogos. & iam reuerentia nulla eſt:
Deq́; rogis pugnant, alienisq́, ignibus ardent.
Qui lacryment, deſunt: indefletæq́; uagantur
Natorum, matrumq́; animæ, iuuenumq́;, ſenumq́;.
Nec locus in tumulos, nec ſufficit arbor in ignes.
Attonitus tanto miſerarum turbine rerum,
Iuppiter o, dixi, ſi te non falſa loquuntur
Aeginæ amplexus quondam ſub Aſopidos iſſe,
Nec te magne pater noſtri pudet eſſe parentem,
Aut mihi redde meos, aut me quoque conde ſepulcro.
Ille notam fulgore dedit, tonitruq́; ſecundo.
Accipio, Sintq́; iſta, precor, felicia mentis
Signa tuæ, dixi, quæ das mihi *pignoris omen. pignora numen.
Fortè fuit iuxta patulis rariſſima ramis
Sacra Ioui quercus de ſemine Dodonæo.
Hîc nos frugilegas aſpeximus agmine longo
Grande onus exiguo formicas ore gerentes,
Rugoſoq́; ſuum ſeruantes cortice callem.
Dum numerum miror, Totidem pater optime, dixi,
Tu mihi da ciues, & inania mœnia ſupple.
Intremuit, ramisq́; ſonum ſine flamine motis
Alta dedit quercus. pauido mihi membra *timore pudore
Horruerant, ſtabantq́; comæ: tamen oſcula terræ,
Roboribusq́; dedi: nec me ſperare fatebar:
Sperabam tamen, atque animo mea uota fouebam.
Nox ſubit, & curis exercita corpora ſomnus
Occupat. ante oculos eadem mihi quercus adeſſe,
Et ramos totidem, totidemq́; animalia ramis
Ferre ſuis uiſa eſt, pariterq́; tremiſcere motu,
Graniferumq́; agmen ſubiectis ſpargere in aruis:
Creſcere *quod ſubitò, maius, maiusq́; uidetur, dehinc
Ac ſe tollere humo, rectoq́; aſſiſtere trunco,
Et maciem, numerumq́; pedum, nigrumq́; colorem
Ponere, & humanam membris inducere formam.
Somnus abit: damno uigilans mea uiſa, querorq́;
In ſuperis opis eſſe nihil. at in ædibus ingens
Murmur erat, uocesq́; hominum exaudire uidebar
Iam mihi deſuetas. dum ſuſpicor has quoq; ſomni
Eſſe, uenit Telamon properus, foribusq́; recluſis,
Speq́;, fideq́; pater, dixit, maiora uidebis:
Egredere. egredior; qualesq́; in imagine ſomni
Viſus eram uidiſſe uiros, ex ordine tales
Aſpicio, *noſcoq́;: adeunt, regemq́; ſalutant. nos quoq;

RAPH. FIBRA quoque ægra} uitiata. fibras autem uictimarum aruſpices inſpiciebant, quo prædicere futura poſſent. {Notas ueri} ſigna quibus uerum cognoſcitur. {Monitus} admonitiones deorum. {Triſtes morbi} ab affectu. quod tiſtitiam pariant morbi, triſtes uocantur. {Ad uiſcera} ad inteſtina corrumpenda. {Ante ſacros poſtes} ante ſacras templorum ianuas. {Pars animam laqueo claudunt} pars, inquit, ſe ſuſpendunt & ſtrangulant. {Venientia fata} uenientem mortem. {Feruntur} efferuntur. nam extra urbem cadauera ſepeliebantur. {Nullis funeribus} nullis exequiarum honoribus. nam funus eſt pompa exequiarū, a funalibus dictum, quæ cadaueri præferebantur. noctu enim mortui efferebantur ad ſepulturam. {Neque enim capiebant funera portæ} incredibilem funerum multitudinē fuiſſe Æacus oſtendit, cum per urbis portas efferrri non poſſent. {Aut inhumata premunt terras} aut inſepulta iacent in terra. {Aut dantur in altos indotata rogos} aut, inquit, ſine ullo ſepulturæ honore ignes mittuntur. nam cadauera apud antiquos cū ſuis ornamentis comburebantur, [amicis ac proximis munera quædam, ceu dotem, in rogum conferentibus.] {In tumulos} ad ſepulcra facienda. {In ignes} in rogos extruendos, per quæ ſignificatur cadauerum maximam fuiſſe multitudinem. {Tanto turbine} tāta perturbatione, & inuolutione rerum. {Falſa} falſo. nomen enim pro aduerbio eſt poſitum. {Loquuntur} ſcilicet homines. {*Iiſſe ſub amplexus quōdam Aſopoidos Aeginæ} concubuiſſe cum Ægina, Aſopi filia. hic autem uerſus aliquid uitii contraxiſſe uidetur, quod quidem ſi opus poeta emendaſſet, facile ſuſtuliſſet. forſitan autem ſic eſſet legendum, Iiſſe ſub amplexus Æginæ Aſopidos olim. nam Aſopus ſecundam producit. ſic autem uerſus mendis caret. in quodam tamen exemplari ſic ſcriptum legitur: Æginæ amplexus quondam ſub Aſopoidos iiſſe. quæ lectio ſi tibi placet, accipe. [Eſt & hic locus τῶν ἀπορουμένων unus, hoc eſt, de quibus merito dubitare poſſis, γνήσιος ac uerus ſit, an ſecus. nam ſiue hoc, ſiue illo modo uerſum legas, incommodi aliquid habet. illo, ut particula, olim, in fine ocioſe ferè ponatur. quod contra decorum & elegantiam Heroici carminis fit. hoc autem ut ſyllaba prima Aſopidis corripiatur, quæ aliàs longa eſt, ut primo Arg. Apollonius:

Πατρὸς ἑοῦ πηγῇσιν ἐφέστιο Ἀσωποῖο.

Et apud Statium libro ſeptimo, Aſopus genuiſſe datur, &c. Quo loco etiam fabulam Iouis & Aeginæ idem poeta exponit. Item apud Lucanum libro ſexto, Accipit Aſopus curſus, Phœnixq́;, Melasq́;, &c. Sed tamen priorem lectionē hoc eſt, emendationem, Regii retineamus, dum melior alia offeratur.] Aſopidos Aeginæ} Aſopi filiæ. eſt enim Aſopus Bœotiæ fluuius in ſinum Corinthium labens {Notam} ſignum. {Fulgore} fulgoris ſplendore. {Tonitruq́; ſecundo} proſpero. {Quæ das mihi pignoris omen} quę mihi pro pignoris ſigno oſtendis. {De ſemine Dodonæo} laus à loco. Dodona enim urbs eſt Moloſsidis in Epiro, iuxta quam fuit ſylua Ioui dicata, in qua columbæ reſponſa dabant. Dicta eſt autem Dodona uel à Dodona una ex Oceani nymphis, uel à Dodono Iouis & Europæ filio, uel à Dodone fluuio, ut Steph. ait, unde Dodonius, Dodonæusq́; deriuatur. Hinc eſt prouerbium, Aes Dodonæum, in eos, qui nimium multa loquuntur. {Frugilegas} fruges ac grana colligentes} Grande onus exiguo} antitheton eſt, grande nāque exiguo opponitur. {Rugoſo cor.} aſpero. {Inania mœ.} euacuata, hominibus uacua. {Sine fla.} ſine uento. {Stabant} erectæ erant. {Nos ſubit} ſubſequitur. {Exercita} defatigata. eſt autem ſententia generalis. {Graniferū ag.} multitudinem formicarū grana ferentiū. {Spargere in ar. ſub.} ſi eſſet ſoluta oratio, in arua ſubiecta diceretur. {Recto trunco} corpore erecto, & pectore. {Mea uiſa} mea inſomnia. {Spemq́;, fidemq́; maiora} hoc eſt, maiora, q̄ ut ſperanda, credendaq́; ſint. {Adeunt} accedūt ad me.

Formicæ in homines.

Vota

RAPH. VOTA Ioui ſoluo} gratias Ioui ago & ſacrifico. {Partior} diuido, diſtribuo. {Myrmidonasq; uoco} ἀπὸ τῶν μυρμίκων, hoc eſt, formicis. a formicis quidem Myrmidonas appellatos fuiſſe, ait poeta, ut qui fabulæ aſtipuletur. Strabo autem ſcribit Æginenſes Myrmidonas dictos, non ut in fabulis canitur, ꝙ magna inualeſcente peſtilentia formicæ Æaco precãte in homines uerſæ fuerint; ſed quia formicarum more terram fodientes ad petras eam apportarent, ut agri colendi materiam haberent, ac foſſas incolerent, ne latericiã facere atq; ędificare cogerentur. [Eadem fere in comment. Pindari ode 3. Nemeorum ex Theogene quodam citantur. Heſiodus autem, ut in iiſdem cõmentariis citatur, fabulę meminit in hunc modũ:

Ἡ δ' ὑποκυσαμένη τίκεν Αἰακὸν ἱππιοχάρμην.
Αὐτὰρ ἐπεὶ ἥβης πολυηράτου ἵκετο μέτρον,
Μοῦνος ἐὼν ἤχαλλε, πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε
Ὅσσοι ἔσαν μύρμηκες ἐπηράτου ἔνδοθι νήσου,
Τοὺς ἄνδρας ποίησε, βαθυζώνους τε γυναῖκας.
Οἳ δή τοι πρῶτον ζεῦξαν νέας ἀμφιελίσσας, &c.

{Fraudo} priuo. {Pares annis} eadem nanque nocte omnes nati eſſe uidebantur. {Eurus enim attulerat} parentheſis eſt expoſitionem continẽs, a poeta inſerta. {Menſæ} cœnæ, conuiuio. {Iubar} ſplendorẽ diei. {Aureus Sol} pulcher ac ſplendidus. {Cui grandior ætas} cauſſa cur filii Pallantis ad Cephalũ conuenerint. ille .n. maior natu erat. {Ad regẽ} ad Æacum. {Fraterq;} Peleus. {Cum queis} quibus cum. {Æolidem} Cephalũ Æoli nepotẽ. Cephalus enim Deionei filius fuit, ut Pauſanias ait, Æoli uero nepos. nã Deioneus, Salmoneus & Cretheus Æoli filii fuiſſe ſcribũtur. quare decipiuntur, qui putant aliter, ꝙ Æoliden, eſſe legendum. {Sum nemorum ſtudioſus} hoc eſt, uenationibus delector, & ferarum cæde. {Sylua} arbore. continens enim pro contento poſitum eſt. {Si cornus, nodus ineſſet} cornus enim nodoſa eſt arbor. {Vnde ſit} ex qua arbore ſit. {Telum iaculabile} periphraſis eſt iaculi. {Actæis} Athenięſibus. {Specie} pulchritudine. {Vſum} utilitatem.

{Fortunaq; miſſum Non regit} hoc eſt, nulli ſubiicitur fortunæ. fruſtra enim nunquam mittitur. {Iuuenis Ner.} Phocus Nerei nepos. nam Æacus eum ex Pſamathe Nerei filia ſuſtulit. [Reliquos autem duos, Peleum ex Telamonẽ, ex Endeide Chironis, uel, ut apud Pauſan. legitur, Scironis filia.] {Quis auct.} quis fuerit dator tam magni muneris. {Ille refert} Cephalus. {Et cetera nota pud.} ordo eſt & ſenſus; & ſilet, ac reticet Cephalus ob pudorem cetera, quæ nota erant, qua mercede illud iaculum ab uxore acceperit. neq; enim refert Cephalus ſe ob pulchritudinem ſuam ab uxore accepiſſe. [Vel potius ſic: ille refert quæ petit, ſcilicet Phocus, de iaculo, & unde datum ſit, & cetera nota, ſed qua mercede idem acceperit, id uero pudore tacet.] {Tulerit} acceperit. {Tactusq; dolore} cõmotus. {Nate dea} Phocus, quem alloquitur Cephalus, filius fuit Æaci ex Pſamethe nympha. {Quis poſſet credere} parentheſis eſt, qua ſignificatur non eſſe credibile Cephalum ob illud iaculũ flere, quod tantæ ſit utilitatis. {Procris erat} Procris Erechthei, Athenienſium regis, filia fuit; quæ cum Cephalo nupſiſſet, Auroræ odio, quę Cephalum in ſuos amplexus conuertere nequiuit, ſub forma alieni uiri muneribus a Cephalo ipſo tentata, fidem marito datam fractura uidebatur. cum autem ſe Cephalus indicaſſet; aufugiens, ſyluas petiit, ac Dianæ comes effecta, tandem a Cephalo placatur, domumq; reuerſa marito & canem nomine Lælapa, & iaculum admirandæ pulchritudinis, uirtutisq; donauit. cum autem cuiuſdam indicio comperiſſet, Cephalum cum quadã nympha, nomine Aura, congredi ſolitum; clam eum in ſyluas ſecuta, ab inſcio marito eo telo, quod ab ipſa dono acceperat, fuit interfecta. {Magnæ Orithyiæ} præclaræ, ut quæ ſua pulchritudine a Borea uento rapta fuiſſe fingitur. Orithya uero concita in montibus interpretari poteſt. nam a datiuo ὄρει & τύω, quod eſt cõcitor, Orithyia componitur, o breui in ω longum mutato. {Conferre} comparare.

Vota Ioui ſoluo, populiſq; recentibus urbem
Partior, & uacuos priſcis cultoribus agros:
Myrmidonaſq; uoco, nec origine nomina fraudo.
Corpora uidiſti: mores, quos antè gerebant,
Nunc quoq; habent. parcũ genus eſt, patienſq; laborũ,
Quæſitiq; tenax, & quod quæſita referuet.
Hi te ad bella pares annis, animiſq; ſequentur,
Cùm primùm, qui te feliciter attulit, Eurus
(Eurus enim attulerat) fuerit mutatus in Auſtros.

ARG. Cephalus refert inuicem Æaco de donis, Procr. de coniuge, & cur, aut unde telũ gereret. cũ enim Cephalus in monte Hymetto Atticę regionis uenaretur, ab Aurora ob ſpeciem raptus eſt: quem ut comperit dea Procridis prioris coniugis amore implicitum a ſe uelle diuertere; fecit, ut, mutata ſpecie, remiſſus Athenas contenderet, eamq; pollicitis, muneribuſq; tentaret, an pudicitiam puram poſſet ſeruare. pluribus itaque rebus ad uſum fœminarum comparatis, quibus capi poſſet, fallacia mentem Procridis eliçuit. quod ut illa comperit a marito ſe eſſe deceptam; pudore exterrita, ut conſpectum eius uitaret, altis ſe recondidit ſaltibus. Cephalus autem, amoris impatientia, cum eius abſentiam ferre non poſſet, precibus impetrauit, ut ad ſe rediret: reuerſaq; canem ei dedit uelociſſimum, & iaculum ineuitabile, quod nunquam fruſtra iaceretur.

TAlibus, atq; aliis longum ſermonibus illi
Impleuere diem. lucis pars optima menſæ
Eſt data, nox ſomnis. iubar aureus extulerat Sol,
Flabat adhuc Eurus, redituraq; uela tenebat.
Ad Cephalum Pallante ſati, cui grandior ætas,
Ad regem Cephalus, ſimul & Pallante creati
Conueniunt: ſed adhuc regem ſopor altus habebat.
Excipit Aeacides illos in limine Phocus:
Nam Telamon, fraterq; uiros ad bella *legebant.
parabant.
Phocus in interius ſpatium, pulchroſq; receſſus
Cecropidas duxit, cum queis ſimul ipſe reſedit.
Aſpicit *Eioniden ignota ex arbore factum
Aeoliden
Ferre manu iaculum, cuius fuit aurea cuſpis.
Pauca prius mediis ſermonibus *ille locutus,
antè
Sum nemorum ſtudioſus, ait, cædiſq; ferinæ:
Qua tamen e ſylua teneas haſtile reciſum,
Iam dudum dubito. certè ſi fraxinus eſſet;
Fulua colore foret: ſi cornus; nodus ineſſet.
Vnde ſit, ignoro. ſed non formoſius iſto
Viderunt oculi telum iaculabile noſtri.
Excipit Actæis e fratribus alter: &, Vſum
Maiorem ſpecie mirabere, dixit, in iſto.
Conſequitur quodcunq; petit, fortunaq; miſſum
Non regit, & reuolat nullo referente cruentum.
Tum uerò iuuenis Nereius omnia quærit,
Cur ſit, & unde datum, quis tanti muneris auctor.
Quæ petit, ille refert: & cetera nota pudore,
Qua tulerit mercede, ſilet: tactuſq; dolore
Coniugis amiſſæ, lacrymis ita fatur obortis:
Hoc me nate dea (quis poſſet credere?) telum
Flere facit, facietq; diu, ſi uiuere nobis
Fata diu dederint: hoc me cum coniuge cara
Perdidit: hoc utinam caruiſſem munere ſemper.
Procris erat, ſi forte magis peruenit ad aures
Orithyia tuas, magnæ ſoror Orithyiæ.
Si faciem, moreſq; uelis conferre duarum,

Dignior iſta rapi. pater hanc mihi iunxit Erechtheus,
Hanc mihi iunxit amor. felix dicebar, eramq́;
(Non ita diis uiſum eſt) & nunc quoq; forſitã eſſem.
Alter agebatur poſt ſacra iugalia menſis,
Cùm me cornigeris tendentem retia ceruis
Vertice de ſummo ſemper florentis Hymetti
Lutea manè uidet pulſis Aurora tenebris,
Inuitumq́; rapit. liceat mihi uera referre
Pace deæ, quòd ſit roſeo ſpectabilis ore,
Quòd teneat lucis, teneat confinia noctis,
Nectareis quòd alatur aquis. ego Procrin amabam,
Pectore Procris erat, Procris mihi ſemper in ore.
Sacra tori, coituſq; nouos, thalamoſq; recentes,
Primaq; deſerti referebam fœdera lecti.
Mota dea eſt: &, Siſte tuas ingrate querelas:
Procrin habe, dixit. quòd ſi mea prouida mens eſt,
Non habuiſſe uoles: meq; illi irata remiſit.
Dum redeo, mecumq; deæ memorata retracto,
Eſſe metus cœpit, ne iura iugalia coniux
Non bene ſeruaſſet. facies, ætasq́; iubebant
Credere adulterium; prohibebant credere mores.
Sed tamen affueram: ſed & hæc erat, unde redibam,
Criminis exemplum: SED cuncta timemus amantes.
Quærere, quod doleam, ſtatuo, doniſq; pudicam
Sollicitare fidem. fauet huic Aurora timori,
Immutatq; meam (uideor ſenſiſſe) figuram.
Palladiaſq; ineo non cognoſcendus Athenas,
Ingrediorq; domum. culpa domus ipſa carebat,
Caſtaq; ſigna dabat, dominoq; erat anxia rapto.
Vix aditus per mille dolos ad Erechthida factus,
Vt uidi, obſtupui, meditataq; penè reliqui
Tentamenta fide: malè me, quin uera faterer,
Continui, malè: quin, ut oportuit, oſcula ferrem.
Triſtis erat; ſed nulla tamen formoſior illa
Eſſe poteſt triſti: deſiderioq; *dolebat
Coniugis erepti. tu collige, qualis in illa
Phoce decor fuerit, quam ſic dolor ipſe decebat.
Quid referam, quoties tentamina noſtra pudici
Reppulerint mores? quoties, Ego, dixerit, uni
Seruor: ubicunq; eſt, uni mea gaudia ſeruo?
Cui non iſta fide ſatis experientia ſano
Magna foret? non ſum contentus, & in mea pugno
Vulnera, dum cenſus: dare me *promitto, loquendo,
Muneraq; augendo, tandem dubitare coegi.
Exclamo, mala: pectora detego: *fictus adulter
Verus eram coniux. me perfida teſte tenêris.
Illa nihil: tacito tantummodo uicta pudore
Inſidioſa malo cum coniuge limina fugit:
Offenſaq; mei genus omne peroſa uirorum
Montibus errabat ſtudiis operata Dianæ.
Tum mihi deſerto uiolentior ignis ad oſſa
Peruenit: orabam ueniam, & peccaſſe fatebar,
Et potuiſſe datis ſimili ſuccumbere culpæ
Me quoq; muneribus, ſi munera tanta darentur.
Hæc mihi confeſſo læſum prius ulta pudorem
Redditur, & dulces concorditer exigit annos.
Dat mihi præterea, tanquam ſi parua dediſſet
Dona, canem munus: quem cùm ſua traderet illi
Cynthia, Currendo ſuperabit, dixerat, omnes.
Dat ſimul & iaculum, manibus quod cernis habere.

RAPH. DIGNIOR ipſa rapi} anteponit Cephalus Procrin Orithyiæ, quamuis ob pulchritudinem Orithyia a Borea uento rapta fuiſſe feratur. {Ipſa} Procris. ſentit enim Cephalus Procrin fuiſſe Orithyia elegantiorem, atque formoſiorem. {Pater hanc mihi iunxit Erechtheus} hanc mihi, inquit, Erechtheus pater uxorem dedit. Erechtheus autem, ut diximus, Athenarum rex fuit, unde Athenienſes interdum Erechthidæ uocãtur. [De quo ſupra circa finem lib. 6 eſt dictum] {Hanc mihi iunxit amor} repetitio eſt maxime affectui amantis conueniens. {Non ita diis uiſ. eſt} non ita diis placuit, ut eſſem felix. {Poſt ſacra iugalia} poſt nuptias celebratas. {Sẽper florentis Hy.} Hymetus mons eſt Atticæ regionis, thymo ſemper florens. ubi & mel optimum conficitur, & pulcherrimũ marmor effoditur. {Lutea Aurora} rubicunda. Cephalus autem tanta pulchritudine fuiſſe fertur, ut ab Aurora fuerit raptus atque aſportatus, ut ſcribit Pauſanias. unde inter alias fictiles ſtatuas quæ in regia Athenis uiſebantur, Aurora quoq; erat Cephalum aſportans. {Roſeo} pulchro. {Spectabilis} digna quæ ſpectetur. {Quòd teneat lucis} nam Aurora media eſt inter diem & noctem. {Sacra tori} lecti & nuptiarum. {Prima fœdera} nam Procri dederat fidem ſe cũ alia muliere nõ coiturum. {Deſerti lecti} derelictæ uxoris. {Mota dea eſt} commota & indignata. {Siſte} contine. {Procrin habe} ironice cum quadam indignatione legendum, ut illud Virgilius 1. Sequere Italiam uentis. {Ingrate} mihi in amore non reſpondens, ut qui me, a qua amaris, non redamas. {Quòd ſi mea prouida mens eſt} ſed ſi, inquit, prævideo futura, cupies nunquam habuiſſe Procrin. {Mecum retracto} mecum cogito. {Memorata dea} uerba & dicta Auroræ. {Eſſe metus cœpit} zelotypus Auroræ ira Cephalus eſt effectus. {Facies, ætasq́; iubebant} formoſa, inquit, facies, & iuuenilis ætas Procridis me inducebant, ut crederem ipſam adulterium commiſiſſe. mores autem caſti me illud ſuſpicari nõ permittebant. {Vnde redibam, a qua ueniebam. {Criminis exemplum} adulterii. Aurora nanque, unde redibat, exemplo erat, quàm facile mulieres in adulterium cadant. {Sollicitare} tentare, infeſtare. {Ineo} intro. {Fide} fidei antiquorum more, ut Virgil. Libra die, ſomniq́; pares ubi fecerit horas. {Male Continui} uix me continui, ut non faterer me Cephalũ eſſe. {Quin} ut non: interdum cur non ſignificat. {Vt oportuit} ut honeſtum & conueniens fuit. {Calebat} ardebat, anxia erat. {Deſiderio} abſentia. {Coniugis *arrepti} mariti, quem putabat ab aurora fuiſſe raptum. {Tu collige} conclude, ratiocinare, id quod græci συλλογίζειν dicunt. {Vni} ſoli Cephalo. {Cui ſatis} ſapienti. {Fide} pro fidei, eſt enim genitiuus. ſic Virgil. Libra die, ſomniq́; pares ubi fecerit horas. {In mea pugno} in meos dolores. {Cenſus} amplas diuitias. {Mala} o mala mulier. {Pectora detego} me ipſum, inq̃t, indico. {*Tectus adulter} ſimulatus, inquit, eram adulter, ſed uerus maritus. {Perfida} proprie. nam perfidi, qui fidem uiolant, dicuntur. {Illa nihil} uel dixit, uel reſpondit, uel huiuſmodi uerbum eſt ſubaudiẽdum. {Inſidioſa limina} in quibus ſibi ſtructæ inſidiæ fuerant. {Offenſaq́; mei} ꝙ me offendiſſet. offenſa .n. actiue, offenſio paſſiue accipi ſolet. {Peroſa} odio habẽs. {Operata} occupata, dedita. {Violentior ignis} amor uehementior. {Redditur mihi} ad me redit. {Sua Cinthia} ſua Diana. [Procridis autem etiam Callimachus meminit inter Dianæ comites hymno in Dianã his uerſibus:
Καὶ κεφάλου ξανθὴν ἄλοχον Δηιονίδαο πότνια σὴν ὁμόθηρον ἐθήκαο, &c.

*calebat*
*pro nocte,*
*factus*

Muneris

ARG. Thebani, Naiadibus, nymphisq; futura prædicentibus, Themidis deæ, obſcura dantis reſponſa, templum euerterunt. indignata dea, feram uulpem immiſit, quæ pecora, & agreſtes uexabat. ad quam opprimendam cum reliqua græciæ iuuentute conuenit Cephalus cum iaculo & Lælape cane, a Procride accepto. qui cum miſſus uulpem perſequeretur, eſſetq; Cephalus telum coniecturus, utrunque aſpexit in ſaxum commutatum.

MVneris alterius quæ ſit fortuna requiris?
Accipe mirandum: nouitate mouebere facti.
Carmina Naïades non intellecta priorum
Soluunt ingeniis: & præcipitata iacebat
Immemor ambagum uates obſcura ſuarum,
Scilicet alma Themis: nec talia liquit inulta.
Protinus Aoniis immiſſa eſt bellua Thebis.
Ceſſit & exitio multis: *pecoriq;, ſibiq;
Ruricolæ pauere feram. uicina iuuentus
Venimus, & latos indagine cinximus agros.
Illa leui uelox ſuperabat retia ſaltu,
Summaq; tranſibat poſitarum lina plagarum.
Copula detrahitur canibus, quos illa *frequentes
Effugit, & cœtum non ſegnior alite ludit.
Poſcor & ipſe meum conſenſu Lælapa magno:
(Muneris hoc nomen) iam dudum uincula pugnat
Exuere ipſe ſibi, colloq; morantia tendit.
Vix bene miſſus erat, nec iam poteramus, ubi eſſet,
Scire: pedum calidus ueſtigia puluis habebat.
Ipſe oculis ereptus erat. non ocyor illo
Haſta, nec exutæ contorto uerbere glandes,
Nec Gortyniaco calamus leuis exit ab arcu.
Collis apex medii ſubiectis imminet aruis.
Tollor in hunc, capioq; noui ſpectacula curſus,
Quo modò deprendi, modò ſe ſubducere ab ipſo
Vulnere uiſa fera eſt. nec limite callida recto,
In ſpatiumq; fugit: ſed decipit ora ſequentis,
Et redit in gyrum, ne ſit ſuus impetus hoſti.
Imminet hic, ſequiturq; parem, ſimiliſq; tenenti
Non tenet, & *uanos exercet in aere morſus.
Ad iaculi uertebar opem: quod dextra librabat
Dum mea, dum digitos amentis addere tento,
Lumina deflexi, reuocataq; rurſus eodem
Rettuleram, & medio, mirum, duo marmora campo
Aſpicio. fugere hoc, illud latrare putares.
Scilicet inuictos ambos certamine curſus
Eſſe Deus uoluit, ſi quis Deus affuit illis.

ARG. Cephalus cum Dianæ ſtudio feras aſſidue perſequeretur, ſæpeq; ex nimio æſtu refrigerari cupiens, auram inuocaret; nympham aliquam arbitratus uocari, Procridi eius uxori indicauit. at illa in uirgultis ſe recondidit, ut ſpecularetur, an eſſet aliqua aura nomine, cuius ille cupiditate impulſus a ſe alienaretur. Cephalus procul ſpeculatus moueri uirgulta, dum latere feram exiſtimat eo loco reconditam, iaculo emiſſo coniugem imprudens interfecit. itaque teli, quod marito dederat, Procris obitam Auroræ uim maximo cum ipſius uiri luctu experta eſt.

HActenus, & tacuit. Iaculo qđ crimen in ipſo eſt?
Phocus ait. Iaculi ſic crimina reddidit ille.

RAPH. MVNERIS alterius} canis a Procri uxore donati. ſi autem coniunctio eſt ſubaudiēda, ut intelligatur, ſi requiris. exponit aūt mutationem & ferę, Themidis indignatione in Thebanum agrū immiſſæ, & canis nomine Lęlapis in ſaxa. nā Thebani cum uidiſſent, Naiadas ac nymphas futura ꝑdicere, Themidis deæ obſcura dantis reſponſa tēplum deiecerunt. illa uero indignata feram immiſit uulpē, ut græci narrant, q̄ & pecora & agreſtes uexaret. ad eā opprimendā cū alia grecię iuuētute cōuenit etiā Cephalus cū Lælape cane: qui cū in ferā ineuitabile iaculum foret coniecturus, utrunq; aſpexit in ſaxa cōmutatū. {Accipe mir.} audi rē admiratione dignā. {Naiades} nymphę. {Carmina} uaticinia, ꝑdictiones. {Soluunt} exponūt. {Pręcipitata} deiecta, contēpta. {Ambagū} dictorū ambiguorum. {Alma Th.} ſancta. nam Themis, ut Pōp. ait, dea fuit, q̄ hominibus ꝑcipiebat id petere, quod honeſtum & fas eſſet. unde & ꝓ eo, qđ nos fas dicimus, θέμις frequenter ponitur a græcis. {Inulta} impunita. {Aoniis Th.} Bœotiis. Aonia.n. pars eſt Bœotię. ſcite uero epitheto diſtinxit. nā Thebæ multarū urbiū nomen eſt, ut diximus. {Ceſſit & exitio mul.} ꝑnicioſa multis fuit. {Pecorumq;, ſuoq;} agricolę, inquit, illam ferā & ſua et pecorum morte pauerūt. multos.n. ex ills deuorauit fera. [Sed tu conſtrue, ceſſit, hoc eſt, fuit multis exitio, & ſuo ſiue ꝓprio, & pecorum.] {Indagine} multitudine hominum inquirētum. ſic Virg. Saltusq; indagine cingunt. indagare autem, unde indaginē declinamus, eſt diligenter inquirere. {Summa lina} ſummos funes. metonymia eſt. ex lino enim funes conficiuntur. {Poſitarum plag.} tentorum retiū. {Copula} uinculum, quo canes colligantur. {Et cœtū} canum multitudinem. {Non ſeg. alite} uelox ut auis. {Ludit} deludit, decipit. innuit autem poeta uulpē illam feram fuiſſe. uulpes.n. circūcurrēdo maxime canes eludunt. {Lælapa} a uelocitate & impetu nomen hoc inditum fuit cani. λαῖλαψ enim turbo dicitur, qui uētus eſt maxime impetuoſus. {Pugnat exu.} conatur detrahere. {Morantia} remorantia, retinentia. {Tendit} cōtendit, conatur. {Vix bene miſſ. erat} quāta fuerit uelocitate canis ille, aperte declarat Cephalus, quē uix dixit dimiſſum nō poterāt uidere. {Miſſus} dimiſſus. {Veſtigia pedum} ſigna pedum. {Habebat} tenebat. {Expulſæ gl.} emiſſæ funda glādes plūbeę. {Contorto uerb.} cōtorta funda. {Calamus} ſagitta ex calamo cōfecta. {Gortyniaco ab arcu} Cretenſi. nā Cortyn, q̄ & Gortys dicitur, urbs eſt Cretæ, a Gorty heroe dicta. hęc & Lariſſa & Crēnia fuit appellata. [Cretenſes aūt præcipue celebrantur arte ſagittaria] {Apex} uertex. {Tollor in hunc} in illum uerticem aſcēdo. [Collem hūc Teumeſſum intelligi puto. hinc.n. & Teumeſſia uulpes hæc ab auctoribus dicitur. Pauſan. in deſcriptione Bœotię, Ἐπὶ ταύτῃ τῇ λεωφόρῳ, inquit, χωρίον ἐστὶ Τευμησσός. Εὐρώπην δὲ ὑπὸ Διὸς κρυφθῆναί φασιν ἐνταῦθα. ἔπος δὲ ἐς ἀλώπεκα, ἐπίκλησιν Τευμησσίαν, λόγος ἐστί. ὡς ἐκ μηνίματος Διονύσου τὸ θηρίον ἐπ᾽ ὀλέθρῳ τραφείη Θηβαίων, καὶ ὡς ὑπὸ τοῦ κυνὸς ὃν Προκρίδι τῇ Ἐρεχθέως ἔδωκεν Ἄρτεμις, ἁλίσκεσθαι μέλλουσα, αὐτή τε λίθος ἐγένετο ἡ ἀλώπηξ καὶ ὁ κύων οὗτος. Vides hic oīa conſentire his, quæ ab Ouid. de uulpe dicuntur, præterq̄ ꝙ ira non Temidis, ſed Dionyſii, immiſſam illam Thebano agro Pauſ. tradit.] {Quo} curſu. {Modo} interdum. {Deprendi} comprehendi. {Modo ſe ſub.} interdum ſe ſubtrahere. {Callida} aſtuta. {Limite recto} itinere. {In ſpatiū} rectū ſubaudiatur. {Quo} in quo curſu. {In gyrū} in orbē. {Hoſti} cani Lęlapi. {Imminet} inſtat. {Vanos mor.} inanes, q̄a feram cō prehendere non poterat. {Ad iac. uer. opē} uolebā, inquit, mittere iaculū. {Qđ *dextera librat} geſtū exprimit iaculū emittere uolētis. {Amētis addere} imponere. Amēta aūt ſunt lora, quibus iacula facilius; longiusq; emittuntur. {Lumina defl.} oculos remoui a cane & fera. {Eōdem} ad eūdem locum. {Mirū} res miranda. eſt autem interiectio affectui ſeruiens. {Duo marmora} duo marmorea ſigna. ſic quidem Ouidius. alii aūt ſcribunt Cephali canem in cœlum fuiſſe ſublatum, ſydusq; effectum, quem græci Siriū, latini Caniculam uocant. {Affuit} auxilio fuit. {Hactenus} locutus eſt Cephalus, ſubaudiatur. {Iaculo quod crimen in ipſo eſt?} quæ, inquit, in iaculo eſt culpa? memor.n. Phocus eorum, quæ Cephalus dixerat, merito ipſum rogat, cuius mali cauſſa fuerit iaculū illud, quo ſe Cephalus cū coniuge perdidiſſe fuiſſe aiebat. {Reddidit} reſpondēdo expoſuit.

pecorūq; ſuoq; indigenæ.

ſequentes

uacuos

Canis & uulpes in ſaxa.

Gaudia principium noſtri ſunt Phoce doloris.
Illa prius referam. iuuat o meminiſſe beati
Temporis Aeacide, quo primos ritè per annos
Coniuge eram felix, felix erat illa marito.
Mutua cura duos, & amor ſocialis habebat.
Nec Iouis illa meo thalamos præferret amori:
Nec me quæ caperet, non ſi Venus ipſa ueniret,
Vlla erat. æquales urebant pectora flammæ.
Sole ferè radiis feriente cacumina primis
Venatum in ſyluas iuueniliter ire ſolebam:
Nec mecum famuli, nec equi, nec naribus acres
Ire canes, nec lina ſequi nodoſa ſolebant.
Tutus eram iaculo. ſed cùm ſatiata ferinæ
Dextera cædis erat, repetebam frigus, & umbram,
Et, quæ de gelidis exibat uallibus, auram.
Aura petebatur medio mihi lenis in æſtu:
Auram expectabam: requies erat illa labori.
Aura (recordor enim) uenias, cantare ſolebam,
Meq; iuues, intresq; ſinus gratiſſima noſtros:
Vtq; facis, releuare uelis, quibus urimur, æſtus.
Forſitan addideram (ſic me mea fata trahebant)
Blanditias plures: &, Tu mihi magna uoluptas,
Dicere ſum ſolitus: tu me reficisq;, fouesq;:
Tu facis, ut ſyluas, ut amem loca ſola; meoq;
Spiritus iſte tuus ſemper capiatur ab ore.
Vocibus ambiguis deceptam præbuit aurem
Neſcio quis: nomenq; auræ tam ſæpe uocatum
Eſſe putat nymphæ: nympham mihi credit amari.
Criminis extemplo ficti temerarius index
Procrin adit, linguaq; refert audita ſuſurra.
CREDVLA res amor eſt. ſubitò collapſa dolore,
Vt mihi narratur, cecidit; longoq; refecta
Tempore ſe miſeram, ſe fati dixit iniqui:
Deq; fide queſta eſt: & crimine concita uano,
Quod nihil eſt, metuit, metuit ſine corpore nomen,
Et dolet infelix ueluti de pellice uera.
Sæpe tamen dubitat, *metuitq; miſerrima falli,
Indicioq; fidem negat: &, niſi uiderit ipſa,
Damnatura ſui non eſt delicta mariti.
*Poſtera depulerant Auroræ lumina noctem:
Egredior, ſyluasq; peto, uictorq; per herbas
Aura ueni, dixi, noſtroq; medere labori.
Et ſubitò gemitus inter mea uerba uidebar
Neſcio quos audiſſe. Veni tamen optima dicens,
Fronde leuem rurſus ſtrepitum faciente caduca,
Sum ratus eſſe feram, telumq; uolatile miſi.
Procris erat, medioq; tenens in pectore uulnus,
Hei mihi conclamat. uox eſt ubi cognita fidæ
Coniugis, ad uocem præceps, amensq; cucurri.
Semianimem, & ſparſas fœdantem ſanguine ueſtes,
Et ſua, me miſerum, de uulnere dona trahentem
Inuenio; corpusq; meo mihi carius ulnis
Mollibus attollo, ſciſſaq; a pectore ueſte
Vulnera ſæua ligo, conorq; inhibere cruorem:
Neu me morte ſua ſceleratum deſerat, oro.
Viribus illa carens, & iam moribunda coegit
Hæc ſe pauca loqui: Per noſtri fœdera lecti,
Perq; deos ſupplex oro, ſuperosq;, meosq;,
Per ſi quid merui de te bene, perq; manentem
Nũc quoq;, cũ pereo, cauſſam mihi mortis, amorem,

RAPH. GAVDIA princip.} carmen eſt antithetis exornatum. nam gaudium dolori opponitur. {Referã} narrabo. {Iuuat o meminiſſe beati Tẽporis Æacide} ſententia eſt catholica & generalis. {Rite felix} perfecte felix. {Amor ſocialis} ab effectu quòd ſocios reddat. {Thalamos Iouis} nuptias Iouis. {Venus ipſa} quę eſt pulchritudinis dea, & uenuſtatis. {Æquales flammæ} par amor. {Sole fere radiis} matutino, inquit, tempore in ſyluas ad uenandum ire ſolebam. eſt enim matutini temporis periphraſis. {Cacumina} montium ſummitates. {Iuueniliter} iuuenum more. {Naribus acres} odori. {Lina nodoſa} retia. {Aura lenis} ſuauis, iucunda. eſt autem pulchra anadiploſis cum repetitione, qua ſignificat Cephalus auram illam ſibi gratiſſimam fuiſſe. {Releuare æſtus} leues facere Solis feruores. {Et tu mihi magna uoluptas} hæ ſunt blanditiæ, quibus utebatur Cephalus ad auram. {Loca ſola} deſerta. {Vocibus ambiguis} uerbis dubiis, quæ tum ad auram, tum ad amicam poterant referri. {Extemplo} ſubitò. {Criminis ficti} falſi {Temerarius} inconſideratus. {Index} delator nam indices proprie criminum dicuntur delatores. {Lingua refert} narrat, exponit. eſt autẽ pleonaſmos, lingua enim redundat. {Suſurra} murmura & uoces, quibus auram uocabat. {Credula res amor eſt} cauſſa eſt cur Procris ſubito collapſa ceciderit. amantes nanque facile omnia credunt. creduli autem dicuntur, qui facile & nimium credunt. {Refecta} recreata. {Fati iniqui} infelicis ſortis. {Deq; fide queſta eſt} lamentata eſt, inquit, quòd illi fidem datã fregiſſem. {Concita} commota. {Sine corpore} aura nanque corpore carere uulgo uidetur. {Metuit falli} timet, ne decipiatur ab indice. {Indicioq; fidem negat} fidem, inquit, delatori & indici non adhibet. {Syluasq; peto} in ſyluas uado. {Victor} uoti compos. multas nanque confecerat feras. {Medere} ſuccurre. {Neſcio quos gemitus} quædam ſuſpiria. {Inter mea uerba} inter loquendum. {Fronde caduca} quæ ab arbore ceciderat. {Telum uolatile} iaculum uelox. {Tenens} habens. {Semianimem} ſemimortuam. {Me miſerum} interpoſitio affectui & dolori ſeruiens. flens enim hæc narrabat Cephalus. {Trahentem} extrahere conantem. {Vlnis mollibus} brachiis tenellis. {Sua dona} iaculum, quod mihi dono dederat. {Inhibere} cohibere. {Iam moribunda} moriens. {Coegit Hęc ſe pauca loqui} hoc eſt, uim ſibi fecit, ut hæc pauca loqueretur. ſignificat autem Cephalus illam ſic uiribus fuiſſe defectam, ut ſine maxima difficultate loqui nõ poſſet. {Meosq;} inferos deos intelligit Procris, qui morientum dii eſſe perhibentur. {Per ſi quid merui de te bene} id ſubaudiatur, ut per id oro intelligamus, ſi quid gratum tibi feci. ſignificat autem Procris ſe marito in omnibus morem geſſiſſe. ſic Dido apud Virgilium, Si bene quid de te merui. {Perq; manentem amorem} permanentem, perſeuerãtem. {Cauſſam mortis} ἐξήγησις & expoſitio.

ſperatq;

poſtquam

Incumbere

RAPH. INCVMBERE noſtris thalamis} noſtros thalamos occupare. auram autem nympham eſſe putabat Procris. {Senſi} cognoui. {Labitur} moritur. {Exhalat} expirat. {In noſtro ore} archaiſmos eſt & figura loquendi uetuſta. nunc .n. in ſoluta præſertim oratione, diceretur in noſtrum os. {Se cura} pellicis cura liberata iam .n. ex Cephalo cognouerat auram non eſſe nympham, ut ipſa putabat, ſed lenem uentorum flatum. {Vultu meliore} lætiore. {Flentibus} Phoco & filiis Pallãtis. {Duplici cum prole} cum duobus filiis Telamone & Peleo, qui militum delectum habuerant. {Nouoq; milite} cum nouis militibus. eſt .n. ſynecdoche, non ſolum poetis, ſed hiſtoricis quoque familiaris.

Ne thalamis Auram patiare incumbere noſtris.
Dixit: & errorem tum deniq; nominis eſſe
Et ſenſi, & docui. ſed quid docuiſſe iuuabat?
Labitur, & paruæ fugiunt cum ſanguine uires.
Dumq; aliquid ſpectare poteſt, me ſpectat, & in me
Infelicem animam, noſtroq; exhalat in ore.
Sed uultu meliore mori ſecura uidetur.
Flentibus hæc lacrymans heros memorabat; & ecce
Aeacus ingreditur duplici cum prole, nouoq;
Milite, quem Cephalus cum fortibus accipit armis.

## IACOBI CONSTANTII FANENSIS.

QVid enim commiſit Iaſon? Quem niſi crudelem nõ tangat Iaſonis ætas?} Iaſon trium ſyllabarum ubiq; eſt, nón duarum. unde cauendum eſt ne cum quodã litterato ſcriptore offendas in lapidem: qui hoc nomen duarum interdum ſyllabarũ eſſe exiſtimat auctoritate huius carminis, Quem niſi crudelem non tangat Iaſonis ætas. cũ in ipſo tam trium ſit ſyllabarum, quàm in antecedenti uerſu, Quid enim commiſit Iaſon. {Diſſimilemq; animum ſubiit pater Aeta relictus} ſcribo Aeta dẽpta una ſyllaba metri cauſa, ut in Hypſipyle, Nõ hęc Æſonides, nec filia phaſis Ætę. poetis enim nunc addere, nunc adimere dictionibus ſyllabas licet, uerſus neceſſitate aſtrictis. {Quamuis temerata labores Æra tuos minuant} in bonis codicibus Temeſæa legimus, non temerata, quod magis placet. eſt enim Temeſe in Cypro ciuitas æris nobilitata, præcipue apud latinos Statio & Naſoni. Stephanus Tameſeon uocat. Feſt. Põpeius eſt auctor, Cyprum inſulam Æroſam antiquitus appellatam fuiſſe, ꝙ in ea plurimum ęris naſceretur. eſt & Temeſe in Brutiis Straboni ære abundans. ſed prior magis celebris. {Curuamine falcis ahenæ} ſignate dictum. quoniam ſeneͣ ctutis morbum uolebat exigere. lege Macrob. 5. Saturn. {Haud procul egeſta ſcrobibus tellure duabus Sacra facit. ex 11. Odyſſ. acceptum hoc eſſe agnoſcet, qui Homerum eo loco diligenter inſpiciet. introducit enim Vlyſſem ſcrobẽ quandam facientem & ſanguine mactatarum bidentum, mulſo, uino dulci, & polenta implentem ad manes excien dos. {Diſſimilemq; animum ſubiit ætate relicta} hic uerſus in plurimis antiquis codicibus non reperitur, nec in hunc locum admittendus uidetur. atqui ipſum contenderim eſſe uerſum illum, quem ſuperius emendaui, Diſſimilemq; animum ſubiit pater Aeta relictus, & neſcio quo caſu ab hallucinanti ſcriptore hic interpoſitum. {Pelion umbroſum, philyreaq; tecta} aut hoc modo legendum aut hoc altero, Pelion umbroſum, philyreia tecta. nam philyra ſecundam ſemper corripit græcis latiniſq;. primam autem habet communem, ut ſuperius diximus. in 2. Metamor. & 6. Faſt. philyrius pro philyreius corrupte legitur. ſiquis eos tibi uerſus forte obiiciat. Ceterum hemiſtichium hoc Naſonis ex hymno Callimachi in Delum ſumptum eſſe uidetur, qui ait, πηλίον ὦ φιλύρης νυμφήιον. O pelium philyrum cubiculum. {Et ſtricto toties iratus amori} lego ſpreto ex archæotypis. {Opphias effugit natorum uulnera Combe} qui Iambe legũt, an recte legant, ipſi uiderint. ego Combẽ apud Stephanum (licet deprauato codice) Aſopi filiam fuiſſe inuenio: quæ quia ærea arma prima inuenit, Chalcis fuit cognominata, auctore Zenobio. nam χαλκὸς æs dicitur. eandem ait Zenobius, cum uiro adhæſiſſet, centum filiarum matrem extitiſſe. cuius rei præter Euboicarum rerum ſcriptores Ariſtum etiam Salaminum citat auctorem. inde factum prouerbium in plures habentem filias ὥσπερ χαλκιδίκη πέτοκεν ἡμῖν γυνή. tanquam Chalcidica peperit nobis mulier. ob hæc autem natarum libentius quàm natorum in hoc uerſu receperim. ſed tamen hoc poſterum amplio, dum fabulæ textum ab aliis narratum inueniam. {Innexáq; nouis neptem Polyphemonis alis} libentius innixam quàm innexã legerim: nam inniti alis proprie aues dicuntur, cum iis expanſis in aere ſuſtentãt. Neptem autem Polyphemonis Halcyonẽ dicit Scironis Polyphemonis filii filiam, quæ ꝙ corpus uulgaſſet, a patre in mare deiecta in ſui nominis auem fuit tranſmutata. auctor huius fabulæ Probus Virgilianus interpres 1. Georg. teſtem citans Theodorum, qui fabularum opus condidit, auctore in Paralellis Plutarcho: cui titulũ fecit Metamor. lege primam collectaneorum hecatoſtyn. cap. 72. {Vidit & immitem Cephiſias ora Procruſtẽ} bene Cephiſias, qui ad Cephiſum fluuium ipſe eſt interfectus, auctore Pauſania lib. 1. {Florentemq; Tyron, Cypron, planamq; Seriphon} lego ſic, Florentemq; Gyron, Siphnon, paruamq; Seriphõ. Gyros enim (niſi mendoſus ſit Plinii codex) una eſt Sporadum, Syphnos una Cycladum, & oppidum in Melo inſula ex Sporadibus una. Paruam Seriphon appellat, quòd eius circuitus duodecim tantum millia paſſuum, teſte eodem Plinio amplectatur. unde in 5. huius operis Naſo hoc eodem epitheto utitur cum ait, Te tamen o paruæ rector polydecta Seriphi. & Iuuen. ſat. 6. dicens, Et parua tandem caruiſſe Seripho. item in 10. Æſtuat ut clauſus gyaris, paruaq; Seripho. Si planam Seriphon uoles legere, Euſtathius & Strabo contra te ſentirent: qui adeo lapidoſam hanc inſulam eſſe aiunt, ut inde fabula decantauerit, Perſeum ibidẽ educatum, oſtenſo Gorgonis capite, incolas mutaſſe in ſaxa. niſi tueri hoc modo lectionem hanc uelles, ꝙ Lapidoſus eſſe aliquis locus poteſt, & tamen planus eſſe, ideſt in planicie non in colle locatus. {Neq; enim capiebant funera portæ} antiquam tangit conſuetudinem; quæ fuit, ut extra urbes mortuorum corpora ſepelirentur. unde efferre & educere mortuos dicimus. {Natorumq; matrũq; animæ} lege Natorum, matrumq; ne claudicet uerſus: uel, ut quidam codices habent, Natorumq; uirumq;. {Iſſe ſub amplexus quõdam Aſopidos æginæ} multi ſynceræ formæ hoc carmẽ reſtituere tentauerunt: nulli potuerunt. ſic ipſum redintegrandum omnino eſt, Sub quõdam amplexus Æginę Aſopidos iſſe. uel, Æginæ amplexus ſub quondam Aſopidos iſſe. Aduertendum enim eſt Aſopum primam & ſecũdam nunquam corripere. {Dat mihi præterea, tanquam ſi parua dediſſet dona, canem munus} de hoc cane lege quæ ſcripſimus in primæ collectan. hecatoſtys cap. 22. {Protinus Aoniis immiſſa eſt bellua Thebis} lege quæ de hac uulpe ibidem diximus, & in cane Higinus recitauit.

# HENRICI GLAREANI

## *annotationes in librum ſeptimum.*

*Aeſonidem mutaſſe uelim.*

SI Nolim legeretur, ut Raphaelem legiſſe ſuſpicor, nulla eſſet difficultas. quia autem carmen poſcit uelim, uidetur hoc dubitatiue legendum hoc ſenſu, ſequar cultus arteiſq; uirorum, & Æſonidem, quem putas'ne uelim cum rebus, quas orbis poſſidet, permutare, quaſi diceret minime.

Cuſtodemq;

*Cuſtodemq; rudem ſomno ſopiſtis.*

Idem Raphael pro ſomno legendum putat, ſomni, quãdo adiectiuum rudis genitiuum poſtulat, aut certe rubrum pro rudem reſtituendum. quippe Max. Planudes φοινικῶν φύλακα traduxerit. ad quorum prius dico, ſomno ablatiuum mihi uideri, atque adeo regi a uerbo ſopiſtis. ad alterum, Planudæ aliquando credendum, aliquando minime, quippe quod non omnino emendatum exemplar habuiſſe putetur.

*Deſpicit & cretis regionibus applicat ang.*

Cretis, ideſt ſecretis, & remotis exponit Raphael, aut certe uiſis & aſpectis. ſed ſic a cerno eſſet. & uiſis congruebat etiam carmini. quidam Cretis pro Cretæis exponendum putauere. nam laudatur Theſſalica Creta. ego lectoris iudicio relinquo. tertium deinde carmen Iambum habet loco tertio, ſed cæſura excuſari poteſt.

*Nec properent artus anima priuare ſenili.*

Senſus eſt, ut dii ſinerent Æſonem adhuc aliquandiu uiuum, ut poſſet ei iuuentutem reducere. nam mortuum reſuſcitare ſe poſſe deſperat. & uide carmine inde quinto, cuius caſus putes eſſe illud exanimi, & utrum a nominatiuo exanimus an exanimis. ab altero enim exanimi uenit genitiuus, ab altero datiuus.

*Squamea Cinyphei tenuis membrana chelydri.*

Vix hoc in loco effugiemus, quin concedere cogamus duo epitheta uni tributa ſubſtantiuo, niſi tenuis ſit determinatiuum Cinyphei Chelydri, ut ſit ſenſus, non cuiuslibet Cinyphei Chelidri, ſed tenuis. nam ſquamea tenuis membrana uix quadrat.

*Et olim*

*Ante quater denos nunc ſe reminiſcitur annos.*

Raphael hæc ita exponit. ſe ante quadraginta annos natum fuiſſe recordatur, per quod ſignificat Æſonem ex decrepito ſene in uirum 40 annos natum fuiſſe conuerſum. at ego puto poetam dicere, Æſon reminiſcitur ſe nunc eum eſſe, qui erat olim ante annos quadraginta, ut intelligamus de Æſonis ſenio demptos 40 annos. ſi igitur Æſon erat ſeptuaginta annos natus, relinquebatur poſt innouationem annorum 30, atque id ueriſimilius. Porro ſequente carmine ſubiit, quod ſyncopen paſſum eſt, ultimam producit, quod apud hunc poetam non eſt infrequens. & nos etiam antea admonuimus.

*Laſciuitq; fuga, lactentiaq; ubera quærit.*

Lacto, ideſt lac præbeo, & matris eſt. Lacteo, ideſt lac ſugo, & eſt fœtus. lib. 6. de Apolline & Diana infantibus, Vberaq; ebiberant auidi lactantia nati. quo in loco pleriq; codices lactentia perperam habent. in ea quoq; ſignificatione hic ponitur, ſi modo hæc differentia perpetua ſeruata eſt. & nota hoc in loco Vbera de oue, quæ prædicto lib. 6. loco de Latona. & Æneid. item lib. 6. & ab ubere raptos Abſtulit atra dies, de infantibus loquens, ut non omnino aberrauerit, qui Lucæ undecimo traduxit, Et ubera quæ ſuxiſti, pro mammis.

*Adiacet his Pleuron.*

Niſi hoc de uolatu Medeæ intelligamus, quo longiſſime uidere poterat, non uideo quo pacto hoc intelligi queat. neque enim Pleuron eſt ad Hyries lacum qui in Bœotia eſt, ſed in Aetolia. mihi nomen Pleuron ſuſpectum, nimium enim diſtat, cum ſeptimo deinde carmine de Cephiſo amne longe propiore dicat, Cephiſon procul hinc deflentem fata nepotis Reſpicit. certum eſt hunc uolatum ut uolatum liberum deſcripſiſſe poetam. nam quomodo alioqui intelligetur quod eodem loco legitur, Dextera Cyllene eſt. talia exponenda erant commentatoribus, ſed ut nota tranſiliuntur.

*Illud Echidneæ memorant e dentibus or.*

Scio canis communis eſſe generis, at pro Cerbero uix credo ita inueniri. fortaſſis autem Echidneæ canis, ideſt hydræ ſerpentis nocentiſſimę, intelligendum. in hoc ſane mihi annotatur, ut aliis ſit iudicium.

*Nigra pedes, nigris uelata monedula pennis.*

Raphael pro nigra ſuſpicatur legendum rubra, quia his auibus pedes ac roſtra rubent. quòd ego admodum miror, qualem ipſe auem monedulam exiſtimauerit. nam furax illa auis, nota etiam garrulitate, nigros habet pedes.

*Oenopiam Minos dent Aetideia regna Oeno.*

Hunc uero locum recte emendauit, eſt enim legendum Oenomen, ut ipſe admonet.

*Nec dubiæ uires, quas hæc hab. inſ. ueſt. Duci.*

Subintelligendum uerbum ſunt. ſed mirum, cur non dubias uireis legatur potius. & quod tertio deinde dicitur uerſu ambigue dictum, Superat mihi miles & hoſti, intelligitur tamen. de quarto item uerſu idem iudicamus, gratia diis, felix &c.

*Hanc utinam uobis poſſent memorare.*

Accelerabat Aeacus, ut hæc innuunt uerba, ne longa ambage morer uos. nihil enim alioqui impedimenti narratur, ſequente autem carmine ſyllepſis eſt. uult itaque dicere, quos ille norit minimam perditarum fuiſſe rerum portionem, quibus uerbis non eos eleuat, ſed ingens damnum innuere conatur.

*Paßim poſitoq; pudore.*

Nota coniunctionem copulatiuam inter aduerbium ac ablatiuum regimine ſolutum. & uide num ſeptimo deinde uerſu conſiſtere capiatur pro exilire.

*Aut dantur in altos Indotata rogos.*

Illud indotata quid proprie hic ſignificet, lectori coniiciendum relinquo. Raphael uidetur expoſuiſſe .i. ſine ullo ſepulturæ honore. Illud item, Deq; rogis pugnant, utrum pugnant pro rogis, qui ſtruxerant, an qui non? ſed de utriſq; loqui uidetur. quod autem tertio deinde ſequitur carmine, Natorumq;, tollẽdum initio alterumq;, cum mater priorem natura producat. rurſus quinto deinde uerſu, recte emendauit uerſum Raphael, Iſſe ſub amplexus Æginæ Aſopidas olim. Aſopis enim primam longat.

*Forte fuit iuxta patulis rariſsima ramis.*

Vide qua ratione uocet quercum rariſſimam. utrum ut rarus opponatur denſo, an potius quòd in ea inſula nulla eiuſmodi erat de ſemine Dodonæo.

*Et cetera nota pudore*

*Qua tulerit mercede ſilet.*

Ordo & ſenſus eſt, inquit idem, Et ſilet ac reticet Cephalus ob pudorem cetera, quæ nota erant, qua mercede illud iaculum ab uxore acceperit. neque enim refert Cephalus ſe ob pulchritudinem ſuam ab uxore accepiſſe. hæc ille: ſed mihi non ſatisfecit, nec ego tamen me explico. illud enim nota, & illud mercede, cum poſtea omnia narret, merito lectorem morantur. ſed in omnibus nimis ſolicitum eſſe uitio datur, ideoq; ad alios libros deſcendimus.

# P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER OCTAVVS.




ARGVMENTVM.

Minos Iouis & Europæ filius, cum propter Androgeum filium, interemptum ab Athenienſibus, pœnas repeteret, Megaram, qua in urbe regnabat Niſus, acceſſit. animo enim conceperat, ea expugnata, occiſiſq; hoſtium præſidiis, ſe facile uictoriam conſecuturum. inter quæ Scylla, Niſi filia, ſæpe murum aſcendit delectandi gratia, propter lapides eius uocales. ſi quis enim eos calculo percuſſiſſet, haud aliter ac pulſata cithara inſonabant. Apollo enim ædificando muro nauaturus operam, lyram ſuper lapides depoſuit: cuius ſonus in eos tranſiit. e muro igitur Minoẽ, urbi aſſidentem, cultu regali bellicis rebus intereſſe ut animaduertit, pulchritudine eius exarſit. & cum potiundi nullam uiam inueniret aliam; uictorem hoſtem fecit, purpureum patri dormienti crinem abſcindens, quo patriæ fata continebantur. quem cum referatis portis accepto hoſte ad Minoẽ pertuliſſet, ille impium facinus auerſatus eſt. nouiſſime eam nauigio recipere noluit, patre iam in auem transfigurato, qui græcis halyætus dicitur, & perſequente filiam: illa quoque in uolucrem cirin uerſa eſt.

IAm nitidum retegente diem, noctisq; fugante
Tempora Lucifero, cadit Eurus, & humida ſurgunt
Nubila; dant placidi curſum redeuntibus Auſtri
Aeacidis, Cephaloq;: quibus feliciter acti
Ante expectatum portus tenuere petitos.
Interea Minos Lelegeïa littora uaſtat,
Prætentatq; ſui uires Mauortis in urbe
Alcathoe, quam Niſus habet: cui ſplendidus oſtro
Inter honoratos medio de uertice canos
Crinis inhærebat magni fiducia regni.
Sexta reſurgebant orientis cornua Lunæ,
Et pendebat adhuc belli fortuna: diuq;
Inter utrunque uolat dubiis uictoria pennis.
Regia turris erat uocalibus *addita muris,
In quibus auratam proles Latonia fertur
Depoſuiſſe lyram: ſaxo ſonus eius inhæſit.
Sæpe illuc ſolita eſt aſcendere filia Niſi,
Et petere exiguo reſonantia ſaxa lapillo,
Tunc cùm pax eſſet: bello quoque ſæpe ſolebat
Spectare ex illa rigidi certamina Martis.
Iamq; mora belli procerum quoque nomina norat,
Armaq;, equosq;, habitusq;, Cydoneasq; pharetras.
Nouerat ante alios faciem ducis Europæi
Plus etiam, quàm noſſe ſat eſt. hac iudice Minos

RAPH. IAM nitidũ retegente diem} reditum Cephali cum auxiliis ab Æaco acceptis poeta deſcribens, concinne octauũ cum ſeptimo libro connectit. regente autem ferè legitur, ſed corrupte, ut mihi quidem uidetur. nã retegente ut legatur, & ſenſus expoſcit & metri ratio & celeritas, qua Cephalũ cũ militibus ab Æaco traditis Athenas rediiſſe poeta oſtendit. ſolêt enim poetæ rerum naturæ, quas deſcribunt, ita compoſitionẽ accõmodare, ut ſiquid celeriter factum uelint, pedibus utãtur plures ſyllabas breues habentibus & contra. retegente igitur legatur, ut intelligamus aperiẽte & oſtendente. nam retegere eſt oſtendere atque aperire, ut diximus. {Noctisq; fugante} utrunq; ab altero pẽdet. cum enim retegitur dies, nox fugatur, & contra. {Lucifero} Lucifer autem ſtella eſt Veneris, quinque errantium infima, terræq; proxima, ut ſcribit Cicero in lib. de nat. deorũ, quæ φωσφόρος græce uocatur. {Cadit Eurus} flare deſinit. {Placidi Auſtri} lenes, non uehementes. Auſter autem uẽtus eſt nubiloſus: {Curſum} celerem nauigationem. {Ante expectatum} anteq̃ expectarentur. {Portus petitos} Athenienſes portus, quò peruenire cupiebant. {Interea Minos} cum Megaram Minos oppugnaret, Scylla, Niſi regis filia, Minois ipſius amore capta, ei patriam prodere decreuit. patri igitur dormienti purpureum capillũ, in quo patriæ ſalus cõtinebatur, recidit: quem cũ ad Minoem pertuliſſet, conuiciis repulſa, atq; contẽpta, in auem Cirin fuit conuerſa, cum iã pater Niſus in Halyetum auem fuiſſet commutatus. {Lelegia littora} Megarẽſia, a Lelege Neptuni filio, ut diximus, condita, a quo Megarenſes Leleges fuerunt appellati: qui primum inſulares fuerunt, deinde in continentem migrarũt, Caresq; appellati fuerunt, ut Herodotus narrat. {Sui Mauortis} ſui belli. {Alcathoe} urbs eſt, quæ eadem eſſe cum Megaris uidetur, ab Alcathoo Pelopis filio, qui Megareo in regno ſucceſſit, cognominata. altera quoque ex Megarenſium arcibus Alcathoe uocatur, utpote ab Alcathoo ædificata, cuius cũ iaceret fundamenta, diis, qui ueſtibulares dicuntur, primus omnium ſacrificaſſe fertur. {Quam Niſus habet} poſſidet. Niſus enim ex quattuor Pandionis Athenarum regis filius unus fuit, cui (ut Strabo narrat lib. 9.) in regni diuiſione a Pandione facta Megara obtigerunt. Niſus etiã Megarenſium eſt mons a Niſo rege ibi ſepulto cognominatus. {Oſtro} purpura. {Magni fiducia reg.} quãdiu enim crinem illum haberet, priuari non poterat regno. {Sexta reſurgebant} ſexto menſe poſt cœptam obſidionem Megara prodita fuiſſe ait. {Pendebat} ſuſpenſa erat. {Inter utrunque} Minoem & Niſum. {Dubiis pennis} dubio euentu. incertus nanq; ſemper eſt belli euentus: alatam autem uictoriã effingit poeta, quòd modo huc, modo illuc uolare uidetur. {Regia turris erat} turrim deſcribit, cuius muri tunc uocales fuerunt effecti, cum ibi Apollo operam ad murum ædificandum Alcathoo præſtiturus auratam depoſuit lyram. nam lyræ ſonus in parietes tranſiuit. ſi quis nanque calculo feriat, haud aliter inſonat (ut Pauſanias in Atticis ſcribit) quàm cithara pulſata. {Vocalib⁹} reſonantibus, uocem reddentibus. {Proles Latonia} Apollo. {Petere} percutere. {Mora belli} diuturnitate belli. {Procerũ} ducum. {Cydoneas} Cretẽſes. Cydonia enim urbs Cretæ, quæ prius Apollonia fuit uocata, a Cydone, Apollinis, & Acallidis, filiæ Minois, filio cognominata. {Ducis Europæi} Minois Iouis & Europæ filii. nam ex Europa Iupiter tres liberos ſuſcepit, ut ſcribit Dio, Minoa, Rhadamantum, Sarpedonem. {Plus etiam quàm noſſe ſat eſt} nam eum etiam amabat.

abdita

Abdiderat

RAPH. ABDIDERAT} occultauerat, texerat. {Criſtata caſſide} galea criſtis ornata. eſt.n. nomen participio ſimile. {Torſerat} iaculatus fuerat. nam torquere eſt cum impetu iacere, unde etiam tormenta dicta ſunt inſtrumenta bellica, quibus lapides iaciuntur. {Adductis lacer.} retroductis. morem aũt exprimit iaculantiũ, q brachia reducere ſolẽt. {Sinuauerat} curuauerat, contraxerat. {Dẽpto ære} depoſita galea. {Purpureus} purpuratus. {Stratis pict.} ephippiis uariorum colorũ. {Terga premebat equi} equitabat. eleganter aũt uirginis amore captę mores, uerbaq; effingit poeta. {Vix ſua} hoc eſt, uix in ſua erat poteſtate. {Liceat modo} modo poſſit. {Ferre uirg. gradus} .i. ire. {Gnoſſia caſtra} Cretenſia. Gnoſſus.n. urbs eſt Cretæ. {Recludere} aperire. {Æratas portas} ære & ferro munitas & tectas. {Vel ſi quid Minos} ſignificat Scyllã Minoi in omnibus, quæcũque ipſe uellet, morem fuiſſe geſturã. {Dictæi regis} Cretẽſis. nam Dicte mõs eſt Cretæ, unde Dictæus declinatur. {Læter ait, doleã ne} cogitationes Scyllæ Minois amore captę tã aperte a poeta deſcribuntur, ut nullã fere exigant enarrationẽ. {In dubio eſt} mihi ſubaudiatur. dubitat.n. Scylla, utrum potius lætari bello aduerſus patrem ſumpto, an dolere debeat. {Sed niſi bella fo.} colligit ſibi potius lætandum eſſe bello q̃ dolẽdum. Scylla. niſi.n. bellũ fuiſſet, nunq̃ Minoem cognouiſſet. {Me obſide acc.} obſides dicuntur q in fœderibus imperio alterius ea cõditione traduntur, ut ſi dator obſidis a fide recedat, recipiẽtis ſit ius in corpus & uitã illius, qui obſes traditus eſt. {Si quæ te pep.} Europa. {Merito Deus arſit in illa} hoc eſt merito Iupiter illã amauit. {Ter felix} perfecte beata. ternarius.n. numerus eſt perfectus. {Faſſaq; meas} ordo eſt & ſenſus: et ego cõfeſſa me filiã eſſe Niſi regis, & amores meos, rogarẽ ipſum, qua dote uellet emi, & eſſe meus. ſe autem omnia

Seu caput abdiderat criſtata caſſide pennis,
In galea formoſus erat: ſeu ſumpſerat ære
Fulgentem clypeum, clypeum ſumpſiſſe decebat.
Torſerat adductis haſtilia lenta lacertis:
Laudabat uirgo iunctam cum uiribus artem.
Impoſitis calamis patulos ſinuauerat arcus:
Sic Phœbum ſumptis iurabat ſtare ſagittis.
Cùm uerò faciem dempto nudauerat ære,
Purpureusq; albi ſtratis inſignia pictis
Terga premebat equi, ſpumantiaq; ora regebat:
Vix ſua, uix ſanæ uirgo Niſeia compos
Mentis erat. felix iaculum, quod tangeret ille,
Quæq; manu premeret, felicia frena uocabat.
Impetus eſt illi (liceat modò) ferre per agmen
Virgineos hoſtile gradus: eſt impetus illi
Turribus e ſummis in Gnoſſia mittere corpus
Caſtra, uel æratas hoſti recludere portas,
Vel ſi quid Minos aliud uelit. utq; ſedebat
Candida Dictæi ſpectans tentoria regis,
Læter, ait, doleam'ne geri lacrymabile bellum,
In dubio eſt. doleo quòd Minos hoſtis amanti eſt:
Sed niſi bella forent, nunquam mihi cognitus eſſet.
Me tamen accepta poterat deponere bellum
Obſide: me comitem, & me pacis pignus haberet.
Si quæ te peperit, talis, pulcherrime regum,
Qualis es ipſe, fuit: merito Deus arſit in illa.
O ego ter felix, ſi pennis lapſa per auras
Gnoſſiaci poſſem caſtris inſiſtere regis;
Faſſaq; me, flammaſq; meas, qua dote, rogarem,
Vellet emi: tantum patrias ne poſceret arces.
Nam pereant potius ſperata cubilia, quàm ſim
Proditione potens: quamuis ſæpe utile uinci
Victoris placidi fecit clementia multis.
Iuſta gerit certè pro nato bella perempto,
Et cauſſaq; ualet, cauſſamq; tuentibus armis,
Vt puto, uincemur. qui ſi manet exitus urbem,
Cur ſuus hæc illi reſeret mea mœnia Mauors,
Et non noſter amor? melius ſine cæde, moraq;,
Impenſaq; ſui poterit ſuperare cruoris.
Nam metuo certè, ne quis tua pectora Minos
Vulneret imprudens. quis enim tam durus, ut in te
Dirigere immitem non inſcius audeat haſtam?
Cœpta placent, & ſtat ſententia tradere mecum
Dotalem patriam, finemq; imponere bello.
Verùm uelle parum eſt: aditus cuſtodia ſeruat,
Clauſtraq; portarum genitor tenet. hunc ego ſolum
Infelix timeo, ſolus mea uota moratur.
Dij facerent, ſine patre forem. ſibi quiſq; profectò
Eſt Deus: IGNAVIS precibus fortuna repugnat.
Altera iam dudum ſuccenſa Cupidine tanto
Perdere gauderet; quodcunq; obſtaret amori:
Et cur ulla foret me fortior? ire per ignes,
Et gladios auſim: nec in hoc tamen ignibus ullis,
Aut gladiis opus eſt: opus eſt mihi crine paterno.
Ille mihi eſt auro pretioſior: illa beata
Purpura me, uotiq; mei factura potentem.
Talia dicenti curarum maxima nutrix
Nox interuenit, tenebriſq; audacia creuit.
Prima quies aderat, qua curis feſſa diurnis
Pectora ſomnus habet, thalamos taciturna paternos

Minoi traditurã Scylla ait, præterquã patris regnum. {Tantum patrias ne poſceret arces} tantum, inq̃t, rogarẽ, ne patris regnum dotem poſtularet. de proditione autem iam incipit cogitare Scylla. {Sperata cubilia} ſperati cõcubitus, qui in lectis & cubilibus fiunt. {Quàm ſim proditione potens} q̃ ſim uoti compos prodendo patrẽ. {Quamuis ſæpe utile uinci} labaſcit Scylla, ac de prodendo hoſtibus patre ratiocinatur. {Pro nato} pro filio Androgeo. {Et cauſſaq; ualet} iuſtiorem caſum fouet. {Vt puto uincemur} colligit Scylla ex iuſta cauſſa & Minois potentia patrem omnino uictum iri, eoq; ſatius eſſe, ut ſine cæde & ſanguine Minoi urbem tradat. {Suus Mauors} ſua potentia, & uis bellica. {Referet} aperiat. {Melius ſine cæde} iam utilitatem Minois, & ſalutem procurat Scylla, paternę pietatis oblita. {Impenſa ſui cruoris} effuſione ſui ſanguinis. {Immitem haſtam} hypallage eſt. nam ille immitis intelligitur. {Cœpta placent} cõſilia ſubaudiatur. {Stat ſententia} placet, firmaq; ac conſtans eſt ſententia. {Dotalem patriã} in dotem patriam prodere, ut me accipiat, ſecumq; uehat. {Aditus} portarum ingreſſus. {Cuſtodia} cuſtodũ turba. {Clauſtra portarum} claues portarum urbis. {Mea uota} meam cupiditatem. {Moratur} remoratur. {Sibi quiſq; profecto Eſt Deus} adeo impia eſt Scylla, & amore cęca, ut deos eſſe neget. unũquẽque autem ſibi Deum eſſe, ac iccirco nullo deorum opus eſſe auxilio, cũ unuſquiſq; id a ſe ipſo petere poſſit. {Ignauis precibus} ignauorum, qui ſunt puſillanimes. {Succenſa} inflammata. {Tanto Cupidine} tam magno amore. {Perdere} e medio tollere. {Et cur ulla foret} eſſe debeat. ſe ipſam autẽ reprehendit Scylla, ꝙ aliqua ſe audacior inueniatur. {Nec in hoc tamẽ ignibus ullis} a facili argumẽtatur Scylla.

RAPH. HEV facinus} exclamatio cum quodam poetæ dolore in Scyllæ impietatẽ, quæ ſuſtinuerit patrem illo crine frauda‐re, in quo regni fatum continebatur. {Fatali crine} in quo ur‐bis fata continebantur. {Spolium ſceleris} crinẽ purpureum, quo ſcelerate nimiũ patrem ſpoliarat. [Quidam tñ pro ſce‐leris, celeris ſubſtituũt. ſed q̃ bene, ipſi uiderint.] {Progreſ‐ſa} egreſſa. {Meriti} bene‐ficii, quo Minoẽ proſeque‐batur. eſt aũt parẽtheſis, ac clamationem admiratio‐nis plená continens. {Pa‐uentem} nouitate rei ſtupe‐ſcẽtem. {Suaſit amor faci‐nus} remotione criminis in ſe excuſanda utitur Scylla. nã in amorẽ crimẽ refert. {Scylla Niſi} filia ſubau‐diatur. pręceptũ eſt. n. ut ge‐nitiui nominibus propriis hominum iuncti ad patres maritos'ue referantur, ut a‐pud Virg. Hectoris Andro‐mache, & hoc loco, Scylla Niſi. illic enim uxor, hic filia intelligitur. {Patriũ ca‐put} paterná uitam. ab illo nãq; crine fata Niſi pende‐bãt. {Minos por. ref.} Mi‐nos tãta fuiſſe iuſtitia apud ſuperos fertur, ut apud in‐feros iudex fuerit cõſtitu‐tus. pulchre igitur decorũ ſeruat poeta, quo ubiq; Mi‐noẽ iuſtum eſſe oſtendit. {Imagine} cogitatione. {Noui facti} inuſitati ſce‐leris. {Dii te ſubmoueãt} pœnam & ſuppliciũ, quo olim parricidę afficieban‐tur, Scyllæ Minos impreca‐tur. in corio nãque inſue‐bantur cum ſimia, gallo, & ſerpente, ac in mare flu‐uium'ue proiiciebantur, ne aut cœlum aſpicere, aut in terra, aqua'ue quieſcere poſ‐ſent, ut ad legem Põpeiam ſcribunt iuriſc. {Summo‐ueant} repellant. {Incuna‐bula Iouis} ubi nutritus, educatusq́; fuit Iupiter. in‐cunabula nãq; dicuntur le‐ctuli, in q̃bus infantes quie‐ſcunt. {Cretẽ} Crete inſula eſt maxima, altero latere ad auſtrũ, altero ad ſeptẽ‐trionem uerſa inter ortũ, occaſumq́; porrigitur, cen‐tũ olim urbibus clara, un‐de Hecatompolis a græ‐cis fuit appellata. Virg.

Creta Iouis magni medio iacet inſula ponto,
Mons Idæus ubi & gentis cunabula noſtræ,
Centum urbes habitãt, magnas uberrima regna.

Dicta eſt autem Creta, uel a Crete Iouis & Ideę nym‐phæ filio, uel a Crete una Heſperidum. non ſolum autem Creta, ſed aliis quoq; nominibus fuit appellata. nam & Aeria, & Idæa, & Chthonia, & Curetis, & Macara, hoc eſt felix, perhibetur cognominata. {Qui meus eſt orbis} tã ampla eſt Crete inſula, ut merito orbis poſſit appellari. {Tã‐tum monſtrum} quæ contra naturam fiunt, monſtra uocan‐tur. patrem autem prodi a filia, maxime contra naturam eſſe uidetur. {Claſſis retinacu‐la} quæ orę dicuntur. {Paſ‐ſis capillis} ſparſis, diſſolu‐tis. {Et ſcelus} quia prodi‐dit patrem. {Et meritum} quia uictorem effecit Mi‐noẽ. {Congeſta} colloca‐ta. {Nã quò deſerta reuer‐tar} elegans figura, qua & rogat, & ſibi ipſa reſpõdit Scylla. colligit aũt nihil ſi‐bi loci eſſe relictum, quò re‐uerti poſſit. {Deſerta} abs te derelicta. {Patris ad ora. *Quæ tibi donaui?} reuer‐tar'ne, inquit Scylla, in con‐ſpectum patris, cuius uitã & fortunam tibi dono de‐di? {Finitimi exẽplum me‐tuunt} uicini, inquit, timẽt, ne mei exemplo filiæ ſuæ parentes prodant. {Obſtru‐ximus} clauſimus. {Vt Cre‐te ſola pateret} ut in Cretẽ ſolam uenire poſſem. {Sed inhoſpita Syrtis} inhoſpi‐talis. eſt aũt tropus meto‐nymia. cõtinens. n. pro cõ‐tento poſitum eſt. accolæ nãque Syrtium feri ſunt & peregrinis infeſtiſſimi. [Immo & ipſæ Syrtes, q̃ q̃ in eas delati fuerint, mi‐nime hoſpitalẽ locum ſor‐tiantur.] {Auſtro} uẽto. ſpeciem enim pro genere poſuit. {Agitata} uexata. {Exige pœnas} ſume pœ‐nas. {Inſequeris} perſeque‐ris. {Officium} beneficiũ. {Te uero coniuge digna eſt} Paſiphae, Minois u‐xor, tauri amore capta, o‐pera Dędali in lignea uac‐ca incluſa, cũ eo coire ſuſti‐nuit. ex quo cõcubitu Mi‐notaurus eſt natus, qui par‐tim Minoẽ, partim taurũ repręſentabat. {Toruũ tau‐rum} terribilem aſpectu. {Ligno} lignea uaccæ for‐ma. {Diſcordem fœtũ} diſ‐ferentem partum. nam uir & taurus uidebatur Mino‐taurus. {Ecquid ad aures?} an'ne, inquit, mea uerba au‐dis? dubitat enim Scylla an uerba ſua ad aures Minois perueniant. ecquid autem particula eſt interrogatiua, affectui & indignationi ſer‐uiens. {Iam iam Paſiph.} anadiploſis, & conduplí‐catió, indignanti maxime conueniens.

Intrat, & , heu facinus, fatali nata parentem
Crine ſuum ſpoliat: prædaq́; potita nefanda
Fert ſecum ſpolium ſceleris: progreſſaq́; porta
Per medios hoſtes (meriti fiducia tanta eſt)
Peruenit ad regem: quem ſic affata pauentem eſt:
Suaſit amor facinus: proles ego regia Niſi
Scylla tibi trado patriamq́;, meosq́; penates.
Præmia nulla peto, niſi te. cape pignus amoris
Purpureum crinem. nec me nunc tradere crinem,
Sed patrium tibi crede caput. ſcelerataq́; dextra
Munera porrexit. Minos porrecta refugit,
Turbatusq́; noui reſpondit imagine facti:
Dij te ſummoueant, o noſtri infamia ſecli,
Orbe ſuo; tellusq́; tibi, pontusq́; negetur.
Certè ego non patiar Iouis incunabula Creten,
Qui meus eſt orbis, tantum contingere monſtrum.
Dixit: & , ut leges captis iuſtiſſimus auctor
Hoſtibus impoſuit, claſſis retinacula ſolui
Iuſſit, & æratas impleri remige puppes.
Scylla freto poſtquàm deductas nare carinas,
Nec præſtare ducem ſceleris ſibi præmia uidit;
Conſumptis precibus uiolentam tranſit in iram:
Intendensq́; manus paſſis furibunda capillis,
Quò fugis, exclamat, meritorum auctore relicta
O patriæ prælate meæ, prælate parenti?
Quò fugis immitis? cuius uictoria noſtrum
Et ſcelus, & meritum eſt. nec te data munera, nec te
Noſter amor mouit, nec quòd ſpes omnis in unum
Te mea *congeſta eſt? nam quò deſerta reuertar?
In patriam? ſuperata iacet. ſed finge manere:
Proditione mea clauſa eſt mihi. patris ad ora,
Quem tibi donaui? ciues odere merentem:
Finitimi exemplum metuunt. obſtruximus urbem
Terrarum nobis, ut Crete ſola pateret.
Hanc quoq; ſi prohibes, & nos ingrate relinquis:
Non genitrix Europa tibi eſt, ſed inhoſpita Syrtis,
Armeniæ tigres, Auſtroq́; agitata Charybdis.
Nec Ioue tu natus, nec mater imagine tauri
Luſa tua eſt: *generis falſa eſt *ea fabula: uerùm
Et ferus, & captus nullius amore iuuencæ,
Qui te progenuit, taurus fuit. exige pœnas
Niſe pater: gaudete malis modò prodita noſtris
Mœnia, nam, fateor, merui, & ſum digna perire.
Sed tamen ex illis aliquis, quos impia læſi,
Me perimat. cur qui uiciſti crimine noſtro,
Inſequeris crimen? ſcelus hoc patriæq́;, patriq́;
Officium tibi ſit. te uerò coniuge digna eſt,
Quæ toruum ligno decepit adultera taurum,
Diſcordemq́; utero fœtum tulit. ecquid ad aures
Perueniunt mea dicta tuas? an inania uenti
Verba ferunt, idemq́; tuas ingrate carinas?
Iam iam Paſiphaen non eſt mirabile taurum
Præpoſuiſſe tibi: plus tu feritatis habebas.

Me miſeram, properare *iubet, diuulſaq; remis *iuuat*
Vnda ſonat, mecumq; ſimul mea terra recedit.
Nil agis o fruſtra meritorum oblite meorum:
Inſequar inuitum, puppimq; amplexa recuruam
Per freta longa trahar. uix dixerat: inſilit undis,
Conſequiturq; rates faciente Cupidine uires,
Gnoſſiacæq; hæret comes inuidioſa carinæ.
Quam pater ut uidit, (nam iam pendebat in auras,
Et modò factus erat fuluis *Haliætus in alis) *Haliæeti alis*
Ibat, ut hærentem roſtro laceraret adunco.
Illa metu puppim dimiſit: & aura cadentem
Suſtinuiſſe leuis, ne tangeret æquora, uiſa eſt.
Pluma fuit: plumis in auem mutata uocatur
Ciris: & a tonſo eſt hoc nomen adepta capillo.

ARG. Minos uictor cum Athenienſibus ſtipendium impoſuiſſet, & nobilium liberi quotannis ad Labyrinthum, a Dædalo factum, mitterentur, qui Minotauro obiicerentur, quem Paſiphae, Solis filia, Minois uxor, eiuſdem Dædali fabri ope iuncta tauro, enixa fuerat; tertio ſtipendio Theſeus, Ægei & Æthrææ filius, in inſulam Cretam deuectus, Ariadnes, Minois & Paſiphaes filiæ, quæ pulchritudine eius exarſerat amore periculum capitis effugit. digrediens itaq; Athenas cum uirgine abducta, in Diam inſulam appulit, ibiq; Ariadnen dormientem inde ſoluens reliquit. deſertam autem a Theſeo Liber pater ſibi copulauit: utq; ſui in eam amoris memoria exiſteret, eius coronam in cœlum tranſtulit.




Vota Ioui Minos taurorum ſanguine centum
Soluit, ut egreſſus ratibus Curetida terram
Contigit: & ſpoliis decorata eſt regia fixis.
Creuerat opprobrium generis, fœdumq; patebat
Matris adulterium monſtri nouitate biformis.
Deſtinat hunc Minos thalami remouere pudorem,
Multiplicíq; domo, cæciſq; includere tectis.
Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis

RAPH. PROPERARE iuuat} me, inquit, delectat feſtinare. in uolucrem nãque conuertebatur. {Diuulſa} diſcuſſa, percuſſa. {Mea terra recedit} recedere uidetur nauibus abeuntibus. hoc autem ex opinione uulgari eſt dictum. {Inſilit undis} in undas ſalit & aquas. {Comes inuidioſa} in Minoen maximam concitans inuidiã. {Halyętus} ſpecies eſt aquilę, clariſſima oculorum acie, Halyætus, ut Plin. ſcribit, librãs ex alto ſeſe, uiſoq; piſce in mari pręceps in eum ruens, & diſcuſſis pectore aquis rapiẽs. [Vſus aũt poeta eſt ſynęreſi, cõtractis a & e in unã ſyllabam. nã ἁλιάετος per ſe quadriſyllabũ eſt.] {Ciris} ἀπὸ τοῦ κείρειν, hoc eſt a tondendo fuit appellata. [Porrò q́nam auis proprie ſit Ciris, apertius aut planius alibi nuſquam traditur. Græcorum quidam commentarii exponunt ἱέρακα hoc eſt accipitrẽ, alii τὴν ἁλκυόνα intelligi uolunt. ex noſtris ſunt qui alaudam interpretẽtur. Virg. autem, ſeu quiſquis is fuit, qui carmen illud de Ciri compoſuit, ſolitariam auem, hanc uidetur facere, quæ in ſolis rupibus ac ſcopulis & litoribus deſertis, ut ipſe ait, exigat æuum, uertice in medio criſtam purpuream habens, ceteris plumis uarie coloratis. & quod hic Ouidius leuiter innuit, Niſum ubiq; perſequi Scyllam, id idem ille latius explicat his uerſibus:

*Nisus in auem halyętum. Scylla in auem.*

Quacũque illa leuem fugiens ſecat aera pennis,
Ecce inimicus atrox, magno ſtridore per auras
Inſequitur Niſus: qua ſe fert Niſus ad auras,
Illa leuem fugiens raptim ſecat æthera pennis.]

Quæ autem de Niſo & urbis captiuitate a poeta memorantur, Megarenſes, ut Pauſanias ſcribit, uera fuiſſe negant. nolunt enim iis aſſentiri, qui urbem ſuam Niſo regnante captã fuiſſe aiunt. ſed Megareũ Niſi generum in regnum ſucceſſiſſe, & deinceps Alcathoum Megarei filium aſſerunt. Videtur quidem Alcathous eo tempore ex Elide ueniſſe, inquit, quo Niſus mortuus eſt, Megarenſium rebus afflictis. cuius rei argumentum eſt, quòd ſtatim murum ædificauit, quòd uetus iam dirutus eſſet a Cretenſibus. {Vota Ioui Minos} deſcripturus quemadmodum Ariadnæ corona in ſydus fuit conuerſa, breuiter commemorat ea, quæ de Minotauri cæde feruntur. Minos enim uictor hoc tributo Athenienſes preſſit, ut nono quoq; anno quatuordecim nobilium liberi, hoc eſt ſeptem pueri, ac totidem uirgines ſorte ducti mitterentur in Cretam Minotauro obiiciendi. Theſeus igitur Ægei regis filius, cum ſors ad eũ perueniſſet, ſiue, ut Iſocrates in Helenes laudatione teſtatur, cũ tantum dedecus, tantamq; ſuorum calamitatem ferre non poſſet, ſponte in Cretam profectus, Ariadnæ Minois regis filiæ amore ſuo captæ auxilio ſeruatus eſt. nam quo modo & Minotaurum interficeret, monſtrauit; & filo ad ianuam fixo e Labyrintho a Dædalo extructo egrederetur, oſtendit. quare occiſo Minotauro Ariadnẽ unà cum Phędra ſorore abducẽs in Diã inſulam primum enauigauit. ubi ab ingrato Ariadne relicta, cũ ſe deſertã quereretur, opemq; deorum inuocaret, Libero patri ita placuit, ut & eam ſibi deſponſarit: & ut æterna illius amoris memoria eſſet, eius coronam in cælum miſerit, cuius gemmæ in ſtellas conuerſæ ſydus coronę ſimile effecerunt. {Taurorũ centum} hecatombẽ ſignificat, q̃d erat cẽtum boum ſacrificium. {Curetida terram} Cretenſem. nam Curetes antiquiſſimi Cretæ populi fuerunt, unde Curetis Creta fuit cognominata. {Opprobrium} dedecus Minotaurus. nã Paſiphae Cretes, [Clymenes alii, quæ fuit Oceani] & Solis filia, ac Minois uxor, Veneris impulſu in tauri amorẽ incidit: cui cũ Dędali opera ſe ſuppoſuiſſet, Minotaurum peperit, qui partim Minoi, partim tauro ſimilis erat. qua ex re facile Paſiphaes matris adulterium fuit deprehenſum. Vt aũt ſcribit Diod. ferũt Minoẽ ſingulis quibuſq; annis ſolitum fuiſſe taurum omnium ſpecioſiſſimum Neptuno ſacrificare. cum autem ei foret taurus forma præſtãtiſſimus, alium multo inferiorẽ ſacrificauit. quare iratus Minoi Neptunus, Paſiphae uxori illius tauri amorem iniecit. Palæphatus uero ſcribit Paſiphaen, cum Minos teſticulorum morbo laboraret, formoſiſſimi iuuenis, nomine Tauri, amore captã fuiſſe, ex eoq; puerum ſuſcepiſſe, q̃ tandem cum ferociſſimus euaſiſſet, a Theſeo fuerit interfectus. {Cæcis} occultis. {Dędalus ingenio} Dædalus (ut narrat Diod.) genere Athenienſis, ex iis unus, qui Erechthidæ uocantur, adeo præclarus fuit architectus, ut & opera quædam miranda effecerit, & ſtatuas, quæ aſpicere, ambulareq;, & ſpirare uidebantur, effinxerit. adeo nanque compoſitio membrorum apta erat, & ſuis partibus perfecta, ut omnes in admirationem alliceret. [Atque hinc Dædalea uocant græci, opera αὐτόματα, hoc eſt, quæ ſponte ſua mouentur, aut uocem edunt. de quibus Plato illud ex fabula quadam ab iiſdem citatur,

Ponit opus, turbatq; notas, & limina flexu
Ducit in errorem uariarum ambage uiarum.
Non ſecus, ac liquidis Phrygius Mæander in undis
Ludit, & ambiguo lapſu refluitq;, fluitq;,
Occurrensq; ſibi uenturas aſpicit undas,
Et nunc ad fontes, nunc ad mare uerſus apertum
Incertas exercet aquas: ita Dædalus implet
Innumeras errore uias: uixq; ipſe reuerti
Ad limen potuit. tanta eſt fallacia tecti.
Quo poſtquam geminam tauri, iuuenisq; figuram
Clauſit, & Actæo bis paſtum ſanguine monſtrum
Tertia ſors annis domuit repetita nouenis:
Vtq; ope uirginea nullis iterata priorum
Ianua difficilis filo eſt inuenta relicto:
Protinus Aegides, rapta Minoide, Diam
Vela dedit, comitemq; ſuam crudelis in illo
Littore deſtituit. deſertæ, & multa querenti
Amplexusq;, & opem Liber tulit: utq; perenni
Sidere clara foret, ſumptam de fronte coronam
Immiſit cælo: tenues uolat illa per auras:
Dumq; uolat, & gemmæ nitidos uertuntur in ignes,
Conſiſtuntq; loco, ſpecie remanente coronæ,
Qui medius, nixiq; genu eſt, anguemq; tenentis.

ARG. Dædalus, Eupalami filius, ſupradictus, cũ propter cõmiſſa Minoem, a quo clauſus tenebatur, fugere uellet, pennas ſibi, & filio Icaro aptauit, quibus, ut uolucres, profugerent regis imperium. quorum Icarus, quia præceptis parentis obtemperare nequiuit, in mare decidit, quod eius nomine Icarium dictum eſt. Dædalus autem in Siciliam ad Cocalum regem profugit, ſepulto filio in inſula, illi mari, in quo ceciderat, uicina; quæ de eius quoq; nomine Icaros dicta eſt. patrem autem filium ſepelientem uidit Perdix, ſororis ipſius Dædali filius, eiusq; caſum cum gaudio tulit. nam cum a matre fratri datus eſſet in diſciplinam, quia primus ſerram inuenerat, ob inuidiã ingenii ex muro a Dædalo præcipitatus eſt. cui Minerua opem tulit: ante enim, q̃ terram contingeret, ab ea in uolucrem eſt uerſus, quæ a nomine eius. Perdix uocatur.

Οὖτος τίς εἶ; λέγε ταχύ, τί σιγᾷς οὐκ ἐρεῖς;
Ἑρμῆς ἔγωγε δαιδάλου, φωνὴν ἔχων,
Ξυλινός; βαδίζων δ' αὐτομάτως ἐλήλυθα.

De parentibus autem Dædali uarie ab auctoribus traditur. Lactantius, ut alii quidam, Eupalami filium facit Dædalum; Pauſanias in Bœoticis, Palamonis; Plato in Ione, item Pherecydes, ut in cõmen. Sophoclis citatur, Metionis, quem Metioné rurſus, idẽ Pherecydes Erechthei filiam uocat. Diodorus autem contrà Eupalami, ipſum autem Eupalamum filiũ Athenæi, Erechtheiq; nepotem. & eodem modo etiã de matre Dædali uariant. nam Pherecydes ex Iphinoe natum dicit, Plutarchus in Theſeo, ex Merope Erechthei filia. Quę diuerſitas tametſi ad hunc locum non ita faciat, haudquaquam tamen ommittenda uiſa eſt. {Ponit} extruit, ædificat. {Notas} ſigna, quibus loca facile diſcernuntur.

RAPH. MÆANDROS} fluuius eſt Phrygiæ Mæandros, qui ſæpenumero in ſe redire uidetur. illi ſimilem ait Labyrinthũ fuiſſe. [Hinc & Mæandros uocamus, quęcũq; inuoluta atq; perplexa ſunt.] {Ad mare uerſus apertũ} interdũ, inquit, ad fontem uerſus redire, interdũ ad mare ſpatioſum uerſus fluere uidetur Mæandrus. Verſus autem quamuis participium pleriſq; uideatur, hoc loco tamen præpoſitio eſt, quæ eleganter cũ ad & in præpoſitionibus connectitur, ut, Ad forũ uerſus mihi ire in animo eſt. {Actæo ſanguine} Athenienſi. {Tertia ſors} forte. n. ducebantur, qui mittendi erant. tunc autẽ Theſeus fuit eductus. {Annis nouenis} poſt nouẽ annos. [Variat aũt hoc loco nonnihil à cæteris poeta. nam Virg. item Diodorus, atq; alii pleriq; non nono demum anno, ſed ſingulis annis, Athenienſium liberos in Cretam pro tributo miſſos dicunt. Virgil. uerſus ſunt,

In foribus letum Androgeo, tum pendere pœnas
Cecropidæ iuſſi, miſerum ſeptena quotannis
Corpora natorum. ſtat ductis ſortibus urna, &c.

Sed tamen Ouidii ſententiam etiam Plutarchus approbat in Theſeo, qui eodem modo plurimos auctores ſentire ſcribit.] {Vtq; ope uirg.} poſteaquã, inquit, auxilio uirginis Ariadnes è Labyrintho Theſeus eſt egreſſus, nauem conſcendit. {Nullis iterata priorum} ad quam nemo eorũ, qui prius miſſi fuerant ab Athenienſibus in Cretam, unquã redire potuit. {Rapta Minoide} Ariadna Minois filia abducta. {Diam,} inſula eſt Dia una ex Cycladibus, haud longe diſtans à Creta, Ariadnę & Bacchi amoribus clariſsima, quam & Naxon, & Strongylen, & Dionyſiada à uinearum fertilitate, & Siciliam minorem, & Callipolim appellatã fuiſſe Plinius ſcribit. Multæ quoq; urbes Diæ fuerunt uocitatæ. eſt enim Dia urbs Theſſaliæ ab Æaco ædificata, eſt Thraciæ altera iuxta Athon montem, tertia eſt Euboeæ, quarta eſt inſula cũ urbe, Peloponneſo adiacens, quinta eſt Luſitaniæ, ſexta Italiæ iuxta Alpes, ſeptima Scythiæ, octaua Cariæ, nona Bithyniæ iuxta Pontum. {Diam} uerſus, ſiue ad, præpoſitiones, ſiue potius utrũq; ſubintelligantur. {Deſtituit} dereliquit. {Sumptam de fronte coronam} illa corona dicitur à Vulcano facta ex auro & indicis gemmis, per quas Theſeus exiſtimatur de tenebris labyrinthi ad lucem ueniſſe, quod aurum, & gemmæ in obſcuro fulgorem luminis efficiebant. Hanc autem coronã (ut ait Hyg.) quo tempore Bacchus ad Minoa uenit, Ariadnæ muneri dedit, qua delectata ſtupri conditionem non recuſauit. Sed aliæ quoq; ſunt priſcorum de hac corona opiniones. {In nitidos ignes} in ſtellas ſplendentes. {Specie co.} figura. nam illud ſydus, quod eſt inter ἐγγόνασιν & Ophiuchon, ob ſimilitudinẽ corona uocatur. {Qui me. ni. ge.} coronæ ſydus mediũ eſſe ait, & eius qui ἐγγόνασι à Græcis uocatur, hoc eſt in genibus, & eius qui uocatur Ophiucos, ideſt anguem tenẽs. {Nixiq; ge.} de hoc uariæ ſunt antiquorum opiniones, nam Eratoſthenes illum Herculem eſſe ait, paratum ad decertandum, ſiniſtra manu pellem leonis, dextra clauam tenentem. conatur nanque interficere draconem, Heſperidum cuſtodem, qui nunquam oculos operuiſſe ſomno coactus exiſtimatur, quo magis cuſtos eſſe demonſtretur. Horũ igitur pugnam Iupiter admirat' inter aſtra conſtituit. habet enim draco caput erectum, Hercules autem dextro genu nixus, ſiniſtro pede prolato, capitis eius dexteram partem opprimere conatur, dextera manu ſublata ut feriens, ſiniſtra uero proiecta cum pelle leonis, ut is q̃ maxime dimicans appareat. Qui plura de hoc uidere cupit, Hyginũ legat, uarias opiniones referentẽ. {Anguem te.} Ophiuchi eſt interpretatio, qui anguitenens à noſtris uocatur, tenens manibus anguem medium corpus eius implicantem. Hunc alii Phorbanta Triope filiũ, alii Æſculapium, alii Glaucum Minois filium, qui Æſculapii opera dicitur reuixiſſe, eſſe aiunt. Anguem uero hac de cauſſa tenere dicitur, quod cum Glaucum ſanare cogeretur, concluſus quodam loco ſecreto, baculum tenens manu, cum quid ageret, cogitaret, dicitur anguis ad bacillum eius arrepſiſſe, quem Æſculapius mente commotus interfecit bacillo fugientem ſæpius feriens. poſtea fertur alter anguis eodem ueniſſe ore ferens herbam, & in caput eius impoſuiſſe, quo facto illico fugiſſe, quare Æſculapium uſum eadem herba Glaucum ad uitam reuocaſſe. itaq; anguis, & in Æſculapii tutela, & in aſtris dicitur collocatus. qua conſuetudine ducti reliqui medici anguibus utuntur.

{Dædalus

DAedalus interea Creten, longumq́; peroſus
Exilium, tactusq́; loci natalis amore,
Clauſus erat pelago. Terras licèt, inquit, & undas
Obſtruat, at cælum certè patet: ibimus illac.
Omnia poſsideat, non poſſidet aera Minos.
Dixit: & ignotas animum dimittit in artes,
Naturamq́; nouat. nam ponit in ordine pennas
A' minima cœptas, longam breuiore ſequente,
Vt cliuo creuiſſe putes, ſic ruſtica quondam
Fiſtula diſparibus paulatim ſurgit auenis.
Tunc lino medias, & cæris alligat imas,
Atq; ita compoſitas paruo curuamine flectit,
Vt ueras imitetur aues. puer Icarus unà
Stabat, & ignarus ſua ſe tractare pericla,
Ore renidenti, modò quas uaga mouerat aura,
Captabat plumas, flauam modò pollice cæram
Mollibat, luſuq́; ſuo mirabile patris
Impediebat opus. Poſtquam manus ultima cœpto
Impoſita eſt, geminas opifex librauit in alas
Ipſe ſuum corpus, motaq́; pependit in aura.
Inſtruit & natum: Medioq́; ut limine curras,
Icare, ait, moneo: ne, ſi demiſſior ibis,
Vnda grauet pennas; ſi celſior, ignis adurat.
Inter utrunq; uola: nec te ſpectare Booten,
Aut Helicen iubeo, ſtrictumq́; Orionis enſem:
Me duce carpe uiam. pariter præcepta uolandi
Tradit, & ignotas humeris accommodat alas.
Inter opus, monitusq́; genæ maduere ſeniles,
Et patriæ tremuere manus. dedit oſcula nato
Non iterum repetenda ſuo: penniſq́; leuatus
Antè uolat, comitiq́; timet, uelut ales, ab alto
Quæ teneram prolem produxit in aera nido:
Hortaturq́; ſequi, damnoſaſq́; erudit artes:
Et mouet ipſe ſuas, & nati reſpicit alas.
Hos aliquis tremula dum captat arundine piſces,
Aut paſtor baculo, ſtiuæ'ue innixus arator,
Vidit, & obſtupuit, quiq́; æthera carpere poſſent,
Credidit eſſe deos. & iam Iunonia læua
Parte Samos fuerat, Deloſq́;, Paroſq́; relictæ;
Dextra Lebyntos erat, fecundaq; melle * Calymna:
Cùm puer audaci cœpit gaudere uolatu,
Deſeruitq́; ducem, cæliq́; cupidine tactus
Altius egit iter. rapidi uicinia Solis

RAPH. DÆDALVS} Tali pueri Athenienſis trãſmutationẽ in perdicẽ auẽ poeta narraturus, q̃ de uolatu Dædali, atq; Icari ferunt, præmittit. nã Dædalus Athenienſis Eupalami filius, cũ Talum ſororis filiũ optimę indolis iuuenẽ per inuidiã, quod & ſerrã, & circinũ inueniſſet, intereniiſſe diceret, iudicii euentum timens in Cretã aufugit: eius uero opera & Paſiphae in lignea uacca incluſa cũ tauro coiuit, & Ariadne Theſeũ ſeruauit. Quę cũ Minos reſciuiſſet, illũ i Labyrithũ unà cũ Icaro filio cõiecit. Dędalus uerò ingenio pollẽs pennas ad ſe uarii gñis afferri curauit, ex qbus & ſibi & filio alas cõfecit, itaq; aptauit, & auiũ more è Creta euolarint. ac Dędalus quidẽ quò uoluit, incolumis puenit: Icarus uero, patris mãdatorũ neglector, cũ altius q̃ pater euolare gauderet, reſolutis calore pẽnis, in mare cecidit, qd̃ ab eo Icariũ ex ſententia Ouid. fuit cognominatũ. Cũ uero Dædalus filium ſepeliret, forte Perdix noua tũc auis ipſum aſpiciens mœrentẽ ualde eſt gauiſa. Cum.n. eſſet iuuenis ingenioſiſsim⁹, iamq́; ſerrã, circinũq́; inueniſſet: à Dædalo, inuidia moto, ex Palladis arce deiectus auxilio ipſius Palladis in auẽ ſui nois fuit cõmutatus. {Loci natalis} patriæ in qua nat⁹ erat. {Obſtruat} claudat. {At cœlum patet} tamẽ aer apertus eſt. Cęlũ.n. frequẽter pro aere ponit. {Omnia poſsideat} licet cõiunctio ſubaudiat. {Naturáq; no.} rẽ nouã in natura excogitat. nam homo, q natura uolare nõ poteſt, ingenio Dædali aptus ad uolatũ effect⁹ eſſe uidet. {Vt cliuo creuiſſe putes} ut poſſis eas putare cliuo aliquo creuiſſe propter ipſarũ inæqualitatẽ. {Tum lino medias} deinde, inqt, mediã pennarũ partẽ filis, infimã uero cęris alligauit Dædalus. {Paruo curua. fle.} parum inflectit, ut uerę auium alæ eſſe uiderentur. {Ore reni.} hilari & lęto & ridẽti. {Mollibat.} mollẽ faciebat. {Poſtq̃ ma. ulti. cœpto impo. eſt} poſteaq̃ alæ cõpletæ fuerũt. nã imponere manũ ultimã operi, eſt opus ipſum finire. {Opifex.} artifex Dædalus. {Librauit} ſuſpẽdit. {In aura mo.} In aere alis agitato. {Inſtruit & natũ} alis ſubaudiatur, hoc eſt apponit ẽt filio alas. {Demiſſior} inferior. {Grauet} graues reddat madefaciẽdo. {Inter utrunq;} ſummũ & infimũ locũ, hoc eſt per mediũ. {Nec te ſpe. Booté.} Icarũ admonet Dædalus, ut ſe ſequatur. neq;.n. opus eſſe ut uolatũ ſuũ dirigat ad ſyderũ rationem, quæ nautæ maxime obſeruãt. [Immo ne ad dexterã nimis, ne'ue ad ſiniſtrã declinet, ſed mediã uiã teneat. id enim uidetur ſignificare poeta per Bootem & Helicẽ ex una parte: itẽ per Orionẽ, ex altera.] Bootes aũt ſydus eſt, qui & Arctophylax dicitur, qui agitare plauſtrũ uidetur, unde & à bobus nomen accepit. Septentriones aũt ſignificat, quos nautę potiſſimũ reſpiciũt. {Aut He.} Helice uero maior eſt urſa, ſic dicta ab Helice, urbe Arcadiæ, in qua Caliſto nata eſſe fertur. [Vel etiam à gyro, ſeu circulo, quem maiorẽ deſcribit, quàm urſa minor. nam Græcis ἑλίσσω idem, quod circumago, ac roto ſignificat.] Dicta eſt aũt Helice urbs (ut Stephanus ait) uel ab Helica, Lycaonis filio, uel ab Helice, Iouis uxore, Selinuntis aũt filia. {Strictumq́; Orionis en.} Orion ἀπὸ τοῦ οὔρου hoc eſt ab urina fuit cognominatus, quod ex Iouis & Mercurii urina fingatur natus, ut in quinto Faſt. copioſè narrat Ouid. Is uenator tãtis uirib⁹ fuit, ut nulli ferè ſe ceſſurum iactaret. quare Terra permota Scorpionẽ maximũ emiſit, qui illũ interficere conaretur. Iupiter autẽ utriuſq; animũ admiratus & Scorpium ſponte, & precibus Dianæ Orionẽ in ſydera ſuſtuliſſe narratur. Referũtur tñ & aliæ de Orione opiniones ab Hygino. Sydus uero Orionis ita figuratur, ut enſem nudũ in manu tenere uideat. {Dãnoſas ar.} pernicioſas, qd̃ exitu pbatum eſt. {Tremula arun.} hamo ab arũdine tremula dependẽte. {* Stiuæq́,} uel ſtiuę. Que.n. copulatiua cõiunctio pro uel diſiũctiua, poſita eſt. Stiua aũt manubriũ eſt aratri, quo regitur. Vir. Stiuaq́; innixus aratro. {Iunonia Sa.} Iunoni dicata. nam ibi Iuno & nata & educata & Ioui uxor tradita dicitur. Eſt aũt inſula Cariæ adiacẽs, quæ prius tum Parthenia, tũ Dryuſa, tum Anemuſa, tũ Melãphylos fuit apellata. Eſt ẽt alia Samos, q̃ & Samothracia dr, quod Thraciæ adiaceat, unde Vir. Threiciamq; Samon, q̃ nũc Samothracia fertur. Delos quoq; & Paros inſulæ ſunt Ægei, ut iã ſæpius diximus. {Dextra Lebinthos erat} Lebinthos inſula ẽſt una ex Cycladibus. [Strabo inter Sporadas recenſet, ut & ſequẽtẽ.] Calydne, Calydne quoq; inſula eſt Cycladũ una, mellis ferax. Homerũ hoc loco imitatus uidetur poeta, qui eodem modo, ſed pluraliter, καλύδνας dixit, pro ea inſula, quæ alio nomine καλύμνα uocatur: ut Iliados β. Calydne.

Οἱ δ' ἄρα νίσυρόν τ' εἶχον, κράπαθόν τε, κάσον τε
Καὶ κῶ εὐρυπύλοιο πόλιν, νήσους τε καλύδνας

Ita.n. Sceptius grãmatic⁹ hũc locũ interpretat auctore Stra. li. x. Quanq̃ alii nõ tantũ Calymnã, ſed & uicinas Calymnæ inſulas, per καλύδνας intelligi putẽt. De Calymnio aũt melle idem Stra. in hunc modũ, ἅπαν μὲν οὖν τὸ νησιωτικὸν μέλι, inquit, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἀστεῖόν ἐστι, καὶ ἐνάμιλλον τῷ ἀττικῷ, τὸ δ' ἐν ταύταις ταῖς νήσοις, διαφερόντως, μάλιστα δὲ τὸ καλύμνιον.

{Mollit.

Mollit odoratas pennarum uincula ceras.
Tabuerant ceræ: nudos quatit ille lacertos,
Remigioq́; carens non ullas concipit auras:
Oraq́; cærulea patrium clamantia nomen
Excipiuntur aqua: quæ nomen traxit ab illo.
At pater infelix, nec iam pater, Icare, dixit,
Icare, dixit, ubi es? qua te regione requiram?
Icare, dicebat: pennas conſpexit in undis,
Deuouitq́; ſuas artes, corpuſq́; ſepulcro
Condidit, & tellus à nomine dicta ſepulti eſt.
Hunc miſeri tumulo ponentem corpora nati
Garrula ramoſa proſpexit ab ilice perdix,
Et plauſit pennis, teſtataq́; gaudia cantu eſt,
Vnica tum uolucris, nec uiſa prioribus annis,
Factaq́; nuper auis, longum tibi Dædale crimen.
Nanq́; huic tradiderat fatorum ignara docendam
Progeniem germana ſuam, natalibus actis
Bis puerum ſenis, animi ad præcepta capacis.
Ille etiam medio ſpinas in piſce notatas
Traxit in exemplum, ferroq́; incidit acuto
Perpetuos dentes, & ſerræ repperit uſum
Primus, & ex uno duo ferrea brachia nodo
* Iunxit, ut æquali ſpatio diſtantibus illis
Altera pars ſtaret, pars altera duceret orbem.
Dædalus inuidit, ſacraq́; ex arce Mineruæ
Præcipitem miſit, lapſum mentitus. at illum,
Quæ fauet ingenijs, excepit Pallas, auemq́;
Reddidit, & medio uelauit in aere pennis.
Sed uigor ingenij, quondam uelocis, in alas,
Inq́; pedes abijt: nomen, quod & antè, remanſit.
Non tamen hæc altè uolucris ſua corpora tollit,
Nec facit in ramis, altoq́; cacumine nidos:
Propter humum uolitat, ponitq́; in ſepibus oua,
Antiquiq́; memor metuit ſublimia caſus.

ARG. Oeneus, Parthaonis filius, quia in ſacrificio cogendorum fructuum conſulto prætererat Dianam, aper ab ea miſſus eſt, qui Calydoniæ agros uaſtaret. perſeuerante Oeneo in deſpectu deæ, Meleager, eius filius, conuocatis Græciæ principibus, aprum patris iuſſu uenari ingreſſus eſt. cum quibus Atalanta, Iaſij Arcadiæ regis filia, ex Arcadia digreſſa eſt, quæ prima aprum uulnerauit. cuius uirtutem, & ſpeciem miratus Meleager, interempto apro exuuias ei conceſsit, quas Plexippus, Toxeus, Agenor, Meleagri auunculi, uirgini ereptas cum interitu rependerunt. at Althæa, mater Meleagri, ut fratrum cædem accepit, ſtipitem fatalem, conditum a Parcis, in quo uita Meleagri continebatur, flamma peruſsit. quo conſumpto, Meleager extinctus eſt: cuius interitu ſorores, inter flendum in uolucres conuerſę, e fratris nomine Meleagrides cognominantur.

IAmq́; fatigatum tellus Aetnæa tenebat
Dædalon; & ſumptis pro ſupplice Cocalus armis
Mitis habebatur. iam lamentabile Athenæ

RAPH. MOLLIT} molles reddit & liquefacit. {Odoratas cæ.} odorē emittentes. {Cærulea aqua} nigro mari. nam in mare Icarus cecidit. {Quæ no.tra.ab illo} nam mare Icariū ab Icaro fuit appellatū, ut ſentit Ouid. ut uero alii, ab Icaro inſula fuit cognominatum. {At pater infe. nec iam pater} pater quia genuerat, non pater, quia filius iam erat mortuus. {Deuouit} deteſtatus eſt. {Et tellus a no. dicta ſep.} Icaros enim inſula ab Icaro Dædali filio illic ſepulto dicta fuiſſe uidetur. {Hunc miſeri tumulo} Tali pueri Metam. in auem deſcribere īcipit poeta. nā Talus (ut & Dio. & Pauſ. ſcribunt) Dædali ſororis filius, cū & rotam figuli, & ſerrā ferreā, & circinū inueniſſet, a Dædalo inuidia moto fuit interfect⁹. {Quare Dædalus ab Areopagitis damnatus in Cretā ad Minoem aufugit. [Quē hic Talum ſubinde uocat Regius, Diodori, ut puto, uulgarē editionē ſecut⁹, eū Pauſanias in Atticis, ut & alii quidam, Calum uocat, nonnulli etiā Perdicē. ac Perdicis nomen ipſe etiā Ouid. cōprobare uidetur, quando infra ait, Nomen, quod & ante remanſit.

*Vinxit* Talus aūt per, T, gigantis nomen cuiuſdā eſt, qui totus æreus fuiſſe dicitur, ex æreo illo hominum genere reliquus, quos priſci ex arboribus natos tradiderūt. cuſtos idē a Ioue Cretæ inſulæ additus, ut Apollonius ait libro quarto:

Serræ circiniq́; inuentor.

Τοὺς δὲ τάλως χάλκειος ἀπὸ ϛιβαροῦ σκοπέλοιο
Ῥηγνύμενος πέτρας εἶργε χθονὶ πείσματ' ἀνάψαι.
Δυκταίης ὅρμοιο κατερχόμενος ἐπ' ἰωγύν.
Τὸν μὲν χαλκείης μελιηγενέων ἀνθρώπων
Ῥίξης λοιπὸν ἐόντα μετ' ἀνδράσιν ἡμιθέοισιν
Εὐρώπῃ Κρονίδης νήσου πόρεν ἔμμεναι οὖρον
Τρὶς περὶ χαλκείοις Κρήτην ποσὶ δινεύοντα.

Hunc poſtea ueneficiis & incantationibus ſuis Medea interemit, ut eodem loco narratur.] {Ponentē tumulo} tumulātē & ſepelientē. {Et plauſit pennis} & alas concuſsit. {Vnica} ſola. unicus. n. ſecundo caret, unus habet ſecundū. {Longum crimen} magnum. nam Dædalus eum de Palladis arce deieciſſe criminatus eſt. {Fatorū ignara} inſcia eorū quæ fato filio ſuo euenire debebant. {Germana} ſoror Dædali. {Bis ſenis natalibus actis} exactis duodecim annis. natus. n. erat annos duodecim Talus, cum Dædalo fuit cōmendatus. {Animi ad præcepta capacis} pręceptorum capacis in ſoluta diceremus oratione. {Ille etiā medio ſpinas} Talum ſerræ fuiſſe ait inuentorem ad exemplū illius ſpinæ, quę eſt in medio piſcium. {Et ex uno duo ferrea brachia nodo} illum circini quoq; inuentorē fuiſſe ait poeta. {At illum Pallas} Pallas, quæ & Minerua dicitur, omnium artiū inuentrix fuiſſe perhibetur. {Excepit} ſuſcepit. proprie autē excipi cadentia dicuntur. {Velauit} cooperuit. {Sed uigor ingenii quondā uelocis} ſed uis, inquit, & acrimonia ingenii Tali pueri, in alas & pedes auis trāſiuit. Perdices. n. acerrimi ſunt & uolatus & curſus. {Nomē qd & ante remanſit} nā Talus Perdix quoq; fuit cognominatus. {Pręter humum} iuxta terrā. {Iamq́; fatigatum tellus Ætnæa} narraturus poeta ſororū Meleagri cōuerſionē in aues Meleagridas a fratre uocatas, uenationem apri Calydonii prius deſcribit. Oeneus. n. Parthaonis filius rex Calydonię, cū decimas frugum diis oībus præterq̄ Dianæ perſoluiſſet, irā Deæ in ſe cōcitauit. maximus nanq; aper ab ea immiſſus Calydoniæ agros ita uaſtabat, ut oīa deſerta uiderentur. quare Meleager Oenei patris iuſſu cōuocatā Græcię iuuētutē in apri uenationē eduxit: quem cū Atalanta Schœnei filia ſpecioſiſsima prima uulneraſſet ſagitta, uiſa eſt Meleagro digna cui ætate formaq́; placebat, q̄ capite, pelleq́; interempti apri donaretur. ceterū Plexippus, Toxeus, & Agenor, Theſtii filii, fratreſq́; Althææ matris Meleagri, ægre ferētes fœminā uiris pręponi, cū ſpolia Atalantæ per uim auferre uellēt, a Meleagro fuerunt interfecti. quod quidē cū Althæa reſciuiſſet, fratrum cædē ultura, ſtipitē, quem Parcæ in Meleagri natiuitate in ignē mittentes cecinerant cū eo Meleagrū ipſum & uicturū & periturū, in ignē cōiecit. quo abſumpto, Meleager quoq; cum maximo totius Calydonię mœrore interiit. cum uero ei⁹ ſorores flere nunq̄ deſinerent, deorū miſericordia in aues, a fratris noīe Meleagridas cognominatas, cōuerſę fuere. {Iamq́; fa.} Dædalus Minois iram fugiens ad Cocalum Siciliæ regem peruenit, a quo & tutatus & hoſpitio ſuſceptus eſt, ac tandem Minos ipſe interfectus. [a filiabus Cocali, feruenti aqua, ut quidam tradunt, perfuſus. Diodor. autem in balneo ſuffocatum ait a Cocalo, cum inito pacto de reddendo Dædalo Minos in urbem receptus fuiſſet.] {Theſea lau.} Theſei uirtute. pro eo enim, quod præcedit, id, quod ſequitur, poſitum eſt. uirtutem nanq; laus conſequi ſolet. Theſei autem uirtute Minotaurus fuit interfectus, hæc uero ad connectendas fabulas narrantur.

Talus in perdicem.

Pendere deſierant Theſea laude tributum.
Templa coronantur, bellatricemq; Mineruam
Cum Ioue, dijsq; uocant alijs; quos ſanguine uoto,
Muneribusq; datis, & acerris turis honorant.
Sparſerat Argolicas nomen uaga fama per urbes
Theſeos; & populi, quos diues Achaia cepit,
Huius opem magnis implorauere periclis;
Huius opem Calydon, quamuis Meleagron haberet,
Sollicita ſupplex petijt prece. cauſſa petendi
Sus erat infeſtæ famulus, uindexq; Dianæ.
Oenea nanq; ferunt plenis ſucceſsibus anni
Primitias frugum Cereri, ſua uina Lyæo,
Palladios flauæ latices libaſſe Mineruæ.
Cœptus ab * agricolis ſuperos peruenit ad omnes   *id eſt, nulli neglecti ſunt.*
Ambitioſus honor: ſolas ſine ture relictas
Præteritas ceſſaſſe ferunt Latoidos aras.
Tangit & ira deos. At non impunè feremus,
Quæq; inhonoratæ, non & dicemur inultæ,
Inquit: & Oeneios ultorem ſpreta per agros
Miſit aprum, quanto maiores herbida tauros
Non habet Epirus, * ſed habent Sicula arua minores.
Sanguine & igne micant oculi: riget horrida ceruix:
Et ſetæ denſis ſimiles haſtilibus horrent;
Stantq; uelut uallum, uelut alta haſtilia, ſetæ.
Feruida cum rauco latos ſtridore per armos
Spuma fluit: dentes æquantur dentibus Indis:
Fulmen ab ore uenit: frondes afflatibus ardent.
Is modò creſcentes ſegetes proculcat in herba;
Nunc matura metit fleturi uota coloni,
Et Cererem in ſpicis intercipit area fruſtra,
Et fruſtra expectant promiſſas horrea meſſes.
Sternuntur grauidi longo cum palmite fœtus,
Baccaq; cum ramis ſemper frondentis oliuæ.
Sæuit & in pecudes. non has paſtor'ue, canis'ue,
Non armenta truces poſſunt defendere tauri.
Diffugiunt populi, nec ſeſe in mœnibus urbis
Eſſe putant tutos; donec Meleagros, & unà
Lecta manus iuuenum caluere cupidine laudis.
Tyndaridæ gemini præſtantes, cæſtibus alter,
Alter equo, primæq; ratis molitor Iaſon,
Et cum Pirithoo felix concordia Theſeus,
Et duo Theſtiadæ, & proles Aphareïa Lynceus,

RAPH. PENDERE trib.} perſoluere tributũ ob cædẽ Androgei Athenienſibus a Minoe impoſitũ.{Bellatricem Mineruam} hæc etiam Bellona uocatur.{Vocant} inuocant. {Voto ſangui.}uictimarũ quas uouerãt ſanguine,ſi Theſeus uictor ex Creta reuerteretur.{Diues Achaia}potẽs Græcia. {Implorauere}cũ lacrymis petiere.{Huius opẽ Cal.} Calydon urbs eſt Ætoliæ,a Calydone, Endymionis uel Ætoli filio,appellata, unde Calydonius declinatur. {Sus erat} aper & quidẽ ferociſsim*.{Plenis ſucceſſibus anni} ob plenam & perfectam illius anni fertilitatem.{Primitias frugũ} primas fruges. prima nãq; frumenta matura Cereri dicebãtur,ut uina Baccho, oleũ Mineruæ.{Palladios latices}oleũ dicit a Pallade inuentum.{Cœptus ab agricolis}Cererẽ, Bacchũ & Mineruã agricolas uocat poeta,quòd ea inuenerint qbus agriculturę opera datur.{Ambitioſus honor}ab effectu,quòd ambitioſos reddat. honor autẽ deorũ ſacrificia ſunt.{Sine thure} ſine ſacrificio.{Latoidos}Dianæ filiæ Latonæ.{Herbida Epirus} herboſa.Epirus uero cõtinentem ſignificat,ſed frequenter quidem pro ea ponitur regione, quæ & Chaonia appellatur.{Dentibus Indis}elephantinis.{Ardẽt} ardere uidentur.{Grauidi fœtus}racemi uua graues. {Cum palmite}cum frondibus uitium.{Baccamq;} olea & fructus oliuæ.{Et unà} & ſimul.{Lecta manus}electa iuuenũ multitudo.{Caluere}cõmoti fuere.{Tyndaridæ gemini} Caſtor & Pollux gemelli Tyndari filii, ac Ledæ putati,cũ eſſent Iouis, quorũ alter pugil fuit ꝓclarus.Caſtor autẽ domitor equorũ ab Homero, aliiſq; poetis fuiſſe memoratur.{Cæſtibus} armis, quibus pugiles utuntur. [Fuerit autem Cæſtus, ut ex Homero Iliad.penul. Apollonii Argon.2.item Pollucis lib.3.cap.30.colligitur,lora quædã cruda inſutis plumbeis glandibus rigentia,quę manibus inducentes pugiles, inter ſe dimicabant. unde idem genus certaminis etiam σφαιρομαχεῖν à Polluce dicitur. fortaſsis autem ſpecies quędam eius fuit, quæ inter ſe Romæ, qui Retiarii & Mirmillones dicebantur certare ſolebant.] {Primæq; ratis molitor Iaſon}Argo nauem, cuius extruendæ auctor fuit Iaſon, primam longarũ nauium fuiſſe Ouid. ſentit, alii uero Danaum earum inuentorem fuiſſe putant, ut ante quoq; diximus.{Molitor} fabricator.{Et cum Pirithoo}Theſei, Pirithoiq; amicitia notior eſt, quàm ut hoc loco ſit exponẽda.illud notandum eſſe uidetur, Pirithoum apud Græcos triſyllabum eſſe nomen,ac ſecundã ſyllabam produci, quæ à Latinis corripitur quadriſyllabum eſſe putantibus. [Errat hoc loco Regius. neque enim apud Græcos triſyllabum modo περίθους dicitur,ut Panthus, ſed & quadriſyllabum περίθοος ut Hippothous. deinde neq; ſecundam longam habet, ſed primam. utriuſq; rei exempla habes apud Homer.ut Iliad.2.

Τῶνδ' αὖ ἡγεμόνευε μενεπτόλεμος πολυποίτης
υἱὸς πειριθόοιο τὸν ἀθάνατος τέκετο ζεύς. & Iliad.1.
Οὐ γάρ πω τοίους ἴδον ἀνέρας, οὐδὲ ἴδωμαι
Οἷον πειρίθοόν τε δρύαντά τε ποιμένα λαῶν.

Hinc & Horatius dixit libro quarto carminum:

Nec lethea ualet Theſeus abrumpere caro
Vincula Pirithoo.

& Virg.6.Æneid.

Quid memorẽ Lapithas, Ixiona,Pirithoumq;.

Triſyllabi autem exemplum apud Apollonium inuenies lib.1.Argonaut.

Θησέα δ' ὃς περὶ πάντας ἐρεχθεΐδας ἐκέκαστο
Ταιναρίην ἀΐδηλος ὑπὸ χθόνα δεσμὸς ἔρυκε
πειριθῷ ἑπόμενον κείνην ὁδόν.

quod per contractionẽ factum. Dictus autẽ eſt περίθοος,a περὶ & θέειν,quaſi qui περιττὸς fuerit εἰς τὸ θέειν,ut etymologici exponũt,ſiue etiã ab eo,quod Iupiter in facie equi uerſus, Pirithoi matrẽ, Ixionis aũt uxorẽ, Diam noĩe, curſu circumuectus fuerit,quãdo cõcubitũ eius appetebat περίθοος, quod ex περίθεος per ἔκτασιν factũ.] *pro θ.* {Et duo Theſtiadę}Theſtii filii Toxeus & Plexippus. {Et proles Ephyrea Lynceus} Ephyrea quidem legitur, ut ab Ephyre urbe, q̃ nunc Corinthus dicitur, declinetur: ſed mihi rectè Aphareia ab eo, qui hoc opus è latina in græcam linguam uertit, legi uidetur, ut intelligamus Lynceum acutiſsimi uiſus hominem, Apharei filium fuiſſe. huic autẽ lectioni Apollonius Rhodius aſtipulatur ĩ primò Argon.cũ Lynceũ & Idam Aphareidas uocat, quẽ tam acuti uiſus fuiſſe ait,ut etiã quæ ſub terra eſſent, intueretur. [Verſus Apollonii ſunt,

Οἵ τ' ἀφαρητιάδαι λυγκεὺς καὶ ὑπέρβιος ἴδας
Ἀρήνηθεν ἔβαν μεγάλῃ περιθαρσέες ἀλκῇ
Ἀμφότεροι, λυγκεὺς δὲ καὶ ὀξυτάτοις ἐκέκαστο
Ὄμμασιν, εἰ ἐτεόν γε πέλει κλέος ἀνέρι, κεῖνον
Ῥηιδίως καὶ νέρθε κατὰ χθονὸς αὐγάζεσθαι.

Apharei aũt liberos fuiſſe Lynceum & Idam Pauſan.quoq; docet in Meſſenicis, eoſdẽq; cũ Meleagro in hac uenatione fuiſſe etiã Hyginus teſtatur cap.173.quanq̃ apud Apollon. pro Ἀφαρηιάδαι interpoſita τ, ἀφαρητιάδαι legitur, ephonię, ut puto, gratia, ſi tamen integra eſt ſcriptura.

{Leucipp

Leucippuſq́; ferox, iaculoq́; inſignis Acaſtus,
Et uelox Idas, & iam non fœmina Cæneus,
Hippothouſq́;, Dryaſq́;, & cretus Amyntore Phœnix,
Actoridæq́; pares, & miſſus ab Elide Phyleus;
Nec Telamon aberat, magniq́; creator Achillis;
Cumq́; Pheretiade, & Hyanteo Iolao
Impiger Eurytion, curſuq́; inuictus Echion,

[Leucippusq́; ferox.] Leucippũ hunc Apharei fratrem accipio, Pericrei filium, natu minorem, quandoquidẽ proximo loco Lyncei mentionẽ fecit. fuit autem hic Leucippus pater Elairæ & Phœbes, quas Caſtor & Pollux abducere conati, a fratribus Ida & Lynceo prohibiti fuere, altero illorũ etiã occiſo. cuius rei & Prop. mem. lib. 1.

Non ſic Leucippis ſuccendit Caſtora Phœbe,
Pollucem cultu nõ Elaira ſoror.

Fuit & Arſinoes pater Leucippus, ex qua Apollo Æſculapiũ genuit, ut Pauſan. in Meſſen. tradit. ex Arſinoe. n. nõ, ut ſupra Ouid. ex Coronide, Æſculapium natum Meſſenii uolunt. quanquã alii, ut ſupra annotauimus, Arſinoen & Coronidẽ eandem faciãt, patremq́; illius Leucippũ Amyclæ filiũ dicant. fuit aũt & alius eodẽ noie Leucippus, Oenomai filius, qui Daphnem amauit, de quo idem Pauſan. in Arcadicis & Parthenius in Eroticis. [Iaculoq́; inſig. Acaſtus] Peliæ filius hic fuit, de quo ſupra in fab. Medeæ & Iaſonis. [Et uelox Idas] frater Lyncei, ut ſupra. hic etiã contra Apollinem intendere arcũ auſus fuit, eò ꝙ ille ſponſam, Marpiſſam nomine, præripere ei uoluiſſet, ut eſt Iliad. 9. quo loco Homerus κράτισον uocat, quẽ hic Ouid. uelocem. interfectus autẽ fuit fulmine tandẽ a Ioue, cum in pugna contra Caſtorẽ & Pollucem, alterũ illorũ occidiſſet. Pauſan. in Meſſen. {Et iam non fœmina Cænæus} hic Elati filius, & initio fœmina fuit. poſtea aũt a Neptuno oblato ei uitio, pro uirginitate donũ hoc recepit, ut è fœmina in marem cõuerteretur, & a telis, uulneribusq́; inuiolabilis foret. huius filius Coronus fuit, qui cum Argonautis in Colchos profectus eſt. reliqua infrà uide in bello Lapitharũ & Centaurorũ. [Hippothousq́;, Dryasq́;] Dryantis etiã Hom. meminit Iliad. 1. uerſu ſupra paulo citato. Vtriuſq; autẽ Hyginus cap. 173. qui Hippothoi patrẽ Geryonem, Dryantis aũt Iapetum uocat, ut quidẽ uulgo, corrupteq́; legitur. nam ego pro Geryonẽ, Cercyonem malim, qñ & Pauſa. in Arcadicis Hippothoi primũ, Cercyonẽ uocat, & pro Iapeto Æpytum, malim. nã & hoc nomen frequẽs apud Græcos auctores eſt. Statius aũt lib. 7. etiam Orionis nepotẽ Dryanta dicit.] {Et cretus Amyntore Phœnix} Phœnix Amyntoris filius, qui impellente matre poſteaꝗ cum pellice illius rem habuiſſet, imprecationes patris effugiens ad Peleũ peruenit, a quo, (ut narrat Homerus) hoſpitio benigniſsime ſuſceptus Achillis educandi, inſtituendiq́; curã ſuſcepit, ut illi & dicendorũ, & agendorũ præceptor eſſet. alter etiã fuit Phœnix Agenoris pater, a quo Phœnicia fuit denominata. auem quoq; eſſe Phœnicẽ nemo eſt q ignoret. {Actoridæq́; * parẽs} Mœnetii eſt periphraſis. nam Mœnetius Patrocli, qui Actorides ab Actore auo dicitur, fuit pater. ut aperte in xi. Iliad. ſcribit Homerus. [Alii aũt, Actoridæq́; pares, legunt hoc loco, ut de duobus Actoridis intelligatur, Menatio uidelicet, cuius hic Regius meminit & altero Iro, qui ab Apollonio Actoridæ filius appellatur, lib. 1. his uerſibus,

Iliad. 9.

Εἵπετο δ' εὐρυτίωντι, καὶ ἀλκήεις ἐριβώτης
υἱὸς ὁ μὲν κλέοντος, ὁ δ' ἴρου ἀκτορίδαο, &c.

Ac poſteriorẽ hanc lectionẽ etiam ipſe approbo, ſed tamen, ut Actoridæ nomen neq; de Menatio neq; de Iro intelligã, uerũ de Euryto & Creato, Actoris re ipſa filiis, cognomento autẽ Neptuni, quos eoſdẽ Homerus & Actorionas, græca patronymicorum forma, & Molionas, a matre Molione, ut pleriq; ſentiũt, appellauit. atq; hoc ea de cauſſa quòd in eodem uerſu mox ſequitur Phyleus Angei filius, cui cũ Actoridis hiſce paterna amicitia fuit, ut ex Pauſania colligimus primo Eliacorũ. [Et miſſus ab Elide Phyleus] Angei filius, ut ſupra diximus, cui Hercules, patre Angea, ob negatã purgati ſtabuli mercedem eiecto, regnum Elidis tradidit, poſtea occiſis etiam Actoris eo prælio filiis. Auctor Pauſanias. Corruptè autẽ in quibuſdã editionibus Pelas, pro Phyleus legitur. [Nec Telamon aberat, mag. creat. Achillis] Telamonem & Peleum fratres intelligit, quorum alter Aiacis, alter Achillis pater fuit, ambo aũt filii Æaci ex Endeide Scironis, (ſiue Chironis potius legendũ) ut Pauſanias in Corinthiacis. [Cumq́; Pheretiade] Admetũ intellige, Pheretis filium, cuius uxor Alceſtis fuit, de qua Euripidis fabula extat. pleriq; autem hũc uerſum, quaſi qui parum ſibi cõſtet, notarunt. nam apud Hom. aiunt nomen Pheretis prima longa poni, tur, ut Iliad. 2.

Ἵπποι μὲν μέγ' ἄρισται ἔσαν φηρητιάδαο
Τὰς εὔμηλος ἔλαυνε ποδώκεας, ὄρνιθας ὥς.

& Iliados penultimo, ὦκα δ' ἔπειτα
αἱ φηρητιάδαο ποδώκεος, ἔκφερον ἵπποι.

ſed iidem nõ animaduerterunt uerſum, qui eſt Odyſſeæ 11.

Τοὺς δ' ἑτέρους κρηθῆι τέκε βασίλεια γυναικῶν
Αἴσονά τ' ἠδὲ φέρητ' ἀμυθάονά τ' ἱππιοχάρμην,

neq; Euripidem, apud quem in Alceſte legitur,

Ἐστ' ἐν δόμοισι παῖς φέρητος ἡράκλεις.

Quod exẽplũ & Statius ſecutus, x. Theb. dixit: Inde Pheres, acerq́; Lyc⁹, ſed Caſſa Pheretis Haſta re. &c. Proprie. n. φέρης per ε ſcribit̃, & ꝙ ab Hom. ꝓducit̃ Pheretiades κατ' ἔκτασιν factũ eſt. {Et Hyã. Io.} Bœotio. Hyãtes. n. populi ſũt Bœotiæ, ut diximus. [Fuit aũt hic Iolaus Iphicli filius, Amphitryonis nepos, q Herculi ĩ interficiẽda Hydra operã nauauit. [Impiger Eurytion] Iri filius, qui fuit Actoris, ut quidẽ apud Apolloniũ legitur lib. 1. eundẽ. n. eſſe puto illũ, & eũ, de quo hic dicitur. uerſus Apollonii ſupra citauimus, ubi de Actoridis annotauimus. [Curſuq́; inui. Echi.] etiã Echionis mẽtio fit apud Apolloniũ, ſed hunc Mercurii filiũ facit his uerbis:

Οὐδ' ἀλέτῃ μίμνον πολυλήιοι ἑρμείαο
υἷεες εὖ δεδαῶτε δόλους ἔρυτος καὶ ἐχίων.

De Mercurii autem filio Echione etiam Hyginus meminit inter uenatores Calydonii apri, quanquã illic corruptè ſcriptũ eſt Hecion, pro Echion.] {Naryciusq; Le.} Naryx urbs eſt Locridis, quæ & Narycium & Naryce dicitur, unde Narycius poſſeſsiuum declinatur. ab hoc uero Leleges populi Leleges fuere cognominati. [Locros aliquando Lelegas appellatos fuiſſe, & Plin. auctor lib. 4. cap. 7. & Strabo lib. 7. qui etiam uerſus Heſiodi hoc citat:

Ἤτοι γὰρ λοκρὸς λελέγων ἡγήσατο λαῶν
Τούς ῥά ποτε κρονίδης ζεὺς ἄφθιτα μήδεα εἰδὼς
Λεκτοὺς ἐκ γαίης ἀλέους πόρε δευκαλίωνι.

quare rectius, opinor, hoc loco Narycius, a Naryce Locrorum urbe, cuius & Stephanus meminit, ſecundũ Regiũ legitur, quã, ut alii malunt, Neritius, ſiue hoc a Neritho Ithacæ, ſiue a Nerito Acarnanũ urbe, cuius & Plin. & Steph. meminere, deducatur. Si tamen illud detur Locrenſes ab hoc Lelege nomen accepiſſe, aut hũc Locrenſem genere fuiſſe. nã quod infrà ſequitur,] Illa Trœ. he. Par. Le. ra. ſp. iam tem. canis, repugnare huic opinioni uidetur: niſi uero dicamus, aut duos Lelegas in hac uenatione fuiſſe Locrenſem, ſiue etiã Acarnanũ alterũ & alterũ Trœzeniũ. aut rurſum eundẽ hũc ex Locris in Peloponneſum ueniſſe, ibiq́; a Pittheo & Trœzeniis receptũ, atq; ita a genere quidẽ Narycium, a loco aũt ubi cõſenuerit, Trœzeniũ uocatũ eſſe. nã quo alio pacto hic locus, ut nũc quidẽ habet, explicari poſsit, nõ uideo. fuerunt autẽ & alii Leleges duo, alter Neptuni filius, qui Megarenſibus aliquãdo imperauit, a quo Lelegeia mœnia ſupra dicuntur. alter Laconicus αὐτόχθων, cuius Pauſ. meminit in principio Laconici. ab hoc & Lacones aliqñ Leleges appellati fuere, ut idẽ auctor indicat. [Panopeus] hic Phoci fili fuiſſe uidetur, pater Epei, qui equũ Durateũ fabricat⁹ poſtea fuit, ut Pauſa. in Corinthia. notat. ab hoc & oppidũ Phocẽſe, Panapea nominatũ, ut auctor idem Pauſ. eſt, & præterea Stepha.

Nariciuſq; Lelex, Panopeuſq;, Hyleuſq;, feroxq;
Hippaſus, & primis etiam nunc Neſtor in annis,
Et quos Hippocoon antiquis miſit Amyclis,
Penelopeſq; ſocer, cum Parrhaſio Ancæo,
Ampycideſq; ſagax, & adhuc à coniuge tutus
Oeclides, nemoriſq; decus Tegeæa Lycæi,
Venit Atalanta Schœnei pulcherrima uirgo,

[Hyleus] hunc, coniectura quoq; adductus puto eſſe, qui Milanionem Atalãtæ amatorẽ in uenatione occidit, æmulatione & inuidia motus, eo ꝙ & ipſe amore eiuſdẽ puellæ tenebatur. poſtea tñ & ipſe & Rhœtus ab Atalãta ſagittis cõfixi, cũ illi uim afferre conati fuiſſent, ut Callimachus auctor eſt in hymnis, huius idẽ Ouid. & alibi meminit hoc uerſu:

Senſit & Hylei contemptum ſaucius arcum.

Et Properti, Ille etiã Hylei percuſſus uulnere rami

Saucius Arcadicis rupibus ingemuit.

Nec obſtat adeo, ꝙ idem nomen aliàs diſſyllabum, aliàs triſſyllabum ponitur. eadem.n. figura etiã in aliis uſus eſt poeta, ut infra lib. 12.

Cumq; ſuis Gryneus immanem ſuſtulit aram
Ignibus, &c. & rurſum,
Figitur hic duplici Gryneus lumina ramo.

Sed tamen hoc idem etiam aliis diiudicandum relinquo. [Feroxq; Hip.] Hippaſi etiã Hyginus meminit inter uenatores apri, eumq; Euryti filium dicit. Stat. 7. Theb. etiã Nauboli patrẽ facit, hoc uerſu, Cui nuper ademptus

Naubolus Hippaſides, tu° ò mitiſsime Lai Hoſpes, &c.

Infra autem lib. 12. etiam inter Centauros Hyppaſus numeratur, {Et primis etiam nunc Neſtor in annis} hoc eſt prima ætate. ad tertiam enim ætatem hominũ uiuendo peruenit, ut Hom. ait Odyſ. 3.

Τρὶς γὰρ δή μιν φασὶν ἀνάξασθαι γένε' ἀνδρῶν. & Iliad. 1.
Τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων
ἐφθίαθ' οἵ οἱ πρόσθεν ἅμα τράφεν, ἠδ' ἐγένοντο.

Quo tamen loco, ætatẽ alii, pro ſeculo, hoc eſt, ſpatio centũ annorum, alii pro triginta annis accipiunt. Sed hoc nihil ad rem p̄ſentẽ.] {Antiquis Amyc.} Amyclæ urbs eſt Laconiæ ab Amycla Lacedæmonis filio ędificata, atq; cognominata. fuerunt etiã Amyclæ in Italia Lacedæmoniorum colonia inter Caietã & Tarracinã, quæ tacendo perierũt, unde Virg. eas tacitas appellauit: Tacitis regnauit Amiclys. Amycleũ etiã eſt in Creta urbs & portus. [Fuit aũt Hippocoon, de quo hic dicitur, genere Lacedæmonius, q, eiecto Tyndareo, pro eo aliquandiu regnauit. poſtremo tñ ab Hercule una cũ filiis occiſus, dũ ille cædẽ Oeoni ulciſcitur, quẽ Hippocoontis filii fuſtibus Sparte occiderãt, eo ꝙ canem illorũ atrii cuſtodẽ in ſe irruentẽ ſaxo à ſe depuliſſet, ut auctor eſt Pauſanias in Laconicis. intelligit igitur filios Hippocoontis hoc loco poeta, quorũ unus fuit Eræſimus, qui in ipſa hac uenatione ab apro percuſſus, interiit, ut infra dicitur, reliqui autẽ Alcon, cuius & Pauſan. meminit eodẽ libro, & Dexippus: ita enim apud Hyginum fortaſſe legendũ, pro eo, quod illic corrupte habetur, Demixippus.] {Penelopes ſocer} Laertes, Vlyſsis pater. [Arceſii filius, ut etiam Hyginus meminit.] {Cum Parrhaſio An.} Arcadico. eſt enim Parrhaſia Arcadiæ urbs, ut iam diximus. [Ancæi autem huius etiã Apollon. meminit in catal. eumq; Lycurgi filium facit, Alei nepotem, ut & Hyginus. Apollonii uerſus ſunt:

— τρίτατος γε μὲν ἔπετ' ἰοῦσιν
Ἀγκαῖος, τὸν μέν ῥα πατὴρ Λυκόοργος ἔπεμπε.

Eadem fere & Pauſanias in Arcadicis, cuius uerba quoniam ad hanc fabulam nonnihil faciunt, ſubiicienda putaui: Μετὰ δὲ Ἀλεοῦ τελευτήσαντα, Λυκοῦργος ὁ Ἀλεοῦ τὴν βασιλείαν ἔσχε, γενομένων δὲ αὐτῷ παίδων Ἀγκαίου τε καὶ Ἐπόχου, τὸν μὲν νοσήσοντα ἐπιλαμβάνει τὸ χρεών. Ἀγκαῖος δὲ Ἰάσονί τε τοῦ πλοῦ μετέσχεν ἐς Κόλχους καὶ ὕστερον ὁμοῦ Μελεάγρῳ τὸ ἐν Καλυδῶνι κατεργαζόμενος θηρίον, ἀπέθανεν ὑπὸ τοῦ ὑός. Ex quibus uerbis etiam illud apparet, uenationem hanc, poſt nauigationem in Colchos ſecutam eſſe. Fuit & alter Ancæus, Neptuni filius, cuius itidẽ Pauſanias meminit, & Apollonius quoq; i Catalogo. [Ampycideſq; ſagax] Mopſus Ampyci filius, & Chloride, Titaronis nepos, quem ſagacem hic uocat, eò ꝙ uates, ſiue augur fuit, ut idem Apollonius teſtatur his uerbis:

Ἤλυθε δ' αὖ Μόψος Τιταρήσιος, ὃν περὶ πάντων
Λητοΐδης ἐδίδαξε θεοπροπίας οἰωνῶν,

Vbi Cõmentator Ἀμπύκου, inquit, υἱὸς ὁ Μόψος, τοῦ Τιτάρωνος. Sed hic tñ notandũ, uariare Ouidiũ ab Apollonio. nã Apollonius in Libya periiſſe Mopſum ſcribit, à ſerpente ictum. Ouid. autẽ in uenatione, quæ, ut ſupra ex Pauſania notauimus, poſt expeditionem Colchicã fuit, cum Meleagro ex cæteris fuiſſe.] {Et adhuc à coniuge tutus Oeclides} Amphiaraus, Oeclei filius, qui cũ uaticinandi peritiſsimus cognouiſſet à Thebano bello ſe non rediturum, ita latebras petiit, ut omnia tamen Eriphyle uxori, quam fidiſsimã putabat, indicaret. illa uero ab Argia, Adraſti filia, monili accepto, quod Vulcanus Harmoniæ priuignæ dono dederat, maritum Adraſto prodidit, qui Thebanum agrum ingreſſus unà cum curru, à Tellure fuit abſorptus. [Vide Stat. libro ſeptimo Theb.] {Tegeæa} Arcadica. nam Tegæa urbs eſt Arcadiæ. quod nomen triſſyllabum quidem eſt, ſed quod inde declinatur poſſeſsiuum, ita quattuor ſyllabarum efficitur, ut penultima ſit longa. eſt etiam Tegæa in Creta à Talthybio ædificata, unde Tegeatæ dicuntur. {Venit Atalantis Cænei} ſic quidem legitur, ſed Atalante & Schœnei mihi recte à Græcis legi uidetur. nam Atalanta & Schœnei filia fuit formoſiſsima, ex qua Meleager Parthenopeum ſuſcepit. altera fuit Atalanta, Iaſii, filii Abantis, Argiuorum regis, filia. de qua Propertius, Milanion nullos fugiendo, Tulle labores Sæuitiam duræ contudit Iaſidos. [Venit Atalanta Schœnei pulcherrima uirgo] eſt & hic uerſus τῶν ἀπόρων μένων. nam & quantitas repugnat, ſecunda in Atalante, contra aliorum exempla producta, & quòd Schœnei filia Atalante hæc uocatur, cum infra Atalante altera, qui cum Hippomenes curſu certauit, eodem modo Schœneia ab Ouid. dicatur. quare ſunt, qui quantitatis quidem cauſſa legunt, Venit & Atlante, &c. cui lectioni hoc incommodi adeſt, quòd uerſus huic nimis σχηματισμὸς fit quando & ſyncope in Atlante, pro, Atalanta, & ſynæreſis in Schœnei pro Schœnei committitur. Et quod ad differentiam Arcadicæ huius, & alterius Bœotiæ Atalantes attinet, eodem modo incertum, atque confuſum manet. Alii autem, quibus & uerbum, Venit, uti ocioſum, & à præcedentis ſynathriſmi elegantia ac proprietate alienum uidetur, utriq; uitio mederi uolentes, legunt,

Nemoriſq; decus Tegeæa Lycæi
Venatrix Atalanta, Iaſi pulcherrima uirgo.

quibus aliud quidem nihil, ſed tamen hoc obſtat, quod prima in Iaſi, ſiue etiam Iaſii, (ut illud per ſynæreſim dictũ accipiamus) apud ceteros producitur, ut apud Callimachum, κούρην Ἰασίοιο συοκτόνον Ἀρκασίδαο. & apud Propertium,

Milanion nullos fugiendo Tulle labores
Sæuitiam duræ contudit Iaſidos.

Quare & hunc uerſum inter incertos & inexplicatos relinquemus. Ceterum ut de Atalanta hoc loco addamus, quæ apud alios uarie tradita legimus, pleriq; Græcorum duas Atalantas faciunt, Arcadicam: quæ cum Meleagro in uenatione apri fuerit, & Bœoticam alteram, quæ cum procis ſuis curſu certare ſolebat. atque Arcadicam quidem hanc, Iaſii filiam dicunt commentatores Theocriti, Euripidis, & Apollonii, item Hyginus in capite De ſeptem ducibus Theban. & Callimachus in Hymnis, cuius uerſus ſunt,

Ἤνυσας δ' ἔτι πάγχυ ποδορρώην Ἀταλάντην,
Κούρην Ἰασίοιο συοκτόνου Ἀρκασίδαο,
Καί ἑ κυνηλασίην τε καὶ εὐστοχίην ἐδίδαξας.
Οὔ μιν ἐπίκλητοι Καλυδωνίου ἀγρευτῆρες
Μέμφονται κάπροιο, τὰ γὰρ σημήια νίκης
Ἀρκαδίην εἰσῆλθεν, ἔχει δ' ἔτι θηρὸς ὀδόντας.

Alteram

Raſilis huic ſummam mordebat fiſtula ueſtem:
Crinis erat ſimplex nodum collectus in unum.
Ex humero pendens reſonabat eburnea læuo
Telorum cuſtos: arcum quoque læua tenebat.
Talis erat cultu facies, quam dicere uerè
Virgineam in puero, puerilem in uirgine poſſes.
Hanc pariter uidit, pariter Calydonius heros
Optauit renuente Deo, flammaſq́; latentes
Hauſit: &, O felix, ſi quem dignabitur, inquit,
Iſta uirum. nec plura ſinit tempuſq́;, pudorq́;
Dicere. maius opus magni certaminis urget.




Sylua frequens trabibus, quam nulla ceciderat ætas,
Incipit à plano, deuexaq́; proſpicit arua.
Quò poſtquam uenere uiri, pars retia tendunt,
Vincula pars adimunt canibus, pars preſſa ſequuntur
Signa pedum, cupiuntq́; ſuum reperire periclum.
Concaua uallis erat, quò ſe demittere riui
Aſſuerant pluuialis aquæ: tenet ima lacunæ
Lenta ſalix, uluæq́; leues, iunciq́; paluſtres,
Viminaq́;, & longæ parua ſub arundine cannæ.
Hinc aper excitus medios uiolentus in hoſtes
Fertur, ut excuſſus eliſis nubibus ignis.
Sternitur incurſu nemus, & propulſa fragorem
Sylua dat. exclamant iuuenes, protentaq́; forti
Tela tenent dextra lato uibrantia ferro.
Illa ruit, ſpargitq́; canes, ut quiſque furenti
Obſtat, & obliquo latrantes * diſsipat ictu. deſpicit
Cuſpis Echionio primùm contorta lacerto
Vana fuit, truncoq́; dedit leue uulnus acerno.
Proxima ſi nimiis mittentis uiribus uſa

Alteram aũt Bœoticá illam, Schœnei filiá faciũt iidem illi auctores fere, & præterea ipſe etiá Ouid. infra lib. x. ubi ait;

Talia dicentem molli Schœneia uultu
Aſpicit. Et rurſum, Dubium Megareius heros
Audiat, an uirgo magis his Schœneia dictis.

Et ad hãc rem nonnihil facit etiá illud, quod Schœnos inter fluuios Bœotię etiá à Strabone refertur, de cui9 noíe Schœneũ ipſum dictũ quidá uolũt. deinde, qđ apud Sta. lib. 7. in catalo. dicitur.

Qui breue littus Hyler,
Atlantæumq́; ſuperbi
Schœnon habẽt, notiq́; colunt ueſtigia campi, &c.

Quáquã idẽ Statius lib. 6. de Arcadica Atalanta loquens, ita fabulá miſcet, ut ea, quæ alterius ſunt, uidelicet, ꝙ cum procis ſuis curſu certarit, huic attribuere uideatur. ſic enim ait:

Quis Mænaliæ Atalantes
Neſciat egregium decus & ueſtigia cunctis
Indeprehẽſa procis, &c.

Ad quem modum ſiquis Ouid. quoq; hoc loco miſcuiſſe fabulas dicet, & Schœnei pro Iaſii, poſuiſſe, quẽadmodũ Virg. alibi, Scyllam Niſi, & alterá quæ Phorci fuit, inter ſe cõfundit, utetur ille qdẽ ratione, ſed tñ apud criticos uix tolerabili. unus autem Diodorus eſt, apud quem lib. 5. de eadem hac fabula hoc modo legitur: Cũ in uenatione Atalanta Schœnei filia affuiſſet, eius amore captus Meleager, pellẽ, ueluti laudẽ occiſæ feræ illi conceſsit, &c. Et apud Hyginũ in fragmento De iis, qui ad aprũ Calydoniũ ierũt, pro Schœnei, Põdei irrepſit. cum tñ idẽ auctor alibi eandẽ Atalantá, Iaſii filiam uocet. Sed eadẽ diuerſitas auctorũ etiá circa filiũ Atalantes Parthenopæũ, & maritos ſiue amatores utriuſq; puellę eſt. ná Parthenopæũ, quẽ pleriq; ex Milanione & Arcadica hac Atalanta natũ tradũt, ut Euripides in Phœniſsis & Supplicibus. Pauſanias in Arcadicis. Cõmẽ. Apollonii, &c. hũc Hyginus & quidá alii Meleagri filium faciũt. Meleagrum enim amore Atalantes captum aiunt, poſt uenationem hanc cũ illa concubuiſſe. & rurſum quẽ Ouid. infra, itemq́; alii pleriq; Hippomenẽ uocãt, Bœoticæ illius amatorẽ, Palæphatus Melanionẽ appellat. quod nomen rurſum ſunt, qui Hippomenis cognomentum interpretentur, παρὰ τὸ ἀμύνειν τοῖς μήλοις τοῦ δρόμου, quoniá pomis aureis uictoriá aſſecutus fuerit. ut ex hoc quoq; dubitare quiſpiá poſsit, una ne tantũ Atalanta fuerit, ſed uariis nominib9 celebrata, an uero fabulæ inter ſe miſtę atq; cõfuſæ. Codrus certe in primo Sermonũ etiá Muſæũ citat, quaſi is pro Hippomene, Melanionis nomẽ poſuiſſet, ubi de Arcadica Atalanta mentionem faciens inquit:

παρθένος ὄν σε λύληθεν ἀπ' Αρκαδίης Αταλάντη
ἥποτε μυλανίωνος ἐρασσάμενον φύγεν εὐνὴν
παρθενίης ἀλέγουσα, χολωσαμένης δ' ἀφροδίτης
Τοῦ πάρος οὐκ ἐπόθησεν, ἐνὶ κραδίῃ θέτο πάσῃ.

Sed de hoc ipſe uiderit. uerum, ut illud quoq; poſtremo adiiciamus, Tegeæá hic poeta uocat Atalantá, non ſynecdochice, ut Regius exponit, pro Arcadica, ſed proprie. fuit enim Tegeatis patria Atalante, ut & Pauſanias teſtatur in Arcadicis, qui inter propria & memorabilia Tegeatarũ, Ancæum & Atalantam recenſet, ad hanc uenationem apri Calydonii profectos.]

RASILIS fibula] raſum cingulũ: à parte enim totum intelligitur. [Poteſt tamen & ſimpliciter fibula intelligi, qua ueſtis connectitur, raſiliſq́; accipi pro læui & polita, ſiue etiá attrita.] {Telorum cuſt.} pharetræ periphraſis. {Calydonius heros} Meleager. {Renuẽte deo} nolente, ut ea potiretur. {Flammaſq́; laten. Hau.} occultum amorem concepit. {Si quẽ dign. iſta ui.} hoc eſt, ſi quem iſta ſe uxore dignũ exiſtimabit. hac autem exclamatione Meleager ſignificat ſe Atalantæ pulchritudinem maximopere admirari, ac illius amore perire. {Vrget} inſtat, impellit. {Sylua frequens trab.} denſa arboribus. eſt autẽ topographia & ſyluæ deſcriptio, quam partim planá, partim montoſam eſſe ait. {Ima lacunæ} infimas uallis partes. lacuna. n. eſt aq́ collectio, quæ & lama uocatur. {Lenta ſa.} flexibilis. {Vluę leues} ulua herba eſt in paludibus naſcens. {Et longæ parua ſub arũdine cannæ} arundinem appellare uidetur poeta cannarũ corticẽ, qui & tenuis eſt & facile areſcit. unde arundinis nomen deductũ eſſe uidetur. {Excitus} excitat9. {Fertur} ruit. {Vt* excuſsis eliſus nu. ig.} periphraſis eſt fulminis, qđ ex nubiũ cõcurſu eliditur. {Sternitur incurſu ne.} arbores, inqt, apri illius incurſu in terrá deiiciũtur. hinc uero colligitur, ꝙ uaſtus aper ille, ualidusq́; eſſet, cuius impetu nemus proſternebatur. {Propulſa} impulſa. {Dat frag.} ſtrepitũ facit. fragor nanq; dicitur ſtrepitus rerũ fractarũ. {Protentaq́; forti Tela t.} geſtũ exprimit uenatorũ apros excipiẽtiũ. ptẽdere náq; uenabula apris ruẽtibus ſolẽt. {Prot. tela} uenabula. {Diſsipat} diſiicit. {Obliquo ictu} apri obliquos ictus inferunt. {Cuſpis} iaculũ, à parte totum.

Non foret, in tergo uiſa eſt hæſura petito:
Longius ît. auctor teli Pagaſæus Iaſon.
Phœbe, ait Ampycides, ſi te, coluiq;, coloq;,
Da mihi, quod petitur, certo contingere telo.
Quà potuit, precibus Deus annuit. ictus ab illo eſt,
Sed ſine uulnere aper: ferrumq; Diana uolanti
Abſtulerat iaculo: lignum ſine acumine uenit.
Ira feri mota eſt, nec fulmine lenius arſit.
Emicat ex oculis, ſpirat quoque pectore * flammas.
Vtq; uolat moles adducto concita neruo,
Cùm petit aut muros, aut plenas milite turres:
In iuuenes certo ſic impete uulnificus ſus
Fertur, & Eupalamon, Pelagonaq; dextra tuentes
Cornua proſternit. ſocij rapuere iacentes.
At non lethiferos effugit Enæſimus ictus
Hippocoonte ſatus. trepidantem, & terga parantem
Vertere, ſucciſo liquerunt poplite nerui.
Forſitan & Pylius citra Troiana periſſet
Tempora, ſed ſumpto poſita conamine ab haſta
Arboris inſiluit, quæ ſtabat proxima, ramis;
Deſpexitq; loco tutus, quem fugerat hoſtem.
Dentibus ille ferox in querno ſtipite tritis
Imminet exitio, fidenſq; recentibus armis
Orithyiæ magni, roſtro femur hauſit adunco.
At gemini non dum cæleſtia ſidera fratres,
Ambo conſpicui, niue candidioribus ambo,
Vectabantur equis: ambo uibrata per auras
Haſtarum tremulo quatiebant ſpicula motu.
Vulnera feciſſent, niſi ſetiger inter opacas
Nec iaculis iſſet, nec equo loca peruia ſyluas.
Perſequitur Telamon, ſtudioq; incautus eundi
* Pronus ab arborea cecidit radice retentus.
Dum leuat hunc Peleus, celerem Tegeæa ſagittam
Impoſuit neruo, ſinuatoq; expulit arcu.
Fixa ſub aure feri ſummum diſtrinxit arundo
Corpus, & exiguo rubefecit ſanguine ſetas.
Nec tamen illa ſui ſucceſſu lætior ictus,
Quàm Meleager erat. primus uidiſſe putatur,
Et primus ſocijs uiſum oſtendiſſe cruorem,
Et meritum dixiſſe feres uirtutis honorem.
Erubuere uiri, ſeq; exhortantur, & addunt
Cum clamore animos, iactantq; ſine ordine tela.
Turba nocet iactis, &, quos petit, impedit ictus.
Ecce furens contra ſua fata bipennifer Arcas,
Diſcite, fœmineis quid tela uirilia præſtent
O' iuuenes, operiq; meo concedite, dixit:

*flamma*

*Protinus arborea*

RAPH. IN ter.pe.} in tergo apri.{Pagaſæus Ia.} Theſſalus à Pagaſis, urbe Theſſaliæ, ut diximus.{Phœbe ait Ampy.} Mopſus, Ampyci filius, Apolli ſacerdos & uates clariſsimus.{Qua po.}quatenus, & in quantũ potuit.{Annuit preci.}preces exaudiuit.{Ferrumq; Dia.uol.}que copula hoc loco, q̃a ſignificat. iccirco nanq; ſine uulnere fuit aper, quòd Diana ferrũ iaculo abſtulerat.{Sine acu.} ſine cuſpide.{Nec ful.le.arſit} nec minus q̃ fulmẽ inflãmatus eſt aper.{Emicat ex ocu.} flamma ſubintelligatur. [Quidã tñ flamma legere malunt, nominatiuo caſu: ſic.n. utroq; uerbo recte cohęret.] {Moles}maximũ ſaxũ, quãtũ è machinis bellicis emittitur.{Cõcita}impulſa {Neruo addu.}fune balliſtæ adducto.{Certo impe.}impetu. metri enim gratia impete interdũ utũtur poetæ.{Dextra tuen. Cor.}dextrũ cornu defendentes. aciẽ nanq; in aprũ direxerãt, q̃ in dextrũ & ſiniſtrũ cornu fuerat diſtributa.{Hippocoon.ſa.} Hippocoõtis filius.{Et ter.pa. Ver.}fugere uolentẽ.{Succiſo po.}reciſo crure. eſt.n. poples pars genu poſterior, q; poſt plicetur dictũ. {Forſitan & Py.}Neſtor à Pylo, urbe Meſſeniæ, cui ĩmperauit.{Citra Troiana tpa}ante Troianũ bellum. tẽpora nãq; infelicia calamitoſaq; ferè accipiuntur. {Sumpto cona.} capto impetu.{Ab haſta po.} fixa. {Inſiluit ramis} in ramos. datiuus pro accuſatiuo cũ in prępoſitione poſitus. ſic Vir. It clamor cœlo, p in cœlũ.{Deſpexitq; tut⁹ loco}deorſum aſpexit, inq̃t, aprũ altitudine arboris tutus & ſecurus. neq;.n. apri arborẽ aſcendere poſſunt. [Cæterũ q̃d Oui. hoc loco de Neſtore dicit, id alii, inter quos & Cõmẽtator Homeri antiquus, Therſitę attribuunt. illũ.n. ut Agrii filiũ, Meleagri patruelẽ, in hac uenatiõe affuiſſe quoque tradũt. ſed quia aliorũ pericula & clades uidebat; metu pterritũ, relicta ſtatione ſua, in locũ quẽdã editũ confugiſſe. quare Meleagrũ ira cõmotũ, pſecutũ illũ eſſe, atq; ita inter fugiẽdũ Therſitẽ crus fregiſſe, unde & ab Homero Claudus altero pede fingitur. Vide Cõmen. Iliad. 2.] {Recedẽtibus armis}dentibus. [In trũco ſine ſtipite acutis, & q̃ſi renouatis.] [Orithyæ mag.] etiã hic uerſus notať à grãmaticis, nã nomẽ Orithyæ, ſecundã & tertiã longas habet, inquiunt; Scribitur.n. Græce ὀρειθυίας. cuius rei exemplũ & ſupra extat circa finẽ lib. 6. de Orithyia, uxore Boreæ. quare ẽt ſũt q Orithiæ per I ſimplex, ſiue latinũ utrobiq; ſcribãt. ego uero ut neq; priorẽ lectionẽ aſſerere uelim, ita neq; habeo quo poſteriorẽ hãc probem. unde.n. deductũ Orithyæ nomẽ dicamus, aut quã etymologiã habere? Illud aũt interim ſuccurrit, potuiſſe uerba trãſponi librariorũ ut ſæpe fit incuria, fieriq; Orithyæ magni, &c. Ex magni Orithyæ, aut ẽt ex roſtro Orithyæ magni. nã Orithyas interciſa diphthongo, & penultima ad morẽ Thyoneus, correpta, uereor ut ſatis defendi poſsit. Significat aũt ὀρειθυίας eũ, qui per mõtes feſtinat atq; impetũ facit, ab ὄρος & θύω, primãq; extẽdit ĩ hoc noĩe, perinde ut in Orion, & ſimilibus.] {Hauſit}aperuit, percuſsit. {Roſtro adunco}recuruo dente.{Nõdũ cœleſtia ſydera}Gemini, q unũ ex zodiaci ſignis cõſtituunt, Caſtor ac Pollux eſſe dñr. {Vulnera feciſſent}uulneraſſent.{Setiger}aper ſetas gerẽs.{Opacas}umbroſas arborib⁹ dẽſas.{Studio eundi}cupiditate currẽdi.{Leuat}alleuat, tollit.{Teg.} Atalanta.{Sinua.ar.}cõtracto.{Arun.}arũdinea ſagitta.{Diſtrinxit}uulnerauit. {Feres}habebis.{Erub.uiri}puduit, inq̃t, uiros fortes aprũ à uirgine primũ fuiſſe pcuſſum.{Bipenn. Arc.} Ancęus Arcadicus bipẽnẽ ferẽs. Is ãt Ancæus (ut ſcribit Ariſtome.) Lycurgi & Antiões fili⁹, apud arcades colebať. Pherecydi ṽo aſtipulať Oui. q ſcribit Ancęũ à Calydon. apro pcuſſum interiiſſe. nã Ariſtomenes aliter de Ancæo ſcribit. illum.n. agriculturæ amantẽ fuiſſe ait: cũ ãt uineã plãtaret, nimiũ graui labore ſeruos pmebat: q̃re illorũ q̃dã dixit dñm ex illa uinea fructũ nunq̃ pcepturũ. Ancæ⁹ ṽo poſteaq̃ uua fuit matura, lęt⁹ uindemiabat, ſeruũq; iuſsit uinũ ſibi fundere: poculũ igiť cũ ori apponeret, dictũ illi⁹ ĩ memoriã reuocauit: cui ſeru⁹ rñdit, πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου, hoc ẽ, multũ intereſt inter calicẽ, & ſummũ labrũ. his ṽo dictis q̃dã accurrit nũciãs q̃ maximũ aprũ uineã ingreſſum illã pueruertere totã. tũc Ancæ⁹ calicẽ cũ abieciſſet, ad aprũ feſtinauit, à quo pcuſſus iteriit. Vñ natũ eſt illud puerbiũ ĩ eos, q̃bus pręter ſpem aliq̃d euenit, q̃d ſic à Græco in latinũ Cato uertit, Multũ intereſt iter os & offam. [Quæ de Ancæo & uinea hic cõmemorat Regius, ad eũ Ancæũ alii referũt, q Neptuni fili⁹ fuit ex Aſtypalea, ut & Eraſmus annotauit in puerbiis. fuerũt.n. duo Ancęi Lycurgi alter, ſiue, ut Lycophroni placet, Actoris, alter Neptuni. de Arcadico ãt, de quo hic agiť, ẽt Pauſan. teſtať, cui⁹ uerba ſupra poſuim⁹.] {Cõcedite}locũ date.{Operi meo}uirtuti meæ. temerarii autẽ iactabundiq; eſt oratio.

{Prote-

Ipſa ſuis licèt hunc Latonia protegat armis,
Inuita tamen hunc perimet mea dextra Diana.
Talia magniloquo tumidus memorauerat ore,
Ancipitemq; manu tollens utraque ſecurim,
Inſtiterat digitis primos ſuſpenſus in artus.
Occupat audentem, quaq; eſt uia proxima letho,
Summa ferus geminos direxit ad inguina dentes.
Concidit Ancæus, glomerataq; ſanguine multo
Viſcera lapſa * fluunt, madefactaq; terra cruore eſt.
Ibat in aduerſum proles Ixionis hoſtem
Pirithous, ualida quatiens uenabula dextra.
Cui procul Aegides, O me mihi carior, inquit,
Pars animæ conſiſte meæ: licet eminus eſſe
Fortibus: Ancæo nocuit temeraria uirtus.
Dixit: & ærata torſit graue cuſpide cornu:
Cui bene librato, uotiq; potente futuro
Obſtitit eſculea frondoſus ab arbore ramus.
Miſit & Aeſonides iaculum: quod caſus ab illo
Vertit, & in mentum figit latrantis, & inter
Ilia coniectum, tellure per ilia fixum eſt.
At manus Oenidæ uariat: miſsiſq; duabus,
Haſta prior terra, medio ſtetit altera tergo.
Nec mora, dum ſæuit, dum corpora uerſat in orbem,
Stridentemq; nouo ſpumam cum ſanguine fundit,
Vulneris auctor adeſt, hoſtemq; irritat ad iram,
Splendidaq; aduerſos uenabula condit in armos.
Gaudia teſtantur ſocij clamore ſecundo,
Victricemq; petunt dextræ contingere dextram:
Immanemq; feram multa tellure iacentem
Mirantes ſpectant; neque adhuc contingere tutum
Eſſe putant, ſed tela tamen ſua quiſque cruentat.
Ipſe pede impoſito, caput exitiabile preſsit,
Atque ita, Sume mei ſpolium Nonacria iuris,
Dixit, & in partem ueniat mea gloria tecum.
Protinus exuuias rigidæ horrentia ſetis
Terga dat, & magnis inſignia dentibus ora.
Illi lætitiæ eſt cum munere muneris auctor.
Inuidere alii, totoq; erat agmine murmur.
E quibus ingenti tendentes brachia uoce,
Pone age, nec titulos intercipe fœmina noſtros,
Theſtiadæ clamant: nec te fiducia formæ
Decipiat, ne ſit longè tibi captus amore
Auctor. & huic adimunt munus, ius muneris illi.
Non tulit, & tumida frendens Mauortius ira,
Diſcite raptores alieni, dixit, honoris,
Facta minis quantum diſtent: hauſitq; nefando
Pectora Plexippi nil tale timentia ferro.
Toxea, quid faciat, dubium, pariterq; uolentem
Vlciſci fratrem, fraternaq; fata timentem,
Haud patitur dubitare diu: calidumq; prioris
Cæde recalfecit conſorti ſanguine telum.
Dona deûm templis nato uictore ferebat,
Cùm uidet extinctos fratres Althæa referri.
Quæ, plangore dato, mœſtis clamoribus urbem
Implet, & auratis mutauit ueſtibus atras.
At ſimul eſt auctor necis editus, excidit omnis
Luctus, & à lacrymis in pœnæ uerſus amorem eſt.
Stipes erat, quem cùm partus enixa iaceret
Theſtias, in flammam triplices poſuere ſorores,
Staminaq; impreſſo fatalia pollice nentes,

* caduunt,

PROTEGAT} defendat.{Perimet} interficiet.{Tumidus} clarus, ſuperbus.{Ancipitem ſecurim} ex utraq; parte incidētem, utrinq; acutā.{Inſtiterat dig.} ſteterat in digitis. geſtus aūt exprimitur tollentis ſecurim, ut aliquem ꝑcutiat.{In pri.ar.} in primas digitorū partes.{Occupat} ante aggreditur. {Quaq; eſt uia ꝓxi.le.} inguina.n. percuſſa homini mortē ſubito afferūt.{Multo ſangui.} cū præpoſitio ſubaudiatur, ut cum multo ſanguine itelligatur.{Ægides} Theſeus Ægei filius. timebat autē Pirithoo ſibi amore cōiunctiſsimo Theſeus ab apro.{Eminus eē} longe abeſſe.{Temeraria uir.} inconſiderata fortitudo.{Graue cornu} grauem haſtā ex cornu confectam. {Notabis āt obiter hoc loco, cornu neutro genere & quarta declinatiōe dici de arbore, ex q̄ haſtę ſiue iacula fiūt. eodē.n.mō hoc dictū accipio, graue cornu, ut apud Vir. Volat Itala cornus. neq;.n. uériſimile eſt, ex cornu bouis, aut cerui iacula tū fieri ſolitū fuiſſe. id qđ Regii expoſitio innuere uidetur. {Torſit} iecit.{Ærata} ære & ferro munita.{Votiq; pot.fu.} hoc eſt, aprum percuſſuro. {Æſcul.ar.} æſculus arbor eſt glandifera Ioui dicata. {Æſonides} Iaſon Æſonis fili⁹.{Vertit} auertit, cōuertit.{Et ī mētū latr.} Canis partē oris inferiorē mentū improprie poeta uocat, cū nulli aīaliū præterq̄ homini mentū, & malæ ſint, ut in xi. Naturalis hiſtoriæ. Plin. tradit.{Inter ilia} ilia in aliis aīalibus dr̄, quę in hoībus & ouibus lactes appellātur, ut idē Pli. ſcribit. {Tellure} in terra.{Bene librato} fortiter iacto.{Oenidæ} Meleagri, Oenei filii. {Dū ſæuit} furit.{Dū corpora} dū ſe rotat.{Auctor uuln.} Meleager.{Irritat} ꝓuocat.{Petunt} appetūt, cupiūt.{Cruētat} cruore inficit.{Exitiabile} peſtiferū, qđ multis exitii cauſſa fuerat.{Nonacria} Atalanta à Nonacri urbe Arcadiæ dicta.{Spoliū mei iuris} qđ iure ipſo mihi debetur. nā Meleager aprum interfecerat, ſpolia uero ꝓprie dr̄ quę hoſtibus detrahuntur. {Exuuias} exuuiæ quæ ab exuendo dr̄, nō ſolū hominū tegmina, aut ueſtes ſūt, ſed pelles quoq; & ſerpentū & aliorū animaliū, Virg. ſecūdo Georg. de ſerpente loquens, Cū poſitis nouus exuuiis, nitidusq; iuuenta.{Terga dat} tergora & pellē apri.{Et magnis īſignia dētibus ora} caput quoq; apri Atalātę traditū fuiſſe à Meleagro poeta ait.{Pone} depone.{Noſtros titut.} noſtrū honorē, noſtrā gloriā.{Fœmina} cū quodā cōtēptu Atalātā fœminā uocant.{Theſtiadæ} Plexippus, & Toxeus Theſtii filii.{Ne ſit lōge tibi mune.au.} ideſt ne iterficiaris, ſicq; lōge ab amatore tuo ſepareris.{Et huic adimūt mu.} Atalātę, inqt, mun⁹ eripiūt, ius aūt muneris dādi Meleagro.{Nō tulit} nō paſſus eſt Atalantā munere fraudari.{Mauortius} bellicoſus, Marti ſimilis Meleager.{Frēdēs} fremens.{Nefando fer.} nefario, impio. nam Plexippus Meleagri auunculus erat. {Hauſit} ꝑcuſsit.{Timen.} timentis. eſt.n. hypallage. {Toxea qd faciat} ordo ē; haud patitur dubitare diu Meleager Toxeum dubiū qd faciat, uolentēq; & fratrē ulciſci, & timētē fraterna fata.{Cōſorti ſangui.} fraterno.{Editus} dictus, nūtiatus.{In pœnę amo.} ī ſupplicii cupiditatē, uindictæ.{Stipes erat} ſtipitē deſcribit fatalē poeta, in quo Meleagri uita cōtinebatur. {Partus eni. The.} Althæa Theſtii filia puerū enixa & puerpera.{Triplices ſor.} tres Parcæ, Clotho, Lacheſis, & Atropos: quas Martianus Capella deorū ſcribas eſſe ait, & ſentētias Iouis ſtudio ueritatis excipe. has latini Nonā, Decimā, & Mortā uocarūt à partus tpe. nā à nono & decimo mēſe pueri ſecūdū naturā naſcuntur, eoq; Nonæ & Decimę aſcribūtur. qui uero ante, poſt'ue hoc tēpus naſcūtur, q̄ſi mōſtra Mortę attribuuntur. nam ſeptimo mēſe raro pueri uitales naſcuntur, octauo nunq̄, nono ſępe, decimo ſępius. hæ uitæ humanę præeſſe creduntur, eāq; nendo continere, unde ēt lanificæ, & puellę,

Fratrum Althææ cædes.

& ſorores à poetis dicuntur. Martial. Lanificas nulli treis exorare puellas Cõtigit, obſeruãt quẽ ſtatuere diẽ. Parcæ aũt dictæ uel à parcendo κατ' ἀντίφρασιν, ꝙ nulli parcant; uel à partu, unius litteræ mutatione, & Varro ſcribit, ꝙ (ut ait Heſiodus) hæ naſcentibus hominibus bonũ malumq; parere & p̃ſtare cenſeant. Has Cicero Herebi & Noctis filias fuiſſe ſcribit. Tres autem Parcæ tria ſunt fata numero (ut Apuleius ait) cũ ratione tẽporis faciẽtia, nam Atropos præteriti tẽporis eſt fatũ, qđ ne Deus quidẽ faceret infectũ, unde & Atropos dicta eſt, ꝙ uerti, mutariq; nõ poſsit. Lacheſis futuri, quòd ipſa net, & filũ producit, ἀπὸ τοῦ λαγχάνειν, hoc eſt, a ſortiendo cognominata. Clotho pręſentis, ꝙ torquendo fuſum colligit filũ a Lacheſi dictũ ἀπὸ τοῦ κλώθειν, qđ ẽ torquere.

RAPH. FRAGMINA} fracta ligna, & ſciſſa. {Pugnat materq;, ſororq;} hoc eſt, affectus matriſq; ſororiſq; in aío Althææ inter ſe cõtendunt. {Et diuerſa trahunt} & diuerſum trahunt. {Vnũ pe.} unũ animũ. {Sępe me. ſcele.} eleganter deſcribit poeta mulieris animũ affectu miſericordiæ ſimul & indignationis uexatũ. {Ferus animi ardor} magna animi indignatio. {Vim geminã} duplicẽ uiolentiã & uenti, & æſtus maris. {Errat} uagatur animo & mẽte. {Cõſanguineas umbras} fratrũ aías. {Leniat} mitiget. {Sanguine} filii morte. {Impietate pia eſt} uidetur ſtulte eſſe dictum. quo nãq; modo quis pius eſſe poſsit impietate? ſed pia uidetur fuiſſe Althæa, fratrũ cædẽ ulciſcẽdo, impia filiũ necando. {Lignũ fatale} in quo Meleagri fata cõtinebantur. {Ante ſepulchrales aras} quę in ſepulchris erigebãtur. {Pœnarumq; deæ triplices} furias infernales, q̃ tres dicũtur eſſe, Tiſiphone, Alecto, & Megęra. Althęa uero teſtatur ſe p̱ nefandũ ſcelus fratrũ cædẽ ulciſci. {Eumenides} hæ furiæ dicuntur, κατ' ἀντίφρασιν, quòd nulli beneuolæ ſint, aut mites. {Aduertite} cõuertite. {Fu

Tempora dixerunt eadem, lignoq;, tibiq;
O modò nate damus. quo poſtquam carmine dicto
Exceſſere deæ, flagrantem mater ab igne
Eripuit ramum, ſparſitq; liquentibus undis.
Ille diu fuerat penetralibus abditus imis,
Seruatuſq; tuos iuuenis ſeruauerat annos.
Protulit hunc genitrix, tedaſq;, & fragmina poni
Imperat, & poſitis inimicos admouet ignes.
Tum conata quater flammis imponere ramum,
Cœpta quater tenuit: pugnat materq;, ſororq;,
Et diuerſa trahunt unum duo nomina * pectus.
Sæpe metu ſceleris pallebant ora futuri:
Sæpe ſuum feruens oculis dabat ira ruborem:
Et modò neſcio quid ſimilis crudele minanti
Vultus erat, modò quem miſereri credere poſſes.
Cumq; ferus lacrymas animi ſiccauerat ardor,
Inueniebantur lacrymæ tamen. utq; carina,
Quam uentus, uentoq; rapit contrarius æſtus,
Vim geminam ſentit, paretq; incerta duobus;
Theſtias haud aliter dubiis affectibus errat,
* Inq; uices ponit, poſitamq; reſuſcitat iram.
Incipit eſſe tamen melior germana parente:
Et conſanguineas ut ſanguine leniat umbras,
Impietate pia eſt. nam poſtquam peſtifer ignis
Conualuit, Rogus iſte cremet mea uiſcera, dixit.
Vtq; manu dira lignum fatale tenebat,
Ante ſepulcrales infelix aſtitit aras:
Pœnarumq; deæ triplices furialibus, inquit,
Eumenides ſacris uultus aduertite ueſtros.
Vlciſcor, facioq; nefas, mors morte pianda eſt;
In ſcelus addendum ſcelus eſt, in funera funus;
Per coaceruatos pereat domus impia luctus.
An felix Oeneus nato uictore fruetur,
Theſtius orbus erit? melius lugebitis ambo.
Vos modò fraterni manes, animæq; recentes
Officium ſentite meum, magnoq; paratas
Accipite inferias uteri mala pignora noſtri.
Hei mihi quò rapior? fratres ignoſcite matri.
Deficiunt ad cœpta manus. meruiſſe fatemur
Illum cur pereat: mortis mihi diſplicet auctor.
Ergo impunè feret; uiuuſq;, & uictor, & ipſo
Succeſſu tumidus, regnum Calydonis habebit?
Vos cinis exiguus, gelidæq; iacebitis umbræ?
Haud equidem patiar. pereat ſceleratus: & ille
Spemq; patris, regnumq; trahat, patriæq; ruinam.
Mens ubi materna eſt? ubi ſunt pia uota parentum,
Et, quos ſuſtinui, bis menſum quinque labores?
O' utinam primis arſiſſes ignibus infans,
Idq; ego paſſa forem. uixiſti munere noſtro:
Nunc merito moriere tuo. cape præmia facti,
Biſq; datam, primùm partu, mox ſtipite rapto,
Redde animam, uel me fraternis adde ſepulcris.
Et cupio, & nequeo. quid agam? modò uulnera fratrũ
Ante oculos mihi ſunt, & tantæ cædis imago:
Nunc animam pietas, maternaq; nomina frangunt.
Me miſeram, malè uincetis: ſed uincite fratres,
Dummodo quæ dedero uobis ſolatia, uoſq;
Ipſa ſequar. dixit: dextraq; auerſa trementi
Funereum torrem medios coniecit in ignes.
Aut dedit, aut uiſus gemitus eſt ille dediſſe

rialibus ſacris} a furore & indignatione prouenientibus. {Mors morte pianda eſt} cædes fratrũ morte filii purgãda eſt. {An felix Oeneus} cũ magna idignatione hæc ab Althæa dicũtur. {Magnoq; paratas inferias} ſacrificia magno precio & filii ſanguine cõparata. Inferiæ aũt dñr ſacrificia, q̃ mortuis fiunt. {Vteri mala pignora noſtri} ἐξήγησις & expoſitio inferiarũ magno cõparatarũ. {Hei mihi quo rapior} retrahitur officio matris a cęde filii Althæa. {Quo rap.} in qđ ſcelus trahor. {Mortis mihi diſplicet auctor} nollem, inqt Althæa, ego eſſe mortis filii auctor. {Ergo impune feret} indignationi iterũ indulget Althæa. Ergo.n. affectui & indignationi ſeruit. ſic & Auguſtus de Virgilii teſtamento: Ergo'ne ſupremis potuit uox improba uerbis Tam dirũ mãdare nefas? {Spemq; patris} Oenei, q totã ſpẽ ſuã in Meleagro filio collocarat. {Mẽs ubi materna eſt?} ad pietatẽ, qua filiũ proſequitur, reuocat cogitationẽ ſuã Althæa: in qua tñ indignatiõe uicta diutius nõ perſtat. {Bis quinque menſum} decẽ mẽſes in utero matres filios geſtare dñr, quãuis uulgus nouẽ tantũmodo putet. Nõ aũt menſes (ut ferè in exẽplaribus eſt deprauatũ) ſed mẽſum pro menſiũ (ut monet Priſcianus) eſt legendũ, ut decem menſiũ labores intelligamus. {O utinã primis arſiſſes ignib⁹ infans} utinã, inqt, tunc cõbuſtus fuiſſes, cũ eras infans unà cũ ſtipite, quẽ a Parcis ĩ ignẽ cõiectum ego ardere paſſa nõ ſum. {Tuo merito} tuo delicto. {Facti} peccati, ac ſceleris tui. {Stipi. ra.} ex igne erepto torre & titione. {Et cup.} frẽs ulciſci ſubintelligat. {Et neq.} non poſſum in ignẽ cõiicere torrẽ, pietate, qua filiũ p̱ſequor, impedita. {Me miſ.} ibi eſt diſtinguendũ. eſt.n. exclamatio, qua Althæa ſe oſtendit inuitã ĩ filii pniciẽ armari. {Male} in malũ, & calamitatẽ meã. {Dũmõ q̃ ded.} de conſciſcenda ſibi quoq; morte iam cogitat Althęa. {Fu.} funeſtũ, funeriſq; ac mortis Meleagri cauſſam.

{Et

corpus.

Perq;

RAPH. ET inuitis ignibus} rei inanimatæ dát ſenſum poeta perinde atq; ſi ignes ipſi Meleagri misererentur.{Virtute} fortitudine.{Cæcis ignibus } occultis quorū cauſſa latebat. {Ignauo leto}uili morte.{Mœret}dolet.{Sociam tori}uxorē.{Laguefcuntq; } decreſcunt atq; diminuuntur.{ Simul eſt extinctus uterq;}& ignis ſtipitis & Meleager.{ In leues auras}eorū ſequitur hoc loco opinionem poeta, qui ſentiunt animā auram eſſe & aerem.{Cana fauilla}albo cinere.{Velante}tegente.{ Prunā}carbones.{Alta iacet Calydon } ſi alta quo modo iacet? an mœrore, ex morte Meleagri cōcepto, cecidiſſe ac iacere uidebatur, q́ pauloante uirtute ipſius Meleagri alta potensq́; erat.{Sciſſę capillos} ſcindentes ac lacerantes capillos, id quod in magnis luctibus mulieres facere ſolēt. Eſt aūt ſynecdoche, maxime poetis uſitata.{Plangūt ora} percutiūt ac genas lacerát.{Heu heu } mimeſis & imitatio eſt gemitus emittētiū mulierū.{Puluere caniciē}pater, inquit, Oeneus puluere caput, faciemq́; deturpat. hoc.n.in magnis mœroribus fiebat apud priſcos. {Acto per uiſcera ferro}ſic quidem Ouid. Diod.uero ſcribit Althæā laqueo uitā finiſſe.{Totum Helicona} oīum muſarum fauorem. {Liuentia pectora tundūt} ꝑcutiunt pectora, ac liuētia reddūt, & ſubnigra.{ Dūq; manet corpus}cadauer Meleagri.{ Ipſi lecto } pheretro in quo Meleagri cadauer cōpoſitū fuit. [Tu ſic diſtingue : Oſcula dát ipſi, ideſt Meleagro, ſeu corpori, poſito dát oſcula lecto. Vt alterū oſcula ad corp⁹, alterū ad lectū referatur.] {Poſt cinerem}poſteaquā Meleagri cadauer ī cinerē fuit reſolutū.{ Hauſtos}acceptos manib⁹.{Preſſant} aſtringūt. Eleganter aūt ea omnia effingit poeta, q̄ in funeribus fratrū a ſororib⁹ fieri cōſueuere.{Affuſæq́;} incumbentes, inſtratæ, proſtratæ.{ Nomina ſaxo} ſigna. Epitaphiū ī ſaxo ſculptū, in quo nomē Meleagri erat.{ Oeneiæ dom.} familiæ Oenei.{ Latonia} Diana, Latonæ filia.{Nurumq́; Nobilis Alcmena} Deianirā Herculis uxorē.{Alleuat}in aerē tollit.{Corneaq́; ora facit}hoc eſt ora in roſtra conuertit.{ Verſaſq́; } in aues cōmutatas, q̄ Meleagrides a Meleagro fratre fuerūt cognominatæ. [De auibus, quas Meleagrides uocát, Plin.lib.x. ca.xxvi. Simili modo, inqt, pugnát Meleagrides in Bœotia. Africæ hoc eſt gallinarū genus, gibberū, uariis ſparſum plumis, q̄ nouiſsimæ ſunt pereginarū auiū in menſas receptæ, propter ingratū uirus. Verū Meleagri tumulus nobiles eas fecit, &c. Has Var. eaſdē facit cū Numidicis. Tranquillus & Columella ſeparant, ut & cæteri, q̄ Numidicas criſtas rutilas gerere. Meleagrides autē cœruleas tradunt. Volaterranus.]

Meleagri ſorores in aues.

Stipes, & inuitis correptus ab ignibus arſit.
Inſcius, atque abſens flamma Meleagrus ab illa
Vritur, & cæcis torreri uiſcera ſentit
Ignibus, ac magnos ſuperat uirtute dolores.
Quòd tamen ignauo cadat, & ſine ſanguine letho,
Mœret, & Ancæi felicia uulnera dicit:
Grandæuumq́; patrem, fratreſq́;, piaſq́; ſorores
Cum gemitu, ſociamq́; tori uocat ore ſupremo;
Forſitan & matrem. creſcunt ignisq́;, dolorq́;,
Langueſcuntq́; iterum: ſimul eſt extinctus uterque:
Inq́; leues abiit paulatim ſpiritus auras,
Paulatim cana prunam uelante fauilla.
Alta iacet Calydon; lugent iuueneſq́;, ſeneſq́;;
Et uulgus, proceresq́; gemunt; ſciſſæq́; capillos
Plangunt ora ſimul matres Calydonides *: Oeneus
Puluere canitiem genitor, uultusq́; ſeniles
Fœdat humi fuſos, ſpatioſumq́; increpat æuum.
* Nam de matre manus diri ſibi conſcia facti
Exegit pœnas, acto per uiſcera ferro.
Non mihi ſi centum Deus ora ſonantia linguis,
Ingeniumq́; capax, totumq́;, Helicona dediſſet,
Triſtia perſequerer miſerarum uota ſororum.
Immemores decoris liuentia pectora tundunt:
Dumq́; manet corpus, corpus refouentq́;, fouentq́;:
Oſcula dant ipſi, poſito dant oſcula lecto.
Poſt cinerem, cineres hauſtos ad pectora preſſant,
Affuſæq́; iacent tumulo, ſignataq́; ſaxo
Nomina complexæ, lacrymas in nomina fundunt.
Quas póſt, Oeneiæ tandem Latonia clade
Exatiata domus, præter Gorgenq́;, nurumq́;
Nobilis Alcmenæ, natis in corpora pennis
Alleuat, & longas per brachia porrigit alas,
Corneaq́; ora facit, uerſaſq́; per aera mittit.

heu heu.

Nam mater manibus

ARG. Theſeus, apro Calydonio interfecto, cum ſe reciperet Athenas, & torrentibus aquis interpellaretur, ab Acheloo amne, qui imbribus intumuerat, inuitatus eſt, ut ſuis tectis ſuccederet, dum fluminis unda ſubſideret. cuius ille hoſpitio cum reſediſſet, inter epulationem procul inſulas uiſas ab hoſpite accepit nymphas fuiſſe Naiades: quæ cum deis ſacra redderent, ab eiſq; præteritus ipſe eſſet, motus offenſa in inſulas Echinadas eas conuertit.

INterea Theſeus ſociati parte laboris
Functus, Erechtheïas Tritonidos ibat ad arces.
Clauſit iter, fecitq́; moras Achelous eunti
Imbre tumens. ſuccede meis, ait, inclyte tectis
Cecropide, nec te committe rapacibus undis.
Ferre trabes ſolidas, obliquaq́; uoluere magno
Murmure ſaxa ſolent. uidi contermina ripæ
Cum gregibus ſtabula alta trahi: nec fortibus illic
Profuit armentis, nec equis uelocibus eſſe.
Multa quoque hic torrens niuibus de monte ſolutis
Corpora turbineo iuuenilia * uortice merſit.

culmine

{ Interea Theſeus } mira phātaſia quinq; Naiadum trāſmutationē in inſulas cū ſuperiore fabula poeta cōnectit. Interfecto nāq; Calydonio Apro Theſeus cū Athenas rediret, forte Achelous fluuius, Ætoliā ab Acarnania diſterminās, ſic intumuerat, ut tutus tranſitus nō uideretur. inuitatus igitur Theſeus a fluminis deo Acheloo, domū illi⁹ intrauit tātiſper illic futur⁹, dū tuto tranſire poſſet. Cū uero poſt cœnā Theſe⁹ in mare ꝓſpiciēs uidiſſet inſulas quaſdā, Acheloū rogauit, quot illæ īſulę eſſent ac quo noīe appellarētur. cui Achelous rńdit: Naiades q̄nq; fuiſſe illorū locorū accolas, q̄ cū aliis diis ſe ſpreto ſacrificaſſent, eas cum locis ſuis in mare a ſe indignato fuiſſe ꝓuolutas, ac in inſulas quinq; noīe Echinadas & ſuis & fluctib⁹ marinis fuiſſe diſcretas. {Socia.lab.}cōicati ſibi cū multis aliis.{ Erechtheias Tritonidos ar.} periphraſis eſt Athenarū, q̄ & ī Palladis tutela ſūt, & ab Erechtheo rege Erechtheię dńr. {Fecitq; moras Achelous eunti imbre tumēs} Achelous Oceani & Tethyos fili⁹ fuiſſe ab Heſiodo ſcribitur. Is cū peteret Deianirā Oenei Calydoniæ regis filiā, Herculē in ſe cōuertit, a quo ſuperatus, ī fluuio iuxta Calydoniā labenti ſe occultauit, nomenq; flumini impoſuit. qđ quidē a Pindo Theſſaliæ mōte oritur, Ætoliāq; ab Acarnania diſtinguit. Sane apud antiquos aqua (ut Macrob. Seruiusq́; ſcri.) gñaliter Achelous dicebatur. unde Virg. in Geor. 1. Poculaq; iuen. Achel. miſcuit uuis. ſane Achelous cū prius Thoas fuerit dictus, ab Achelco, qui Alcmęonē ex Theſſalia ſecutus eſt, nomen accepit. Hic ex Terpſichore una muſarū, Sirenas ſuſtuliſſe fertur. Videtur aūt maximus eſſe oīum Gręcię fluuiorū Achelous, unde & omnē aquā ueteres Acheloon uocarunt. {Turbineo uort.}in modū turbinis ſe uoluente. Vortex.n. ꝓprie dicitur cōtorta in ſe aqua. Turbo aūt eſt uis uēti & inſtrumentū quo pueri ludunt, fune illud in terrā incutientes.

Nymphę Naiades ī inſulas Echinadas.

{Tutior

Tutior eſt requies, ſolito dum flumina currant
Limite, dum tenues captet ſuus alueus undas.
Annuit Aegides; Vtorq;, Acheloe, domoq;,
Conſilioq; tuo, reſpondit: & uſus utroque eſt.
Pumice multicauo, nec læuibus atria tophis
Structa ſubit: molli tellus erat humida muſco:
Summa lacunabant alterno murice conchæ.
Iamq; duas lucis partes Hyperione menſo,
Diſcubuere toris Theſeus, comiteſq; laborum,
Hac Ixionides, illa Trœzenius heros
Parte Lelex, raris iam ſparſus tempora canis,
Quoſq; alios parili fuerat dignatus honore
Amnis Acarnanum, lætiſsimus hoſpite tanto.
Protinus appoſitas nudæ ueſtigia nymphæ
Inſtruxere epulis menſas: dapibuſq; remotis
In gemma poſuere merum. tum maximus heros
Aequora proſpiciens oculis ſubiecta, Quis, inquit,
Ille locus, (digitoq; oſtendit) & inſula nomen
Quod gerit illa, doce: quanquàm non una uidetur.
Amnis ad hæc, Non eſt, inquit, quod cernimus, unum.
Quinque iacent terræ: ſpatij diſcrimina fallunt.
Quoq; minus ſpretæ factum mirere Dianæ,
Naiades hæ fuerant: quæ cùm bis quinque iuuencos
Mactaſſent, ruriſq; deos ad ſacra uocaſſent,
Immemores noſtri feſtas duxere choreas.
Intumui: quantuſq; feror, cùm plurimus unquam,
Tantus eram: pariterq; animis immanis, & undis
A ſyluis ſyluas, & ab aruis arua reuulſi.
Cumq; loco nymphas, memores tum denique noſtri,
In freta prouolui. fluctus noſterq;, mariſq;
Continuam diduxit humum, * parteſq; reuellit
In totidem, mediis quot cernis Echinadas undis.

ARG. Perimele, Hippodamantis filia, cum ab Acheloo amne per uim eſſet oppreſſa, pater eam ob admiſſum præcipitauit in pelagus: ſtuprator imperrauit beneficio Neptuni, ut mare eam ſemotam ab Echinadibus efficeret inſulam.

VT tamē ipſe uides, procul, en procul una receſsit
Inſula grata mihi: Perimelen nauita dicit.
Huic ego uirgineum dilectæ nomen ademi.
Quod pater Hippodamas ægrè tulit, inq; profundum
Propulit è ſcopulo perituræ corpora natæ.
Excepi: nantemq; ferens, O proxima terræ
Regna uagæ, dixi, ſortite Tridentifer undæ,
In quo deſinimus, quò ſacri currimus amnes,
Huc ades, atque audi placidus Neptune precantem.
Huic ego, quam porto, nocui: * ſi mitis, & æquus,
Si pater Hippodamas, aut ſi minus impius eſſet,
Debuit illius miſereri, ignoſcere nobis.
Cui quondam tellus clauſa eſt feritate paterna,
Affer opem, merſæq;, precor, feritate paterna
Da Neptune locum, uel ſit locus ipſa licebit.
Hunc quoq; complectar. mouit caput æquoreus rex,
Concuſsitq; ſuis omnes aſſenſibus undas.
Extimuit nymphe: nabat tamen: ipſe natantis
Pectora tangebam trepido ſalientia motu.
Dumq; ea contrecto, totum dureſcere ſenſi
Corpus, & inducta condi præcordia terra.
Dum loquor, amplexa eſt artus noua terra natantes,
Et grauis increuit mutatis inſula membris.

RAPH. TVTIOR eſt requies} ſecurior eſt mora. {Nec leuibus tofis} aſperis, impolitis. tofus enim lapis eſt cauernoſus. deſcribit autem poeta ſpeluncā fluminis deo conuenientem. {Molli muſco} muſcus herba eſt tenuiſsima iuxta fontes ac in locis humidis naſcens. {Summa lacunabant} ſuperiores, inquit, ſpeluncæ partes in lacunaria diſtinguebāt conchæ alternis muricibus diſtinctæ. nam lacunare eſt lacus ac lacunaria facere. {Murice} murex autem genus eſt cochleæ, unde fit purpureus color. {Hyperione} Sole. Hyperion nanque Cœli fuit filius, qui ex ſorore Solem fertur genuiſſe. uerum pro Sole ponitur. {Hac Ixionides} Pirithous, Ixionis filius, perpetuus Theſei comes. [Illa Trœzenius heros Parte Lelex: à Trœzene, ubi Pittheus regnauit, ſiue ille Pitthei filius, Æthræq; frater fuit, ut ex ſequentibus colligit Regius, ſiue etiam aliunde in eam urbem habitatum uenerit. nam quod ſupra idem Lelex Narycius dicitur, dubiū opinioni illius affert. Sed de Lelege quę in mentem nobis ueniebant, ſupra annotauimus.] {Nudæ ueſtigia nymphæ} pedes nudos habentes nymphæ. eſt enim ſynecdoche. {In gemma} in gemmatis poculis. {* Spatiū diſcrimina fallit} breuitas, inquit, ſpatii diſcrimina atq; ſeparationes inſularū confundit. {Spretæ} contēptæ. [Factum, quo Oeneum ulta fuit.] }Cum plurimus unquā} maximus. {Diduxit} diuiſit. {Mediis quot cernis Echinadas undis} Echinades, quæ & Echinæ dicuntur, inſulæ ſunt ad hoſtium Acheloi, Ætoliæ fluuii, qui limum aſsidue inuehendo illas effeciſſe uidetur. dictæ ſunt autē Echinades uel ab Echinis, quibus abundant, uel (ut ſcribit Apollod.) ab Echino quodam uate. {Vt tamen ipſe uides} Perimele Hippodamantis filia ab Acheloo uim paſſa è ſaxo à patre in mare fuit præcipitata. Achelous uero de amicæ ſalute admodum ſollicitus, Neptunū rogauit, ne eam ſubmergi pateretur; ſed ei aut locum præberet, aut ipſam locum efficeret. precibus igitur Acheloi motus Neptunus eam in inſulā haud longe ab Echinadibus diſtantem cōmutauit. {Virgineum nomen ademi} uirginitatem eripui. {Propulit} proiecit. {In profundum} in mare altum. {Sacri amnes} omnes fluuii numen habere dicuntur, unde & ſacri nuncupantur. [Debuit illius miſereri, & ignoſcere nobis. ita quidem uulgo habent codices fere omnes, uerſumq; grammatici hunc ita defendunt, ut dicant primam in uerbo Ignoſcere, corripi, ea ratione, quòd mutam ſequitur liquida. ſed mihi hæc ratio in hoc uerbo durior uidetur, propterea quòd uerbum ipſum compoſitum, g loco, n, aſſumpſit, factumq; ignoſco, ex In & Noſco. at ſublata coniunctione, & idem uerſus non modo quod ad numeros attinet, integrior, ſed & elegantior multo erit, & affectui magis ſeruiet, propter diſtributionem, quæ coniunctione opus nō habet, eaq; interpoſita, gratiam fere amittit.] {Feritate paterna} crudelitate patris. {Mouit caput æquoreus rex} Neptunus annuit meis precibus. {Salientia} palpitātia, id quod timore percuſsis accidere ſolet. {Præcordia} pectore hoc loco quod cordi contendantur. proprie uero præcordia dicuntur partes cordi præiacentes. {Grauis inſula} magna. Inſula uero dicitur quòd ſit in ſalo, hoc eſt, in mari collocata.

Perimele in inſulam.

pariterq;

ſis

}Amnis

ARG. Iupiter & Mercurius, in hominum figuras uerſi, in Phrygia cum animos incolarum experti a nullo ultro exciperentur hoſpitio, a Philemone & Baucide hoſpitaliſsime ſunt excepti. & cum maxima uoluntate rebus humilibus ad uictum neceſſariis ſimpliciſsimos animos pauperum experti ſunt. ergo, ut numen ac uim oſtenderent ſuam, ſeuocatis ſenibus hoſpitibus in excelſiorem collem, caſam eorum in templum conuerterunt, eoſq; ipſos optatos antiſtites ſacrati loci præſtiterunt: ita ut cum ſenectute ſoluti eſſent, in arbores conuerterentur, Philemon in quercum, Baucis in tiliam. oppidum autem eorum, quod cæteros ciues inhoſpitales habuerat, aquarum multitudine obrutum, ſtagnum factum eſt.

AMnis ab his tacuit. factum mirabile cunctos
Mouerat. irridet credentes, utq; deorum
Spretor erat, mentiſque ferox Ixione natus,
Ficta refers, nimiumque putas Acheloe potentes
Eſſe deos, dixit, ſi dant, adimuntque figuras.
Obſtupuere omnes, nec talia * dicta probarunt: *turba*
Ante omneſq; Lelex, animo maturus, & æuo,
Sic ait: IMMENSA eſt, finemq; potentia cæli
Non habet; & quicquid ſuperi uoluere, peractum eſt.
Quoq; minus dubites, tiliæ contermina quercus
Collibus eſt Phrygiis, medio circumdata muro.
Ipſe locum uidi: nam me Pelopeïa Pittheus
Miſit in arua, ſuo quondam regnata parenti.
Haud procul hinc ſtagnũ eſt, tellus habitabilis olim,
Nunc celebres mergis, fulicisq; paluſtribus undæ.
Iuppiter huc ſpecie mortalis, cumq; parente
Venit Atlantiades, poſitis caducifer alis.
Mille domos adiere, locum, requiemq; petentes;
Mille domos clauſere ſeræ: tamen una recepit,
Parua quidem ſtipulis, & canna tecta paluſtri.
Sed pia Baucis anus, pariliq; ætate Philemon
Illa ſunt annis iuncti iuuenilibus, illa
Conſenuere caſa, paupertatemq; ferendo
Effecere leuem, nec iniqua mente ferendam.
Nec refert, dominos illic, famulos'ue requiras:
Tota domus duo ſunt: iidem parentq;, iubentq;.
Ergo ubi cælicolæ paruos tetigere penates,
Summiſſoq; humiles intrarunt uertice poſtes;
Membra ſenex poſito iuſsit releuare ſedili:
*Quò ſuperiniecit textum rude ſedula Baucis. *Quod*
Inde foco tepidum cinerem dimouit, & ignes
Suſcitat heſternos, foliiſque, & cortice ſicco
Nutrit, & ad flammas anima perducit anili:
Multifidasq; faces, ramaliaq; arida tecto
Detulit, & minuit, paruoq; admouit aheno.
Quodq; ſuus coniux riguo collegerat horto,
Truncat olus foliis. furca leuat ille bicorni
Sordida terga ſuis nigro pendentia tigno;
Seruatoque diu reſecat de tergore partem
Exiguam, ſectamque domat feruentibus undis.
Interea medias fallunt ſermonibus horas,
Sentirique moram prohibent. erat alueus illic
Fagineus, dura clauo ſuſpenſus ab anſa:
Is tepidis impletur aquis, artusque fouendos
Accipit. in medio torus eſt de mollibus uluis
Impoſitus *lecto, ſponda, pedibusque ſalignis. *tecto,*
Veſtibus hunc uelant, quas non niſi tempore feſto

RAPH. AMNIS ab his tacuit} hæc ad cõnectendas, quæ ſubiiciuntur, Metamorphoſes dicuntur. narraturus enim eſt poeta quemadmodũ Iupiter atq; Mercurius, in hominum figuras conuerſi, Phrygiam peragrarunt, ut hominum benignitatem experirentur. cum uero nemo ex oppidanis ipſos ſuſciperet hoſpitio, caſam Philemonis ruſtici, atq; pauperis ſubiere: à quo benigne accepti cum ſe deos eſſe indicaſſent, & anſerem, quẽ unicũ habebat, occidere uetuerũt; &, ut ſecũ collẽ aſcenderet cum Baucide uxore, admonuerunt. Profecti igitur domo cum eſſent, ecce oppidũ illud in lacũ uidẽt conuerſum, omnesq; domus ſubmerſas pręter unicam ſuã caſam: quæ & ipſa in magnificentiſsimum templũ cũ fuiſſet mutata, hortantibus diis, ut qcquid uellent peterẽt, Philemon reſpõdit ſe uelle eſſe illius templi ſacerdotes ea cõditione, ut nec ipſe uxoris, nec uxor uiri mortẽ unq̃ uideret. id uero facile impetrarũt: nam una & eadẽ hora cum ad extremã perueniſſent ſenectutẽ in arbores, alter quercum, altera tiliam transmutati fuerũt. Hæc aũt adeo perſpicue à poeta deſcribuntur, ut nihil expoſitionis indigere uideantur. {Ab his} poſt hæc. {Spretor deorũ} contẽptor, [utpote ex Centaurorũ genere, quos poetæ eodem modo ut Cyclopas, deorũ cõtẽptores fingunt.] {Si dant adimũtq; figuras} ſi poſſunt & dare & eripere formas rebus. {Animo maturus & æuo} Lelegẽ & prudentẽ & ſenem & bonũ uirum fuiſſe poeta ſignificat. {Immenſa eſt} ſentẽtia pio grauiq; uiro maxime conueniens. {Tiliæ cõtermina} uicina. Tilia autẽ arbor eſt fructũ ferens, quẽ à nullo animalium attingi miratur Plin. foliorũq; & corticis ſuccũ dulcẽ eſſe ait, ac inter corticem & lignũ tenuiſsimum eſſe mẽbranã, quæ Phylira uocetur, qua antiqui in nectendis coronis utebãtur. unde Horatius, Diſplicent nexæ Philyra coronæ. {Nam me Pelopeia Pittheus Miſit in arua} Pittheus Lelegis pater fuit & Æthræ Theſei matris. Pelopeia aĩt arua non Peloponneſum, ut quidam putant, ſed Phrygiam dicit. nam Pelops Tantali Phrygiæ regis filius fuit, q inde in Peloponneſum uenit. [De Pittheo, quòd is pater Lelegis fuerit, alibi quod ſciam, nihil legitur. proinde coniecturam hãc Regii ut neq; refellere, animus eſt, ita neq; habeo, unde confirmẽ. lectorem tamen propter Narycii epitheton, quo ſuprà Lelegẽ appellat, cõmonendũ putaui.] {Suo parenti} Pelopi. nam Pittheus & Trœzen Pelopis filii fuere, ut Strabo narrat. {Fulicis paluſtribus} fulicæ aues ſunt notiſsimæ in paludibus uiuentes. {Specie mortalis} humanã ĩ figurã uerſus. {Atlantiades caducifer} Mercurius caduceum gerẽs. {Seræ} ianuę. à parte nãq; totum intelligimus. ſera. n. pars eſt ianuæ, in quã clauis immittitur. {Parili ætate} parili & æquali. {Tota domus} tota familia. {Iidẽ parẽtq;, iubẽtq;} iidẽ, inquit, domini ſunt & ſerui. {Releuare mẽbra} leuia facere, quæ ꝓpter laſsitudinẽ grauia uidebantur. ſedere. n. illos iuſsit Philemon. {Poſito ſedili} appoſita ſede. {* Quod ſup} anaſtrophe eſt, ꝑpoſitio nanq; poſtpoſita eſt. {Anima} ſpiritu & flatu. {Et minuit} fregit, minuta, paruaq; reddidit. eleganter aũt poeta ruſtici pauperis apparatũ & mores deſcribit. {Truncat olus foliis} minutatim olera cũ foliis incidit. [Vel etiã folia oleris decerpſit, reiecto caule, & cæteris inutilibus.] {Sordida} fumoſa. {De tergore diu ſeruato} tergum illud ſuis uetus fuiſſe inuit poeta & rancidum. {De tergore} de tergo. frequẽter aũt utrũq; pro altero ponitur. {Domat} mollit & coqt. ſignificat aũt duriſsimam fuiſſe illã carnẽ. domari. n. dñr, q̃ repugnant. {Alueus fagineus} dolium ex fago cõfectum. [ſeu labrũ aut uas potius: neq;. n. in dolio lauamus.] {Artus fouẽdos} pedes lauãdos. nã hoſpitibus etiam nũc quo die accipiũtur, pedes lauari ſolẽt. {In medio lecto} ſic quidẽ legitur, ſed tecto forſitã pro lecto Ouid. ſcriptũ reliqt, ut intelligamus in media caſa torũ & lectũ fuiſſe, nõ ex plumis, ſed ex uluis paluſtribus cõfectũ. [Sed tamẽ & lecto recte legitur, ſi pro toto eo opere accipias, aut interiore etiã parte, qui torus imponitur. id qđ & impoſiti epitheton probare uidetur.] {Salignis} ex ſalice factis. {Velant} cooperiunt.

{Sterne

Sternere conſuerant: ſed & hæc uiliſq; , uetuſq;
Veſtis erat, lecto non indignanda ſaligno.
Accubuere dei menſam ſuccincta, tremenſq;
Ponit anus: menſæ ſed erat pes tertius impar:
Teſta parem fecit: quæ poſtquam ſubdita cliuum
Suſtulit, æquatam menta exterſere uirenti,
Ponitur hîc bicolor ſinceræ bacca Mineruæ,
Conditaq; in liquida corna autumnalia fæce,
Intybaq; , & radix, & lactis maſſa coacti,
Ouaq; non acri leuiter uerſata fauilla.
Omnia fictilibus. poſt hæc cælatus eodem
Siſtitur argento crater, fabricataq; fago
Pocula, quæ caua ſunt, flauentibus illita ceris.
Parua mora eſt, epulaſq; foci misêre calentes:
Nec longæ rurſus referuntur uina ſenectæ,
Dantq; locum menſis paulùm ſeducta ſecundis.
Hîc nux, hîc miſta eſt rugoſis carica palmis,
Prunaq; , & in patulis redolentia mala caniſtris,
Et de purpureis collectis uitibus uuæ.
Candidus in medio fauus eſt. ſuper omnia uultus
Acceſſere boni, nec iners, pauperq; uoluntas.
Interea, quoties hauſtum cratera repleri
Sponte ſua, per ſeq; uident ſuccreſcere uina,
Attoniti nouitate pauent, manibuſq; ſupinis
Concipiunt Bauciſq; preces, timiduſq; Philemon,
Et ueniam dapibus, nulliſq; paratibus orant.
Vnicus anſer erat, minimæ cuſtodia uillæ,
Quem diis hoſpitibus domini mactare parabant:
Ille celer penna tardos ætate fatigat,
Eluditq; diu, tandemq; eſt uiſus ad ipſos
Confugiſſe deos. ſuperi uetuere necari,
Diiq; ſumus, meritaſque luet uicinia pœnas
Impia, dixerunt: uobis immunibus huius
Eſſe mali dabitur: modò ueſtra relinquite tecta,
Ac noſtros comitate gradus, & in ardua montis
Ite ſimul. parent: & diis præeuntibus ambo
Membra leuant baculis, tardiq; ſenilibus annis
Nituntur longo ueſtigia ponere cliuo.
Tantum aberant ſummo, quantum ſemel ire ſagitta
Miſſa poteſt: flexere oculos, & merſa palude
Cetera proſpiciunt, tantùm ſua tecta manere,
Dumq; ea mirantur, dum deflent fata ſuorum,
Merſa uident, quæruntq; ſuæ pia culmina uillæ.
Sola loca ſtabant. dum deflent fata locorum,
Illa uetus, dominis & iam caſa parua duobus
Vertitur in templum: furcas ſubiere columnæ: (Caſa in templũ.)
Stramina flaueſcunt, aurataque tecta uidentur,
Cælatæq; fores, adopertaq; marmore tellus.
Concipiunt Bauciſq; preces, timiduſq; Philemon,
Talia cùm placido Saturnius edidit ore:
Dicite iuſte ſenex, & fœmina, coniuge iuſto
Digna, quid optetis? cum Baucide pauca locutus
Iudicium ſuperis aperit commune Philemon.
Eſſe ſacerdotes, delubraque ueſtra tueri
Poſcimus: & quoniam concordes egimus annos,
Auferat hora duos eadem, nec coniugis unquam
Buſta meæ uideam, neu ſim tumulandus ab illa.
Vota fides ſequitur: templi tutela fuere,
Donec uita data eſt: annis, æuoque ſoluti
Ante gradus * ſacros cùm ſtarent forte, lociq; (* templi)

RAPH. STERNERE} lecto iniicere, & ĩponere. {Non indign.} non indigna reputanda {Lecto} ſaligno, ex ſalice uili ac uulgari arbore cõfecto. {Succincta an.} habitum ruſticæ mulieris effingit. {Cliuũ} inęqualitatem menſæ cliuũ appellat. {Mentha uirenti} mentha ſuauiſsimi odoris ẽ herba. {Exterſere} emundauere. {Bicolor bacca} periphraſis eſt oliuæ, q̃ bicolor dicitur, qđ & uiridis eſt & nigra. {Syncerę Mineruę} integræ uirginis Mineruæ. {Autũnalia} autũno matureſcentia. {Intybaq; & radix} intybũ qđ & cicoreũ uocatur, herba eſt agreſtis. radix uero ſpecies eſt herbæ, q̃ & radicula dicitur. his aũt herbis etiã nunc in acetariis ueſcimur. {Et lactis maſſa coacti} periphraſis eſt caſei. {Nõ acri fauilla} in igne leui, nõ uehemẽti. nã oua niſi leniter in cinere calido uerſentur, facile rumpũtur. {Omnia fictilibus} apponuntur ut ĩ præpoſitio ſubaudiatur. fictilia aũt ſunt uaſa terrea à fingendo dicta. {Eodẽ argento} quo & fictilia. facile ãt innuit craterẽ quoq; fictilẽ fuiſſe. {Siſtitur.} collocatur in mẽſa. apparatũ aũt menſæ ruſticæ elegãter effingit poeta. {Fago} fag⁹ arbor eſt glandifera, ex cuius ligno uaſa cõficiũtur. {Quæ caua ſunt} q̃ in cõcauitate, inquit, ſunt flaua cera intecta. {Illita} intecta. {Epulas calẽtes} cibos calidos. quæ.n. hactenus deſcripta ſunt, frigida comeduntur. {Nec lõgæ uina ſenectę} uinũ nouũ appoſitũ fuiſſe ait, nõ uetus, quod diuites bibere ſolẽt. {Paulũ ſeducta} ſepoſita & remota. {Caryca} ficus eſt ſpecies caryca, à Caryca Laconiæ loco, ubi optimę naſcũtur, denominata: q̃ quia optimæ ſunt ſiccæ, hinc uſus obtinuit, ut carycæ pro ficubus ſiccis accipiantur. [Aridę ficus à Græcis ἰσχάδες peculiariter appellantur. carica aũt apud Macrobiũ, & Pliniũ per I, ſcribitur. eſtq; Syriacæ ficus ſpecies. Plinii uerba ſũt li. 13. ca. 5. Syria præter hãc peculiariter habet arbores, in nucũ genere Piſtacia nota, in ficorum aũt Caricas, eo minores eius generis quæ cottana uocãt. & Laconiæ locus, de quo hic Regius meminit, apud Stephanũ non Caryca, ſed κάρια dicitur. quanq̃ & caricas ſiccari ſolitas idẽ Plin. oſtendit li. 15. cap. 19. Vbi ait, Sale ſiccatis & Caſei loco ueſci, nuper excogitatum eſt. Ex hoc genere ſũt, ut diximus, cottana, & caricę, &c.] {Rugoſis palmis} cũ fructibus palmę rugoſis & ſiccis, quos nũc uulgo dactylos uocant. {Prunaq;} poma ſunt notiſsima, quorũ uaria ſunt genera, ut Plin. ſcrib. {Sup oĩa uultus} ante oĩa, inqt, boni & hilares uultus affuerũt. {Hauſtum cratera} euacuatũ urceum. {Cõcipiũt preces} precari ĩcipiũt. {Diis hoſpitibus} Ioui & Mercurio quos hoſpitio ſuſceperat. {Ille celer pẽna tardos} pulchro antitheto exornatur hoc carmẽ. {Impia uicinia} inhoſpitales uicini. {Immunibus} expertibus. {Huius ma.} hui⁹ calamitatis, qua uicinos ueſtros ſumus affecturi. {Modo} ſolũ. {Comitate} antique dixit pro comitamini. {Ite ſimul} uenite nobiſcũ. {Nituntur longo} hoc eſt lõgũ & arduũ cliuũ aſcendere conantur. {Manere} ſtare, ſupereſſe. {Fata} infortunia. {Suorũ} uicinorũ. {Pia culmina} ipſi pii. eſt.n. hypallage {Et iam caſa parua} & olim caſa parua. caſæ proprie dñę ruſticæ domus. {Furcas ſubiere colũnæ} furcas in columnas fuerũt cõmutatæ, in magnificũ uero templũ Philemonis caſam cõuerſam fuiſſe ſcribit. {Adopertaq; marmore tellus} ſolũ templi marmore ſtratum. {Iudiciũ cõmune} uotũ, cupiditatem, deſiderium. {Aperit} indicat, manifeſtat. {Delubraq; ueſtra tueri} ueſtra tẽpla cuſtodire. {Cõcordes egimus ãnos} cõcordes unanimeſq; uiximus. {Duos} ambos. {Buſta} funera. {Tumulandus} ſepeliẽd⁹. {Vota fides ſequitur} nã Iupiter ut pollicit⁹ fuerat, id qđ petierãt cõceſsit. {Tẽpli tutela fuere} cuſtodes tẽpli ac æditui fuerũt cõſtituti. {Annis æuoq; ſoluti} ſenio cõfecti. {Ante gradus ſacros} ante gradus ianuæ templi.

{Narta-

RAPH. NARRARENT} commemorarent.{Caſus loci}ea quæ loco illi euenerant.{Frondere}frondes emittere. ſimul aũt ambo in arbores fuere conuerſi, Philemon in quercum, Baucis uero in Tiliam.{Creſcente cacumine}uertice capitis. innuit aũt capillos in frondes fuiſſe conuerſos.{ Dum licuit} donec potuerunt.{ Frutex } fruticis & arboris cortex.{Tyaneus Incola}Tyania regio eſt contermina Phrygiæ, unde Tyaneius declinari uidetur. [Τύανα, inquit, Steph. πόλις μέση κιλικίας καὶ καππαδοκίας, ὑποπίπτων κάτω τῷ ταύρῳ ὃ κατὰ τὰς κιλικίας πύλας οἱ πολῖται τυανεῖς. hinc e, in n, cõuerſa fit Tyaneius.] {De gemino corpore} de duobus corporib⁹ Baucidis & Philemonis factos.{ Nõ uani ſenes } non falſi. uanus.n. interdũ falſum ac mendacem ſignificat, interdũ ſtultum. Iuuenalis, Sic placitũ uano, q nos diſtinxit Othoni.{ Nec erat cur fallere uellent}hęc coniunctio.n. ſubintelligatur. eſt nãq; parentheſis cauſſam cõtines, cur ſenes illi non fuerint mentiti.{Equidẽ pendentia uidi}argumẽtis probat Lelex ea, quę narrauit, eſſe uera.{Serta}coronæ, a ſerendis floribus dicta. coronæ aũt & in lucis & in arboribus ſacris appẽdebantur.{ Ponens }apponens. {Cura deũ dii ſint} hoc eſt qui curã ſuſcepere deorũ, dii efficiantur; qui deos coluere, ipſi quoq; pro diis colantur.{ Deſierat } loqui Lelex ſubaudiat.{ Et res} mirãda.{Et auctor} Lelex uir grauis, & fide dignus. {Calydoni⁹ amnis} Achelous.{Semel mota eſt}mutata.{In hoc renouamine} in hac renouatione.{ Ius eſt } facultas & poteſtas. {Vt tibi cõplexi terrã maris inc.Pr.}Prote⁹ Oceani & Tethyos fuit filius, ut in Theogonia Heſiod. ſcrib. hic habuit patriã Pallenẽ, qua relicta in Carpatho inſula regnauit. fuit autem uates clariſsimus Iliacis tẽporibus, qui ſe in uarias mutabat figuras. de quo Virg.4.Geor. ſic ſcribit: Eſt in Carpathio Neptuni gurgite uates Cæruleus Proteus; magnũ q piſcibus æquor, Et iuncto bipedũ curru metitur equorũ. Hic nunc Emathiæ portus, patriamq; reuiſit Pallanẽ; hunc & nymphæ ueneran tur, & ipſe Grãdæuus Nereus. nouit nãq; omnia uates, Quę ſint, quæ fuerint, quæ mox uentura trahantur. & paulopoſt, Tum uariæ illudent ſpecies, atq; ora ferarũ. Fiet enim ſubitò ſus horridus, atraq; tigris, Squammoſuſq; draco, & fulua ceruice Leæna: Aut acrem flammæ ſonitũ dabit: atq; ita uinclis Excidet, aut in aquas teneus dilapſus abibit, & q ſequuntur. Proteus autẽ iccirco in uarias figuras ſe cõmutaſſe fingitur, quòd, ut Diod. ſcribit, rex fuit Ægypti, quẽ Ægyptii Cætea uocant, artium & in primis aſtrologiæ peritus. Ægyptiis autem regibus mos erat, ut leonis, aut tauri, aut draconis priorem partem in capite ferrent inſignia principatus. quandoq; uero arborem, quãdoq; ignem, quãdoq; redolentia unguenta: Hæc aũt & ad decorẽ ornatumq; ſpectabant, & ſtuporem, & ſuperſtitionẽ quandam aſpicientibus iniiciebant.{Maris complexi terram}nam terra infima eſt omniũ elementorũ, quam ita Oceanus cõplectitur, ut aer Oceanũ, aerem æther, ætherẽ cælũ.{Nec minus Autolyci coniux } Metra Eriſichthonis filia. Autolycus uero ( ut in Odyſ. ſcribit Homer.) pater fuit Anticliæ matris Vlyſsis decipiendi, ac peierandi ſciẽtia a Mercurio donatus.{Eriſichthone nata} Eriſichthõ Theſſalus fuit deorũ contemptor, q cum Cereri nemus cõſecratum, ac in eo quercũ, in qua nympha habitabat, ſuccidiſſet; Hamadryades illorũ montiũ incolæ ad Cererẽ cõuenerũt precãtes, ut tantã impietatem ulciſceretur. ea uero & ſua, & Hamadryadum cauſſa mota, numinũ contemptorẽ Eriſichthonẽ nouo pœnæ genere aſsidua uidelicet fame cruciare decreuit. unam igitur è nymphis ad Famem in ultimã Scythiã miſit, quæ nomine ſuo ipſam oraret, ut Eriſichthonem ita ſtimularet, ut nullis cibis ſatiari poſſet. cum uero hoc perfeciſſet Fames, Eriſichthon, poſteaq̃ totum patrimonium uentri impendit, unicam quoq; filiã, noĩe Metram, forma ita præſtantem, ut a Neptuno fuerit rapta, uendere coactus eſt. ea uero ne ſerua fieret, cum Neptunum, cui ſciebat ſe gratam eſſe, rogaſſet, ut ſui miſereretur; illico in piſcatorẽ uetulũ eam ipſe cõmutauit, cõceſsitq;, ut in quaſcunq; uellet formas ſe cõuertere poſſet. ſed cũ ſæpius emptores pretio fraudaſſet, iamq; doli oẽs conſumpti eſſent, Eriſichthon mẽbra propria cum lacerare cœpiſſet, dignum impietate ſua exitum eſt ſortitus. [Fabula Eriſichthonis deſcribitur apud Callimachũ in hymno Cereris. ubi & patrẽ Eriſichthonis Triopam uocat idem poeta, filium Neptuni ex Canace, Æoli filia, his uerſibus:

Τοῖα δ᾽ οὐκ ἀΐοντα ποσειδάωνα καλίστριον
ψευδοπάτωρ, ἴδε τόν δ᾽ ἑοῦ πατέρ᾽ εἶπεν ἰήνης
Σῦτε καὶ αἰολίδα κανάκης γενέ, &c.

Verba Triopæ ſunt patris. arborem autem, quam hic Quercum facit Ouid. idem ille αἴγειρον, hoc eſt, Alnum uocat.

Ην δὲ τις αἴγειρος μέγα δένδρεον, αἰθέρι κῦρον
Τᾷ δ᾽ ἔπι ταὶ νύμφαι ποτὶ τ᾽ ὤνδιον ἑψιόωντο.

Cæterũ illud hoc loco quærendũ uidetur, utrũ quẽ hic Ouid. & illic Callimachus (ut quidẽ nũc legitur) Eriſichthona uocant, Eriſithon magis dicendus ſit, ab ἐρι intendẽdi particula, & σίχω, hoc eſt, depaſcendo, q oĩa depaſceret & uoraret.] {Et nullos aris adoleret ho.}nullas diis uictimas imolaret.

Narrarent caſus; frondere Philemona Baucis,
Baucida conſpexit ſenior frondere Philemon.
Iamq; ſuper geminos creſcente cacumine uultus,
Mutua, dum licuit, reddebat dicta, Valeq;
O coniux dixere ſimul, ſimul abdita texit
Ora frutex. oſtendit adhuc Tyaneïus illic
Incola de gemino uicinos * corpore truncos.

*arbore*

ARG. Achelous inter epulas Theſeo, quem receperat hoſpitio, enarrans hos, qui in alienam figuram uerſi eſſent, miranti caſus mortalium, etiam refert qui in plures figuras abierint, ut Protea, Neptuni filium, ſolitum modo in iuuenem, modo in leonem, interdum in aprum, alias in anguem, & cetera animalia conuerti, quibus inſidias poſſet eludere.

HAec mihi non uani, nec erat cur fallere uellent,
Narrauere ſenes. equidem pendentia uidi
Serta ſuper ramos, ponenſq; recentia, dixi,
Cura deûm dij ſint, & qui coluere, colantur.
Deſierat: cunctoſq; & res, & mouerat auctor,
Theſea præcipuè; quem facta audire uolentem
Mira deûm, nixus cubito Calydonius * amnis
Talibus alloquitur: Sunt ô fortiſsime quorum
Forma ſemel mota eſt, & in hoc renouamine manſit:
Sunt quibus in plures ius eſt tranſire figuras,
Vt tibi complexi terram maris incola Proteu.
Nam modò te iuuenem, modò te uidere leonem:
Nunc uiolentus aper, nunc, quem tetigiſſe timerent,
Anguis eras: modò te faciebant cornua taurum.
Sæpe lapis poteras, arbor quoque ſæpe uideri.
Interdum faciem liquidarum imitatus aquarum
Flumen eras, interdum undis contrarius ignis.

*heros*

ARG. Metra, Eriſichthonis filia, Autolyci uxor, cum parentem animaduertiſſet, q in Theſſalia lucum Cereris deuaſtaſſet, grauiſsimam experiri famem, q ſe quoque nouiſsime, rebus aliis omnibus conſumptis, uendidiſſet, a Neptuno, qui eius uirginitatem ademerat, petiit, ut ſibi ferret opem. at ille, memor eius concubitus, cum ſpecioſiſsima domino tradita fuiſſet, ut effugeret eius ſeruitutem, in piſcatorem prouectioris ætatis eam conuertit; conceſsitq;, ut in quaſcunq; uellet figuras, ſe conuertere poſſet, ut pretio ſui parentem pœnas pendentem alere poſſet. ſed cum ſæpius pretio emptores fraudaſſet, iamq; doli omnes conſumpti eſſent, nouiſsime Eriſichthon membra ſua deuorauit, dignumq; ſua impietate exitum ſortitus eſt.

NEc minus Autolyci coniux Eriſichthone nata
Iuris habet. pater huius erat, qui numina diuûm
Sperneret, & nullos aris adoleret honores.

{Nemus

RAPH. NEMVS Cereale} Cereri conſecratū.{Temeraſſe} uiolaſſe.{Annoſo rob.} ſtipite uetuſto.{Vna nemus}magnitudinē quercus innuit: quæ tāta erat, ut ſola nemus efficere poſſet. {Memores tabellæ} memoriā eorū cōtinētes, qui ope illius nymphæ compotes uoti facti fuiſſent. {Argumēta}ſigna & probationes.{Trunci modū} ſtipitis magnitudinē.{Circūiere}circūdedere.{Nec nō & cetera tantū}tāto, inquit, maior reliqua ſylua erat ea quercus, quanto arbores herbis ſunt altiores. {Dryopeius}Eriſichthon. Dryopes populi ſūt Theſſaliæ, a Dryope rege dicti, unde & Theſſalia Dryopis fuit appellata. quidā tamē contendunt Triopeium a Triope patre eſſe legēdū. tametſi Dryopeus recte legatur in oībus exemplaribus, & ex hac lectione nihil prorſus abſurdi ſequatur, & ſignate Dryopeius tanq̄ barbarus appellatur, cum hac de cauſſa paulopoſt Theſſalum quoq; ipſum uocet. [At tu Triopeius lege a Triopa patre. ſic enim & Callimachus:

Ἀλλ᾽ ὅκα τριοπίδαισιν ὁ δεξιὸς ἄχθετο δαίμων.

Τουτάκις ἀχείρων ἐρυσίχθονος ὅψατο βωλά.

Ex quo loco etiā illud uides primā in Triopa communiter uſurpari.] {Illa} ab illa.{Sacrū robur} ſacrā quercum.{Dedit} edidit, emiſit.{Decidua} quæ decidebatur.{Ducere} capere, contrahere.{Diſcuſſo cortice.} abſciſſo collo. {Profundi} effundi, profluere.{Deterrere} terrore diſſuadere.{Sæuam bipennem}crudelē, utpote quæ cædebat quercū gementē, ſiue potius ipſe ſæuus, ut ſit hypallage.{Theſſalus} Eriſichthon.{Editus è medio robore} altera harum prępoſitionū redundat, tantumq; uerſui, nō etiā ſenſui neceſſaria uidetur. forſitan uero & loco illius è præpoſitionis eſt legendū, ac, pro etiam accipiendum. [Quidā tn̄ ſic legunt hunc uerſum, Cū ſonus auditur medio de robore talis.] {Inſtare}imminere, ac propinquas eē.{Perſequitur} peragit.{Adducta} attracta.{Proſtrahit} in terram deiecit.{Attonitæ Dryades} perterritæ arborum nymphæ.{Veſtibus atris} pullis ac nigris luctui conuenientibus{Annuit} nutu conſenſit, atq; promiſit. {Molitur} præparat.{Miſerabilis} miſericordia dignus.{Lacerare} laniare, cruciare.{Quatinus} quoniā.{Coire} conuenire. cōtraria nanq; ſimul eſſe non poſſunt. eſt aūt parentheſis cauſſam cōtinēs cur Famē Ceres adire non poſsit. {Oreada}nymphā montanam. Oreades nāq; mōtiū ſunt nymphæ ἀπὸ τοῦ ὄρους, hoc eſt a monte cognominatę.{Eſt locus extremis} topographia, & loci maxime Fami cōuenientis deſcriptio, ut qui perpetuis frigoribus ſit ſteriliſsimus. {Scythiæ glacialis} frigidiſsimæ, ubi ſunt perpetuę niues. Scythia aūt a Scytha Iouis filio, qui primus arcum & ſagittas inueniſſe ſcribitur, fuit denominata. {Triſte ſolum}infœcunda terra, ut triſtes arbores dicimus infructuoſas.{Sterilis}expoſitio eius quod dixit, Triſte ſolum.{Frigus iners} pigrum, ab effectu, quòd pigros faciat & inertes.{Pallorq;, Tremorq;} hi ſunt perpetui frigoris comites. [Vide autem, num pro habitant, ſingulariter, habitat, legendum ſit, ex analogia ſimilium adiunctorū. ſemper enim in zeugmate, uerbum concordat propinquiori nominatiuo.] {Condat} ut abſcondat.{In præcordia ſcelerata} hypallage eſt. nam ſcelerati & ſacrilegi Eriſichthonis pręcordia iubet a fame occupanda. {Vincat} ſuperare poſsit. {Sacrilegi} Eriſichthonis. ſacrilegus nanque dicitur, qui ſacra uiolat, atque furatur.{Viæ ſpatium} uiæ longitudo.{Moderere dracones}regas atque gubernes. currus autem Cereris a draconibus trahi fingitur.{Caucaſon appellant} Caucaſus mons eſt Scythiæ omnium altiſsimus, perpetuisq; niuibus tectus.{Quæſitamq; Famem} ita Famem deſcribit poeta, ac ſi corpus haberet, fœminaq; eſſet famelica.

{Hirtus

Ille etiam Cereale nemus uiolaſſe ſecuri
Dicitur, & lucos ferro temeraſſe uetuſtos.
Stabat in his ingens annoſo robore quercus
Vna nemus: uittæ mediam, memoresq; tabellæ,
Sertaq; cingebant, uoti argumenta potentis.
Sæpe ſub hac Dryades feſta duxere choreas;
Sæpe etiam manibus nexis ex ordine trunci
Circumiēre modum; menſuraq; roboris, ulnas
Quinque ter implebat: nec non & cetera tantum
Sylua ſub hæc omnis, quantum fuit herba ſub illa.
Nec tamen iccirco ferrum Driopeïus illa
Abſtinuit, famuloſq; iubet ſuccidere ſacrum
Robur: & ut iuſſos cunctari uidit, ab uno
Edidit hæc rapta ſceleratus uerba ſecuri:
Non dilecta deæ ſolùm, ſed & ipſa licebit
Sit dea, iam tanget frondente cacumine terram.
Dixit: & obliquos dum telum librat in ictus,
Contremuit, gemitumq; dedit * Dodonia quercus;
Et pariter frondes, pariter palleſcere glandes
Cœpere, ac longi * pallorem ducere rami.
Cuius ut in trunco fecit manus impia uulnus,
Haud aliter fluxit diſcuſſo cortice ſanguis,
Quàm ſolet, ante aras ingens ubi uictima taurus
Concidit, abrupta cruor è ceruice profundi.
Obſtupuere omnes: aliquisq; ex omnibus audet
Deterrere nefas, ſæuamq; inhibere bipennem.
Aſpicit hunc; Mentisq; piæ cape præmia, dixit
Theſſalus: inq; uirum conuertit ab arbore ferrum,
Detruncatq; caput: repetitaq; robora cædit.
Editus è medio ſonus eſt cum robore talis:
Nympha ſub hoc ego ſum, Cereri gratiſsima, ligno,
Quæ tibi factorum pœnas inſtare tuorum
Vaticinor moriens, noſtri ſolatia lethi.
Perſequitur ſcelus ille ſuum: labefactaq; tandem
Ictibus innumeris, adductaq; funibus arbor
Corruit, & multam proſtrauit pondere ſyluam.
Attonitæ Dryades damno nemorumq;, ſuoq;,
Omnes germanæ Cererem cum ueſtibus atris
Mœrentes adeunt, pœnamq; Eriſichthonis orant.
Annuit his, capitisq; ſui pulcherrima motu
Concuſsit grauidis oneratos meſsibus agros.
Moliturq; genus pœnæ miſerabile, ſi non
Ille ſuis eſſet nulli miſerabilis actis,
Peſtifera lacerare fame. quæ, quatinus ipſi
Non adeunda deæ, (neque enim Ceceremq;, Famemq;
Fata coire ſinunt) montani numinis unam
Talibus agreſtem compellat Oreada dictis:
Eſt locus extremis Scythiæ glacialis in oris,
Triſte ſolum, ſterilis, ſine fruge: ſine arbore tellus:
Frigus iners illic habitat, Pallorq;, Tremorq;,
Et ieiuna Fames. ea ſe in præcordia condat
Sacrilegi ſcelerata iube: nec copia rerum
Vincat eam, ſuperetq; meas certamine uires.
Néue uiæ ſpatium te terreat, accipe currus,
Accipe quos frenis altè moderere dracones.
Et dedit. illa dato ſubuecta per aera curru
Deuenit in Scythiam; rigidiq; * cacumine montis
(Caucaſon appellant) ſerpentum colla leuauit;
Quæſitamq; Famem lapidoſo uidit in agro
Vnguibus, & raris uellentem dentibus herbas.

*decidua, ſiue de uulnere.*

*ſudore madeſcere*

Famis deſcriptio.

*cacumina*

Hirtus erat crinis, caua lumina, pallor in ore,
Labra incana ſitu, ſcabri rubigine dentes,
Dura cutis, per quam ſpectari uiſcera poſſent:
Oſſa ſub incuruis extabat arida lumbis:
Ventris erat pro uentre locus: pendêre putares
Pectus, & à ſpinæ tantummodo crate teneri.
Auxerat articulos macies, genuumq; tumebat
Orbis, & immodico prodibant tubere tali.
Hanc procul ut uidit,(neque enim eſt accedere iuxtà
Auſa) refert mandata deæ: paulumq; morata,
Quanquàm aberat longè, quanq̃ modò uenerat illuc,
Viſa tamen ſenſiſſe famem; retroq; dracones
Egit in Aemoniam uerſis ſublimis habenis.
Dicta Fames Cereris (quamuis contraria ſemper
Illius eſt operi) peragit, perq; aera uento
Ad iuſſam delata domum eſt, & protinus intrat
Sacrilegi thalamos, altoq; ſopore ſolutum
(Noctis enim tempus) geminis amplectitur * ulnis, *alis,*
Seq; uiro inſpirat, faucesq;, & pectus, & ora
Afflat, & in uacuis peragit ieiunia uenis.
Functaq; mandato fecundum deſerit orbem,
Inq; domos inopes, aſſuetaq; uertitur * antra. *arua.*
Lenis adhuc ſomnus placidis Eriſichthona pennis
Mulcebat; petit ille dapes ſub imagine ſomni,
Oraq; uana mouet, dentemq; in dente fatigat,
Exercetq; cibo deluſum guttur inani,
Proq; epulis tenues nequidquam deuorat auras.
Vt uerò eſt expulſa quies, furit ardor edendi,
Perq; auidas fauces, immenſaq; uiſcera regnat.
Nec mora,quod pontus,quod terra,quod educat aer,
Poſcit, & appoſitis queritur ieiunia menſis,
Inq; epulis epulas quærit: quodq; urbibus eſſe,
Quodq; ſatis poterat populo, non ſufficit uni.
Pluſq; cupit, quò plura ſuam demittit in aluum.
Vtq; fretum recipit de tota flumina terra,
Nec ſatiatur aquis, peregrinoſq; ebibit amnes;
Vtq; rapax ignis non unquam alimenta recuſat,
Innumeraſq; faces cremat; & quò copia maior
Eſt data, plura cupit, turbaq; uoracior ipſa eſt:
Sic epulas omnes Eriſichthonis ora profani
Accipiunt, poſcuntq; ſimul. cibus omnis in illo
Cauſſa cibi eſt, ſemperq; locus fit inanis edendo.
Iamq; fame patrias, altiq; uoragine uentris
Attenuarat opes: ſed inattenuata manebat
Tum quoque dira fames, implacatæq; uigebat
Flamma gulæ. tandem, demiſſo in uiſcera cenſu,
Filia reſtabat, non illo digna parente.
Hanc quoq; uendit inops. dominū generoſa recuſat;
Et uicina ſuas tendens ſuper æquora palmas,
Eripe me domino, qui raptæ præmia * nobis *noſtra*
Virginitatis habes, ait. hæc Neptunus habebat;
Qui prece non ſpreta, quamuis*modò uiſa ſequenti *ea*
Eſſet hero, formamq; nouat, uultumq; uirilem
Induit, & * cultus piſces capientibus aptos. *uultus*
Hanc dominus ſpectans, O qui pendentia paruo
Aera cibo cælas moderator arundinis, inquit,
Sic mare compoſitum, ſic ſit tibi piſcis in unda
Credulus, & nullos niſi fixus ſentiat hamos,
Quæ modò cum uili turbatis ueſte capillis
Littore in hoc ſteterat (nam ſtantem in littore uidi)

RAPH. HIRTVS erat crinis } horridi erant capilli. {Labra incana} ualde pallida. {Situ } ſquallore, illuuie. {Scabri} aſperi. {Extabant} eminebant {Ventris erat pro uentre locus} nihil uentris habebat. {Crate ſpinæ } oſſa & coſtas a ſpina ipſa orientes cratem appellat ob ſimilitudinem. {Articulos } nodos. { Immodico tubere} magno tumore. { Neque enim eſt accedere juxta Auſa } nympha, ne fameſcere inciperet, non eſt auſa ad Famem accedere. eſt autē parentheſis cauſſam exprimens, cur propius ad Famem nympha nō acceſſerit. {Refert mandata deæ } Cereris mandata exponit. { In Æmoniam} Theſſaliam, quę ſæpius nomina mutauit. nam & Pelaſgicum Argos, & Hellas, & Dryopis, & Græcia, & Hellenis a regibus fuit cognominata. { Sublimis} alta, per aerem nanq; uolabat. {Quamuis contraria ſemper } neq; enim ubi ſunt fruges, quæ ſunt opera Cereris, ibi Fames poteſt eſſe. fruges præterea a Cerere inuentas Fames aſsidue cōſumit. { Ad iuſſam domum} Eriſichthonis {Alto ſopore} profundo ſomno. { Noctis enim tēpus } erat ſubaudiamur. eſt enim parentheſis, exponens cur Eriſichthon ſomno ſolutus eſſet. {Functaq; mandato} cū Cereris mandatum peregiſſet. {Fœcundum orbem } frugiferum. { Vertitur} reuertitur. { Mulcebat } fouebat. { Sub imagine ſomni } per inſomnium. ſibi enim fameſcere uidebatur in ſomno. {Oraq; uana mouet } ſibi enim fruſtra mandere uidebatur. {Inani cibo } uanis & falſis epulis. { Immenſa uiſcera } inexplebilia. { Ardor edendi } dira fames. {Nec mora } ſubito. {Queritur ieiunia} conqueritur ſe ieiunum eſſe. {Satis eſſe } ſufficere. { Plusq; cupit } quanto plura comedebat, tanto plura appetebat Eriſichthon. {Vtq; fretum } duplici ſimilitudine poeta eleganter oſtendit, quàm inſatiabilis eſſet Eriſichthonis auiditas edendi. {Nec ſatiatur } nec expletur. { Cremat } comburit. {Ipſa turba} ipſa rerum copia. {Petit} appetit. quo enim plura igni ligna imponuntur, eo plura abſumuntur. { Semperq; locus fit inanis edendo } uenter edendo non impletur, ſed euacuari potius uidetur. {Attenuarat} tenues ac paruas effecerat. { Inattenuata } non diminuta. {Flamma gulæ } ardor edendi, auiditas. { Demiſſo in uiſcera cenſu} cōſumpto patrimonio. { Non illo digna parente} cum enim ipſe maxime impius eſſet, ea fuit tanta pietate, ut nunquam parentem deſerere ſuſtinuerit, quinimmo quibuſcunq; potuit modis aluerit. { Dominum generoſa recuſat} cauſſa cur dominum recuſaret, generoſitas erat. { Raptæ uirginitatis } ereptæ. iam enim Neptunus eam uitiarat. {Hęc Neptunus habebat} exponit poeta id, quod puella tacuerat, eam a Neptuno fuiſſe raptam. { Qui prece non ſpreta} exauditis precibus. {Modo} paulo ante. { Hero } domino, cui a patre Eriſichthone fuerat uendita. {Pendentia æra} hamos ex ære confectos: eſt enim metonymia. {Celas} occultas. {Sic mare compoſitum } optandi eſt aduerbium. Sic hoc loco. {Nam ſtantem in littore uidi} parentheſis eſt continens aſſeuerationem.

NEQVE

Dic, ubi ſit. neque enim ueſtigia longius extant.
Illa Dei * munus bene cedere ſenſit: & à ſe
Se quæri gaudens, his eſt reſecuta rogantem:
Quiſquis es, ignoſcas; in nullam lumina partem
Gurgite ab hoc flexi, ſtudioq́; oneratus inhæſi.
Quoq́; minus dubites, ſic has Deus æquoris artes
Adiuuet, ut nemo iam dudum littore in iſto,
Me tamen excepto, nec fœmina conſtitit ulla.
Credidit, & uerſo dominus pede preſsit arenam,
Eluſusq́; abijt. illi ſua reddita forma eſt.
Aſt ubi habere ſuam transformia corpora ſenſit,
Sæpe pater dominis Triopeida tradit: at illa
Nũc equa, nũc ales, modò bos, modò ceruus abibat,
Prebebatq́; auido non iuſta alimenta parenti.
Vis tamen illa mali poſtquam conſumpſerat omnem
Materiam, dederatq́; graui noua pabula morbo;
Ipſe ſuos artus lacero diuellere morſu
Cœpit, & infelix minuendo corpus alebat.
Quid moror externis? etiam mihi ſæpe nouandi
Corporis, ò iuuenes, numero finita poteſtas.
Nã modò, q nũc ſum, uideor; modò flector in anguẽ;
Armenti modò dux uires in cornua ſumo:
Cornua dum ſumpſi, nunc pars caret altera telo
Frontis, ut ipſe uides. gemitus ſunt uerba ſecuti.

* numen

RAPH. NEQVE enim ueſtigia longius extant} ſignificat eam longius nõ proceſsiſſe, cum pedum ueſtigia nõ appareant. {Bene cedere} in bonum ſibi cedere. {Senſit} cognouit, animaduertit. {Reſecuta rogantẽ} his uerbis ſe interroganti reſpondit. {Oneratus} ſollicitus. {Inhæſi} intentus fui. {Sic has Deus æquoris artes} ambigue dictũ, & artẽ piſcandi nanq; & fraudes, quibus utebatur, intelligere poſſumus. {Et uerſo dominus pede preſsit arenam} retro ceſsit per arenam. {Sua forma} uirginis propria. {Suam} filiã ſubaudiamus. {Trãsformia} quę poſsint transformari in uarias figuras. hoc aũt icc irco fictum eſt, ꝙ Metra, Eriſichthonis filia, pulchra adeo fuit & formoſa, ut qui illã aſpicerent, ſtatim amore ipſius caperentur. cum aũt illius temporis homines pecunia nõ uterentur, alii quidẽ ex Metræ procis boues, alii equos, alii oues, alii capras ipſi largiebãtur. quod quidẽ cum Theſſali uiderent, ac undiq; Eriſichthoni uictũ cernerent cõgregatum, aiebant, Metram patri fuiſſe & bouẽ, & equum, & ouem, & quęcũq; ea dono accepiſſet. ſicq́; & fabulæ locus eſt datus, & huic prouerbio, quod in leues a Græcis dicitur Μεταβλητότερος Μήτρας hoc eſt mutabilior Metra. [Auctor Palephatus, & in puer. Eraſmus. Addit aũt Palæphatus Eriſichthonem patrem, conſumptis facultatibus ſuis omnibus, ad inopiam redactum fuiſſe, atq; inde illius fabulæ locũ datum.] {Non iuſta} iniuſta, utpote per fraudes, & dolos quæſita. {Vis tamen illa mali} illa morbi uiolentia. {Noua pabula} nouiſsimos & ultimos cibos. {Externis} alienis transformationibus. {O iuuenes} Theſeum & Lelega alloquitur Achelous. {Numero finita poteſtas} in tres enim ſolum uarias figuras ſe conuertere poterat Achelous, in hominem, in anguem, in taurum. {Telo} cornu, quo ab Hercule (ut in ſequenti uolumine narrabit) fuit priuatus. {Gemitus} ſuſpiria, quibus ſignificat ſe ualde effracto cornu dolere.

Metra in uarias figuras.

Achelous in tres figuras.

## IACOBI CONSTANTII FANENSIS.

QVa dote rogarem uellet emi.} antiquã tangit conſuetudinem, qua uir & uxor ſeſe inuicem emebant, teſte Seruio. Virg. 1. Geor. Teq́; ſibi generum Tethis emat omnibus undis. Boethus in primum Top. Tribus modis uxor habebatur, uſu, farre, coemptione. ſed confarreatio ſolis pontificibus conueniebat. quę aũt in manum per coemptionem uenerant, hæ matresfamilias uocabantur: quæ uero uſu uel farre, minime. coemptio certis ſolennitatibus peragebatur, & ſeſe in coemendo inuicem interrogabant. uir ita, An ſibi mulier materfamilias eſſe uellet. illa reſpondebat, Velle. eadem mulier interrogabat, An ſibi uir paterfamilias eſſe uellet. ille reſpondebat, Velle. itaq; mulier uiri conueniebat in manũ: & uocabantur hæ nuptiæ per coemptionem. & erat materfamilias uiro loco filiæ. {Et cauſſaq́; ualet} emendo in cauſſaq́; ualet. {Et duo Theſtiadæ, & proles Aphareia Lynceus, Plexippusq́; ferox, iaculoq́; inſignis Acaſtus, Et uelox Idas} ex antiquo codice ſic lego, & in ſeriem hanc redigo hos uerſus, Leucippusq́; ferox, iaculoq́; inſignis Acaſtus, Et duo Theſtiadæ, prolesq́; Aphareia Lynceus, Et uelox Idas: ut Idas poſt Lynceum ſtatim ſequatur, quoniã fratres erant & Aphareo geniti ex Arene. quorũ Apollonius & Balbus in 1. Argon. ac Theocritus in Dioſcuris meminere. Quòd aũt non Plexippus, ſed Leucippus legendus ſit, hinc probatur, ꝙ illius ſit mentio hoc hemiſtichio, Et duo Theſtiadæ, id eſt Toxeus & Plexippus, Theſtio geniti. Leucippus ſanè ex Aphidnis, ciuitate Laconiæ, fuit, ac Phœbes, & Elaire pater, teſte Stephano. propter quas inter Caſtorẽ & Pollucem ex una, inter Idam & Lynceũ ex altera fuit dimicatũ, ut circa finẽ v. Faſt. Ouid. canit. licet non ignorem plures fuiſſe Leucippos, ut alibi diximus. Acaſtus hic ſanè, qui Magneſiæ rex fuit, phthiriaſi periit, ut auctor eſt Plutar. in Sylla. Cumq́; Pheretiadæ &c. quoniam hic uerſus a pleriſq; corrũpitur putãtibus primã Pheretiadę ſyllabã longã eſſe, quoniã ab Homero in 2. Iliad. per η ſcribatur, nõ cenſeo ueritatẽ diſsimulandã. Cõſtet igitur eã ſyllabã natura corripi, ac per ε a Græcis ſcribi, ut Apollonius, eius interpres, Stephanus, & ceteri probant: ſed Homerũ carminis neceſsitate ductũ more ſuo breuẽ uocalẽ in longã cõmutaſſe. quod ut qui latinã tantum litteraturã didicerũt, fiat apertiſsimũ, ecce eiuſdẽ poetæ teſtimoniũ tertio artis amatoriæ: Fata Pheretiadæ coniux Pagaſæa redemit. Nullo igitur pacto, q; copula hoc loco eradenda, quę & a Priſciano admittitur lib. 7. {Raſilis huic ſummã mordebat fibula ueſtem} aut ueſtem dicit fibulis a ſummo cõnexã, ac Dorida appellatã teſte Herodoto in Terpſichore: (qua cum olim uterentur Athenienſes mulieres, unũ, qui a pugna cum Aginetis ſuperfuit ſolus, fibulis totũ perforantes interemerunt. unde poſtea ſtatutũ, ut eæ iadibus ueſtibus, quæ lineæ ſine fibula erant, in poſterũ uterentur) aut ueſtem poſt humeros fibula collectam intelligit, ut eſſet expeditior ad uenandum. qualem Meleagro Balbus aſsignat lib. 1. ut, At tibi collectas ſoluit iam fibula ueſtes. Fibularum aũt inuentum Vulcano dabimus, ſi Homerũ ſequemur: qui in 18. Iliad. ſcribit, eundem Deum apud Eurynomen & Thetidem Oceani filias nouem annos fibulas & monilia conflauiſſe. {Ecce furẽs cõtra ſua fata bipennifer Arcas} ſecuriferũ fuiſſe Ancæũ Apollon. in 2. Argon. ſcribit, unde hoc potuit ſumpſiſſe Ouid. {Et magnis inſignia dentibus ora} non ab re magnis poetã dixiſſe cenſendũ eſt: quoniã eorũ circunferentia triũ erat ſpithamarũ auctore Procopio lib. hiſt[illegible]ię Gothicę primo. uide collectanea noſtra primæ hecatoſtis cap. 53. {Mediis quot cernis Echinadas undis} tres numero Echinades fuerunt, ſi Papiniano interpreti in 3. Thebaidos fides eſt adhibenda. Artemites, Agallo, Megale. Strabo & alii aliter. {Medio circundata muro} ſcribo modico, ut in uetuſtis eſt codicibus. {Ferrum Dryopeius illa Abſtinuit} lege Triopeius, ut nõnulli emendarũt. Triopas enim, ut Callimachus in hymno Cereris, uel Triops, ut Hellanicus teſte Stephano ſcribit, Eriſichthonis pater fuit, a quo Triopium uel Triopia (ut idẽ ait Stephanus) Cariæ ciuitas appellata. hic Neptuni ex Canace Æoli filia filius fuit; uel, ut alii uolunt, Lapithi Apollinis filii & Scribæ Penei, uel, ut ab aliis ſcriptum eſt, Apollinis & Rhodus. auctor Diodorus in ſexto.

ANNOT.

# HENRICI GLAREANI
## *annotationes in librum octauum.*

*Verba ferunt, iidemq́; tuas ingrate car.*

IDem, etiam ſi ſynæreſi diſyllabon factũ eſt, tamen duplici ii ſcribendũ erat, minus enim ſic incautos fallet. Porrò ſexto deinde uerſu uide ad quid referendum aduerbium fruſtra, ſed ad oblite referetur opinor. ſequitur enim: Inſequar inuitum, ergo fruſtra oblite, quaſi diceret fruſtra impie.

*-Et limina flexu*

*Ducit in errorem uariarum ambage uia.*

Hic uide, ut duo ablatiui flexu ac ambage ſimul ponantur abſque copula.

*Tertia ſors annis domuit repetita nouenis.*

Annis nouenis exponit Raphael, ideſt, poſt nouẽ annos. ſed ego puto nouenis annis exponendũ, uigeſimoſeptimo anno, propter diſtributiuum nouenis. quanquã apud poetas ea diſtributiua pro cardinalibus, ut uocant, ponuntur.

*Vt cliuo creuiſſe putes, ſic ruſtica quondam.*

Putes, potentialis modus, ſed illud Cliuo commentatori explicandum erat, ut poeta ipſe expoſuit per ruſticam fiſtulam: Qualem me uidere uellem.

*Cœptus ab agricolis ſuperos peruenit ad omneis.*

Cererem, Bacchum, & Mineruam agricolas uocat poeta. Idem inquit Raphael, quòd ea inuenerint quibus agriculturæ opera datur. at ego exponerem, ab agricolis, ideſt, a ruſticis nominibus, uſque ad ſummos deos, quaſi diceret, nulli neglecti ſunt.

*Non habet Epirus, ſed habent Sicula arua minores.*

Sed pro & mihi poſitum uidetur. nam dicere uult Epiri Apros non eſſe maiores, & Siculos etiam minores, ubi tamen magni eſſe ſoleant.

*Et cum Pirithoo felix concordia Theſeus.*

Raphael hic ait, Notandũ Pirithoum apud Græcos triſyllabum eſſe nomen, ac ſecundã ſyllabam produci, quæ a Latinis corripitur, quadriſyllabum eſſe putantibus. Fateor ingenue me nõ intelligere quæ loquitur. nam Pirithous tam apud Græcos, q̃ Latinos tetraſyllabũ eſt. Homerus Iliad. α.

οἷον Πειρίθοόν τε Δρύαντά τε ποιμένα λαῶν.

Horat. lib. 4. Carminum,

Nec lethea ualet Theſeus abrumpere caro
Vincula Pirithoo.

*Cumq́; Pheretiadæ.*

Pheretiades nomen bis apud Homerum me memini legere prima ſyllaba producta, Iliad. β.

ὅπποι μὲν μέγ' ἄρισται ἔσαν Φηρητιάδαο.

& Iliad. ψ.

αἳ Φηρητιάδαο ποδώκεες ἔκφερον ἵπποι.

quanquam in priore exemplo quidam Φειρητιάδαο legunt, & Φείρης in nominatiuo, non Φήρης. quare uideat lector, num coniunctio hoc in loco poni debeat.

*Neritiusq́; Lelex.*

Quidam Narkios legunt, ſed Græce eſt νηρίτιος, fortaſsis Doreis imitati, qui ex η faciunt α. Sequente autem uerſu, etiam nunc, pro etiam tunc poſitum uidetur. Rurſus ſequente uerſu, explicandum fuerat cõmentatori, qui fuerint, quos Hippocoon antiquis miſerit Amyclis. Ampycidem etiam hoc loco non exponit, ſed poſtea Mopſum Apollinis ſacerdotem, quem ſagacem uocaſſe uidetur poeta, quòd clariſsimus fuerit uates. Hoc quoq; lectori conſiderandum qua ratione, de Atlanta loquens, raſilem dixerit fibulam. niſi ſit pro cingulo, ut uult Raphael. & hoc Virgilii carmen,

Aurea purpuream ſubnectit fibula ueſtem.

idem oſtendit. fibulæ enim uocabulum ualde late patet, ut ex Vitruuio patet, & aliis claris auctoribus.

*Viminaq́; & longæ parua ſub arundine cannæ.*

Cannas & arundinem dixiſſe uidetur ad eum modum, quo Cicero in Catone de occatione ait, culmum ac uaginam de frumento.

*Emicat ex oculis, ſpirat quoque pectore flamma.*

Vide utrũ eo modo dicat, Emicat flãmas, ut ſpirat flammas, an potius flãma ſupplendũ cenſeas. ſed uidetur exemplum eſſe, quando uerba diuerſos caſus poſcentia, aut ipſa inter ſe diuerſa iunguntur, ut neutrum ac actiuum. id cum raro fiat, reprehenſione caret, alioqui non admittitur, ut recte docuit Laurentius Valla lib. 3. Atq; ea fuit cauſſa, cur quidã pro emicat legerat, Lux micat, ut annotauit Raphael.

*Orithiæ magni roſtro femur hauſit adunco.*

Orithyæ quidam legunt, ſed errant, nam tertia ſyllaba hic breuis eſt, quæ in fœminino diphthongo longa eſt, nempe in Boreæ uxore, ut ad finem lib. ſexti habetur.

*Pœnarumq́; deæ triplices furialibus inquit.*

Mirabile orationis initium, ſed coniunctio que ad duo uerba, aſtitit ac inquit referenda eſt, ut ſit ſenſus: Vt dira manu tenebat fatale lignum, infelix aſtitit ante ſepulcrales aras, & inquit, O Eumenides triplices deæ pœnarum, &c.

*-Mortis mihi diſplicet auctor.*

Ambigue dictum, neſcias enim utrum ſibi diſpliceat, quæ auctor ſit mortis filii, an Meleager, qui fuerat auctor mortis Theſtiadarum, ideſt, fratrum Altheæ.

*Clauſit iter, fecitq́; moras Achelous eunti.*

Sed hoc ſuperat omnem induſtriam, nec a me explicari poteſt, ſitne hoc poetæ negligentia factum, an ſtudioſe ludere uoluerit, quòd Acheloum ait in mora fuiſſe Theſeo, cum ex Calydone Athenas proficiſceretur, quando Achelous ad occaſum ſit Calydoni, & Theſeo inter Athenas eſſet ad ortum. porrò quinto deinde uerſu, ſolent uerbum ad undas referendum, non ad Acheloum.

*Illa Trœzenius heros*

*Parte Lelex.*

Lelex Trœzenius uocatur, quòd pater ipſius Pittheus Trœzeni regnauerit, alioqui a poeta etiam ipſe Lelex Neritius paulo ſuperius dictus eſt.

*Debuit illius miſereri & ignoſcere no.*

Si hoc carmen bene habet, ſit poſitio breuis propter mutam & liquidam g & n in uocali breui. quod exemplum rarum eſt. Horatius,

Donatura cygni, ſi libeat ſonum.

& ſequente uerſu, quondam pro nuper poſitum uidetur.

*Truncat holus foliis.*

Minutatim incidit, exponit Raphael, olera cum foliis. quanquam etiam intelligi poteſt, peiora deponit folia, aut inutiles radices. ſed hoc minutum, & uix annotatione dignum. At in hoc nobis obiter quædam notantur, ut doceam, qua attentione auctores legendi ſint, & quod adhibendum iudicium. quibuſdam ſatis eſt tranſiliiſſe, & lectorem naſo ſuſpendiſſe, perinde atque nuſquam hæſitandum. ubi facilitas eſt, nugamur: ubi difficultas, ibi ſit ſaltus indecorus. non nomino quenquam: ſatis enim quidam noti ſunt. at ſi ita faciundum nihil facilius fuerit, quàm in auctores commentarium ſcribere.

*Interea medias fallunt ſermonibus horas.*

Id quoque dubium de quibus intelligendum. de diis omnino magis dictum apparet: ſed mos tamen eſt, ut qui hoſpites ſuſcipiunt, nondum apparato cibo, hoſpites dulci alloquio retineant. ſed iudicet lector.

*Vis tamen illa mali poſtquam conſumpſerit omnem*

*Materiam.*

Materiam accepiſſe uidetur pro patrimonio. illud autem noua pabula pro nouiſsimis ultimisq; cibis rectè expoſuiſſe Raphael uidetur: tametſi neſcio, an uſquam ita legerim.

# P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER NONVS.




### ARGVMENTVM.

Deianira, Oenei filia, Ætolarum uirgo ſpecioſiſsima, cum a multis peteretur, pater conſtituit ei coniugio ſe daturum, qui luctandi cauſa ueniret. manentibus itaque e numero potentum duobus, Acheloo flumine, & Hercule, quia reliqui ob metum ceſſarant, in certamen proceſſum eſt. cum ergo Achelous naturalibus modis Herculem eluderet, modo in liquorem, modo in ſpeciem draconis, nouiſsime in tauri figuram conuerſus aſtitit. quem Hercules ut amplexus eſt reluctantem, alterum cornu, quod implicauerat brachiis, rapuit extortum. quo dolore ille, ac deformitate, aduerſarii uiribus ceſsit. At nymphæ Naiades, fluminis filiæ, id cornu, quod ereptum capiti erat, omnibus copiis autumnalibus repleuerunt: ut apud poſteros maximum haberet fructum, & mirationem. itaque cornucopiæ effectum eſt, ut diceretur omnibus temporibus.

Væ gemitus, truncæq; deo Neptunius heros
Cauſſa rogat frontis: cùm ſic Calydonius amnis
Cœpit inornatos redimitus arundine crines:
Triſte petis munus: quis enim ſua prælia uictus
Cõmemorare uelit? referam tamen ordine: nec tam
Turpe fuit uinci, quàm contendiſſe decorum eſt:
Magnaq; dat nobis tantus ſolatia uictor.

RAPH. QVÆ gemitus &c. Herculis luctam cum Acheloo in huius uoluminis initio ita deſcribit poeta, ut & librum libro, & fabulam fabulæ eleganter connectat, uariasq; Acheloi transfigurationes inter luctandum exponat. cum enim Deianiram, Oenei Calydoniæ regis filiam, cum multis aliis Hercules, Achelousq; petiiſſent; uirginis pater decreuit, ut is illa poteretur, qui in luctæ certamine ſuperior eſſet. cum igitur alii ceſsiſſent; Hercules, atq; Achelous ineũt luctam: in qua cum alter uirtute ſuperior eſſet, Achelous ad notas artes decurrit, ac cum ſe & in anguem, & in taurum fruſtra mutaſſet, uictus, alteroq; cornu mutilatus, pudore ſe in ſuum fluuium cõiecit. nymphæ uero cornu illud ſuſcipientes omni fructuum genere repleuerunt, cornuq; copiæ appellauerunt. Hoc uerò inde factum eſſe Strabo eſt auctor, quòd cum Achelous limo, quem ducit, limites ſemper confunderet, bella inter Ætolos & Acarnanes uicinos ciebat. cumq; arbitri nulli eſſent, armis, non iudicio, decertabant. uictoriam uero reportabant, qui plus uiribus ualebant. quare cum Hercules fluuium damnoſe labentem aggeribus & foſsis intra alueum cohibuiſſet, tanquã debellaſſet Acheloum, uictoriæ præmium reportauit Oenei filię Deianirę nuptias. Eam quidem Sophocles tragicus hoc modo loquentem inducit: Procus ſanè mihi amnis fuerat Achelous, qui tribus me formis a patre petiit: manifeſtus enim inceſsit taurus, aliàs tortus uarias per notas draco, aliquando mole ualida bouis pręſeferens frontem. Addũt nõnulli Amaltheæ cornu capræ id eſſe, quod Hercules ab Acheloi fronte fractum Oeneo dono dedit, ex quo quidem pleriq; talem educunt hiſtoriã. Acheloum enim ſicut flumina reliqua tauro cõparant ob ſonos ipſos, & alueorum circunflexiones, quas cornua uocant: Draconi quoq; propter obliquatam ipſius magnitudinẽ. Herculem quoq; omnibus alioqui mortalibus beneficum Oeneo affinitate coniunctum aggeribus & foſsis fluuium perperam, & damnoſe labentem coercuiſſe aiunt, eamq; regionẽ fertiliſsimã reddidiſſe, hocq; Amaltheæ cornu eſſe. hoc uero idem & Dio in quinto Bibliotheces ſcribit. Hercules, inquit, in Calydoniorum gratiã fluuium Acheloum in alium curſum diuertens plurimos agros ex aquæ irrigatione fertiles præſtitit. cuius rei & poetę quidã meminere ſcribentes cum Acheloo Herculem ſub tauri ſpecie certaſſe, qui cum in cõgreſſu tauri alterum cornu fregiſſet, Ætolis illud, quod Amaltheæ cornu uocant, dono dedit fructũ omnium uuarum, malorum, aliorumq; eiuſmodi pomorum copia repletum. Fingunt uero poetæ Acheloi cornu foſſam a fluuio ductam, pomis uero ac malis punicis & racemis monſtrari regionis fertilitatem, quam fluuii humor præſtet. Amaltheæ uero cornu durum eſſe aiunt, qua ex re operis illius difficultas ſignificatur. [Verſus, quos ex Sophocle citat Regius in fabula, quæ Trachiniæ inſcribuntur, habẽtur hoc modo,

Μνηστὴρ γὰρ ἦν μοι ποταμὸς, Ἀχελῷον λέγω,
Ὅς μ' ἐν τρισὶ μορφαῖσιν ἐξῄτει πατρὸς,
Φοιτῶν, ἐναργὴς ταῦρος, ἄλλοτ' αἰόλος
Δρακὼν ἑλικτὸς, ἄλλοτ' ἀνδρείῳ τύπῳ
Βούκρανος, ἐκ δὲ δασκίου γενειάδος
Κρουνοὶ διερραίνοντο κρηναίου ποτοῦ, &c.

De cornu aũt ablato, & itẽ eo quod copię ſiue Amaltheę dicitur, ibidẽ in cõmẽtariis hoc modo legitur, ἡρακλῆς παραγενόμενος εἰς καλυδῶνα, τὴν οἰνέως θυγατέρα δηιάνειραν ἐμνηστεύσατο. Καὶ διαπαλαίσας ὑπὲρ τῶν γάμων αὐτῆς πρὸς τὸν Ἀχελῷον ἀπεικασθέντα ταύρῳ, περιέκλασε τὸ ἕτερον τῶν κεράτων. καὶ τὴν μὲν δηιάνειραν γαμεῖ, τὸ δὲ κέρας Ἀχελῷος λαμβάνει, δοὺς ἀντὶ τούτου τὸ τῆς Ἀμαλθείας. Ἀμάλθεια δ' ἦν Αἱμονία θυγάτηρ, ἣ κέρας εἶχε ταύρου. τοῦτο δὲ ὡς φερεκύδης φησὶ, δύναμιν εἶχε τοιαύτην ὥστε ποτὸν ἢ βρωτὸν, ὅπερ ἂν εὔξαιτό τις παρέχειν ἄπονον, &c.

Rurſum alii de eadem fabula ita tradunt: Cũ Rhea enixa Iouem eſſet, metu patris infantem in Creta occuluiſſe, ibiq; nymphis Adraſteæ, & Idæ, filiabus Meliſſei, nutriendum dediſſe: has illum lacte capræ cuiuſdam, cui nomen Amalthea fuit, nutricaſſe: poſteaq; Iouem, ut nutricationis gratiam perſolueret, capram ipſam inter ſydera retuliſſe, cornu autem capræ alterum nymphis nutricibus dediſſe, hac adiecta facultate, ut quicquid optaſſent, id illis ex eo cornu largiter ſuppeditarent. Et ad eundem fere modum ipſe Ouidius in Faſtis de eadem re narrat, niſi quòd ibidem non capram, ſed Naiadem, cuius capra illa fuerat, Amaltheam uocat. Plura de eodem cornu annotauit Eraſmus in prouerbio copiæ cornu.] { Neptunius heros } Theſeus Neptuni nepos. { Truncæ fron. } mutilatæ. altero enim cornu carebat. { Redimitus crines } cinctos habens crines. { Arundine } corona ex arundinibus confecta, quibus fere fluuiorum ripæ abundant. { Tantus uictor } quantus Hercules fuit.

Acheloüs in uarias figuras.

{Nomine

Nomine ſi qua ſuo tandem peruênit ad aures
Deianira tuas, quondam pulcherrima uirgo,
Multorumq; fuit ſpes inuidioſa procorum.
Cum quibus ut ſoceri domus eſt intrata petiti,
Accipe me generum, dixi, Parthaone nate.
Dixit & Alcides. alij ceſſere duobus.
Ille Iouem ſocerum dare ſe, famamq; laborum,
Et ſuperata ſuæ referebat iuſſa nouercæ.
Contrà ego, Turpe Deum mortali cedere dixi:
(Non dum erat ille Deus) dominũ me cernis aquarum
Curſibus obliquis inter tua regna fluentem.
Nec gener externis hoſpes tibi miſſus ab oris,
Sed popularis ero, & rerum pars una tuarum.
Tantùm ne noceat, quòd me nec regia Iuno
Odit, & omnis abeſt iuſſorum pœna laborum.
Nam quòd te iactas Alcmena matre creatum:
Iuppiter aut falſus pater eſt, aut crimine uerus.
Matris adulterio patrem petis. elige, fictum
Eſſe Iouem malis, an te per dedecus ortum?
Talia dicentem iam dudum lumine toruo
Spectat, & accenſæ non fortiter imperat iræ,
Verbaq; tot reddit: Melior mihi dextera lingua eſt,
Dummodo pugnando ſuperem, tu uince loquendo.
Congrediturq; ferox. puduit modò magna locutum
Cedere: reieci uiridem de corpore ueſtem,
Brachiaq; oppoſui, tenuiq; à pectore uaras
In ſtatione manus, & pugnæ membra paraui.
Ille cauis hauſto ſpargit me puluere palmis,
Inq; uicem fuluæ tactu flaueſcit * arenæ.
Et modò ceruicem, modò crura micantia captat,
Aut captare putes, omniq; à parte laceſſit.
Me mea defendit grauitas, fruſtraq; petebar.
Haud ſecus ac moles, quam magno murmure fluctus
Oppugnant, manet illa, ſuoq; eſt pondere tuta.
Digredimur paulùm, rurſuſq; ad bella coimus,
Inq; gradu ſtetimus certi non cedere: eratq;
Cum pede pes iunctus: totoq; ego pectore pronus
Et digitos digitis, & frontem fronte premebam.
Non aliter uidi fortes concurrere tauros,
Cùm pretium pugnæ toto nitidiſsima ſaltu
Expetitur coniux. ſpectant armenta, pauentq;,
Neſcia quem maneat tanti uictoria * belli.
Ter ſine profectu uoluit nitentia contrà
Reiicere Alcides à ſe mea pectora: quartò
Excutit amplexus, adductaq; brachia ſoluit:
Impulſumq; manu (certum eſt mihi uera fateri)
Protinus auertit, tergoq; oneroſus inhæſit.
Si qua fides, (neque enim ficta mihi gloria uoce
Quæritur) impoſito preſſus mihi monte uidebar.
Vix tamen inferui ſudore fluentia multo
Brachia; uix ſolui duros à corpore nexus.
Inſtat anhelanti, prohibetq; reſumere uires,
Et ceruice mea potitur. tum denique tellus
Preſſa genu noſtro eſt, & arenas ore momordi.
Inferior uirtute, meas diuertor ad artes;
Elaborq; uiro, longum formatus in anguem:
Qui poſtquam flexos ſinuaui corpus in orbes,
Cumq; fero moui linguam ſtridore biſulcam,
Riſit, & illudens noſtras Tirynthius artes,

NOMINE ſiqua ſuo tãdẽ} narrare incipit Achelous certamẽ ſibi pro Deianiræ nuptiis ſuſceptũ. {Siqua} Deianira, qua uacat, neq; expoſcitur a ſenſu, tãtumq; carmẽ explet, quale illud apud Virg. Si qua fata ſinant. {Tandẽ} aliquãdo. tãdẽ.n. (ut Pompeius ſcribit) interdum aliqñ ſignificat, iterdũ pro ſuperuacuo ponitur, interdũ affectui, & indignationi ſeruit. Vt Cicero, Quouſq; tãdẽ abutere patientia nr̃a Catilina? {Multorũ proc.} proci dicuntur, q aliquã uxorẽ poſcunt, a procãdo declinati. nã procare eſt poſcere, unde & procaces meretrices ab aſsidue poſcẽdo uocantur. {Domus eſt intr.} participiũ paſsiuũ cõtra grãmatices rationem formatum. {Soceri pet.} appetiti ſoceri Oenei. {Parthaone nate} Oeneus rex Ætoliæ Parthaonis fuit filiꝰ. [Homerus Portheũ uocat Iliados Σ. πορθεῖ δὲ τρεῖς παῖδες ἀμύμονες ἐξεγένοντο Ἄγριος ἠδὲ μέλας, τρίτατος δ᾽ ἦν ἱππότα οἰνεύς. ὤκεον δ᾽ ἐν πλευρῶνι καὶ αἰπεινῇ καλυδῶνι, &c.] {Suę no.} Iunonis, cuiꝰ iuſſu tot labores adierat. {Cõtra ego} è contrario. {Turpe deũ mor. ced. dixi} eſſe ſubaudiatur. {Mort.} homini. nondum.n. Hercules in deorũ numerũ fuerat trãſlatus. {Dominũ me cernis aquarum} Achelous nanq; fluuiꝰ eſt inter Acarnaniã, Ætoliãq; labens. {Popularis} ex tuo populo unus. aliqñ popularis gratũ populo ſignificat. {Tantũ ne noc.} ſolũmodo, inqt, mihi id non noceat rogo, q̄ Iuno deorũ regina me nullo odio ꝓſequitur, neq; mihi ullã irrogat pœnã. ea uero, inqt, Herculi potiꝰ obeſſe q̄ prodeſſe debere. {Nã quo te iact.} dilẽmate colligit Acheloꝰ Iouẽ aut falſũ Herculis patrẽ dici, aut eſſe ignominioſum, ut qui ex adulterio illũ genuerit. {Alcmena mat.} Alcmena Electryonis & Lyſidices filia fuit, uxorq; Amphitryonis, ex qua Iupiter in Amphitryonẽ conuerſus Herculem ſuſcepit. {Elige fict. Eſſe Iouẽ malis} patrẽ ſubaudiamus. eſt autẽ dilẽmaton, in quo utrũ cõceditur reprehenditur. ſi.n. fictũ ac falſum patrẽ ſibi eſſe Iouẽ eliget Hercules, nulli ipſi erit honori. ſin uerũ, aperte fatebit ſe eſſe natũ ex adulterio. hoc igitur argumẽto Hercules uictus in pugnã indignatꝰ deſcẽdit. {Per dedecus} ꝑ ignominiã ex matris adulterio prouenientẽ. {Toruo lum.} trucibꝰ oculis, quales iratis, indignatiſq; cõueniunt. {Modo} nuꝑ. {Magna} ſuꝑba. {Viridẽ ueſtẽ} tales.n. fluuiorũ diis attribuũtur. Eleganter aũt eorum habitũ effingit, qui ſe pręparant luctę. {Varas manus} inflexas & curuas. nã uari dicũtur, qui crura habẽt obtorta. unde & uarices appellantur uenæ in ſuris inflexæ, uel obtortæ, ut Marcellus tradit. [Quibus introrſum obtorta ſunt crura, auctore Polluce, nuncupantur rhæbi: uaros dicunt quãdoq; Latini. Ouidius tamen Metam. 9. Tenuiq; è pectore uaras In ſtatione manus. apud quẽ uarica item legitur fœmina in Amoribus:
Ambulat, ingentes uarica fertq; gradus.
quibus uero extrorſum, bleſsi.] {In ſtatione} in loco ad reſiſtendum apto. {Ille cauis hauſto} luctaturi ſua inuicẽ corpora puluere aſpergebãt, quò ſe ualidius cõprehendere poſſent. {Hauſto pulu.} ſuſcepta arena, quę haphe uocatur. {Captat} carpere conatur. {Mea grauitas} meum pondus. {Certi nõ cedere} qui decreueramꝰ alteri nõ cedere. elegãter aũt ea omnia deſcribit, q̄ a luctatoribus fieri ſolent. {Nõ aliter uidi} hac ſimilitudine oſtẽdit Achelous, quãto impetu cum Hercule fuerit congreſſus. {Quẽ maneat} quẽ expectet. {Sine ꝓfectu} effectu. {Adducta brachia} circũducta, circũdata. {Certũ eſt mihi} decreui, inqt, uera confiteri. {Siqua fides} eſt uerbis meis ſubaudiatur. {Ficta uoce} fictis uerbis. {Preſſus} oppreſſus. {Anhelanti} difficulter reſpirãti. {Et ceruice mea potit} collũ meũ capit. {Diuertor} cõuertor. {Meas art.} mihi ingenitas, proprias. {Elaborq; uiro} effugio è manibꝰ Herculis uiri fortiſsimi. {Sinuaui} cõtraxi. {Orbe} ſpiras. {Stridore} ſibilo.

ab athletarũ cõſuetudine, qui ſe puluere cõſpergunt luctaturi.

regni

COEL. RHOD.

N ii {Cunarũ

Cunarum labor eſt angues ſuperare mearum,
Dixit: & , ut uincas alios Acheloe dracones,
Pars quota Lernææ ſerpens eris unus Echidnæ?
Vulneribus fecunda ſuis erat illa: nec ullum
De centum numero caput eſt impunè reciſum,
Quin gemimo ceruix hærede ualentior eſſet.
Hanc ego ramoſam natis è cede colubris,
Creſcentemq; malo domui, domitamq; reduxi.
Quid fore te credis, falſum qui uerſus in anguem
Arma aliena moues? quem forma precaria cælat?
Dixerat, & ſummo digitorum uincula collo
Iniicit. angebar, ceu guttura forcipe preſſus:
Pollicibuſq; meas pugnabam euellere fauces.
Sic quoque deuicto reſtabat tertia tauri
Forma trucis. tauro mutatus membra rebello.
Induit ille toris à læua parte lacertos;
Admiſſumq; trahens ſequitur, depreſſaq; dura
Cornua figit humo, meq; alta ſternit arena.
Nec ſatis hoc fuerat, rigidum fera dextera cornu
Dum tenet, infregit, truncaq; à fronte reuellit.
Naiades hoc pomis, & odoro flore repletum
Sacrarunt: diuesq; meo bona copia cornu eſt.
Dixerat: & nymphe ritu ſuccincta Dianæ
Vna miniſtrarum fuſis utrinq; capillis
Inceſſit, totumq; tulit prædiuite cornu
Autumnum, & menſas felicia poma ſecundas.
Lux ſubit, & primo feriente cacumina Sole
Diſcedunt iuuenes. neq; enim dum flumina pacem,
Et placidos habeant * lapſus, totæq; reſidant,
Opperiuntur aquæ. uultus Achelous agreſtes,
Et lacerum cornu mediis caput abdidit undis.
Hunc tamen ablati domuit iactura decoris:
Cetera ſoſpes habet. capitis quoq; fronde ſaligna,
Aut ſuper impoſita cælatur arundine damnum.

ARG. Poſt hæc uictor Hercules cum Deianiram Neſſo Centauro cõmiſiſſet, ut eam Euenũ amnem, qui initio Lycormas erat nominatus, tranſueheret; & ille ſpecie captus puellæ flexibus errans quæreret locum comprimendi, illa fidem mariti implorante, ſagittis eum cõfixit: qui cum expiraret, ueſtem ſuam cruentauit, Deianiræq; dedit: indicauitq; remedium fore erga coniugem deſerti amoris, ſi ea indueretur: qui tamen cruor in ueneni ceſsit partem.

AT te Neſſe ferox eiuſdem uirginis ardor
Perdiderat, uolucri traiectum terga ſagitta.
Nanq; noua repetens patrios cum coniuge muros
Venerat Eueni rapidas Ioue natus ad undas,
Vberior ſolito, nimbis hyemalibus auctus,
Vorticibuſq; frequens erat, atq; imperuius amnis.
Intrepidum pro ſe, curam de coniuge agentem

RAPH. CVNARVM mearũ} meæ infantiæ. nam cũ in cunis eſſet Hercules duos angues a Iunone immiſſos manibus preheñſos ſtrangulauit. unde illũ Græci (ut ſcribit Diod. lib. 5.) quod opera Iunonis gloriam foret adeptus, Heraclea dixere, hoc eſt Iunonis gloriã, cum antea Alcæus uocaretur. nã ἥρα Iuno, κλέος gloria dicitur. {Vt uinc.} ut te uincere cõcedam. {Pars quota} ac ſi diceret minima. {Lernææ Echidnæ} hydrę Lernæã paludẽ infeſtãtis. nã Hercules ſcribitur interfeciſſe hydram centũ capita habentẽ ea uiuacitate, ut uno reciſo duo quãprimũ ſubnaſcerentur. eam tandem Hercules domuit igni. Echidna aũt latine uipera dicitur. {Ramoſam} multa capita ueluti ramos habentẽ. {Gemino hærede} duobus ſucceſſoribus. nã uno capite reciſo, duo renaſcebantur. unde etiã Excetra a latinis dicta eſt, ut tradit Seruius, quòd uno capite exciſo duo ſuccreſcebãt. {Creſcentemq; malo domui} malo. n. ſuo creſcere uidebatur hydra, cũ uno capite reciſo duo ſubnaſcerentur. arte aũt eã domuit Hercules, ut ſcribit Diod. Iolao. n. mandauit, ut reciſam ceruicẽ face accẽſa ne efflueret ſanguis inureret. {Forma precaria} aliena, quã prece uideris eſſe cõſecutus. precariũ. n. dicitur (ut tradũt iuriſcõſulti) quod precibus alicui utendũ cõceditur, tãtiſper dum is, qui cõceſsit, repetat. {Pugnabã} cõtẽdebã. {Rebello} bellũ reſumo. {Induit} iniicit. {Truncaq; a fronte reuellit} hoc eſt reuellẽdo cornu trũcã effecit frontẽ. {Diuesq; meo bona cop. cornu} Acheloi cornu a Naiadibus repleto uariis fructibus copiæ fertilitatis deæ fuit dicatũ. quod iccirco fingitur, ut pauloante diximus, quod Hercules in Calydoniorũ gratiã fluuiũ Acheloum in aliũ curſum diuertens plurimos agros ex aquæ irrigatiõe fertiles præſtitit; Ætolis autẽ dono dediſſe illud, quod Amaltheæ cornu uocãt, fingitur fructuũ oĩum copia repletum. in 5. aũt faſt. Ouidius aliam de Amaltheæ cornu fabulã refert. nam Amaltheam, quæ Ioui lac præbebat, alterũ è cornibus in arbore fregiſſe ait: Quod quædã nympha ſuſtulit, cinxitq; recẽtibus herbis; Et plenũ pomis ad Iouis ora tulit. Ille ubi res cæli tenuit, ſolioq; paterno Sedit & inuicto nil Ioue maius erat, Sydera nutricẽ, nutricis fertile cornu Fecit, quod dominæ nunc quoque nomen habet. Diod. uero de copiæ cornu aliã quoque narrat hiſtoriã. Hammonẽ ſiquidẽ ſcribit iuxta Ceraunios montes ambulantẽ cõſpectã uirginem nomine Amaltheam forma pulcherrimã adamaſſe, filiamq; ex ea ſuſcepiſſe, ſpecie ac robore corporis inſignẽ, Amaltheam uero propinquę regionĩ prefeciſſe cornu bouis perſimili, ex quo occiduũ cornu ſic noĩata. quæ quidem cum uineis, aliiſq; frugiferis arboribus cõſita foret, ab Amaltheaq; poſsideretur, Amaltheæ cornu fuit denominata, unde optima quęque fertiliſsima terra copię cornua appellari cõſueuit, hoc eſt κέρας ἀμαλθείας. {Prædiuite} pleniſsimo. {Totũ autũnũ} oẽs autũni fructus. {Secundas men.} primę mẽſæ carniũ erãt, ſecundę pomorũ. {Cacumina} mõtiũ uertices & ſummitates. ſignificat aũt illos primo mane receſsiſſe. {Operiuntur} expectant. {Reſidãt} decreſcãt. {Vultus agreſtes} deturpatos ob cornu a fronte reuulſum. {Decoris} pulchritudinis. {Fronde ſaligna} ſalicis ramo. {Capitis dãnũ} cornu ablatũ. {At te Neſſe fer.} exponitur poeta Lichę miniſtri Herculis mutationẽ in ſaxũ, Neſsi centauri cædẽ, Deianiræq; zelotypiã deſcribit. nam Hercules, Deianira potitus, cũ uino calefactus Eurynomũ puerũ Architelis filiũ miniſtrãtẽ, paruoq; errore lapſum inter cœnandum pugno, [κονδύλῳ græci habẽt, quod & talitrũ ſignificat.] ictum occidiſſet inuitus, ex Calydonia dolore perculſus unà cũ uxore diſceſsit ĩ patriã feſtinãs. forte aũt euenit ut Euenũ fluuiũ, qui maxime excreuerat, tuto trãſire poſſe nõ uideret, niſi Neſſus centaurus qui precio uiatores trãſmittebat, ſe Deianirã trãſuecturũ pollicitus foret. eã igitur Hercules cũ Neſſo cõmiſiſſet, intrepide fluuiũ tranauit. at Neſſus puellæ pulchritudine captus cum eã aſportaret, ab Hercule ſagitta hydræ ſanguine tincta trãsfixus cũ moreretur, Deianirę pſuaſit tunicę ſuę uim amatoriã ineſſe, quæ Herculẽ ab amore aliarum mulierũ auocaret, ſi eã indueret. cũ aũt Deianira accepiſſet Herculẽ amore Ioles Euryti filiæ eſſe captũ, tunicã a Neſſo dono datã Lichæ famulo tradidit domino perferendã. eam uero cum ſacrificaturus induiſſet Hercules, maximis cruciatibus affectus, in furoremq; conuerſus, Licham ex Cenæo monte, ubi Ioui ſacrificabat, in Euboicũ mare cõiecit, qui deorũ miſeratione in ſcopulũ corpori humano ſimilẽ fuit cõmutatus. ipſe uero Hercules, arcu ſagittiſq; Philoctetæ traditis, in pyra ſe cõpoſuit, homineq; depoſito in deorũ ſedes fuit trãslatus. {Eueni} Euenus fluuius eſt Ætoliæ in Corinthiacũ ſinũ labens, ab Eueno, qui ſe in illũ præcipitauit, cognominatus. nam antea Lycornas appellabatur.

* curſus, motæq;

Neſsi cruor in uenenũ.

{Scituſq;

Neſſus adit, membriſq; ualens, ſcituſq; uadorum;
Officioq; meo ripa ſiſtetur in illa
Hæc, ait, Alcide; tu uiribus utere nando.
Tradidit Aonius pauidam Calydonida Neſſo,
Pallentemq; metu, fluuiumq;, ipſumq; timentem.
Mox, ut erat, pharetraq; grauis, ſpolioq; leonis
(Nam clauam, & curuos trans ripam * miſerat arcus) *iecerat*
Quandoquidem cœpi, ſuperentur flumina, dixit.
Nec dubitat, nec quà ſit clementiſsimus amnis,
Quærit, & obſequio deferri ſpernit aquarum.
Iamq; tenens ripam miſſos cùm tolleret arcus,
Coniugis agnouit uocem, Neſſoq; paranti
Fallere depoſitum, Quò te fiducia, clamat,
Vana pedum uiolenter rapit? tibi Neſſe biformis
Dicimus; exaudi, nec res intercipe noſtras.
Si te nulla mei reuerentia mouit; at orbes
Concubitus uetitos poterant inhibere paterni.
Haud tamen effugies, quamuis ope fidis equina.
Vulnere, non pedibus te conſequar. ultima dicta
Reprobat, & miſſa fugientia terga ſagitta
Traiicit. extabat ferrum de pectore aduncum,
Quod ſimul euulſum eſt, ſanguis per utrunq; foramen
Emicuit, miſtus Lernæi tabe ueneni.
Excipit hunc Neſſus. Neque enim moriemur inulti,
Secum ait: & calido uelamina tincta cruore
Dat munus raptæ, uelut irritamen amoris.

ARG. Eodem tempore Hercules in Oechaliam, regnũ Euryti, cum traieciſſet, Iolenq; filiã eius dilectã traheret in patriã; prior coniux Deianira, ut audiuit animũ uiri a ſe eſſe mutatũ, tunicã ſacrificaturo Ioui Lychę famulo dedit ei perferendã, qua ille honoratus uota, religionemq; piaret. eam indutus cum ad aram acceſsiſſet proſecans exta, flãma ueſtis incaluit, & Lernæo ueneno contactis hæſit uiſceribus. in maximo itaq; cruciatu cũ a corpore eius euelli nequiret, Lychã acerbiſsimi muneris reum proiectũ a ſe Euboico mari merſit, quem innoxium culpæ Tethys uertit in ſcopulum, conchis, muricibusq; ueſtitum.

LOnga fuit medij mora temporis, actaq; magni
Herculis implerant terras, odiumq; nouercæ.
Victor ab Oechalia Cenæo ſacra parabat
Vota Ioui, cùm fama loquax * peruenit ad aures, *proceſsit*
Deianira, tuas, quæ ueris addere falſa

RAPH. SCITVSq; uad.} peritus locorũ tranſitus præſtãtium. [Erat.n.portitor ibi cõſtitutus, ut & Strabo meminit lib. 10.] {Siſtetur} collocabitur. {Aonius} Thebanus Hercules. Aonia enim cũ Bœotia eadẽ eſt. {Pauidã Calyd.} timidã Deianirã Calydoniam. {Ipſum} Neſſum. Centaurus.n.erat. {Miſerat} iecerat. {Fallere depo.} fraudare Herculẽ depoſito, & Deianira illi cõmiſſa. depoſitũ enim dicitur quicq̃d alicui traditur cuſtodiendũ. {Orbes pat.} rotæ Ixionis patris tui, q̃bus aſsidue apud inferos uertitur ꝓpter interpellatã de ſtupro Iunonem. {Ope equina} uelocitate equi. Centauri.n.equinos habẽt pedes. {Extabat fer.de pect.adunc.} extra ſtabat. ſignificat autẽ tergũ cũ pectore fuiſſe trãsfixũ. {Quod ſimul euul.eſt} q̃d poſtq̃ fuit extractum. {Per utrunq; for.} & tergi & pectoris. {Tabe} ſanguine. {Et cal.uela. tin.cru.} ſic quidẽ Ouid. Diod. uero, inquit, Neſſum moriturũ, cũ iam Deianirã cognouiſſet, pollicitũ ei fuiſſe ſe amoris medicamẽtũ traditurũ, quo nullã p̃ter ſe mulierẽ aliam Hercules appeteret. iuſsit igitur ſemine, q̃d ex ſe defluxerat, cum oleo & ſanguine e ſagitta fluente immiſto Herculis tunicã tingere. quo dato conſilio cum expiraſſet, illa inſcio Hercule, q̃d mandatũ erat, peregit. {Irritamẽ} prouocationẽ, ac ſtimulationẽ. {Lõga mora} longũ interuallũ. {Vict.ab Oechalia} Hercules, ut ſcribit Diod. in Oechaliã contra Euryti liberos ob Iolẽ uxorẽ ſibi denegatã exercitũ duxit, urbeq; capta Euryti filios Toxeũ, Deionẽ & Clytiũ occidit, ac Iolẽ captiuã ſecum duxit. ex Euboea uero in montẽ noĩe Cenæũ profectus, ut Ioui ſacrificaret, Licham ſeruũ ad uxorẽ Deianiram in Trachinã miſit, ut ſibi ueſtẽ qua in ſacris uti cõſueuerat afferret. ea cum a Licha de Ioles amore cõperiſſet, cupiens ſe maxime omniũ aliarũ ab Hercule amari, tunicã ex centauri conſilio tinxit, quam a Licha rei inſcio allatã Hercules indutus ueneni ui paulatim inualeſcẽte torqueri maximis doloribꝰ cœpit. quare Lichã, qui ueſtem attulerat, in mare iecit, ac dimiſſo exercitu in Trachinam uenit, morboq; in dies magis inualeſcente Delphos Lycimniũ ac Iolaum miſit, Apollinẽ morbi remedia ſciſcitaturos. interim Deianira calamitate Herculis ſtupefacta, cũ tãti mali cauſſam a ſe ꝑfectã ſciret, laqueo uitã finiuit. Apollo aũt iuſsit Herculem cum apparatu bellico in Oetam deduci, ibiq; maximã ſtrui pyrã, de reliquis Ioui curã fore. Hercules igitur deſperata ſalute in pyram cũ aſcendiſſet, rogaretq; aſtantes, ut ignẽ ſubiicerẽt, ſolus Philoctetes in gratiã ſagittarũ ſibi ab ipſo relictarũ pyrã ſuccendit. quæ ſubito fulminibus circuncadẽtibus exuſta eſt. Oechalia uero Euryti patria in Euboea fuit, q̃ ab Hercule fertur deleta. nã ſunt etiã aliæ Oechaliæ, una in Ætolia, alia in Meſſenis, alia in Arcadia, alia in Trachinia. [Multæ Oechaliæ, ac diuerſis locis cũ a Stephano, tum a Strabone tradũtur. ſed de ea, q̃ ab Hercule expugnata ac diruta fuerit, inter auctores non conſtat. Homerus Theſſalicam intelligit. ſic enim in catalogo ait:

Οἱ δ' εἶχον τρίκκην καὶ ἰθώμην κλωμακόεσσαν
Οἵ τ' ἔχον οἰχαλίην, πόλιν εὐρύτου οἰχαλιῆος
Τῶν δ' αὖθ' ἡγείσθην ποδαλείριος ἠδὲ μαχάων, &c.

nam Tricca & Ithomæ, cũ quibus illã recẽſet, Theſſalicæ fuerũt urbes, eius'quæ Pelaſgiotis aliquando uocata fuit. & hanc opinionẽ etiã Theſſali cõfirmant, dicentes, locum apud ſe, qui poſtea Euryteus appellatꝰ fuit, olim urbem fuiſſe, & Oechaliam uocatã. auctor Pauſan. in Meſſen. Pherecydes autem de Arcadica accipit, cuius uerba in Cõment. Soph. hæc citantur: μετὰ δὲ τὸν ἀγῶνα ἡρακλῆς ἀφικνεῖται πρὸς Εὔρυτον τὸν * μέλανος τοῦ ἀρκεσιλάου εἰς τὴν οἰχαλίαν. ᾤκεῖτο δὲ αὕτη ἐν θούλῃ τῆς ἀρκαδίας. καὶ ᾔτει τὴν θυγατέρα, ὕλλῳ γυναῖκα. τοῦ δὲ μὴ δόντος, ἡρακλῆς εἷλε τὴν οἰχαλίαν καὶ τοὺς υἱοὺς ἔκτεινεν. ἴφιτος δὲ ἔφυγεν εἰς εὔβοιαν. *Μελανίος* Nec diſsimilia ſunt quæ ibidem ex Menecrate quodã citãtur, μενεκράτης δὲ οὕτω λέγει. ἡρακλέα εἰς ἐπιθυμίαν ἰόλης ἀφίκεσθαι τῆς εὐρύτου. τὸν δὲ μὴ θέλειν διδόναι. ἠρᾶτο γὰρ αὐτὸς, καὶ μίγνυσθαι ἔμελλεν θυγατρὶ, εἰ μὴ ἀργεῖοι ἐξῆλθον εἰς τὴν Εὔβοιαν. Pauſanias cõtrà, ex opinione Meſſeniorũ, oſtendit in Meſſene fuiſſe Oechaliã hanc, Carnaſiũ alio noĩe poſtea dictã. Oechaliã aũt olim ab uxore Melanei qui fuit pater Euryti. at Strabo lib. x. & itẽ Hecatæus, ut quidẽ a Pauſ. citatur in Meſſeniacis Eubœæ oppidum faciunt Oechaliã, partem τῆς Ἐρετρικῆς. uerba Strab. ſunt, Ἔστι δὲ καὶ οἰχαλία κώμη τῆς ἐρετρικῆς, λείψανον τῆς ἀναιρεθείσης ὑπὸ ἡρακλέους, ὁμώνυμος τῇ τραχινίᾳ, καὶ τῇ περὶ τρίκκην, καὶ τῇ ἀρκαδικῇ, ἣν ἀνδανίαν οἱ ὕστεροι ἐκάλεσαν, &c. Quare & Steph. Οἰχαλία, inq̃t, πόλις ἣν ὅμηρος ἐν τῷ πελασγικῷ ἄργει τάσσει, οἱ δὲ νεώτεροι τεθείκασιν αὐτὴν ἐν εὐβοίᾳ. Atq; hæc de Oechalia.] {Cenæo Ioui} Iupiter Cenæus a Cenæo promontorio Eubœæ eſt dictus. ubi ab Oechaliæ expugnatione Hercules reuerſus Ioui aram extruxit. principale autem pro deriuatiuo poſuit poeta. [De Cenæo Sophocles in Trachiniis ita meminit, de Hercule loquens:

Ἀκτή τις ἔστ' εὐβοῒς, ἔνθ' ὁρίζεται
Βωμοὺς, τελεῖ τ' ἔγκαρπα κηναίῳ διΐ

Vbi cõmentator addit: Κήναιον εὐβοίας ἀκρωτήριον, ἀπὸ κήνκιου τοῦ εὐφορίωνος. Ceterũ belli huiꝰ cauſſa talis traditur: Eurytus cũ haberet filiã p̃ſtantẽ forma Iolen, eius nuptias ꝓmittebat ei, q̃ ſe, aut filios ſuos ſagittãdis certamine ſuperaſſet. Hercule aũt uincente, Eurytus illi filiã negauit. q̃re ille indignatus, in præſens quidẽ abiit. mox aũt accidit, ut Iphitus, unus ex filiis Euryti Tirynthẽ ueniret, equorũ cauſſa, quos amiſerat.

libro 5. de Fab. antiq. geſt.

Gaudet, & è minimo ſua per mendacia creſcit,
Amphitryoniaden Ioles ardore teneri.
Credit amans, Veneriſq́; nouæ perterrita fama
Indulſit primò lacrymis, flendoq́; dolorem
Diffudit miſeranda ſuum: mox deinde, Quid autem
Flemus, ait? pellex lacrymis lætabitur iſtis.
Quæ quoniā adueniet, properādū, aliqdq́; nouādū eſt,
Dum licet, & thalamos non dum tenet altera noſtros.
Conquerar, an ſileam? repetam Calydôna, morer'ne?
Excedam tectis, * an ſic nihil amplius obſtem? ac
Quid, ſi me Meleagre tuam memorem eſſe ſororem?
(Forte paro facinus) quantumq́; iniuria poſsit,
Fœmineuſq́; dolor, * iugulata pellice teſter? uulgata
In curſus animus uarios abit. omnibus illis
Prætulit imbutam Neſſæo ſanguine ueſtem
Mittere, quæ uires defecto reddat amori:
Ignaroq́; Lychæ, quid tradat neſcia, luctus
Ipſa ſuos tradit, blandiſq́; miſerrima uerbis
Dona det illa uiro, mandat. capit inſcius heros,
Induiturq́; humeris Lernææ uirus Echidnæ.
Tura dabat primis, & uerba precantia flammis,
Vinaq́; marmoreas patera fundebat in aras:
Incaluit uis illa mali, reſolutaq́; flammis
Herculeos abiit latè diffuſa per artus.
Dum potuit, ſolita gemitum uirtute repreſsit.
Victa malis poſtquam eſt patientia, reppulit aras,
Impleuitq́; ſuis nemoroſam uocibus Oeten.
Nec mora, lethiferam conatur ſcindere ueſtem.
Quà trahitur, trahit illa cutem, (fœdumq́; relatu)
Aut hæret membris fruſtra tentata reuelli,
Aut laceros artus, & grandia detegit oſſa.
Ipſe cruor, gelido ceu quondam lamina candens
Tincta lacu, ſtridet, coquiturq́; ardente ueneno.
Nec modus eſt: ſorbent auidæ præcordia flammæ,
Cæruleuſq́; fluit toto de corpore ſudor,
Ambuſtiq́; ſonant nerui; cæcaq́; medullis
* Tabe liquefactis, tollens ad ſidera palmas, Labe
Cladibus exclamat Saturnia paſcere noſtris;
Paſcere, & hanc peſtem ſpecta crudelis ab alto,
Corq́; ferum ſatia: uel ſi miſerandus & hoſti,
(Hoſtis enim tibi ſum) diris cruciatibus ægram,
Inuiſamq́; animam, natamq́; laboribus, aufer.
Mors mihi munus erit: decet hæc dare dona nouercā.
Ergo ego fœdantem peregrino templa cruore

Ibi Hercules, memor ueteris contumeliæ, ſublatum illum in turrim, inde præcipitauit. ob quā rem Iupiter iratus, Mercurium miſit, qui illū in ſeruitutē uenderet. atq; ita Omphalæ Lydorū reginæ uenditus aliquandiu ſeruiuit. ſeruitute aūt & pœna hac diſſoluta, Hercules ī Græciā reuerſus, Euryti urbē, auxiliantibus Arcadibus & Trachiniis inuaſit, captaq́; illa, Eurytum & filios occidit, Iolen autē captiuam abduxit. auctores Sophocles & Diodorus. Filios Euryti Heſiodus hos nominat:

Ηδ' ὑποκισσαμένη καλλίζωνος ϛρατονίκη,
Εὔρυτον ἐν μεγάροισιν ἐγείνατο φίλτατον υἱόν.
Τοῦ δ' υἱεῖς ἐγένοντο δηίωνα, κλυτίος τε,
Τοξεύς τ' ἀντίθεος, ἠδ' ἴφιτος ὄζος ἄρηος,
Τοὺς δὲ μετ' ὁπλοτάτην τίκετο ξανθὴν ἰόλειαν
Αντιόχη κρείουσα, παλαιὸν γένος ναυβολίδαο.

[Sacra parab. uota Ioui] ui dētur hęc a Sophocle trāſſumpta. nam & illic Deianira Lycham, qui narrabat Herculem Cenæo Ioui ſacra parare, interrogat,

Εὐκταῖα φαίνων, ἢ 'πὸ μαντείας τινός;

cui ille ſubiicit:

Εὐκταῖ', ὅθ' ᾕρει τῶνδ' ἀνάϛατον δορὶ
Χώραν γυναικῶν. ὧν ὁρᾷς ἐν ὄμμασι. &c.

ut intelligamus Herculem uouiſſe Ioui ſacra hæc, ſi urbe Euryti potit[9] foret.]

RAHP. ET è minima} ſic Virg. Parua metu primo, mox ſeſe attollit in auras, Ingrediturq́; ſolo, & caput inter nubila cōdit. {Amphitryoniaden} Herculē, qui Amphitryonis fili[9] putabatur, cū Iouis eſſet. {Ioles ar.} Iole Euryti filia, q̄ Hyllo filio Hercules tradidit uxorē. {Credit am.} qa amat. eſt.n. cauſſa, cur crederet. {Veneris no.} noui amoris, nouæ amicę. {Indulſit lac.} multū fleuit. {Diffudit} amplificauit. {Mox deinde} alterū horum ſuperfluū eſſe uidetur. {Cōquerar an ſil.} dubia eſt, quid facere debeat Deianira. {Morer'ne?} maneā'ne in ædibus Herculis? [An ſic nihil amplius obſtemus?] ſunt qui legūt hoc loco, Ac ſic nihil amplius optem: ut infra paulo, pro, Iugulata pellice teſter, Vulgata pellice teſtor? ſed altera lectio potior uidetur.] {Forte fac.} magnū factū, de ulciſcēda nanq; pellice cogitat. {Vulgata pellice} in uetuſto exemplari iugulata recte legi uidetur, & teſter. {In curſus uarios} in diuerſas cogitationes. ſunt aūt poetæ uerba. {Prætulit mittere} figurata eſt locutio: in ſoluta nāq; oratione diceretur, prætulit ut mitteret. {Imbutā ueſt.} tunicā infectā, quæ etiam ſubucula appellatur. {Defecto amo.} deficienti: ac potius, qui iam defecerat. {Quid tradat ne.} ignorabat enim Deianira tunicā illam, quā Lichæ tradidit, ueneno fuiſſe infectā. {Suos lu.} ſuorū luctuū cauſſam. {Inſcius he.} ignarus Hercules ueſtē illam ueneno fuiſſe infectā. {Lernææ ui. Ec.} ideſt tunica ueneno hydrę infectā. {Dum po.} donec ualuit. {Oeten} Oete mons eſt Theſſaliæ morte, rogo, & ſepulcro Herculis clarus. [Dubitāt quidā hoc loco quomodo Hercules cū in Euboica ſacrificaret, ſubito in continentē deuenerit, ibiq́; implerit nemoroſam uocibus Oeten. ſed hoc dubium explicat Diodorus lib. 5. qui Herculē dicit, poſt ueſtē indutā, & uenenū intrò acceptū, Licham primo occidiſſe, tū dimiſſo exercitu ī Thrachiniam ueniſſe, ac morbo indies ingraueſcēte, miſsis ad Apollinem Delphicū Iolao & Lycimnio, remediū morbi ſciſcitatū, atq; ita demū Oetā cōſcēdiſſe. & eodē modo in argumēto Trachiniarum legitur, ὡς δὲ θερμανθέντος τοῦ χιτῶνος ὁ ἰὸς τῆς ὕδρας ἠσθίετο, τὸν μὲν λίχαν κατέβαλεν εἰς τραχῖνα δὲ ἐπὶ νεὼς κομίζεται. Δηϊάνειρα δὲ ἀχθεσθεῖσα, ἑαυτὴν ἀνήρτησεν. ἡρακλῆς δὲ ἐντειλάμενος ὕλλῳ, ὃς αὐτῷ ἐκ Δηϊανείρας ἦν παῖς πρεσβύτερος, τὴν Ἰόλην ἀνδρωθέντα γῆμαι, παραγινόμενος εἰς οἴτην, ὅ ἐϛὶν ὄρος τραχῖνος, καὶ πυρὸν ποιήσας ἐκέλευσεν ἐπιβὰς ὑφάπτειν, &c. {Quondam} aliquando. {Stridet} feruet. {Lamina ca.} ignita. {Ardēte'ue} cōburente. {Nec mo. eſt} nec finis dolori imponitur. {Sorbent} opprimūt, abſumūt. {Cæruleus flu.} niger. {Ambuſtiq́; ſo. ner.} cōbuſtiq́; ſtridēt nerui. {Cæca ta.} occulta corruptione. {Saturnia paſcere} hac oratione Hercules ſe maximo odio Iunoni eſſe oſtēdit, eamq́; in maximā inuidiā adducit. eſt aūt anadiploſis eiuſdē uerbi maxime indignato cōueniēs. {Ab alto} a cælo. {Laborib[9]} ad labores. {Decet hæc dare do. no.} nā nouercę ſolēt priuignorum mortē optare. {Ergo ego fœ.} indignationi ſeruit hæc dictio ergo. indignatur. n. Hercules, q cū ſęuiſsima domuerit mōſtra, ipſe tn̄ dira peſte dometur. Cōmemorat aūt decē & octo præclara certamina, quæ Euryſthei iuſſu cōfecit. [Similis aūt quęrela Herculis eſt etiā apud Sophoclē, in fabula iam aliquoties citata, cuius initium ὦ πολλὰ δὴ καὶ θερμὰ καὶ λόγῳ κακὰ καὶ χερὶ, καὶ νώτοισι μοχθήσας ἐγώ, &c. ut uel hinc appareat, quanto ſtudio & opere poeta ex diuerſis auctoribus in unū ueluti corpus ſingula hæc traduxerit. Porro de geſtis Herculis copioſe tradidit Diodorus libro quinto & Calaber poeta, παραλειπομένων libro ſexto. quare ſuperuacaneum fuerit de iiſdem quicquam amplius hoc loco adiicere.]

{Buſirim

Buſirim domui? ſæuoq; alimenta parentis
Antæo eripui? nec me paſtoris Iberi
Forma triplex, nec forma triplex tua Cerbere mouit?
Vos'ne manus ualidi preſsiſtis cornua tauri?
Veſtrū opus Elis habet, ueſtrum Stymphalides undæ,
Partheniumq; nemus; ueſtra uirtute relatus
Thermodoontiaco cælatus baltheus auro,
Pomaq; ab inſomni non cuſtodita dracone.

BVSIRIM do.} Buſiris Neptuni fuit filius ex Libya ſuſceptus, qui cū in Ægypto tyrannidē exerceret, hoſpitesq; ad prouocandā Nili inundationē, inter quos & Thraſium, a quo id fuerat edoctus, immolaret, ab Hercule aris impoſitus fuit iugulatus. {Sæuo Ant.} Antæus Libyæ fuit gigas, q oēs ꝓuocabat ad luctā, uictosq; interficiebat. at Hercules cū illo cōgreſſus animaduertit eū quoties ſterneretur, ualentiorē ſurgere. terra.n. cuius erat filius, uires ſubminiſtrabat. eū igitur Hercules altius ſublatū emittere ſpiritū coegit. {Parentis} terræ matris. {Paſtoris Hiberi} Geryonē dicit, q tria ha buiſſe corpora dicitur, in ultimaq; Hiſpania regnaſſe, ac armentis ab Hercule fuiſſe priuatū. [Quod fabula de trib. corporib. Geryonis narrat, id alii ſic exponunt, ut dicant tres fratres fuiſſe, Chryſaoris filios, corporis robore, & armis fidentes, quos Hercules adducto in Iberiā exercitu ſuperauerit, armentaq; illorū abduxerit. uide Diod. lib. 5. Heſiod. aūt paſtorem non ipſum Geryonem, ſed Eurytionē facit, quem unà cum cane Ortho, occidiſſe Herculem dicit. uerſus ſunt in Theogon.

Χρυσάωρ δ' ἔτεκεν τρικέφαλον γηρυονῆα,
Τὸν μὲν ἄρ ἐξενάριξε βίη ἡρακληείη
Βουσὶ παρ εἰλιπόδεσσι περιῤῥύτῳ εἰν ἐρυθείῃ.
Ορθόν τε κτείνας, καὶ βουκόλον Εὐρυτίωνα
Σταθμῷ ἐν ἠερόεντι πέρην κλυτοῦ ὠκεανοῖο.

Fuit autem Orthus, de quo hic mentio fit ex Echidna & Typhaone natus, frater Cerberi, ut apud eundem poetam eodem loco traditur.] {Vos'ne ma.} taurus, quē Paſiphae amauit, è Creta in Peloponneſum ad Euryſtheum ab Hercule fuit adductus. [Addit autem Calaber hunc taurum etiam ignem efflare ſolitum fuiſſe. uerſus ita habent:

ἀπὸ προθι δ' ἔπλετο ταῦρος
Γυρπνόος, ὅν ῥα καὶ αὐτὸν ἀμαιμάκετόν περ ἐόντα
Γνάμπτε βίῃ κρατεροῖο κεράατος, &c.

{Veſtrū opus Elis ha.} nā Hercules ab expugnatione Troię reuerſus in Peloponneſum, ut ſcribit in 5. Diod. Eurytū, qui Augeæ regis dux erat, iuxta Cleonas, ubi nunc eſt Herculis templū, necauit: deinde bello aduerſus illū moto occiſoq; Augea rege, atq; urbe ui capta Phileo Augeæ filio regnū tradidit. fuerat.n. hic antea à patre pulſus, quoniā arbiter inter eum & Herculē factus, præmiū Herculi dandum cenſuiſſet. [Veſtrū opus Elis habet] Augias filius Solis fuit rex Elidis. hic ſtabulū, in quo tantū fimi congeſtū fuit, ut etiā prouerbio locū fecerat, Herculi purgandū locauit. Hercules igitur, cū illud immiſſo Alpheo purgaſſet, Augias de pacta mercede tergiuerſatus eſt. quā rem indigne ferēs Hercules, urbem diripuit, ipſumq; Augiā regno eiecit, inſtituto ibidē etiā certamine Ioui patri, quod a loco poſtea Olympicū uocatum. De Euryto autē, de quo hic regius annotat, apud Pauſan. in Argolicis hoc modo traditur: Ἐν κλεωναῖς, καὶ μνῆμα Εὐρύτου καὶ κτεάτου. θεωροὺς γὰρ ἐξ ἤλιδος ἐς τὸν ἀγῶνα ἰόντας τῶν ἰσθμίων αὐτοὺς, ἐνταῦθα ἡρακλῆς κατετόξευσεν, ἔγκλημα ποιούμενος, ὅτι οἱ πρὸς Αὐγέαν πολεμοῦντι, ἀντετάχθησαν.] {Stymphalides undę} Stymphalis palus eſt Arcadiæ, ex qua Eraſinus fluit. circa eam aues fuerūt, ferreas pennas habētes, mirandæ magnitudinis: quæ cum uicinos agros uaſtarēt, ab Hercule partim ſagittis cōfixæ, partim maximo tabulæ æreæ ſonitu fuerunt expulſæ. a Stymphalidę uero palude, ī qua natabāt, Stymphalides fuerunt appellatę. Stymphalis uero palus a Stymphalo Arcadię urbe, in qua erat, denoīata fuit. nam (ut Pauſ. ſcribit) in Stymphalo urbe fons eſt paludē nō magnā per hyemem efficiēs, ex qua fluuius Stymphalus exit. ſed ꝑ æſtatē nihil ſtagnans ab ipſo fonte ſtatim fluuius naſcitur, q ab hiatu terræ abſorpt⁹, in Argolide mutato noīe iterū apparet. nā Eraſinū ipſum pro Stymphalo uocant. Sanè Stymphalides Arabii prius uocabātur, ꝙ ex Arabiæ deſertis in Arcadiā aduolaſſe ferant. ſed nūc etiā in Arabia Stymphalides aues appellātur, oīa ex ære & ferro perforātes roſtris, ueſte aūt corticea detinentur. [Stymphalidū fabulæ etiā Apollonius meminit lib. 2. Argon. qui illas ī inſulā Martis, ſiue, ut ipſe uocat, Aretiadem, tinnitu æris fugatas tradit. uerſus illius hi ſunt:

Οὐ δὲ γὰρ ἡρακλέης ὁπότ' ἤλυθεν Αρκαδίηνδε
Ελωΐδας ὄρνιθας στυμφαλίδας ἔσθενε λίμνης
Ὤσασθαι τόξοισι, τὸ μέν τ' ἐγὼ αὐτὸς ὄπωπα
Αλλ' ὅγε χαλκείην πλαταγὴν ἐνὶ χερσὶ τινάσσων
Δούπει ἐπὶ σκοπιῆς περιμήκεος, αἱ δὲ φέβοντο
Τηλοῦ ἀτυζηλῷ ἀπὸ δείματι κεκληγυῖαι.]

{Partheniūq; ne.} Parthenius mons eſt Arcadiæ, a Parthenis, hoc eſt, a uirginibus illic uenātibus, cognominatus, ubi ceruā eximiæ uelocitatis aureis cornibus Hercules cœpit. {Relatus bal.} Hercules ab Euryſtheo iuſſus, ut aureū cingulū Hippolytæ, Amazonū reginæ, ad ſe afferret, Amazonas ipſas iuxta Thermodontē fluuiū habitātes, unà cum Theſeo debellauit, indeq; reginæ aureū cingulū reportauit. {Thermodontiaco au.} Thermodon fluuius eſt Colchorū, iuxta quē olim Amazones habitarūt. {Pomaq; ab inſomni} poma Heſperidū ait, quę cū eſſent aurea, a peruigili dracone cuſtodiebātur. ea quoq; Euryſthei iuſſu, dracone interfecto, Hercules rapuiſſe fertur, ad Euryſtheumq; retuliſſe. M. Varro aurea mala Heſperidū, capras & oues interpretatur, quod & Diod. in. 5. ait. Oues.n. ut poma Græci μῆλα uocāt. ea uero a peruigili dracone cuſtodita finguntur, ꝙ (ut Plin. ſcribit) Heſperidū horti cincti fuerūt flexuoſo maris meatu, q uiſentibus procul draconis præberet effigiē: ſiue (ut Agrœtas ait) ꝙ illarum paſtor propter feritatē, Dracon fuerit appellatus. Apollonius autē lib. 3. dracone illū Ladonē appellat, quem Piſander ex terra natum, Heſiodus uero ex Typhone ſcribit. ſed Pherecydes ī decimo copioſiſsime hāc hiſtoriā narrat. ait.n. Cum Iuno Ioui nupſit, terrā iuxta Oceanū aurea mala, hoc eſt arbores aureū fructū ferentes, emiſiſſe, q̄ a dracone Typhonis & Echidnæ filio centū capita habente, ac uarias uoces emittente cuſtodirētur. nymphas uero Iouis & Themidis filias, habitantes in ſpelunca iuxta Eridanū, Herculē admonuiſſe, ut ui Nereū cōprehenderet, a quo diſceret, quo in loco poma aurea forent. quod quidem cum præcepiſſet, iter ad illa ingreſſus, cum Tarteſſum perueniſſet, in Libyam tranſiit, ubi Antæum Neptuni filium iniuria peregrinos illac tranſeuntes afficientē interemit. inde cum in Ægyptū peneſtraſſet, Buſirim Neptuni filiū, & Iphidamantē ipſius filium, & Chalben præconem, & alios miniſtros in ara Iouis, in qua ipſi aduenas necabant, immolauit. Thebas aūt cum perueniſſet, ac per montes in exteriorē Libyam, multas in deſertis feras ſagittis confecit. cum autē Libyam luſtraſſet, ad extremum Oceanum deſcendit, & cum a Sole aureū poculum accepiſſet, in illo tranſiuit in Pergem, ac per Oceanū nauigans, peruenit ad Prometheum, quem ſupplicantē miſeratus aquilam illius cor exedentem ſagitta confecit. quo quidem pro beneficio Prometheus ipſum admonuit, ne ad aurea poma rapienda abiret, uerū ſe ad Atlantem conferret, ſibiq; illa ipſum afferre iuberet, ac pro Atlante cælū tantiſper ſuſtineret, dum ipſe ab Heſperidibus aurea poma afferret. hæc uero Hercules cum audiiſſet, ad Atlantē perrexit, iuſsitq; ſibi tria poma ab Heſperidū horto afferri. Atlas igitur Herculis humeris cum impoſuiſſet cælum, ad Heſperidas profectus tria poma accepit, quæ cum ad Herculē attuliſſet, ne cæli onus iterū ſubiret, ait ſe illa ad Euryſtheum allaturū. Hercules uero a Prometheo præmonitus, onus ipſum dolo Atlanti repoſuit, iubens illū ſuſtinere, donec ipſe peram capiti imponeret. hoc uero Atlas credens, poma depoſuit in terram, humeriſq; cælum ſubiit: Hercules poma ſuſcipiens Atlantem ualere iuſsit, ac Mycenas ad Euryſtheum illa apportauit.




Nec mihi centauri potuere reſiſtere, nec mi
Arcadiæ uaſtator Aper; nec profuit Hydræ
Creſcere per damnum, geminaſq; reſumere uires.
Quid? * ꝙ Thracis equos humano ſanguine pingues,
Plenaq; corporibus laceris præſepia uidi?
Viſaq; deieci, dominumq;, ipſoſq; peremi?
His eliſa iacet moles Nemeæa lacertis;
* Cacus & horrendum Tyberino * gurgite monſtrum;
Hac cælum ceruice tuli. defeſſa iubendo eſt
Sæua Iouis coniux: ego ſum indefeſſus agendo.
Sed noua peſtis adeſt, cui nec uirtute reſiſti,
Nec telis, armiſq; poteſt. pulmonibus errat
Ignis edax imis, perq; omnes paſcitur artus.
At ualet Euryſtheus. & ſunt qui credere poſſint
Eſſe deos? dixit: perq; altam ſaucius Oeten
Haud aliter graditur, quàm ſi uenabula taurus
Corpore fixa gerat, factiq; refugerit auctor.
Sæpe illum gemitus edentem, ſæpe trementem,
Sæpe retentantem totas infringere ueſtes,
Sternentemq; trabes, iraſcentemque uideres
Montibus, aut patrio tendentem brachia cælo.
Ecce Lycham trepidum, & latitantem rupe cauata
Aſpicit: utq; dolor rabiem collegerat omnem,
Tu'ne Lycha, dixit, feralia dona dediſti?
Tu'ne meæ necis auctor eris? tremuit ille, pauetq;
Pallidus, & timidè uerba excuſantia dicit.

RAPH. NEC mihi Centauri} Hercules Centauros Theſſaliæ populos, q ex parte anteriori uiri, ex poſteriori equi uidebãtur, a Pholo ſuſceptus hoſpitio debellauit. cum.n. Pholus Centaurus uini dolium, olim a Baccho donatũ, ea cõditione, ut tunc uinũ proferret, cũ Hercules adeſſet, in honorẽ Herculis ipſius reſcuiſſet, forte odore illius uetuſtiſsimi uini propinqui Centauri ebrii effecti in ædes Pholi impetũ fecerũt, quo perterrefacto, ſolus Hercules non illis modo reſtitit, uerum multos quoq; ipſorũ interfecit, ut aperte in 5. Bibliotheces uolumine ſcribit Diod. {Nec mi Arcadiæ uaſtator aper} ſynæreſis eſt duarum uocaliũ in unã. mi.n. pro mihi poſitũ eſt. niſi potius hypermetrũ uerſum eſſe dicamus, cũ ſequens incipiat a uocali, quo quidẽ modo nulla erit ſynæreſis, ſed ultima tñ uocalis abiicietur. Maxime aũt aper Arcadiã uaſtãs ab Hercule uiuus ad Euryſtheũ fuit allatus: quo uiſo rex timore ꝑculſus in æreo ſe uaſe ſcribit abſcondiſſe, auctor Diod. {Nec ꝓfuit hyd. Creſcere ꝑ dã.} nã reciſo uno capite, duo renaſcebãtur. [Nota fabula eſt Hydræ Lernææ, q̃ cũ ſeptẽ capita haberet, uno reciſo, duo in locũ illius renaſcebantur. hunc Calaber breuiter his uerſib⁹ notat:

Α῎γχι δὲ οἱ πεπόνητο μένος πολυδειράδος ὕδρης
Αἰνὸν λυχμώωσα καρήατα δ᾽ ἀλγυνόεντα
Α῎λλα μὲν ὃ δέδμητο κατὰ χθονὸς, ἄλλα δ᾽ ἄεξεν
Ε῎ξ ὀλίγων μάλα πολλὰ, πόνος δ᾽ ἔχεν ἡρακλῆα
Θαρσαλέοντ᾽ ἰόλαον, ἐπὶ κρατερὰ φρονέοντι
Α῎μφω, ὃ μὲν τέμνεσκε καρήατα μαιμώωντα
Α῎ρτη ὑπ᾽ ἀγκυλόδοντι θοῶς, ὃ δὲ καὶ ἐ σιδήρῳ
Αἰθομένῳ, κρατερὴ δὲ καταίνυτο θηρὸς ὁμοκλή.]

{Quid cum Thrac. equos} Diomedes rex Thraciæ, q hoſpites equis ſuis lacerandos obiiciebat, ab Hercule & ulta, & equis ipſis fuit ſpoliatus. eos uero ad ſe adductos Euryſtheus Iunoni ſacrauit. quorum progenies uſq; ad Alexandrum Macedonem durâſſe fertur. [Atq; hæc ex Diodori 5. Ouidii autẽ ſententiam, qui equos unà cum rege ſuo peremptos ait, etiã Calaber confirmat. Cuius uerſus ſuper eadem fabula, hi ſunt:

Αμφὶ δὲ λυγροὶ
Θρηϊκίω ἀμὰ γαῖαν ἔσαν Διομήδεος ἵπποι
Ανδροβόροι, καὶ τὰς μὲν ὑπὸ ςυγερῇσι φάτνῃσιν
Σὺν σῷ βασιλῆι κακὰ φρονέοντι, δάιξεν. &c.]

{Thracis} Diomedis Thraciæ regis. {Moles Nemeæa} Leo Nemeæ ſyluæ, qui cum maximus eſſet, ac neque ferro, neq; ære, neque lapide uulnerari poſſet, (ut ſcribit Diod.) manibus neceſſario erat occidendus. Is in Nemea ſylua maxime uerſabatur, iuxta montem, quem à caſu Tritonem dixerunt, in cuius radicibus erat ſpelũca, ad quam bellua diuertebat. Hercules igitur cum ad locum acceſsiſſet, refugientẽ in ſpeluncam inſecutus feram, altero aditus ore obturato, manibus leonem comprehenſum ſuffocauit, detractamq; pellem corpori ſuo munimentum ad futura pericula circundedit. [Pauſanias in Corint. ἐκ κλεωνῶν δὲ εἰσιν ἐς ἄργος ὁδοὶ δύω, ἡ μὲν ἀνδράσιν εὐζώνοις, καὶ ἔστιν ἐπίτομος, ἡ δ᾽ ἐπὶ τοῦ καλουμένου τρητοῦ, στενὴ μὲν καὶ αὐτὴ, περιεχόντων ὀρῶν, ὀχήμασι δὲ ἐστὶν ὅμως ἐπιτηδειοτέρα, ἐν τούτοις τοῖς ὄρεσι τὸ σπήλαιον ἔτι δείκνυται, τοῦ λέοντος, καὶ ἡ νεμέα χωρίον ἀπέχει σταδίων πέντε που καὶ δέκα, &c. Vbi illud obiter notandum, locũ eum τρητὸν à Pauſania dici, quem Diodori interpres Tritonem uertit.] {Eliſa} ſuffocata. {Moles Nemeæa} magnitudinẽ leonis Nemeæi innuit, cuius interempti pelle pro ueſte Hercules utebatur. Nemæa autem ſylua eſt inter Argos & Cleonas clara, non ſolum ob leonẽ àb Hercule ſuperatũ, ſed etiã ob certamen annuũ in honorẽ Archemori inſtitutum. cùm {His Cac.} carmine Vírgiliano notiſsimus eſt & Cacus, & ei⁹ cędes. {Tyberino gur.} iuxta fluuium Tyberim. His Cacus hor. littore {Hac cælũ ceruice tulit} Hercules cũ Atlantẽ Mauritaniæ regem, qui humeris ſuis cælum fingitur ſuſtinere, perueniſſet, ab eo ſuſceptus eſt hoſpitio: rogatuſq;, ut dum ipſe alterum humerum cælo ſubiiceret, tantiſper ipſe oneri ſuccederet, libenter eſt obſecutus. quod quidem iccirco fictum eſt, quòd Hercules ab Atlante Mauritaniæ rege & hoſpitio ſuſceptus fuit, & aſtrologiam doctus. nam Atlas cum ſphæram excogitaſſet, cælum ſuis humeris geſtare putatus eſt, ut latius ſcribit Diodor. {At ualet Euryſtheus} hic fuit Stheneli Mycenarum regis filius, qui impellente Iunone Herculem uaria pericula adire iuſsit. hæc autem cum maxima iactantur indignatione, ac ſi diceret Hercules: Ego, qui uirtute mea uniuerſum terrarum orbem monſtris purgaui, tantis conficior cruciatibus; Euryſtheus uero omnium iniquiſsimus, nullaq; uirtute præditus bene habet. nam (ut ſcribit Diodorus) Euryſtheus habens Argis regnum, nota Herculis fama ad perficienda certamina arceſsit, renuentem iuſsit Iupiter Euryſtheo obtemperare. is uero Delphos adiens conſulto ſuper his Apollinis oraculo, reſponſum accepit, à diis mandatum eſſe, ut Euryſthei iuſſu duodecim certamina perficeret, quibus confectis immortalitate potiretur. {Et ſunt} indignationi hoc loco ſeruit illa & copula. {Auctor facti} auctor uulnerum, qui uenabulis taurum confixit. {Feralia dona} peſtifera.

{Genibuſq;




Dicentem, genibuſq; manus adhibere parantem,
Corripit Alcides, & terq; quaterq; rotatum
Mittit in Euboicas, tormento fortius, undas.
Ille per aerias pendens induruit auras.
Vtq; ferunt imbres gelidis concreſcere uentis,
Inde niues fieri; niuibus quoque mole rotatis
Aſtringi, & ſpiſſa glomerari grandine corpus:
Sic illum ualidis iactum per inane lacertis,
Exanguemq; metu, nec quidquã humoris habentem
In rigidos uerſum ſilices prior edidit ætas.
Nunc quoque in Euboico ſcopulus breuis eminet altè
Gurgite, & humanæ ſeruat ueſtigia formæ:
Quem quaſi ſenſurum nautæ calcare uerentur,
Appellantq; Lychan. At tu, Iouis inclyta proles,
Arboribus cæſis, quas ardua geſſerat Oete,
Inq; pyram ſtructis, arcum, pharetramq; capacem,
Regnaq; uiſuras iterum Troiana ſagittas
Ferre iubes Pœante ſatum, quo flamma miniſtro
Subdita: dumq; auidis comprenditur ignibus agger,
Congeriem ſyluæ Nemeæo uellere ſummam
Sternis, & impoſita clauæ ceruice recumbis,
Haud alio uultu, quàm ſi conuiua iaceres
Inter plena meri redimitus pocula ſertis.

ARG. In Oeta, Theſſaliæ mõte, præſtructo rogo, ac ſagittis traditis Philoctetæ, Pœantis filio, qui eius pyra ſtruxerat, flãmis exuſtus eſt, ita ut immortalium deorum ius in cælo reciperet, & aliquando placata Iunone filię eiuſdem nomine Hebe iungeretur. Deianira autem, re audita, ipſa ſe interfecit.

IAmq; ualens, & in omne latus diffuſa ſonabat,
Securoſq; artus, contemptoremq; petebat
Flamma ſuum: timuere dei pro uindice * terræ. *mundi*
Quos ita (ſenſit enim) læto Saturnius ore
Iuppiter alloquitur: Noſtra eſt timor iſte uoluptas
O' ſuperi, totoq; libens mihi pectore grator,
Quòd memoris populi dicor rectorq;, paterq;,
Et mea progenies ueſtro quoque tuta fauore eſt.
Nam quanquàm ipſius datis hoc immanibus actis:
Obligor ipſe tamen. ſed enim ne pectora uano
Fida metu paueant, Oetæas ſpernite flammas.
Omnia qui uicit, uincet, quos cernitis, ignes:
Nec niſi materna Vulcanum parte potentem
Sentiet. æternum eſt, à me quod traxit, & expers,
Atque immune necis, nullaq; domabile flamma.
Idq; ego defunctum terra, cæleſtibus oris
Accipiam: cunctiſq; meum lætabile factum
Dijs fore confido. ſi quis tamen Hercule, ſi quis
Fortè Deo doliturus erit, data præmia nollet:

RAPH. GENIBVSq; manus adhibere parantem } hoc eſt, ſupplicare parantem. nam genua miſericordiæ iccirco dicata dicuntur, quòd ea ſupplicantes tangere conſueuerunt. { Tormento fortius } ualidius, quàm machina bellica. eſt autem tormentum inſtrumentum bellicum, à torquendis ſaxis, hoc eſt cum impetu mittendis, appellatum. {In Euboicas undas} in mare Euboicum. nam Cæneum promontorium, ubi Hercules ſacrificaturus peſte correptus eſt, imminet Euboico mari. { Induruit} durus eſt factus. nam in ſcopulum fuit cõuerſus. { Vtq; ferunt imbres } ut ſcribit in Meteoris Ariſtoteles, niues ac grãdines frigidioribus uentis ex aqua generantur. { Molle rotatis } molliter in rotundum coactis. {Cõcreſcere} ſimul creſcere, & in unum cogi. {Spiſſa grandine } in denſam grandinem. { Gurgite } mari, per tapinoſin. [Appellantq; Lichan] ſiue à λίξαι, quod ὁρμῆσαι, hoc eſt, impellere atq; impetum facere ſignificat; ſiue etiam à forma. λίχας enim Gręcis ἀπότομον, hoc eſt abruptum ac truncum ſignificat. ut intelligamus ſcopulum hunc à reliquo Cenęo uelut abruptum quendam & detruncatum apparere. ac uidetur Ouid. uocem ἀπότομον reddere uoluiſſe, quando breuem uocat ſupra: Nunc quoq; in Euboico, inquiens, ſcopulo breuis emicat alte Gurgite, &c. nam uerbum emicat alte, pro apparet ex alto, uel in alto, ipſe accipiendum puto.] {At tu Iouis inclyta proles} Herculis Metamorphoſin in deũ exponit poeta. {Sagittas iterũ uiſuras} primũ quidem ſagittæ Herculis Troiana regna uidere, cum ipſe unà cum Telamone, & Argonautis Troiam expugnauit: deinde cum ob Helenæ raptũ duce Agamennone fuit deleta. nã cũ oraculũ accepiſſent Græci ſine ſagittis Herculis Troiã capi nõ poſſe, miſſus eſt Vlyſſes, qui Philoctetem unà cum ſagittis illis ad exercitum Gręcorum adduceret, ſed uulnere ſagittæ, quæ in pedem cecidit, impeditus Philoctetes in Lemno diu ſubſtitit. tandem uero à Gręcis rogantibus ad exercitum illum Troiam obſidentem ſagittas Herculis apportauit. [Fabula hæc tractatur à Sophocle.] {Ferre} habere. { Pœante ſatum} Philoctetẽ Pœantis filium. {Agger } lignorum ſtrues, quamuis agger proprie terræ accumulatio dicatur. {Summam congeriem ſyluæ} hoc eſt, ſummitatem pyræ. {* Nemæo uellere} pelle Nemæi leonis. {Iamq; ualens} uehemens ualida & magna. { Securoſq; artus } membra quæ ſecura, ac ſine ulla erant cura. { Pro uindice} pro ſalute uindicis, ac liberatoris terræ totius. {Grator} gratulor. {Quòd memoris populi.} hoc eſt, grati. ille enim eſt gratus, qui beneficiorum eſt memor. { Et mea progenies} quòd ſubintelligatur. lętatur enim Iuppiter, quòd dii ſint ſolliciti de Herculis filii ſui ſalute. {Immanibus actis} maximis ipſius geſtis. {Obligor ipſe tamen } ego tamen me uobis debere fateor { Materna parte } ex parte corporis, quod à matre ſumpſit. {Defunctum terra} liberatum à terra. { Cæleſtibus oris } in cælum. nam (ut refert Diodorus) poſt exuſtum Herculis rogum accedente Iolao, ut oſſa colligeret, cum nullum prorſus repertum foret, crediderunt Herculem ſecundum oraculum in deos tranſlatum, illiq;, ut heroi, ſacra quædam fecerunt. Athenienſes autem Græcorum primi Herculem ut Deum ſacrificiis coluerunt, ſuęq; pietatis erga illum pręben tes reliquis exemplum, uniuerſam primum Græciam, deinde ceteras gentes ad eius cultum conuertere. { Lætabile} lætũ, gratum, ac iucundum. {Si quis tamẽ Her. ſi quis } Iunonem taxat Iupiter, quæ ſemper Herculem odio fuerat proſecuta.

Lichas in ſcopulũ.

Hercules i deũ.

{SED

Sed meruiſſe dari ſciet, inuitusq́; probabit.
Aſſenſere dei: coniux quoque regia uiſa eſt
Cetera non duro, duro tamen ultima uultu
Dicta tuliſſe Iouis, ſeq́; indoluiſſe notatam.
Interea quodcunque fuit populabile flamma,
Mulciber abſtulerat: nec cognoſcenda remanſit
Herculis effigies, nec quidquam ab imagine ductum
Matris habet, tantumq́; Iouis ueſtigia ſeruat.
Vtq́; nouus ſerpens, poſita cum pelle ſenecta,
Luxuriare ſolet, ſquamaq́; nitere recenti:
Sic ubi mortales Tirynthius exuit artus,
Parte ſui meliore uiget, * maiorq́; uideri
Cœpit, & auguſta fieri grauitate uerendus.
Quem pater omnipotens inter caua nubila raptum
Quadrijugo curru radiantibus intulit aſtris.

*meliorq́;*

A R G. Alcmene cum ex Ioue Herculem conceptum propter Iunonem parere non poſſet: implorata enim a Iunone ea, quæ partubus præſidet, Lucina, quam quidam Ilithyam interpretantur, ad fores reginæ partum impeditura, in uetulam transfigurata uenit: & cum in terra reſidens nexis manibus partum retardaret, Galantis præminiſtra conſpexit eam, ſuſpicataq; eſt eo geſtu impedimento eſſe dominæ ſuæ, quominus pareret, & prouidentia dolū ridens ementita eſt Alcmenam partu ſolutā. at illa imprudens, reſolutis manibus, Alcmenam cruciatu liberauit. cuius aſtutiā grauiſsima pœna eſt proſecuta. nanq; eam in muſtelæ figuram conuertit; ita ut ore, quo mentita eſt, pareret.




SEnſit Atlas pondus, neq; adhuc Stheneleïus iras
Soluerat Euryſtheus, odiumq́; in prole paternum
Exercebat atrox. at longis anxia curis
Argolis Alcmene queſtus ubi ponat aniles,
Cui referat nati teſtatos orbe labores,
Cui'ue ſuos caſus, Iolen habet. Herculis illam
Imperio, thalamoq́;, animoq́; receperat Hyllus,
Impleratq́; uterum generoſo ſemine; cùm ſic
Incipit Alcmene: Faueant tibi numina ſaltem,
Corripiantq́; moras tunc, cùm matura uocabis
Præpoſitam timidis parientibus Ilithyïam,
Quam mihi difficilem Iunonis gratia fecit.
Nanque laboriferi cùm iam natalis adeſſet,
Herculis & decimum premeretur ſidere ſignum,
Tendebat grauitas uterum mihi: quodq́; ferebam,
Tantum erat, ut poſſes auctorem dicere * tanti
Ponderis eſſe Iouem. nec iam tolerare labores
Vlterius poteram. quin nunc quoque frigidus artus,

*tuſti*

RAPH. SED meruiſſe dari ſciet} hoc eſt intelliget meruiſſe Herculem, ut ipſi præmia darentur cæleſtia, atq; in numerum deorum reciperetur. {Populabile} corruptibile. {Mulciber} Vulcanus, ignis. {Iouis ueſt.} ſimilitudinem Iouis. nam ut Iupiter, Deus eſt effectus Hercules. {Parte ſui me.} animi immortalitate. {Auguſta gr.} ſacra ac diuina. nā auguſtū dicitur augurio conſecratū. {Quadriugo cur.} triumphali. innuit.n. Herculē cū maxima gloria triūphantū more in cælū fuiſſe ſublatū. [Obiter aūt poeta uidetur & illam fabulā attingere, qua Hercules inter ſidera relat⁹ fertur dimicantis ſpecie, quòd ſidus à Græcis Engonaſin, hoc eſt, genicularis appellatur. de quo Higinus libro 2. {Senſit Atlas pond.} Herculis in cælum recepti. eſt autē emphaſis, qua innuitur Herculis magnitudo. {Stheneleius Eu.} Stheneli filius. ad id uero alludit poeta, qđ in quinto ſcribit Diod. Cum.n. Euryſtheus cognouiſſet Hyllū Herculis filiū, ac quoſdā è fratribus uiros euaſiſſe, ueritus ne ſi oēs ad eam peruenissent ætatem, Mycenarū imperio ſe priuarēt, Ceyci Trachinę regi, ad quē poſt patris mortē confugerant, bellū indixit, niſi Herculis & Licymnii filios, & Iolaū, ac oēs Arcades, qui cū Hercule militaſſent, expelleret. ipſi uero Euryſthei uirib⁹ impares, ſpōte Trachinem relinquentes, ab Athenienſibus adiuti, ducibus Iolao, Theſeo, Hylloq́; cōſtitutis, Euryſthei exercitum profligarunt, ipſeq́; Euryſtheus curru fugiens ab Hyllo fuit interfectus. [Fabulā tractat Euripides in Heraclidis qui etiā illud addit, Macariā Deianiræ & Herculis filiam, pro reliquorū ſalute ſe deuouiſſe, de cuius nomine & fons Macaria poſtea appellatus fuit in agro Athenienſi. cuius etiā Pauſanias meminit in Atticis.] {In pr.} ſi eſſet ſoluta oratio in prolē diceretur. i. cōtra prolē. nā odio proſequebatur Hyllū & reliquos Herculis filios. hæc aūt à poeta referūtur, ut facilius cōnectat cum ſuperioribus Galāthidis miniſtrę Alcmenę mutationē in muſtellam. nam Alcmena cum parere non poſſet, Lucinā deam, quæ parientibus pręeſſe dicitur, inuocauit, ac ea quidē uenit Iunonis iuſſu partū impeditura. cum igitur in uetulæ figurā cōuerſæ ante ianuā Alcmenæ ita ſederet, ut manuum digitis cancellatim iunctis genua teneret, forte Galanthis miniſtra ſuſpicata eam illo geſtu dominæ, quominus pareret, eſſe impedimento, falſo ei nunciauit Alcmenam partu ſolutam. quod cum dea accepiſſet, ſurrexit, ſtatimq́; Alcmena Herculem peperit. ceterum dea indignata ſe à Galanthide illuſam, quāprimū illā in muſtelā ea cōditione conuertit, ut pareret ore, quo fuerat ementita. {Atrox} crudelis, q nil meritos Herculis filios perſequebatur. {Argolis Alcm.} Argolica, quæ poſt mortem Herculis Thebas profecta, illicq́; mortua diuinos meruit honores. {Queſtus a.} querimonias uetulæ cōuenientes. {Teſtatos la.} celebrata atq; confeſſa certamina. {Hyllus} Herculis ex Deianira fuit filius. {Matura} partui ꝓpinqua. {Corripiantq́; m.} abbreuiēt atq; auferāt. {Ilithyiā} Ilithyia dea eſt, q̄ parientibus præeſſe dicitur, quam noſtri Lucinam appellant, quòd in lucem naſcentes ducat. hác filiam Iunonis fuiſſe Dio. ait, cui & Ouid. aſtipulari uidetur. alii eandē eſſe cū ipſa Iunone contendūt. Ilithyia uero dicta eſt, ꝗ à parturientib⁹ uocata ad leuādos dolores ueniat. {Quam m. d.} aduerſam. {Iunonis gra.} potentia Iunonis, q̄ tm̄ gr̄a apud Ilithyiā ualuit, ut quę mihi adeſſe debebat, obfuerit. Iouē nāq; appropinquāte partus tpe diis pręſentibus dixiſſe ferunt puerū, qui ea die naſceretur, ſe regē eſſe facturū. quibus uerbis commota Iuno Lucinā filiam iuſsit cōprimere Alcmenę partum, ac Euryſtheū ante tempus in lucem educere. Iupiter uero licet conſilio fruſtratus, qđ pręedixerat tn̄ ratū, & Herculis famā clarā eſſe uolēs, dixiſſe Iunoni fertur, ſe quidē permittere Euryſtheū, ut prædixerat, regē eſſe, Herculēq́; ei ſubiici uelle, duodecimq́; certamina ab illo perfici, q̄ Euryſtheus mādaſſet, qbus cōſummatis fieret imortalis. {Labori fe.} duri ac laborū patiēti. {Et decimū ſignū} hoc ē, cū iā decimus ageretur mēſis. duodecim enim ſunt Zodiaci ſigna, qbus duodecim mēſes diſtinguuntur. {Sidere} Sole, κατ' ἐξοχὴν. {Grauitas} pondus. {Tēdebat} diſtēdebat. {Horror}

Muſtelas ore parere.

RAPH.

nixusq; pares

HORROR} tremor. {Nexos partus} impeditos, qui ſolui non poterant. {Sed præcorrupta} ante à Iunone corrupta. {Meum caput} meam uitam. {Iunoni iniquæ} inimicæ. {Dextroq; eſt poplite leuum Preſſa genu} ſynecdoche poetica. tali autem geſtu impediri partus etiam Plinius in nat. hiſtoria ſcribit, his quidem uerbis: Aſsidere grauidis, uel cum remedium alicui adhibeatur, digitis pectinatim inter ſeſe amplexis ueneficium eſt, idq; compertū tradunt Alcmena Herculē pariente: peius ſi circa unum ambo'ue genua. item poplites alternis genibus imponi. ideoq; hæc in conſiliis ducum, poteſtatum'ue fieri uetuere maiores, uelut omnem actum impedientia. uetuere uero etiam ſacris uotis'ue ſimili modo intereſſe. {Pectine} pectinatim, ac cancellatim iunctis digitis. {Suſtinuit} remorata eſt, retardauit. {Tenuerunt} retinuerunt. {Carmina} incantationes. {Nitor} enitor ut pariam. proprie autem niti parientes dicuntur. {Vana cōuicia} nihil profutura. {Verba queror} figurate dictum eſt. uerbis enim queri, conqueriq; eſt in uſu. {Cadmeides} Thebanæ. {Diuam} Ilithyiam. {Gratare} gratulare. {Leuata eſt} ſoluta eſt partu & liberata. {Potiturq; puerpera uoto} adepta eſt id, quod cupiebat. peperit nanq; ut optabat. puerpera autē dicitur quæ nuperrime peperit. {Pauefacta} ſtupefacta. {Diua potens uteri} periphraſis eſt Ilithyiæ. {Vinclis remiſsis} digitis, qui pectinatim iuncti mihi, ut uincula, erant impedimento, reſolutis. {Arcuit} uetuit è terra ſurgere Galanthida, cum uellet. {Strenuitas} agilitas. {Vt & ante} quemadmodum etiam ante cum puella eſſet. {Frequentat} celebrat. nam muſtelæ ferè in domibus uerſantur. {Admonitu} recordatione. {Quam ſic nurus} Iole Hylli Herculis filii uxor. {Rapta} erepta, ablata. {Facies} figura. {Quid?} dices, facies'ue ſubaudiatur. {Mira fata} mirāda infortunia. {Quanquam lacrymæq;} cum hæc narraret Iole, more mulierum lacrymas emittebat. eleganter autē poeta ſeruat decorum mulieris infortunio ſororis magno dolore affectæ. {Me pater ex alia genuit} hac parentheſi exponit Iole, cur Dryope unica matri filia fuerit. {Notiſsima forma Oechalidum.} Dryope Euryti filia, quæ pulchritudine Apollinem in ſuos amplexus pellexit, cum ex Andræmone uiro iam filium peperiſſet, ad lacum quendam, ut coronas nymphis dicaret, peruenit, ubi cum ex Loto arbore florentes ramos, quos puero daret, decerpſiſſet, ecce guttas ſanguinis ex arbore ſtillantes aſpexit, quare territa cum refugere uellet, in arborem ſenſit ſe transfigurari.

{Oechali-

Galāthis in muſtelam.

Dū loquor, horror habet, parsq; eſt meminiſſe doloris.
Septem ego per noctes, totidem cruciata diebus,
Feſſa malis, tendensq; ad cælum brachia, magno
Lucinam * ad nexos partus clamore uocabam.
Illa quidem uenit, ſed præcorrupta, meumq;
Quæ donare caput Iunoni uellet iniquæ.
Vtq; meos audit gemitus, ſubſedit in illa
Ante fores ara, dextroq; eſt poplite læuum
Preſſa genu, digitisq; inter ſe pectine iunctis
Suſtinuit partus, tacita quoque carmina uoce
Dixit; & inceptos tenuerunt carmina partus.
Nitor, & ingrato facio conuicia demens
Vana Ioui, cupioq; mori, moturaq; duros
Verba queror ſilices. matres Cadmeides adſunt,
Votaq; ſuſcipiunt, exhortanturq; dolentem.
Vna miniſtrarum media de plebe Galanthis
Flaua comas, aderat faciendis ſtrenua iuſsis,
Officijs dilecta ſuis. ea ſenſit iniqua
Neſcio quid Iunone geri: dumq; exit, & intrat
Sæpe fores, diuam reſidentem uidit in ara,
Brachiaq; in genibus digitis connexa tenentem:
Et, Quæcunque es, ait, dominæ gratare: leuata eſt
Argolis Alcmene, potiturq; puerpera uoto.
Exilijt, iunctasq; manus pauefacta remiſit
Diua potens uteri: uinclis leuor ipſa remiſsis.
Numine decepto riſiſſe Galanthida fama eſt.
Ridentem, prenſamq; ipſis dea ſæua capillis
Traxit, & è terra corpus releuare uolentem
Arcuit, inq; pedes mutauit brachia primos.
Strenuitas antiqua manet: nec terga colorem
Amiſere ſuum: forma eſt diuerſa priori.
Quæ, quia mendaci parientem iuuerat ore,
Ore parit, noſtrasq; domus, uelut antè, frequentat.

ARG. Dryope, Euryti filia, ſoror Ioles, Andræmonis cōiunx, quam antea dilexerat Apollo, cum ad lacum ſacratum nymphis dona ferens ueniſſet, & ex arbore loto ramū decerpſiſſet, quo paruum filiū nomine Amphiſon, quē ſecum tulerat, oblectaret, in quā lotum nympha Lotos fugiēs Priapum erat transfigurata: quia ſacræ arboris extiterat uiolatrix, trunco hæſit infixa. inter quæ dum caſum ſororis Iole refert Alcmenæ, Iolaus, fratris Herculis filius, in antiquam pueritiā transfuſus uidetur. ſic enim Iunonis filia roganti coniugi promiſerat.




Dixit, & admonitu ueteris commota miniſtræ
Ingemuit. quam ſic nurus eſt affata dolentem:
Te tamen ò genitrix aliena è ſanguine ueſtro
Rapta mouet facies: quid? ſi tibi mira ſororis
Fata meæ referam? quanquàm lacrymæq;, dolorq;
Impediunt, prohibentq; loqui. Fuit unica matri
(Me pater ex alia genuit) notiſsima forma

Oechalidum Driope: quam uirginitate carentem,
Vimq́; Dei paſſam Delphos, Delonq́; tenentis
Excipit Andræmon, & habetur coniuge felix.
Eſt lacus accliuis deuexo margine, formam
Littoris efficiens: ſummum myrteta coronant.
Venerat huc Dryope fatorum neſcia, quoq́;
Indignere magis, nymphis latura coronas:
Inq́; ſinu puerum, qui nondum impleuerat annum,
Dulce ferebat onus, tepidiq́; ope lactis alebat.
Haud procul à ſtagno Tyrios imitata colores
In ſpem baccarum florebat aquatica Lotos.
Carpſerat hinc Dryope, quos oblectamina nato
Porrigeret, flores, & idem factura uidebar:
(Nanque aderam) uidi guttas è flore cruentas
Decidere, & tremulo ramos horrore moueri.
Scilicet, ut referunt tardi nunc denique agreſtes,
Lotos in hanc nymphe, fugiens obſcena Priapi,
Contulerat uerſos ſeruato nomine uultus.

Neſcierat ſoror hoc: quæ cùm perterrita retrò
Iret, & oratis uellet diſcedere nymphis,
Hæſerunt radice pedes. conuellere pugnat,
Nec quidquã, niſi ſumma, mouet. ſuccreſcit ab imo,
Totaq́; paulatim lentus premit inguina cortex.
Vt uidit, conata manu laniare capillos,
Fronde manũ impleuit: frondes caput omne tenebãt.
At puer Amphiſus (nanque hoc auus Eurytus illi
* Addiderat nomen) materna rigeſcere ſenſit
Vbera, nec ſequitur ducentem lacteus humor.
Spectatrix aderam * fati crudelis, opemq́;
Non poteram tibi ferre ſoror: quantumq́; ualebam,
Creſcentem truncum, ramoſq́; amplexa morabar:
Et fateor, uolui ſub eodem cortice condi.
Ecce uir Andræmon, genitorq́; miſerrimus adſunt,
Et quærunt Dryopen. Dryopen quærentibus illis
Oſtendi Loton. tepido dant oſcula ligno,
Affuſiq́; ſuæ radicibus arboris hærent.
Nil, niſi iam faciem, quod non foret arbor, habebas
Cara ſoror. lacrymæ miſero de corpore factis
Irrorant folijs: ac dum licet, oraq́; præſtant
Vocis iter, tales effundit in aera queſtus:
Si qua fides miſeris, hoc me per numina iuro
Non meruiſſe nefas: patior ſine crimine pœnam:
Viximus innocuæ. ſi mentior, arida perdam,
Quas habeo, frondes, & cæſa ſecuribus, urar.
Hunc tamen infantem maternis demite ramis,
Et date nutrici, noſtraq́; ſub arbore ſæpe
Lac facitote bibat, noſtraq́; ſub arbore ludat;
Cumq́; loqui poterit, matrem facitote ſalutet;
Et triſtis dicat, Latet hoc in ſtipite mater:
Stagna tamen timeat, nec carpat ab arbore flores,
Et frutices omne corpus putet eſſe dearum.
Care uale coniux, & tu germana, paterq́;,
* Et, ſi qua eſt pietas, ab acutæ uulnere falcis,
A pecoris morſu frondes defendite noſtras.
Et quoniam mihi fas ad uos incumbere non eſt,
Erigite huc artus, & ad oſcula noſtra uenite,
Dum tangi poſſum, paruumq́; attollite natum.
Plura loqui nequeo: nam iam per candida mollis
Colla liber ſerpit, ſummoq́; cacumine condor.
Ex oculis remouete manus. ſine munere ueſtro
Contegit inductus morientia lumina cortex.

*Indiderat* / *facti* / *Qui*

RAPH. OECHALIDVM} Oechaliæ uirginum. eſt autem patronymica forma pro patria uſus poeta. {Dei tenentis Delon} periphraſis eſt Apollinis, qui & Delphos, & Delon in poteſtate ſua habet. {Summum} ſummitatem marginis. {Myrteta} myrtus eſt arbor Veneri dicata. unde myrtetum locus myrtis conſitus dicitur. {Huc} pro illuc. aduerbium enim præſentis loci pro aduerbio abſentis eſt poſitum. {Tyrios} purpureos. {In ſpem baccarũ} nam baccæ ex floribus naſcuntur. ſunt autem baccæ arborum fructus minutiores, qui ſparſim oriuntur, ut lauri, oliuæ: a quorum ſimilitudine uniones quoq; baccæ dicuntur. unde baccatum dicim9 baccis & margaritis ornatũ. Virg. Colloq́; monile baccatum. {Aquatica Lotos} iuxta aquas naſcẽs. fuit autem Lotos nympha, quam cum inſequeretur Priapus, ut eam comprimeret, miſeratione deorum in arborem ſui nominis conuerſa eſt, quæ (ut ſcribit Herodotus) baccas fert dactylis ſuauiores, ex quibus uiuunt, uinumq́; etiam cõficiunt populi Libyæ, qui inde Lotophagi uocãtur. {Tardi agreſtes} ſeri, ut qui id ante amiſſam ſororem nõ admonuerũt. aliàs tardi tardo ingenio præditi dicuntur. {Nunc deniq;} nunc tandem poſt factam ſororis iacturam. {Obſcœna Priapi} inguina Priapi. Priapus autem Bacchi & Veneris filius fuit, qui ob eximiã fœcunditatem hortorũ deus fuit exiſtimatus. frequenter autem pro pudendis uirorũ ponitur Priapus. nam ut in quinto ſcribit Diodorus, cum priſci inguina uirorum occultius nominare uellent, Priapum dicebãt. {Iret} ire uellet, neq; enim ire poterat. {Oratis} placatis nymphis. {Pugnat} nititur, conatur. {Niſi ſumma} niſi partes ſuperiores. pedes enim iam in radices fuerant conuerſi. {Lentus cortex} flexibilis. {Addiderat nomen} parentheſis eſt. indiderat autem rectius legeretur: hoc eſt, impoſuerat. nam Indi nomina proprie dicuntur. {Rigeſcere} rigida ac dura fieri. {Ducentem} trahentem, ſugentem ubera. {Lacteus humor} periphraſis eſt lactis. {Fati} mortis. {Hæc autem lacrymans Iole cõmemorabat. {Morabar} retinebam. {Genitorq́;} Eurytus. {Tepido ligno} adhuc tepido, ut in quod pauloante Dryope fuerat tranſmutata. {Affuſiq́;} proſtrati. {Suæ arboris} in quam & filia, & uxor ſua fuerat conuerſa. {Cara ſoror} apoſtrophe, qua Iole ſignificat ſe caſu ſororis uehementer dolere. {Irrorant} roris modo ſtillant in folia. {Dum licet} donec poteſt. {Queſtus} querelas. {Hoc nefas} hoc ſupplicium. pro eo, quod ſequitur, id, quod antecedit, poſitum eſt. nefas nãq; & ſcelus præcedit, ſequitur ſupplicium. {Sine crimine} ſine culpa. {Innocuæ} innocentes. {Demite} deſpite, detrahite. {Hoc in ſtipite} in hoc trunco. {Et frutices omnes} arbuſculas omnes. eſt enim frutex medius inter arbores & herbas: nam neque ad arboris magnitudinem peruenit, neque per hyemem, ut herba areſcit. {Dearum} nympharum. {Incumbere} inclinare. {Mollis liber} cortex, unde & libri ſunt dicti, quòd in libris, hoc eſt, arborum corticibus antiqui ſcribebant. [Sine munere ueſtro Contegit inductus morientia lumina cortex] ſolebant morientium oculi a parentibus, aut liberis, aut ceteris propinquioribus claudi. proinde cum & hic idem conarentur pater & coniux, & ſoror: Ex oculis remouete manus, inquit Dryope; nam hoc cortex accreſcẽs & ſuperans ſine ueſtro munere, hoc eſt, per ſe atque ultro, facit, neque ad hoc munus, ſiue officium ueſtra opera opus eſt.]

Lotos in arborē.

Dryope in arborem.

{SIMVL

Deſierat ſimul ore loqui, ſimul eſſe, diuq;
Corpore mutato rami caluere recentes.
Dumq; refert Iole factum miſerabile, dumq;
Eurytidos lacrymas admoto pollice ſiccat
Alcmene, flet & ipſa tamen; compeſcuit omnem
Res noua triſtitiam. nam limine conſtitit alto
Penè puer, dubiaq; tegens lanugine malas
Ora reformatus primos Iolaus in annos.

ARG. Callirhoe, Acheloi amnis filia, Alcmæonis, qui materno ſanguine aſperſus in Acarnaniam ſe contulerat ut expiaretur, coniugium iniit. ex duabus Alcmæon filios edidit. qui cum per fallaciam a Phegeo, cuius ante filiam habuerat, eſſet occiſus, petit Callirhoe a Ioue, liberis ſuis, ut ultores patris eſſent, annos adiiceret. ergo ut id conſequi poſſent, dei uoluntate ex pueritia in adoleſcentes factum eſt ut cederent.

HOc illi dederat Iunonia muneris Hebe,
Victa uiri precibus, quæ cùm iurare pararet
Dona *tributurum poſt hunc ſe talia nulli,
Non eſt paſſa Themis. nam iam diſcordia Thebæ
Bella mouent, dixit, Capaneuſq; niſi ab Ioue uinci
Haud poterit, *fientq; pares in uulnera fratres.
Subductaq; ſuos manes tellure uidebit
Viuus adhuc uates: ultuſq; parente parentem
Natus, erit facto pius, & ſceleratus eodem,
Attonituſq; malis, exul mentiſq;, domuſq;,
Vultibus Eumenidum, matriſq; agitabitur umbris;
Donec eum coniux fatale popoſcerit aurum,
Cognatumq; latus Phegeïus hauſerit enſis.
Tum demum magno petet hoc Acheloïa ſupplex
Ab Ioue Callirhoe, natis infantibus annos
*Addat, ne'ue necem ſinat eſſe ultoris inultam.
Iuppiter his motus, priuignæ dona, nuruſq;,
Præcipiet, facietq; uiros impubibus annis.

RAPH.

SIMVL eſſe} mulier ſubaudiatur. nam arbor eſſe non deſierat. {Eurytidos} Ioles Euryti filiæ. {Nam limine cõſtitit alto} Iolaus (ut ſcribit Solinus) Iphicli Herculis fratris fuit filius, qui cum ad decrepitã perueniſſet ætatẽ, Herculis precibus ab Hebe iuuenili ætati fuit reſtitutus. {Dubia lanugine} quæ uix uidebatur ob tenuitatẽ. eſt.n. lanugo barba, q̃ prima ab adoleſcentibus emitti cõſueuit. {Iunonia Hebe} Iunonis filia, q̃ Herculi in cælũ tranſlato nupſit. nam ferũt Iouem Iunoni pſuaſiſſe, ut Herculẽ ſe fingeret genuiſſe, matriſq; erga eũ deinceps beneuolẽtiã oſtẽderet. cũ igitur Iuno lectũ aſcendiſſet, ſumptum iuxta corpus Herculẽ per ueſtes inferius in terrã demiſit uerũ partũ imitata, ſicut etiã nũc in filiorũ adoptatione obſeruãt Barbari. Iunonis igitur opa poſt hunc partũ Hebe Herculi nupſit. {Viri} mariti Herculis. nã Hercules in numerũ deorũ relatus, uel Iunone cõſentiẽte, Heben duxit uxorem. {Talia Dona} ut quenquã iuuenili ætati reſtituat. {Themis} dea eſt Iuſtitiæ Themis, & diuinãdi, & religionis, q̃ nihil ſceleris impunitũ eſſe pmittit. {Nam iã diſcordia Thebæ Bella mouẽt} Amphiaraus Oiclei filius, uates clariſsimus, cũ ſe à bello Thebano nõ reuerſurũ præuidiſſet, à Polynice nullis pcibus adduci poterat, ut illi intereſſet. quare Polynices aureũ illud monile a Venere Hermionæ dono datũ, Eriphylæ Amphiarai uxori, quo belli ſocietatẽ uiro perſuaderet, largitus eſt. cũ uero eo tempore Amphiaraus, Adraſtuſq; de regno diſſentirẽt, ad Eriphyles Amphiarai uxoris, Adraſtiq; ſororis iudiciũ omniũ diſſenſionũ detulerunt. illa uero pro Amphiarao quidẽ ſentẽtiã tulit, ſed ut belli Thebis inferendi ſocius, adiutorq; eſſet. ceterũ Amphiaraus exiſtimans ſe ab uxore proditũ, Alcmæoni filio mãdauit, ut poſt ſuum obitũ Eriphylen necaret. dum uero Amphiaraus, quo die primum Thebas peruenit, unà cum curru & equis terræ hiatu fuiſſet abſorptus; Alcmæon mandati paterni memor matrẽ interfecit: quo quidẽ facinore in inſaniã uerſus ac furiis agitatus ad Phegeum Alpheſibœæ patrẽ cupiens purgari cõfugit. Alpheſibœæ uero cum monile maternũ dono dediſſet, eam uxorẽ duxit. [ſed cũ apud Phegeam nihilo magis a morbo liberaretur, cõſulto oraculo,] ad Acheloum deinde profectus, eius filiam Callirhoen adamauit, a qua cũ monile illud efflagitaretur, ad Alpheſibœam rediit, ipſum monile repetiturus. ceterum a Temeno & Axione Alpheſibœæ fratribus fuit interfectus. quos poſtea Alpheſibœa ipſa, ut maritum ulciſceretur, interemit, id quod aperte ſcribit Propertius, cũ inquit: Alpheſibœa ſuos ulta eſt pro cõiuge fratres, Sanguinis & cari uincula rupit amor. Callirhoe aũt Alcmæonis uxor Iouem rogauit, ut filios adhuc impuberes iuuenes efficeret, quo de patre ultionem ſuſcipere poſſent: quod cũ Iupiter cõceſsiſſet, repente è pueris uiri effecti fuerũt. [De Alcmæone & eius interitu etiã Pauſanias meminit in Arcadicis, qui & filiorũ, quos ille ex Callirhoe Achelous ſuſceperat, nomina addit, Amphoterum & Acarnana, a quo poſtea Acarnania dicta, quemadmodum & Thucydides tradit lib. 2.] {Diſcordia bella} epitheton belli eſt proprium. Bellum autem Thebanum ab Eteocle & Polynice fratribus ſuſceptum uel carmine Papinii notiſsimum eſt nam (ut ſcribit Diodorus) Eteocles ac Polynices, Oedipi filii, cum ad uirilem perueniſſent ætatẽ, cognouiſſentq; Laium, priorẽ Iocaſtæ matris maritum, ab Oedipo filio ab Apollinis oraculo reuertentem, interfectũ, ac Iocaſtam matrem ab Oedipo filio uxorem ductam, ſeq; ex tam funeſtis ortos nuptiis, ut eius eſſent filii, cuius fratres quoque merito uocarentur, Oedipum quidem ipſum domo egredi propter dedecus non permiſerũt. Regnum uero inter ſe eo fœdere diuiſerunt, ut alternis annis imperarent, primuſq; imperii annus Eteocli natu maiori cederet. ceterũ exacto anno cum regnum repoſcenti fratri non traderet, Polynices ad Adraſtũ regem confugit, cuius filiam nomine Argiam cum uxorem accepiſſet, tandem a ſocero undiq; contractis auxiliis inſtructus ad oppugnandas Thebas cum ſex aliis ducibus Adraſto, Tydeo, Amphiarao, Capaneo, Hippomedonte, & Parthenopæo pfectus eſt. {Capaneuſq; niſi ab Ioue uinci} Capaneus unus fuit ex ſeptem ducibus, qui Thebas obſederunt, qui cũ deorum contemptor eſſet, ſcaliſq; Thebas oppugnare primus omnium cœpiſſet, tanta mole lapidum a Thebanis obrutus eſt, (ut ſcribit Vegetius) ut fulminibus a Ioue fingatur extinctus. {Fiẽtq; pares in uulnera fratres} Eteocles & Polynices Oedipi filii, propter quos bellum illud Thebanum fuerat ſuſceptum, mutuis uulneribus conciderunt. {Subducta tellure} ſubtracta terra. nam hiatu terræ abſorptus eſt Amphiaraus. {Vltus erit} ulciſcetur. nam Amphiaraus, ſe ab uxore proditum cognoſcens, Alcmæoni filio mandauit, ut poſt obitum ſuum Eriphylem perimeret. quod quidem cum executus eſſet, facti conſcientia in inſaniam conuerſus eſt. {Natus} filius Amphiarai Alcmæon, qui patrem ulciſcendo pius, occidendo uero matrem impius fuiſſe iudicatur. {Exul mentiſq;} demens atque furioſus. {Domuſq;} nam domo fugiens in Acarnaniam peruenit, ut parricidium expiaret. {Donec eum coniux} Callirhoe Acheloi filia. {Fatale aurum} monile pernicioſum: quod qui habebat, infortuniis uexabatur. id autem Alcmæon ablatum matri iam Alpheſibœæ tradiderat. {Phegeius enſis} Phegei filiorum, a quibus Alcmæon fuit interemptus. {Hauſerit} aperuerit, uulnerauerit. {Tum demum} tandem poſt interfectum maritum. {Acheloia ſupplex} Callirhoe Acheloi filia Alcmæonis uxor. {Vltoris} Alcmæonis, qui patrem fuerat ultus. {Dona priuignæ nuruſq;} Hebes, quæ & priuigna, & nurus Ioui erat. nam Iunonis filia fuit ſine patre, & Herculis Iouis filii uxor. {Præcipiet} ante capiet. {Impubibus annis} puerilibus.

{Hæc

Iolaus ſe nex in iuuenem.

tributurã

deflentq;

Ne'ue necem ſinat eſſe ſui uictoris inultam.

Callirhoes filii impuberes in uiros.

ARG. Miletus ex inſula Creta in Aſiam profectus, ibi urbem ſui nominis conſtituit: huic ex Mæandri filia, Byblis, & Caunus nati ſunt. Byblis cum fratrem corporali amore potius, ꝙ pio, patrioq́ꝫ more diligeret, nec ueſaniam cupiditatis compeſceret, atq́ꝫ per litteras deteſtandū amorem indicauiſſet, furiali ueſania ipſe inſtinctus patria profugit. cuius illa dum ueſtigia perſequitur, multas permenſa gentes, nouiſsime in Cariam uenit, ibiq́ꝫ aſsiduo mœrore, & fletu fatigata cum concidiſſet, nympharum Lelegidum miſericordia excidentes lachrymæ in fontem conuerſæ ſunt, qui dominæ nomine eſt inſignis.

HAec ubi faticano uenturi præſcia dixit
Ore Themis,* uano ſuperi ſermone fremebant,
Et cur non alijs eadem dare dona liceret,
Murmur erat. queritur ueteres Pallantias annos
Coniugis eſſe ſui; queritur caneſcere mitis
Iaſiona Ceres; repetitum Mulciber æuum
Poſcit Erichthonio; Venerem quoque cura futuri
Tangit, & Anchiſæ renouare paciſcitur annos.
Cui ſtudeat, Deus omnis habet: creſcitq́; fauore
Turbida ſeditio; donec ſua Iuppiter ora
Soluit, &, O noſtri ſi qua eſt reuerentia, dixit,
Quò ruitis? tantum'ne aliquis ſibi poſſe uidetur,
Fata quoq; ut ſuperet? è fatis Iolaus in annos,
Quos egit, redijt: fatis iuueneſcere debent
Callirhoe geniti, non ambitione, nec armis.
Vos etiam quoque hoc animo meliore feratis,
Me quoq; fata regunt: quæ ſi mutare ualerem,
Nec noſtram ſeri curuarent Aeacon anni,
Perpetuumq́; æui florem Rhadamanthus haberet,
Cum Minoe meo; qui propter * amara ſenectæ
Pondera deſpicitur, nec, quo prius, ordine regnat.
Dicta Iouis mouere deos, nec ſuſtinet ullus,
Cùm uideat feſſos Rhadamanthon, & Aeacon annis,
Et Minoa, queri: qui dum fuit integer æui,
Terruerat magnas ipſo quoque nomine gentes.
Tunc erat inualidus, Deïonidenq; iuuentæ
Robore Miletum, Phœboq́; parente ſuperbum
Pertimuit, credenſq́; ſuis inſurgere regnis,
Haud tamen eſt patriis arcere penatibus auſus.
Sponte fugis Milete tua, celeriq́; carina

RAHP. HÆC ubi fa.} Byblidos in fontē ſui nominis metamorphoſin deſcripturus poeta, nonnulla præmittit, quibus eam cōmodius cum ſuperiore connectat. {Faticano} fata canēti. {Eadem do.} ut iuuenes fierent. {Pallantias} Aurora Pallantis gigantis filia. [Heſiodus autem Hyperionis filiam facit Auroram, Pallantis ſororem patruelem, his uerſibus:

Θεία δ' ἠέλιόν τε μέγαν λαμπράν τε σελήνην,
Ἠῶ θ' ἣ πάντεσσιν ἐπιχθονίοισι φαείνει
Ἀθανάτοισί τε θεοῖς οἳ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσι
Τείναθ' ὑπευνηθεῖσ' ὑπερίονος ἐν φιλότητι.
Κρείῳ δὲ εὐρυβίη τέκεν ἐν φιλότητι μιγεῖσα
Ἀτραῖόν τε μέγαν, πάλλαντά τε, δῖα θεάων.

Byblis in fontem. fuerūt enim fratres Hyperion Creus, Cœus & Iapetus, Terræ & Oceani filii, ut ex eodē patet.] {Sui coniug.} Tithoni, q ſenio tandē in cicadā fuit cōuerſus. {* Iaſona flaua Ceres} ſic quidem ferè hactenus corrupte lectum eſt: quod perquā mirandum eſt, cum Iaſona & quadriſyllabum ſit, & primā corripiat ſyllabā. quod ſanè haud imperiti quidā animaduertētes Æſona putarūt eſſe legendum: quo qdē modo nulla uis rationi carminis affertur. Deos fatis obnoxios eſſe. ſed cum nemo priſcorum ſcribat Æſonē a Cerere fuiſſe amatū, cenſuerim Iaſiona, qui accuſatiuus in quinque ſyllabas excurrit, ita eſſe legendum, ut illud epitheton flaua penitꝰ eradatur. huic aūt lectioni ueſtuſtiſsima non ſolū exemplaria, ſed hiſtoriæ quoq́ꝫ aſtipulantur. tradunt enim Iaſium, q & Iaſion dicitur, Iouis ex Electra filiū adeo a Cerere fuiſſe amatum, ut in eius gratiam ad nuptias Harmoniæ. *Hermiones, ipſius Iaſii ſororis, maximā frumenti ac panis copiam attulerit, ac ex eo Plutum peperit, qui cultū uitæ inſtituere, pecuniaſq́; coaceruare, ac in uſus cuſtodire omniū primus docuit, cum antea parua cōgregādæ, ſeruādæq́; pecuniæ fuiſſet cura. hæc in 6. Bibliotheces lib. nequis me finxiſſe putet, a Diodoro ſcribūtur. [De Iaſione etiā Hom. meminit Odyſ. 5. his uerſibus:

ὡς δ' ὁπότ' ἰασίωνι ἐϋπλόκαμος δημήτηρ,
ᾧ θυμῷ εἴξασα μίγη φιλότητι καὶ εὐνῇ
Νειῷ ἐνὶ τριπόλῳ, οὐδὲ δὴν ἦεν ἄπυστος
Ζεύς, ὅς μιν κατέπεφνε βαλὼν ἀργῆτι κεραυνῷ.

Hunc alii Cretenſem faciunt, Minois & Phroniæ nymphæ filiam, cum quo in prato forte dormiēte, ut inquit Cōment. Theocriti, congreſſa Ceres, peperit Plutum. Hellanicus autē Electræ, & Iouis filiū facit, fratrem Dardani, eum uidelicet quem Virg. & Diod. Iaſium uocant, alii alio nomine etiam Ætionem, ut Cōment. Apollonii indicat. hunc cum Cerere concubuiſſe inde fabulantur, ꝙ homo agriculturæ ſtudioſiſſimus fuiſſet, & poſt diluuiū apud hunc ſolū, ſiue primū tritici ſemen in Creta repertum eſſet.] {Poſcit Erichthonio} Erichthonius (ut diximus) ex Vulcani ſemine in terram a Pallade ipſum ſpernente pedibus deiecto natus eſt. {Et Anchiſæ annos} Anchiſen a Venere amatū, Æneamq́; ex ea ſuſceptum carmine Virgil. notius eſt, q̄ hoc loco ſit exponendum. {Cui ſtu.} faueat. {Quò rui.} quid ſine ulla ratione affectatis. omnia autem fatis gubernari Iupiter concludit. {Vos etiam} ordo eſt, Fata regunt etiam uos & me quoq́ꝫ, ut hoc animo meliore feratis. [Altera lectio melior uidetur, qua legitur, quoq́; hoc animo mel. feratis, pro, utq́; hoc aio mel. fer. &c. quid enim attinebat eandē particulā geminare nulla neceſsitate, & cōtra puritatē ſermonis?] {Nec noſtrū curuarēt Æacon} hoc eſt, incuruū ſenectute redderent. tres aūt filios ſuos iuſtitia inſignes Æacon, Rhadamathū, & Minoem diis cōmemorat Iupiter, q oēs iam cōſenuerant, neq́ꝫ per fata iuueneſcere poterāt. natiæ {Nec ſuſtinet ullus queri} nec ullus audet cōqueri. {Terruerat magnas gentes} nā Minois imperiū late patebat. {Tūc erat inu.} cū ea Iupiter dixit. {Deionideq́; iu. Ro. Mi.} Miletꝰ Solis fuit filiꝰ ac Paſiphaes Minois uxoris frater, q cū Minoen iā ſenio confectū regno priuare pararet, a Ioue deterritus in Aſiā ſponte aufugit, ubi & urbē cōdidit, quā de noīe ſuo Miletum appellauit; & Cyaneā mulsa nympham Mæandri fluuii filiam compreſsit, ex qua Caunū & Byblida liberos ſuſcepit: ſed Byblis cū adoleuiſſet, ita fratris amore ardere cœpit, ut epiſtola quoq́ꝫ eum in amplexus ſuos pellicere auſa ſit. ceterum Caunus nefandā ſororis libidinē deteſtatus ex patria aufugit, Byblis uero inſecuta, cū iam & Cariā & Lyciā & Lelegas peragraſſet, labore ac lacrymis cōfecta, nympharū miſeratione in fontem ſui nominis fuit cōmutata. {Deioniden} Deionei forſitan filiū, ut uulgus putabat. nam Apollinis fuiſſe filium poeta teſtatur, tametſi nuſquā legitur a Deioneo ipſum ducere originē, præterquā quod Ouid. id innuere uidetur. ac uariæ quidē ſunt de Mileto priſcorū opiniones. alii nāq́ꝫ Euxantii ex* Micone nati filium fuiſſe aiunt, alii Apollinis ex Aræa Cleochi filia, quibus aſtipulatur Ariſtocritus ſcribens Aræam Cleochi fuiſſe filiam, ex qua & Apolline genitū eſſe infantē, qui in Milaca herbā fuerit expoſitus. ſuſceptū autē a Cleocho fuiſſe & a Milace Miletū nominatū. forſitan autē Cleochidē legendū eſt, nō Deïonidem, ut eſt in exēplaribus ſcriptū. Minoe fortaſsis, quod & in commen. Apollonii eodē modo legatur. ſed cū ad uirilē perueniſſet ætatē Miletus, a Minoeq́; odio haberetur, ſeceſiſſe primū in Samū, ubi etiā locus eſt ab illo Miletus cognominatus. deinde cū in Cariam tranſiiſſet, urbē ædificaſſe, atq́ꝫ a ſuo nomine Miletū appellaſſe. alii aūt ſcribunt a Sarpedone Iouis filio Miletum & ædificatā, & ab ea, quæ eſt in Creta, nominatā. ipſam uero primū Pityuſam ſiue Aſteriā, deinde Anactoriū, poſtea Miletū fuiſſe uocatā. {Arcere patriis penat.} ex Creta ac imperio ſuo expellere.

{Ægeas

Aegeas metiris aquas, & in Aſide terra
Mœnia conſtituis, poſitoris habentia nomen.
Hîc tibi, dum ſequitur patriæ curuamina ripæ
Filia Mæandri toties redeuntis eôdem,
Cognita Cyanee præſtanti corpore nympha
Byblida cum Cauno prolem eſt enixa gemellam.
Byblis in exemplo eſt, ut ament conceſſa puellæ.
Byblis, Apollinei correpta cupidine fratris,
Non ſoror ut fratrem, nec quà debebat, amauit.
Illa quidem primò nullos intelligit ignes,
Nec peccare putat, quòd ſæpius oſcula iungat,
Quòd ſua fraterno circundet brachia collo:
Mendaciq; diu pietatis fallitur umbra.
Paulatim declinat amor: uiſuraq; fratrem
Culta uenit, nimiumq; cupit formoſa uideri;
Et ſi qua eſt illic formoſior, inuidet illi.
Sed non dum manifeſta ſibi eſt; nullumq; ſub illo
Igne facit uotum: ueruntamen æſtuat intus.
Iam dominum appellat, iam nomina ſanguinis odit,
Byblida iam mauult, quàm ſe uocet ille ſororem.
Spes tamen obſcœnas animo demittere non eſt
Auſa ſuo uigilans: placida reſoluta quiete,
Sæpe uidet, quod amat. uiſa eſt quoq; iungere fratri
Corpus, & erubuit, quamuis ſopita iaceret.
Somnus abit: ſilet illa diu, repetitq; quietis
Ipſa ſuæ ſpeciem, dubiaq; ita mente profatur:
Me miſeram, tacitæ quid uult ſibi noctis imago?
Quàm nolim, rata ſit? cur hæc ego ſomnia uidi?
Ille quidem eſt oculis, quamuis formoſus, iniquis,
Et placet, & poſſim, ſi non ſit frater, amare,
Et me dignus erat: uerùm nocet eſſe ſororem.
Dummodo tale nihil uigilans committere tentem,
Sæpe licet ſimili redeat ſub imagine ſomnus.
Teſtis abeſt ſomno, nec abeſt imitata uoluptas.
Proh Venus, & tenera uolucer cum matre Cupido,
Gaudia quanta tuli? quàm me manifeſta libido
Contigit? ut iacui totis reſoluta medullis?
[Quàm] * Vt meminiſſe iuuat? quamuis breuis illa uoluptas,
Noxq; fuit præceps, & cœptis inuida noſtris.
O`ego, ſi liceat mutato nomine iungi,
Quàm bene Caune tuo poteram nurus eſſe parenti;
Quàm bene Caune meo poteras gener eſſe parenti.
Omnia, dij facerent, eſſent communia nobis,
Præter auos: tu me uellem generoſior eſſes.
Neſcio quam facies igitur pulcherrime matrem:
[Hei] * Et mihi, quæ malè ſum, quos tu, ſortita parentes,
Nil niſi frater eris. quod obeſt, id habebimus unum.
Quid mihi ſignificant ergo mea uiſa? quod autem
Somnia pondus habent? an habent & ſomnia pondus?
Dii melius, dij nempe ſuas habuere ſorores.
Sic Saturnus Opim iunctam ſibi ſanguine duxit,
Oceanus Tethyn, Iunonem rector Olympi.
Sunt ſuperis ſua iura. quid ad cæleſtia ritus
Exigere humanos, diuerſaq; fœdera tento?
Aut noſtro uetitus de corde fugabitur ardor:
Aut, hoc ſi nequeo, peream precor ipſa, toroq;
Mortua componar, poſitæq; det oſcula frater.
Et tamen arbitrium quærit res iſta duorum.
Finge placere mihi: ſcelus eſſe uidebitur illi.
At non Aeolidæ thalamos timuere ſororum.
Vnde ſed hos noui? cur hæc exempla paraui?

RAPH. ÆGEAS metiris aq.}
Ægeum mare tranſis.{ In
Aſide terra } in Aſia terra.
patronymicū.n.pro poſiti
uo poſitū eſt.{ Mœnia c.}
Ouid.quidē ſentit Miletū
urbē a Mileto Solis filio &
cōditā & appellatā:Strabo
aūt ex Ephori ſentētia ſcri
bit duas eſſe Miletos, uete
rem & nouā,ac ueterē qui
dem a Cretenſibus Sarpe-
done duce ædificatā, Mile
tumq; cognominatā a Mi
leto,quæ eſt in Creta,cum
prius Leleges eū locū te-
nerēt: nouā uero poſtea a
Neleo cōditā fuiſſe iuxta
mare, quattuorq; eā port⁹
habere.{ Filia M.}Mæan-
der fluuius eſt Phrygiæ
adeo flexuoſus, ut in ſeip-
ſum redire uideatur.{ Co-
gnita Cyan.}duę nymphę
hoc noīe a poetis donant.
altera Sicula,Proſerpinę ſo
cia, altera Mæandri filia.
{Eſt e.} peperit.{ Byblida
cū Ca.}Byblis etiā Byble a
qbuſdā uocatur, unde By-
blus Phœnicię urbs oīum
antiquiſsima, q̄ a Saturno
ædificata phibetur.{ Apol
linei f.}formoſi,atq; Apol
lini ſimilis,ſiue ab Apolli-
ne originē ducentis.{Nec
qua d.}quatenus.{Menda
ci umbra} fallaci ſpecie.
{Paulatim declinant am.}
inclinat in nefandā libidi-
nē.{Sed nondū eſt manife-
ſta ſibi}nōdū,inqt, ſe amo
re captam eſſe intelligit.
[Nullūq; ſub illo Igne fa
cit uotū] ꝙ nondū tam ma
gnus erat is amor, ut ꝓpte
rea uotū aliqđ ſuſciperet,
quod facere ſolent, q uehe
menter amāt.] {Iā dn̄m
appellat} ut.n.amicæ uo-
cantur dn̄æ, ſic amatores
dn̄i appellantur.{Iam no.
ſang.odit} fratrē & ſoro-
rē.{ Demittere.}immitte-
re,cōcipere.{Spes obſcœ-
nas} coeundi cum fratre.
{Placida reſoluta quiete}
dormiēs. placida.n.quies
ſomn⁹ eſt.{Viſa eſt quoq;
iung.fratri.Corp.}hoc eſt,
Byblis dormiēs ſibi ē uiſa
coire cū fratre,id qđ aman
tibus ferè uſu uenire ſolet.
{Silet illa diu} ſtupebat.n.
noua illa uoluptate, quam
ſenſerat.{Repetit} in men
tem reuocat.{Speciem ſuæ
quietis} imaginē ſui ſom-
ni.{Me miſerā} eleganter
uirginis amore captę cogi
tationes, uarioſq; affectus
effingit poeta.{Tacitæ no
ctis}in qua oīa tacent ani-
malia.{Quamuis iniquis}
quātūuis inimicis. magna
eſt aūt pulchritudo,quę ab
inimicis quoq; approbe-
tur.{Imitata}ſimulata,ima
ginata.{ Proh Venus}hac
exclamatiōe Byblis ſe ma
ximam illo inſomnio ſen
ſiſſe uoluptatē aperte oſtē-
dit.{ Tenera } delicata.
{Vt}quàm.{Præceps}bre
uis ac uelociter fugiens.
{Mutato nomine} ſororis
ſubaudiat.{* Hei mihi}cru
ciatur Byblis, ꝙ Caunus ſi-
bi tantū frater, nō etiā ma-
ritus ſit futurus.{Mea ui.}
mea inſomnia.{ Dii meli⁹}
habēt,faciūtq; q̄ hoīes,qui
ſorores ꝓprias uxores du-
cunt.{Sic Saturnus Opim}
Opis filia fuit Cæli,quę Sa
turno fratri nupta multos
filios ꝓcreauit. [alio no
mine Rhea a poetis uoca-
ta & Cybele,& magna ma
ter.Orpheus autē in hym-
nis nō Cæli ſed Protoge-
ni filiā facit.] {Iunctā ſi-
bi ſanguine} cōſanguineā
& ſororem.{Oceanus Te-
thyn}Tethys Cæli & Ve-
ſtę filia Oceano fratri nu-
pſit,eiq; maximā nympha
rum multitudinē peperit.
{Sunt ſuperis ſua iura}alia
inqt iura dii, alia hoīes ha
bent.{Ad cæleſtia}ad cæ-
leſtiū exemplū.{Ritus hu
manos}hominum mores.
{ Diuerſaq; fœdera } ad
exēplū diuerſorū fœderū
& legū. alia nanq; ſunt fœ
dera hominū, alia deorū.
{Vetitus ardor}ꝓhibitus,
ac nefandus amor.{ Arbi-
trium}uoluntatem,præſen
tiam.{At nō Æolidę}Ma-
careus Æoli filius cum Ca
nace ſorore concubuit, ex
eaq; filium ſuſcepit, qui
cum a nutrice domo effer-
retur, ſeipſum uagitu pro-
didit. q̄re indignatus Æo-
lus gladium filiæ miſit,
quo pro meritis uteretur.
Macareus uero aufugit.
ad eleuandum autem ſce-
lus Byblis plurali numero
utitur, cum Macareus ſo-
lus ex Æolidis cum ſoro-
re coiuerit.{Vnde ſed hos
noui?}anaſtrophe eſt, ſed,
enim coniunctio primum
in oratione locum obti-
net. ſe ipſam autem repre-
hendit Byblis, quòd ne-
fandi amoris exempla ſibi
uenerint in mentem.
{Obſcœnæ

RAPH. OBSCOENÆ flammæ} turpes amores. {Quà fas eſt} quatenus licet atq; honeſtum eſt. {Indulgere} obſequi. {Ergo ego} affectum oſtendit hoc loco ergo. {Non reiectura} non repulſura. Diſtrahitur autem Byblis in uarias cogitationes, hinc ab amore, illinc a pudore. {Coget amor, potero} ſi coniunctio ſubaudienda eſt. ſi coget amor. ſic Iuuenalis, Græculus eſuriens in cælum iuſſeris ibit. {Viderit} Caunus uiderit, quid ſit acturus. ceterum nos ei noſtros amores aperiamus. {Hei mihi quò labor?} ſic & amore & pudore uexatur Byblis, ut, quid agat, eligere neſciat. {Ignem} ardorem, furorem. {Meditata} excogitata. {Dextra tenet ferrum} ſtylũ ferreum, quo in tabulis etiamnum ſcribitur. geſtum autẽ ſcribentis in tabellis exprimit. {Vacuam cæram} in qua nihil erat ſcriptum. {Et dubitat} puellæ amore exæſtuantis exprimit leuitatem, atque infirmitatem. {Sumptas} tabellas. {Placuit delere ſororem} nam ſoror nomen eſt ſanguinis, eo quòd fratrem ſuæ turpitudinis ipſam admonere putauit. {Incidere} inſcribere. {Correptis} celeriter raptis. {Quam, niſi tu dederis} in hac ſcribenda epiſtola ita perſonam puellę fratrẽ & amantis & uerentis ſuſcipit poeta, ut optime ſeruet decorum. eſt autem adeo facilis, ut & a uirgine ſcripta eſſe, & nulla expoſitione indigere uideatur. {Amans} puella amore capta. {Et ſiquid cupiam quęris} uellẽ, inquit, poſſe petere ſine nomine meo id quod opto, ſi forte quęris quid cupiam. {Votorum} cupiditatis. {Læſi pectoris} animi amore capti. {Et color} pallidus. {Et uultus} mœſtus. {Sororia} ſorori conuenientia. hoc enim ſororium ſignificat, nec unquam ſubſtantiuum inuenitur ſororius pro ſororis marito, ut uulgus imperitorum putat. {Ipſa tamen quamuis} ſe inuitam quidem, ſed coactam amori ſuccubuiſſe ait. {Pugnaui effugere} ut effugerem

Quò feror? obſcenæ procul hinc diſcedite flammæ,
Nec, niſi quà fas eſt germanæ, frater ametur.
Si tamen ipſe mei captus prior eſſet amore,
Forſitan illius poſſem indulgere furori.
Ergo ego, quæ fueram non reiectura petentem,
Ipſa petam? poteris'ne loqui? poteris'ne fateri?
Coget amor, potero: uel ſi pudor ora tenebit,
Littera cælatos arcana fatebitur ignes.
Hoc placet. hæc dubiam uicit ſententia mentem.
In latus erigitur, cubitoq; innixa ſiniſtro,
Viderit, inſanos, inquit, fateatur amores.
Hei mihi quò labor? quem mens mea concipit ignem?
Et meditata manu componit uerba trementi.
Dextra tenet ferrum, uacuam tenet altera ceram.
Incipit, & dubitat, ſcribit, damnatq; tabellas,
Et notat, & delet, mutat, culpatq;, probatq;:
Inq; uicem ſumptas ponit, poſitaſq; reſumit.
Quid uelit, ignorat: quidquid factura uidetur,
Diſplicet: in uultu eſt audacia miſta pudori.
Scripta ſoror fuerat, uiſum eſt delere ſororem,
Verbaq; * correptis incidere talia ceris: correctis
Quam, niſi tu dederis, non eſt habitura ſalutem,
Hanc tibi mittit amans. pudet ah, pudet edere nomen.
Et ſi, quid cupiam, quæris, ſine nomine uellem
Poſſet agi mea cauſſa meo, nec cognita Byblis
Antè forem, quàm ſpes uotorum certa fuiſſet.
Eſſe quidem læſi poterat tibi pectoris index,
Et color, & macies, & uultus, & humida ſæpe
Lumina, nec cauſſa ſuſpiria mota patenti,
Et crebri amplexus, & quæ, ſi fortè notaſti,
Oſcula ſentiri non eſſe ſororia poſſent.
Ipſa tamen, quamuis animi graue uulnus habebam,
Quamuis intus erat furor igneus, omnia feci,
(Sunt mihi dij teſtes) ut tandem ſanior eſſem:
Pugnauiq; diu uiolenta Cupidinis arma
Effugere infelix: & plus, quàm ferre puellam
Poſſe putes, ego dura tuli. ſuperata fateri
Cogor, opemq; tuam timidis expoſcere uotis.
Tu ſeruare potes, tu perdere ſolus amantem.
Elige utrum facias. non hoc inimica precatur:
Sed quæ, cùm tibi ſit iunctiſsima, iunctior eſſe
Expetit, & uinclo tecum propiore ligari.
Iura ſenes norint: & quid liceatq;, nefaſq;,
Faſq; ſit, inquirant, legumq; examina ſeruent:
Conueniens Venus eſt annis temeraria noſtris.
Quid liceat neſcimus adhuc, & cuncta licere
Credimus, & ſequimur magnorum exempla deorum.
Nec nos aut durus pater, aut reuerentia famæ,
Aut timor impediet: tantùm abſit cauſſa timendi.
Dulcia fraterno ſub nomine furta tegemus.
Eſt mihi libertas tecum ſecreta loquendi,
Et damus amplexus, & iungimus oſcula coràm.
Quantum eſt, quod deſit? miſerere fatentis amorem,
Et non faſſuræ, niſi cogeret ultimus ardor:
Ne'ue merere meo ſubſcribi cauſſa ſepulcro.
Talia nequidquam perarantem plena reliquit
Cera manum, ſummoq; in margine uerſus adhæſit.
Protinus impreſſa ſignat ſua crimina gemma,
Quam tinxit lacrymis. linguæ defecerat humor.
Deq; ſuis unum famulis pudibunda uocauit,
Et paulùm blandita, Fer has fidiſsime noſtro,

in ſoluta dicimus oratione. {Violenta arma} uim afferentia. cum quadam excuſatione autem uiolenta dicuntur, quibus uiri quoque, ac dii ipſi, nedum puella ſuccumberet. {Dura} patiens dolorum. {Timidis uotis} hypallage eſt. ego nanque timida intelligitur. {Vinclo propiore} nodo arctiore, ſtrictiore, hoc eſt, coitu. {Iura ſenes norint} ab ætate ſuadet fratri Byblis, ut nihil de legibus curet. {Legum examina} æqualitatem legum, ac ſeueritatem. {Venus temeraria} inconſiderata. {Nec nos aut durus pater} a commoditate argumentatur Byblis. {Aut reuerentia famæ} periphraſis eſt pudoris. {Dulcia furta} ſuauia ſtupra, iucundos coitus. {Secreta} ſecretò, nomen pro aduerbio eſt poſitum. {Coràm} palàm, in omnium conſpectu: aut, coram patre. Coràm enim ad certos, Palàm ad omnes refertur. {Quantum eſt quod deſit?} ac ſi diceret parum ad modum deeſt ad explendum amorem noſtrum. nam ex quinq; lineis amoris, uiſu, alloquio, tactu, oſculo, concubitu, ſolus coitus reſtabat. [legunt quidã, deſit, pro deſit, neq; omnino inepte, utputo.] {Cauſſa} mortis ſubintelligatur. {Perarantem} per ſcribentem. {Nequicquã} fruſtra. nihil enim profuerunt preces illæ, quin potius obfuerunt. {In ſummo margine} in ultima marginis parte. {Adhæſit} affixus fuit & ſcriptus. {Signat} ſigillat.

{Omine}

Dixit, & adiecit, longo poſt tempore, fratri.
Cùm daret, elapſæ manibus cecidere tabellæ.
Omine turbata: miſit tamen. apta miniſter
Tempora nactus adit, traditq; latentia uerba.
Attonitus ſubita iuuenis Mæandrius ira
Proiicit acceptas, lecta ſibi parte, tabellas:
Vixq; manus retinens trepidantis ab ore miniſtri,
Dum licet, O' uetitæ ſcelerate libidinis auctor
Effuge, ait: * quòd ſi noſtrum tua fata pudorem
Non traherent tecum, pœnas mihi morte dediſſes.
Ille fugit pauidus, dominæq; ferocia Cauni
Dicta refert. palles audita Bybli repulſa,
Et pauet obſeſſum glaciali frigore corpus.
Mens tamen ut rediit, pariter rediere furores:
Linguaq; uix tales icto dedit aere uoces:
Et meritò: quid enim temeraria uulneris huius
Indicium feci? quid, quæ cælanda fuerunt,
Tam citò commiſi properatis uerba tabellis?
Antè erat ambiguis animi ſententia dictis
Prætentanda mihi, ne non ſequerentur euntem,
Parte aliqua, ueli qualis foret aura, notare
Debueram, tutoq; mari decurrere; quæ nunc
Non exploratis impleui lintea uentis.
Nunc feror in ſcopulos igitur, * ſubuerſaq; toto
Obruor Oceano: nec habent mea uela recurſus.
Quid? quòd & ominibus certis prohibebar amori
Indulgere meo, tunc cùm mihi ferre iubenti
Excidit, & fecit ſpes noſtras cera caducas?
Non'ne uel illa dies fuerat? uel tota * uoluntas?
Sed potius mutanda dies? Deus ipſe monebat,
Signaq; certa dabat, ſi non malè ſana fuiſſem.
Et tamen ipſa loqui, nec me committere ceræ
Debueram, præſenſq; meos aperire furores.
Vidiſſet lacrymas, uultus uidiſſet amantis.
Plura loqui poteram, quàm quæ cepere tabellæ.
Inuito potui circumdare brachia collo:
Et ſi reiicerer, potui moritura uideri,
Amplectiq; pedes, affuſaq; poſcere uitam.
Omnia feciſſem: quorum ſi ſingula duram
Flectere non poterant, potuiſſent omnia, mentem.
Forſitan & miſsi ſit quædam culpa miniſtri.
Non adiit aptè, nec legit idonea, credo,
Tempora, nec petiit horamq;, animumq; uacantem.
Hæc nocuere mihi. neque enim de tigride natus,
Nec rigidos ſilices, ſolidum'ue in pectore ferrum,
Aut adamanta gerit, nec lac bibit ille leænæ.
Vincetur: repetendus erit: nec tædia cœpti
Vlla mei capiam, dum ſpiritus iſte manebit.
Nam primum, ſi facta mihi reuocare liceret,
Non cœpiſſe fuit: cœpta expugnare, ſecundum eſt.
Quippe nec ille poteſt, (ut iam mea uota relinquã)
Non tamen auſorum ſemper memor eſſe meorum.
Et quia deſierim, leuiter uoluiſſe uidebor,
Aut etiam tentaſſe illum, inſidiiſq; petiſſe:
Vel certè non hoc, qui plurimus urget, & urit
Pectora noſtra, deo, ſed uicta libidine credar.
Denique iam nequeo nil commiſiſſe nefandum:
Et ſcripſi, & petij: temerata eſt noſtra uoluntas.
Vt nihil adiiciam, non poſſum innoxia dici.
Quod ſupereſt, multũ eſt in uota, in crimina paruũ.

RAPH.

qui, — ſubuerſa — uoluptas

OMINE} augurio. {Iuuenis Mæandrius} Caunus, Mæandri nepos. {Ab ore} a facie. {Trepidantis} timentis. {Dum licet} dum potes. {Tua fata} tua mors. {Noſtrum pudorem} hoc eſt, ſi tua mors nobis dedecori non eſſet. {Palles audita Bybli repulſa} apoſtrophe eſt poetæ ad Byblida. {Glaciali frigore} timore. quod enim ſequitur, pro eo, quod præcedit, frequenter per metonymiam ponitur, & contra. {Icto aere} percuſſo. nam ex percuſsione aeris uox fieri cenſetur. {Et merito} ſpernor ſubaudiendum. ſignificat autem Byblida diu attonitam fratris repulſa tacuiſſe, ac tandem in querelas pœnitentiæ plenas erupiſſe. {Indicium feci} indicaui. {Vulneris huius} amoris, qui corda hominum uulneribus conficere uidetur. {Properatis tabellis} feſtinanter ſcriptis, ac miſsis. {Ambiguis dictis} dubiis uerbis, quæ in diuerſas trahi ſententias poſsint. {Ne non * ſequeretur} ut ſequeretur. ex duabus enim negationibus conſtituitur affirmatio. {Parte aliqua ueli} metaphora a nauigantibus ſumpta, qui ante quã pandant uela, ſolent notare quales uenti ſint flaturi. {Qualis foret aura} qualis foret Cauni uoluntas. {Tuto mari} pro toto legendum eſſe tuto facile ex ſenſu ipſo apparet: quã uis fere in exemplaribus toto corrupte legatur. {Non exploratis uentis} non intellecta Cauni uoluntate. perſtat enim in metaphora a nauigantibus ſumpta. {In ſcopulos} in maximas anxietates. {Nec habent} neſcit enim uox emiſſa reuerti, ut inquit Horatius. {Cera} tabella cerata. {Non'ne uel illa dies} ſe arguit Byblis, quòd caſu tabellæ admonita in alium diem non diſtulerit litteras Cauno mittendas. {Et tamen ipſa loqui} hic quoque colligit Byblis ſe temere ad Caunum fratrem litteras dediſſe, ſatiusq; fuiſſe ſi ipſa coràm ſuos amores confeſſa fuiſſet. {Cepere} continere potuerunt. {Affuſaq;} profuſa, proiecta ad pedes Cauni. id quod fit, cum aliquid ardui uolumus impetrare. {Sit} eſſe poſsit. {Non adit apte} decenter, opportune. {Nec legit} elegit. {Credo} ut puto. {Animumq; uacantem} aliis curiis uacuum. {Si facta mihi reuocare liceret} hoc eſt, ſi poſſem efficere, ut facta eſſent infecta. {Cœpta expugnare} incœpta perficere. {Quippe nec ille poteſt} multis rationibus colligit Byblis melius eſſe, ut in incepto perſiſtat, quàm ab eo deſiſtat. {Relinquam} deponam. {Leuiter} leui amore impulſa. {Qui plurimus} maximus, grauiſsimus. {Hoc deo} Cupidine. {Denique iam nequeo} omnino, inquit, iam nefanda commiſi, neque innocẽs poſſum exiſtimari. {Temerata} uiolata. {Vt nihil adiiciam} quamuis nihil iis, quæ iam commiſi, adiungam. {In uota} ad uota explenda.

XAPH.

INCERTAE mē.} inſtabilis animi. {Cōmittit ſę.re.} cōmittit ut ſæpe repellatur. {Mox ubi finis abeſt} deinde, inquit, cum nullus finis imponitur Byblidos flagitio, Caunus patriā reliqt. {Inq; pe.} in Caria urbē ædificauit, quā de noīe ſuo Caunū appellauit, & ęſtate, & autūno peſtiferā. Diſcedit aūt ab hiſtoria poeta, quo magis uerisimilē fabulā reddat, nā Cauni cōditores a Strabone ex Creta ueniſſe ſcribūtur. {Miletida} Byblida Mileti filiā. {Plāxit} pcuſſit. {*Sine qua} qua erepta. {Profugi} porro fugati. {Vtq; tuo motę} eo furore Byblida agitatā fuiſſe ait poeta, quo Bacchę uexantur, dū tertio quoq; anno Orgia celebrāt. {Proles Semel.} apoſtrophe ad Bacchū. {Motę} cōcitatę. {tuo thyrſo} tuis ſacris p ſynecdochē. eſt nāq; Thyrſus haſta pāpinis tecta, q̄ in ſacris Bacchi iactabat̃. {Iſmarię} Thracię. {Triēnia} Trieterica Gręce dn̄r, eo ꝙ tertio quoq; anno celebrarētur. {Bubaſides nu.} Cariæ. nā Bubaſus, unde Bubaſides declinatur, Carię regio eſt [meminit & Pli.l.5.c.28.] {Caras} Carię populos. {Et armif. Lelegas} Leleges populi ſūt Carię bellicoſiſſimi. {Iā Cragō} Cragus mōs eſt Lycię Apollini ſacer, q pmontoria octo hr̄e ſcribit̃, ac eiuſdē noīs urbē. [Pli. Taurū hoc noīe appellari certa ſui parte dicit, aliis.n.locis aliis noībus eūdē illū dici. uide li.5.c.27.] {Et Li.} Limyre oppidū eſt Lyciæ iuxta Cragon. [cū amne eiuſdē noīs ut Pl.l.5.] {Xāthiq;} Xāthus & fluuii, & Lyciæ urbis maximæ nomen eſt. {Quodq; Chi.iu.} Chimæra mōs eſt Lyciæ: q ut Ætna in Sicilia, fumū ac flāmarū globos emittit. id qđ poetis cauſſam p̄buit, ut fingerent Chimęrā eſſe mōſtrū, partē anteriorē leonis hn̄s flāmas euomentē, mediū ac uentrē capræ, poſteriorē draconis, unde etiā Hom. inqt. [πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα.] ſanè Chimæra capra interpretat̃. [Quodq; chimæra iugū med. in pti b. ignē: hūc uerſum alii, inter quos & Perottus, ſic legunt, Quoq; Chimæra iugo, mediis in partibus hircum, Pectus & ora leæ &c. quæ lectio & planior eſt, & cum fabula magis conſentit. Porrò fingūt poetæ Chimærā ex Echidna & Typhaone natā eſſe, poſtremò aūt a Bellerophonte, auxilio Pegaſi, occiſam. Heſiod. in Theogonia addit, etiā tricipitem fuiſſe. eius uerſus ſunt,

Ἡ δὲ χίμαιραν ἔτικτε πνέουσαν ἀμαιμάκετον πῦρ
Δεινήν τε, μεγάλην τε, ποδώκεά τε κρατερήν τε,
Τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί, μία μὲν χαροποῖο λέοντος,
Ἡ δὲ χιμαίρας, ἡ δ' ὄφιος κρατεροῖο δράκοντος,
Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα.
Δεινὸν ἀποπνείουσα πυρὸς μένος αἰθομένοιο.
Τὴν μὲν Πήγασος εἷλε καὶ ἐσθλὸς Βελλεροφόντης.

De Pegaſo autem Bellorophonte etiā Homerus meminit Iliad.6.] {Quid.n. dare maius habebant?} ideſt poterant, ac ſi diceret nihil. {Protinus ut ſecto} quomodo in fontem fuerit reſoluta Byblis, triplici ſimilitudine poeta exponit. {Piceæ de cortice} picea arbor eſt, ex cuius trunco ſi incidatur, reſina fluit. {Vt'ue tenax bitumen} bitumen genus eſt picis ex terra naſcens. [De bitumine Plin.lib.35.c.15. Et Bituminis uicina, inquit, eſt natura, alibi limus, alibi terra limus a Iudęæ lacu, ut diximus, emergens, terra. in Syria circa Sidonem, oppidum maritimum. ſpiſſantur hęc utraque, & in denſitatem coeunt.] {Spirantis l.} leniter, nomē p aduerbio. {Remolleſcit} iterū mollis, ac liquida fit, liqueſcit. {Cōſtitit} congelata fuit. {Phœbeia By.} Phœbi neptis. {Fama noui centum} hæc ad connectendā Iphidis metamorphoſin in marem, a poeta referuntur. nā Lyctus quidam de plebe Thelethuſam duxit uxorem, cui grauidæ mandauit, ut ſi marem quidē pareret, educaret: ſin fœminam, exponeret. ſollicitæ igitur ac mœſtę propter uiri mandata Thelethuſæ, Iſis dea in ſomnis apparuit, eamq; hortata eſt, ut quicquid pareret, educare nihil dubitaret, ſe enim auxilio cum opus eſſet, futurā. quare Thelethuſa cū puellā peperiſſet, marē eſſe mentita eſt marito: qui ei nomen aui impoſuit, Iphimq; appellauit, atq; ut maſculū educauit. ſed cum ad tertiū & decimū ætatis annū perueniſſet, ei pater Ianthē Teleſtæ cuiuſdam uicinā filiam deſponſauit. cum uero dies nuptiarum adeſſet, Thelethuſa unà cū Iphide tēplum Iſidis adiit, illiuſq; implorato auxilio Iphis in marem conuerſus, Ianthe, quam fruſtra ab ſe amari crediderat, potitus eſt. {Cretæas urbes} Cretenſes, unde Miletus Byblidos pater coloniā deduxerat in Aſiam. eſt autem Creta inſula centum urbium fama nobilis, a Creta nympha Heſperidis filia cognominata, ut Doſiades ſcripſit, ut Anaximāder a rege Curetū. hæc Æria primum, deinde Curetis, tū Macaros a temperie cæli fuit appellata. Hæc Plinius.

Dixit: &, (incertæ tanta eſt diſcordia mentis)
Dum pigeat tentaſſe, libet tentare; modumq;
Exit, & infelix committit ſæpe repelli.
Mox ubi finis abeſt, patriam fugit ille, nefasq;,
Inq; peregrina ponit noua mœnia terra.
Tum uerò mœſtam tota Miletida mente
Defeciſſe ferunt: tum uerò a pectore ueſtem
Diripuit, planxitq; ſuos furibunda lacertos.
Iamq; palàm eſt demens, inconceſſamq; fatetur
Spem Veneris, ſiquidem patriam, inuiſoſq; penates
Deſerit, & profugi ſequitur ueſtigia fratris.
Vtq; tuo motæ proles Semeleïa thyrſo
Iſmariæ celebrant repetita triennia Bacchæ:
Byblida non aliter latos ululaſſe per agros
Bubaſides uidere nurus. quibus illa relictis
Caras, & armiferos Lelegas, Lyciamq; pererrat.
Iam Cragon, & Lymiren, Xanthiq; reliquerat undas,
Quoque Chimæra iugo, mediis in partibus* ignem, — hircum
Pectus, & ora leæ, caudam ſerpentis habebat.
Deficiunt ſyluæ; cùm tu laſſata ſequendo
Concidis, & dura poſitis tellure capillis
Bybli iaces, frondesq; tuo premis ore caducas.
Sæpe illam nymphæ teneris Lelegeides ulnis
Tollere conantur, ſæpe ut medeatur amori
Præcipiunt, ſurdæq; adhibent ſolatia menti.
Muta iacet, uiridesq; ſuis tenet unguibus herbas
Byblis, & humectat lacrymarum gramina riuo.
Naiadas his uenam, quæ nunquam areſcere poſſet,
Suppoſuiſſe ferunt: quid enim dare maius habebant?
Protinus, ut ſecto piceæ de cortice guttæ,
Vt'ue tenax grauida manat tellure bitumen,
Vtq; ſub aduentum ſpirantis lene Fauoni
Sole remolleſcit, quæ frigore conſtitit unda:
Sic lacrymis conſumpta ſuis Phœbeia Byblis
Vertitur in fontem, qui nunc quoque uallibus illis — Byblis i fontem.
Nomen habet dominæ, nigraq; ſub ilice manat.

ARG. Phæſtos oppidum fuit in inſula Creta. hic Lyctus generoſæ ſtirpis, ac præſtantis fidei, cum petiiſſet a Telethuſa coniuge, ut ſi puellā pareret, necaret; ſi autem puerum, ſobolem patriæ ſeruaret: & uterq; cū pro caſu futuro lacrymas dediſſet, mater nequiens inferre manus filiæ, Iſidem in malis habuit auxilio; cuius pollicitis illa infantem pro puero, decepto patre, filii opinione nutriuit. itaq; cum ætas matura nuptiis increuiſſet, nihil ſuſpicans pater, obſtrictus fide coniugis, Ianthē, ex Teleſte genitam, deſpondit: qui inter ſe dum graui amore premerentur, maxime Iphis, (hoc enim pater nomine aui eum uocari uoluerat) & trepidante etiam matre, ne Iphis diu aduerſus uirum cum infamia reperiretur, eadem dea fuit auxilio. nam ut tois nuptiis iugari poſſent, Iphin in puerum transfigurauit.

FAma noui centum Cretæas forſitan urbes
Impleſſet monſtri, ſi non miracula nuper
Iphide mutato Crete propiora tuliſſet.

Iphis it marem.

{PHÆ-

Proxima Gnoſsiaco nam quondam Phæſtia regno
Progenuit tellus ignotum nomine * Lygdum
Ingenua de plebe uirum: nec cenſus in illo
Nobilitate ſua maior; ſed uita, fidesq́;
Inculpata fuit. grauidæ qui coniugis aures
Vocibus his monuit, cùm iam propè partus adeſſet:
Quæ uoueam, duo ſunt; minimo ut releuere dolore,
Vtq́; marem parias. oneroſior altera ſors eſt.
Et uires fortuna negat. quod abominor, ergo
Edita fortè tuo fuerit ſi fœmina partu,
(Inuitus mando: pietas ignoſce) necetur.
Dixerat: & lacrymis uultum lauêre profuſis,
Tam qui mandabat, quàm cui mandata dabantur.
Sed tamen uſque ſuum uanis Telethuſa maritum
Sollicitat precibus, ne ſpem ſibi ponat in arcto.
Certa ſua eſt Lygdo ſententia. iamq́; ferendo
Vexerat illa grauem maturo pondere uentrem,
Cùm medio noctis ſpatio ſub imagine ſomni
Inachis ante torum pompa comitata ſacrorum
Aut ſtetit, aut uiſa eſt. inerant lunaria fronti
Cornua, cum ſpicis nitido flauentibus auro,
Et regale decus: cum qua latrator Anubis,
Sanctaq́; Bubaſtis, uariisq́; coloribus Apis,
Quiq́; premit uocem, digitoq́; ſilentia ſuadet,
Siſtraq́; erant, nunquamq́; ſatis quæſitus Oſiris,
Plenaq́; ſomniferis ſerpens peregrina uenenis.

*Lyſtum*

RAPH. PHÆSTIA tel.} Phæſtus urbs fuit Cretę a Minoe edificata, & a Gortyniis deleta. {Gnoſsiaco regno} Gnoſſos una fuit ex præſtātibus Cretæ urbibus. {Quæ uo.} optem, cupiam. {Vt releuere} ut parias. {Oneroſior altera ſors eſt} fœminā non ſolum enim educare, ſed ēt dotē parare oportet. {Quod abominor} quod omen dii auertant. {Vſque} ſemper, cōtinue. {In arcto} in anguſto, ut bene ſperet deos ei non defuturos. {Inachis} Io Inachi filia, quæ in uaccam conuerſa, cum priſtinæ figuræ foret reſtituta, ab Ægyptiis pro dea fuit culta, Iſisq́; appellata. huius aūt ornatum & comites deſcribit poeta. {Lunaria cornua} cū cornibus nanq; pingebatur Iſis, ut quæ eadē cum Luna eſſe dicatur. nā primi homines in Ægypto geniti hūc mundi ornatū admirātes, uniuerſorūq; naturā duos eſſe deos, & quidē æternos ſunt arbitrati Solem & Lunā, & illum quidē Oſiridem, hāc uero Iſidem appellarunt, ut Diodorus l. i. ſcribit. Luna autem primis diebus cum creſcit, cornua habere uidetur. Bos quoq; ei ab Ægyptiis ſacrificatur. [Herodotus per Iſidem, intelligi Cererē ab Ægyptiis tradit, ut per Oſirim, Dionyſiū. idem & Diod. alio loco monet.] {Et regale decus} diadema. {Cum qua latrator Anubis} Mercurius ab Ægyptiis colitur ſub canis figura, ſignificantibus eū fuiſſe cuſtodē Oſiridis, & Iſidis, Anubisq́; appellat. [Hunc, ut Diodorus tradit, quidam Oſiridis filium fecerūt, fratrē Macedonis. habuiſſe autem eos inſignia Clypeorū, Anubim canem, Macedonem Lupum. hinc ea animalia ab Ægyptiis ut ſacra obſeruari.] {Sanctaq́; Bubaſtis} comes Iſidis uidetur fuiſſe Bubaſtis. eademq́; cum Diana eſſe ab Herodoto perhibetur. ſed pro ipſa quoque Iſide accipi ſolet, a Bubaſto urbe cognominata. Hoc uero ex iis, quæ in columna eius ſacris litteris ſcripta traduntur, percipi poteſt: Ego Iſis ſum Ægypti regina, a Mercurio erudita, quæ ego legibus ſtatui, nullus ſoluet: ego ſum Oſiridis: ego ſum prima frugum inuentrix, ego ſum Ori regis mater: ego ſum in aſtro canis refulgens: mihi Bubaſta urbs condita eſt. gaude, gaude Ægypte me nutriſti. Hæc Diodorus. {Variisq́; coloribus Apis} bos uarias habens maculas in Ægypto colebatur in perpetuam memoriam Oſiridis, frumentiq́; repertoris, quanquam boues rufi immolari permitterentur, quòd colori Typhoni, qui Oſiridem necauit, ſimiles uiderentur. [Solinus cap. 34. Inter omnia, quæ Ægyptus habet digna memoratu, præcipue bouem mirantur: Apim uocant: hunc inſtar numinis colit, inſignem notæ albæ macula, quæ dextro lateri eius ingenita, corniculantis Lunæ refert faciem. Statutum æui ſpatium eſt, quod ut affuit, principio ſacri fontis profundo immerſus necatur, ne diem longius trahat, quàm licebit, mox alter, nec ſine publico luctu requiritur, quem repertum centum antiſtites Memphim proſequuntur, ut incipiat ſacris ibi initiatus, ſacer fieri, &c. Herodotus autem libro 3. Apin ab Ægyptiis uocari ait, quem Græci Epaphum dicunt. eundemq́; hoc modo deſcribit, ὁ δὲ ἆπις, ὁ ἔπαφος, γίνεται μόσχος ἐκ βοὸς, ἥτις οὐκέτι οἵη τε γίνεται ἐς γαστέρα ἄλλον βάλλεσθαι γόνον. Αἰγύπτιοι δὲ λέγουσι σέλας ἐπὶ τὴν βοῦν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατίσχειν, καί μιν ἐκ τούτου τίκτειν τὸν ἆπιν. Ἔχει δὲ ὁ μόσχος οὗτος ὁ ἆπις καλεόμενος σημήια τοιάδε. ἐὰν μέγας, ἐπὶ μὲν τῷ μετώπῳ λευκὸν τετράγωνον φορέει. ἐπὶ δὲ τοῦ νώτου, αἰετὸν, εἰκασμένον, ἐν δὲ τῇ οὐρῇ τὰς τρίχας διπλᾶς, ἐπὶ δὲ τῇ γλώσσῃ κάνθαρον.] {Quiq́; premit uocē} Harpocratem ſignificat, qui cū digito ad os appoſito pingebatur. [Vnde apud Catullum Reddere Harpocratem, pro ſilentium imponere, legitur. Similis dea apud Romanos Angerona fuiſſe traditur. uide Eraſ. prouerbia.] {Siſtraq́; erant} tympana. [Σεῖστρον Grecum eſt nomen, a σείεσθαι, hoc eſt quatiendo dictum, erat enim crepitaculū æneum, cuius agitatione, ſonitum reddebant, in ſacris Iſidis ſolenne. ut & Suidas meminit. Virgilius, Regina in mediis patrio uocat agmina ſiſtro.] {Nunquamq́; ſatis quæſitus Oſiris} deus eſt Ægyptiorum Iſidis maritus, quem ſingulis quibuſque annis Ægyptii & amiſſum maximo cum mœrore q̄runt, & inuentum maxima cum lætitia proſequuntur, ut Diodorus, aliiq́; auctores ſcribunt. [Nō tantum annuis ſacris, ſed ſingulis is ritus apud Ægyptios ſacerdotes fuit, ut cum fletu prodirent, mox cum lætitia & cantu redirent, imitantes in hoc Iſidis exemplum, quæ cum maritum Oſirin a Typhone occiſum, & in partes diſſectum audiſſet, per totam Ægyptum cum luctu & mœrore illius reliquias quæſiuit. tandem autem iis inuentis ſepulcrum maritо extruxit, luctuq́; inde & mœrore ſoluta fuit. hinc Martialis,

Nuntiat, octauum phariæ ſua turba iuuentæ,
Et placata redit iamq́;, ſubitq́; cohors.

Et ad hunc ritum Ouidius hic reſpexiſſe uidetur, ubi ait, Nunquamque ſatis quæſitus Oſiris. Quanquam alii eundem intelligunt Oſirin, & Apin, & quod hic de Oſiri dicitur, ad Apidis religionem refertur, qui certo tempore nouus quæri ſolebat, ut ſupra annotauimus. Apin autem bouem ſignificare lingua Ægyptiaca uolunt, quo nomine tunc Oſiris uocatus fuerit, quòd circa defuncti tumulum, Ægyptiis bos apparuiſſet.] {Plenaq́; ſomniferis} in pompa ſacrorum Iſidis geſtabatur etiam ſerpens, quæ dormire uidebatur. [Videndum hoc loco, num crocodilum intelligat per ſerpentem peregrinam Ouidius. nam & hic ab Ægyptiis, diuinis honoribus colebatur. quod non ſolum Herodotus & Diodorus, ſed & Iuuenalis teſtatur ſatyra decimaquinta, ubi ait:

Quis neſcit Voluſi Bithynice, qualia demens
Ægyptus portenta colat? Crocodilon adorat
Pars hæc, illa pauet ſaturam ſerpentibus Ibim.

nam quod plenam ſomniferis uenenis uocat, id ad morſum eius animantis refero, qui letalis eſt, neque unquam ſanatur, ut Diodorus ait.

Tum uelut excuſſam ſomno, & manifeſta uidentem
Sic affata dea eſt: Pars ò Telethuſa mearum
Pone graues curas, mandataq; falle mariti:
Nec dubita, cùm te partu Lucina leuarit,
Tollere quidquid erit. dea ſum auxiliaris, opemq;
Exorata fero: nec te coluiſſe quereris
Ingratum numen. monuit, thalamoq; receſsit.
Læta toro ſurgit, duraſq; ad ſidera ſupplex
Creſſa manus tollens, rata ſint ſua uiſa, precatur.
Vt dolor increuit, ſeq; ipſum pondus in auras
Expulit, & nata eſt ignaro fœmina patri,
Iuſsit ali mater puerum mentita: fidemq;
Res habuit. neque erat facti niſi conſcia nutrix.
Vota pater ſoluit, nomenq; imponit auitum.
Iphis auus fuerat. gauiſa eſt nomine mater,
Quod commune foret, nec quenquam falleret illo.
Impercepta pia mendacia fraude latebant.
Cultus erat pueri: facies, quam ſiue puellæ,
Siue dares puero, fieret formoſus uterque.
Tertius interea decimo ſucceſſerat annus,
Cùm pater, Iphi, tibi flauam deſpondet Ianthen,
Inter Phæſtiadas quæ laudatiſsima formæ
Dote fuit uirgo, Dictæo nata Teleſte.
Par ætas, par forma fuit: primaſq; magiſtris
Accepere artes elementa ætatis ab ijſdem.
Hinc amor amborum tetigit rude pectus, & æquum
Vulnus utrique dedit: ſed erat fiducia diſpar.
Coniugium, pactæq; expectat tempora tedæ,
Quemq; uirum putat eſſe, ſuum fore credit Ianthe.
Iphis amat, quo poſſe frui deſperat: & auget
Hoc ipſum flammas, ardetq; in uirgine uirgo.
Vixq; tenens lacrymas, Quis me manet exitus? inquit:
Cognita quàm nulli, quàm prodigioſa, nouæq;
Cura tenet Veneris? ſi dij mihi parcere uellent,
Perdere debuerant: ſi non & perdere uellent,
Naturale malum ſaltem & de more dediſſent.
Nec uaccam uaccæ, nec equas amor urit equarum.
Vrit oues aries: ſequitur ſua fœmina ceruum.
Sic & aues coeunt: interq; animalia cuncta
Fœmina fœmineo correpta cupidine nulla eſt.
Vellem nulla forem. ne non tamen omnia Crete
Monſtra ferat, taurum dilexit filia Solis,
Fœmina nempe marem. meus eſt furioſior illo,
Si uerum profitemur, amor. tamen illa ſecuta eſt
Spem Veneris; tamen illa dolis, & imaginæ uaccæ
Paſſa bouem eſt, & erat, qui deciperetur, adulter.
Huc licet ex toto ſolertia confluat orbe,
Ipſe licet reuolet ceratis Dædalus alis,
Quid faciet? num me puerum de uirgine doctis
Artibus efficiet? num te mutabit Ianthe?
Quin animum firmas, teq; ipſa recolligis Iphi?
Conſiliiq; inopes, & ſtultos excutis ignes?
Quid ſis nata, uides, niſi te quoque decipis ipſam.
Et pete quod fas eſt, & ama, quod fœmina debes.
Spes eſt quæ capiat, ſpes eſt quæ paſcat amantem.
Hanc tibi res adimit. non te cuſtodia caro
Arcet ab amplexu, nec cauti cura * mariti, magiſtri.
Non patris aſperitas, nec ſe negat ipſa roganti:
Nec tamen eſt potienda tibi: nec, ut omnia fiant,
Eſſe potes felix, ut dijq;, hominesq; laborent.

RAPH. EXCVSSAM} excitatam. {Dea ſum auxil.} ad id alludit, quod (ut ſcribit Diodorus) Ægyptii aſſerunt Iſidem plurimorum inuentricem fuiſſe ad morbos medicamentorũ, & medicinæ arti admodum contuliſſe, quam immortalitate quoque potitam gaudere hominum cultu, inq; eorum ualetudine præcipue uerſari, quin etiam in ſomnis palàm eis opitulari, quos cenſuerit dignos. ſigna autem horum eſſe non græcas fabellas, ſed opera certa. totum enim ferme orbem hanc deam colere propter manifeſtas morborum curationes: ſiquidem in ſomnis illam non recte ualentibus auxilia præbere, & qui eius monitis obtemperent, pręter opinionem curari etiã, quorum medici ſalutem deſperarint. {Creſſa} Cretenſis Thelethuſa. {Seq; ipſum pondus in auras Expulit} hoc eſt, poſtquam peperit, ponduſq; uteri in lucem extulit. {Fidemq; res habuit} res credita fuit. {Quod commune foret} puero & puellæ. nam Iphis tam fœmina, quàm mas appellari poteſt. {* Indecepta mendacia} non percepta, non cognita, non intellecta. Impercepta autem, indeprehẽſa'ue rectius forſitan legeretur, hoc eſt non depreheńſa, non animaduerſa. {Dictæo Teleſte} Cretenſi. a Dicte nanque monte Cretæ Dictęus declinatur. {Tetigit} commouit. {Rude pectus} rudem animum & amandi imperitum. {Sed erat fiducia diſpar} nam Iphis diffidebat ſe uiri officio fungi poſſe, Ianthe uero contra fidebat ſe munera mulieris optime obituram. {Pactæ tædæ} pactarum nuptiarum. {Quemque uirum eſſet.} Ianthe, inquit, eum putat eſſe uirum, & marem, quẽ credit ſuum maritum eſſe futurum. {Et auget Hoc ipſum flammas} quòd uirgine amata ſe frui poſſe deſperabat. {Ardetq; in uirgine uirgo} uirgo, inquit, uirginis amore inflammatur, quod maxime mirãdum eſt. hinc uero aperte colligitur, hoc nomen uirgo apud priſcos fœminini duntaxat generis fuiſſe. {Quis me manet exitus} quem, inquit, exitum meus amor ſortietur, cum Ianthe amata frui non poſſim. {Naturale malum} naturalem amorem, ut nõ uirginis, ſed uiri amore caperer. {Vellem nulla forem} hoc eſt, uellem non eſſe. {Ne non ferat} ut ferat. Crete uero cum ſit caſus nominandi, citra diphthongum ſcribatur. {Taurum dilexit filia Solis} Paſiphae, cuius fabula ſæpius iam mihi eſt enarrata. {Solertia} ingenii perſpicacitas, & acumen. {Confluat} conueniat. {Quin animum firmas?} cur non conſtantia uteris? ſe ipſam autem alloquitur Iphis. {Excutis} abiicis, repellis. {Niſi te quoque decipis ipſam} non ſolum alios, qui ipſam maſculum eſſe credebant. {Et pete quod fas eſt} & appete, inquit, quod aſſequi poſsis. {Hãc tibi res adimit} neceſsitas, & ſexus qualitas tibi hanc eripit, quam uxorem ducere cupis. {Nec tamen eſt potienda tibi} nec tamen illa potes potiri.

Nunc quoque uotorum pars nulla eſt * uana meorum,
Diiq́; mihi faciles, quidquid ualuere, dederunt.
* Quod uolo, uult genitor, uult ipſa, ſocerq́; futurus:
At non uult * Natura, potentior omnibus iſtis,
Quæ mihi ſola nocet. uenit ecce optabile tempus,
Luxq́; iugalis adeſt, & iam mea fiet Ianthe,
Nec mihi continget, mediis ſitiemus in undis.
Pronuba quid Iuno, quid ad hæc Hymenæe uenitis
Sacra, quibus qui ducat, abeſt, ubi nubimus ambæ?
Preſſit ab his uocem. nec lenius altera uirgo
Aeſtuat: utq́; celer uenias Hymenæe, precatur.
Quod petit hæc, Thelethuſa timẽs modò tp̄a differt,
Nunc ficto languore moram trahit: omina ſæpe,
Viſaq́; cauſſatur. ſed iam conſumpſerat omnem
Materiam ficti, dilataq́; tempora tedæ
Inſtiterant, unuſq́; dies reſtabat. at illa
Crinalem capiti uittam nataq́;, ſibiq́;
Detrahit, & paſſis aram complexa capillis
Iſi Paratonium, Mareoticaq́; arua, Pharonq́;,
Quæ colis, & ſeptem digeſtum in cornua Nilum,
Fer, precor, inquit, opem, noſtroq́; medere timori.
Te dea, te quondam, tuaq́; hæc inſignia uidi,
Cunctaq́; cognoui, ſonitum, comiteſq́;, faceſq́;
Siſtrorum, memoriq́; animo tua iuſſa notaui.
Quòd uidet hæc lucem, quòd non ego punior ipſa,
Conſilium, monitumq́; tuum eſt: miſerere duarum,
Auxilioq́; iuua. lacrymæ ſunt uerba ſecutæ.
Viſa dea eſt mouiſſe ſuas (& mouerat) aras:
Et templi tremuere fores, imitataq́; Lunam
Cornua fulſerunt, crepuitq́; ſonabile ſiſtrum.
Non ſecura quidem, fauſto tamen omine læta
Mater abit templo. ſequitur comes Iphis euntem,
Quàm ſolita eſt, maiore gradu: nec candor in ore
Permanet, & uires augentur, & acrior ipſe eſt
Vultus, & incomptis breuior menſura capillis.
Pluſq́; uigoris adeſt, habuit quàm fœmina. nam quæ
Fœmina nuper eras, puer es. date munera templis,
Nec timida gaudete fide. dant munera templis:
Addunt & titulum: titulus breue carmen habebat.
* Vota puer ſoluit, quæ fœmina uouerat, Iphis.
Poſtera lux radiis * totum patefecerat orbem,
Cùm Venus, & Iuno, ſociuſq́; Hymenæus ad ignes
Conueniunt, potiturq́; ſua puer Iphis Ianthe.

*Marginal variants:* * una · * Quodd ſue ego uult genitor, ſocer, & uult ipſe ſua. · * Dona · * latum

RAPH. NVLLA eſt } non eſt. [Alii legunt, Nunc quoq; uotorum pars nulla eſt uana meorum Diiq́; mihi faciles, &c. ut ſit ſenſus, Etiam nunc ea, quæcunq; uotis expetiui, contingunt mihi, & dii faciles dant quęcunq; optaui, ſcilicet ut Ianthen, & patrem illius, & item meum, fauentes atq; paratos habeam. una obſtat mihi, quæ cætera uincit omnia. Atq; hæc lectio, opinor, planior, atq; ſimplicior eſt.] {Luxq́; iugalis adeſt } nuptiarum dies. { Vbi nubimus ambæ } nubere fœminarum eſt proprium. { Nec mihi continget } quia illa potiri non potero. { Ad hæc ſacra } nuptiarum. nam in nuptiis & Iuno pronuba, & Hymenæus inuocabantur. { Preſſit ab his uocem } poſt hæc, inquit, ſiluit. {Nec lenius } nec minus. { Æſtuat } amore ardet. {Altera uirgo} Ianthe, quę Iphin, cui fuerat deſponſata, marem eſſe credebat. {Vtq́; celer uenias } apoſtrophe ad Hymenæum, nuptiarum deum. { Omina, Viſaq́; } auguria & ſomnia. { Cauſſatur } excuſat ac cauſſam eſſe ait. { Ficti } fingendi. { Iſi Paratoniũ } oppida Ægypti, ubi potiſſimum colitur Iſis, commemorat Thelethuſa. nã Paratonium Ægypti oppidum eſt, & portus ingens quadraginta ferè ſtadiorum, ut Strabo ſcribit. { Mareoticaq́; arua } Mareotis lacus eſt Ægypti iuxta Alexandriam, qui antea Arapotes nominabatur. { Pharonq́; } Pharos inſula eſt Alexandrię adiacens, in qua eſt turris altitudine inſignis, quam eodem nomine, quo inſula, multis tabulatis excelſam, & albo lapide mirifice ſtructã Soſtratus Gnidius Ægypti regum amicus, ob nauigantium ſalutem exædificauit, ut hoc epigramma in eam ſcriptum declarat: Soſtratus Gnidius, Dexiphanis filius, diis ſeruatoribus pro nauigantibus. nam cum ora importuoſa & humilis eſſet, & cautes & breuia mare haberet, ſignum aliquod neceſſarium fuit altum, & clarum, quo nauigantes ad portus ingreſſum dirigerentur. inde factum eſt ut huiuſmodi ſigna ad portus collocata Phari dicantur. { In ſeptem cornua } oſtia. nam Nilus ſeptem oſtiis egreditur in mare. {Tuaq́; hæc inſignia uidi } in ara nanque Iſidis ea omnia ſimulacra erant, quæ per ſomnum uiderat Thelethuſa. {Sonitum comiteſq́;, faceſq́; } ordo eſt, Sonitum ſiſtrorum. ſiſtrum nanq; inſtrumentum eſt, quod concuſſum ſonitum emittit, unde & nomen ἀπὸ τοῦ σείειν, hoc eſt a concutiendo accepit. { Quòd uidet hæc lucem } q; hæc uiuit. digito autem puellam oſtendit. { Non ſecura } non ſine cura & ſollicitudine. { Fauſto omine } felici augurio. { Ad ignes } ad ſacrificia: quæ in nuptiis Iunoni, Hymenæoq́;, ac Veneri celebrabantur.

IACOBI CONSTANTII FANENSIS.

VNa miniſtrarum media plebe Galanthis } hæc lacteus flos interpretatur. γάλα enim lac, ἄνθος flos dicitur. {Lotos in hanc nymphę} magis placet, ut Lotis legatur. idem primo Faſtorum

At ruber hortorum Deus, & tutela priapus
Omnibus ex illis.

Lotide captus erat. & infra,

Lotis in herboſa ſub acernis ultima ramis,
Sic, ut erat luſu feſſa, quieuit humo.

*uide lib. I. fol. 3.*

niſi quis uelit ut Lotos ſicut Rhodos declinetur. ceterũ eam ſcio apud neſcio quẽ Græcũ auctorem Neptuni filiam appellari. { At puer Amphiſus } uide'ne Amphryſus legi debeat ab Amphryſo Magneſię fluuio: quæ portio eſt Theſſaliæ. Oechalia enim, unde huius parentes fuerunt, in Theſſalia ponitur omnium ferè ſcriptorum conſenſu. licet non ignoremus plures fuiſſe Oechalias. { Phegeius hauſerit enſis } hic Phegeus Themeni & Axionis pater uidendũ eſt, an Phoronei frater fuerit, & Pſophidis filius, cuius meminit Stephanus. {Mediis in partibus ignẽ} emendati codices hircum non ignem ſcribendum eſſe oſtendunt. quæ lectio cum Homeri & Heſiodi uerſu conuenit: qui Chimerę medium capram eſſe ſcripſerunt, hic in Theogonia, ille in Iliados ſexto.

HENRICI GLA. annotationes in librum nonum.

*Admiſſumq́; trahens ſequitur.*

PErquam eleganter exprimit poeta naturam taurorum ruentium in prælium, ſimulq́; ſcientiam Herculis in eo capiundo. illud autem admiſſum exponendum, In curſum miſſum. quod etiam libro ſexto de Sipylo Niobes filio admonuimus.

*Dat munus raptæ uelut irritamen amoris.*

Raptam uocat, quam certando acquiſierat Hercules: & irritamen ad iram prouocationem quidam interpretantur, ideoq́; ſimplici ſcribendum r littera.

*Victor ab Oechalia Cæneo ſacra parabat.*

Huius Oechaliæ meminit Strabo lib. [illegible]. non ita longe ab initio. Cæneum autem Ptolemæus ad ſeptentrionem in Eubœa ponit promontorium. ceterum cum in Oeta mon-

te Hercules uitam finierit, neceſſe eſt Cæneo Ioui non in Eubœa ſacrum factum, ſed extra inſulam, etiam ſi nomen fortaſsis inde habet. Oetam ſanè montem Plinius lib.4. cap.7. a Doridiæ tergo eſſe perhibet, non meminit Ptolemæus, ſed Strabo lib.9.

*Quæ quoniam adueniet, properandum.*

Iolen timet uenturam Tiryntha, ubi, ut opinor, habitabat, quare præueniendum putat. inter dubitationis autem parteis, qua nunc ad fugam, nunc ad manendum inſtigatur, tandem cum Meleagri ſe ſororē eſſe ait, omnino facinus magnum parandum, & teſtandum quid coniugii læſi iniuria, fœmineusq; dolor poſsit, idq; iugulata pellice concludit. ſed ut paro indicandi modo legitur, ita etiam teſtor legendum exiſtimo, non teſter, quanquam Raphael ita legerit.

*Viſaq; deieci, dominumq; ipſoſq; peremi.*

Ipſos haud dubie equos refert, quos tamen hiſtorici quidam ad Euryſthia adductos ſcribunt, ac ab eo Iunoni ſacratos, eorum progeniem ad Alexandri uſq; tempora duraſſe. ſed apparet Ouidium alios ſecutum auctores.

*Nunc quoq; in Euboico ſcopulus breuis emicat alte.*

Hoc quoq; dubitationem merito lectori mouere poteſt, quomodo breuis ſcopulus alte emicet, præſertim cum tertio deinde uerſu nautæ eum calcare uereantur. Commentatori hoc enarrandum erat: nos quia lectionem non impedit, ſtudioſis, ut quædam alia in his annotationibus perquirenda relinquimus.

*Ex oculis remouete manus ſine munere ueſtro.*

Morientibus a dilectiſsimis oculi claudebantur: hoc igitur pietatis officium exhibere uolentibus, hæc dicere uidetur. nam corticem hoc facere in ipſorum conſpectu, ait.

*Vano ſuperi ſermone fremebant.*

Fremebant dii aduerſus Themidos uaticinium, ut Themis pauloante contra Heben. Hebe nulli alii deinde iuuentutem ſe daturam dixit, Themis autem futuros ait Callirroes filios ex infantibus ſubito uiros. dii contra Themin nulli hoc concedendum. tandem Iupiter auctoritate ſua hæc diſcuſsit.

*Nec quo prius ordine regnat.*

Hoc uix intelligitur. ego puto eum dicere uelle, Minoa non tanta ſubditorum obedientia regnare, quemadmodum iuuenis ac ualidus eſſet.

*—Nullumq; ſub illo*
*Igne facit uotum.*

Nondum amor tam magnus erat, inquit, ut Byblis propterea uotum ſuſciperet, quod uehementer amantes facere conſuerant, ut potirentur amato.

*Ergo ego quæ fueram non reiectura petentem,*
*Ipſa petam.*

Quidam hæc uerba interrogatiue legunt, quod mihi non probatur. nam tota hac oratione lucta mentis ac ſenſus eſt. uerba igitur ſenſus hæc ſunt, quæ certe tertio ſuperius carmine inceperant. at hæc, quę deinde ſequuntur. Poteris'ne loqui, poteris'ne fateri? uerba ſunt mentis.

*Mediis in partibus*
*Pectus & ora leæ, caudam ſerpentis habebat.*

Codices ferè, mediis in partibus ignem, habebant. Perottus in ſuo cornu hircum legit, ad illud Homeri referens:

Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα.

(quod mihi perplacet, tametſi apud auctores hoc uariatum eſt. idem Perottus, Quoq; Chimæra iugo, pro iugum legit, quod mihi diſplicet. præcedente autē uerſu limyrum, non prima, ſed ſecunda ſyllaba y pſylon habet, quod in pleriſq; codicibus neglectum uidimus. deniq; illud, Deficiunt ſyluæ, ſubinferendum ad præcedentia uidetur, ut ſit ſenſus, ibi deficere ſyluas. quo loco Chimæra mons mediis in partibus habebat hircum, atq; ibi Byblida concidiſſe.

*Neſpem ſibi ponat in arcto.*

Vide reciprocationem, ad ipſam'ne Thelethuſam, an ad Lyctum referendum putemus: ego ad Lyctum referri puto. ſequente autem uerſu, - Iamq; ferendo Vexerat illa grauē maturo pondere uentrem, uide ut Vexerat exponendum.

*Nunc quoq; uotorum pars nulla eſt una meorum.*

Quidam libri ulla habebant, pro nulla, ſed Raphael nulla per non exponit. ſanè perquàm obſcurus eſt ſenſus. neſcias enim uelit'ne dicere, una pars meorum uotorum nempe de potiunda Ianthe, non eſt. an potius, Meorum uotorum non una eſt pars, quaſi diceret omnia mihi contraria eueniunt atq; aduerſa. quod tamen animi impatientia dictum uideri poteſt.

*Quòd uidet hæc lucem, quòd non ego punior ipſa.*

Sed nec hic planè me explico, Quòd non ego punior ipſa. utrum quòd ego ipſa non puniar, uidelicet quod hoc maritum cælauerim, an ipſa, propter ipſam. Et hæc quidem ſi fortaſsis quibuſdam felicioris ingenii hominibus leuiuſcula uidebuntur, nec digna annotatione, nobis ſtupidioribus, & qui ubiq; facile hæremus, ueniā dabunt, quando A. Gellius, & paulo ante noſtram ætatem Laurentius Valla de lingua Latina meritiſsimi quædam haud diſsimilia tractarunt: nos ad alia properamus.

# P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER DECIMVS.




ARGVMENTVM.

Orpheus, Eurydice interempta, ad inferos deſcendit, & a Dite impetrauit, ut eam reduceret ad ſuperos, lege propoſita, ſi ſequentem non reſpexiſſet: quod ille præſtare non potuit. reuocata igitur ad inferos, Orpheus non aliter ſtupuiſſe dicitur, ꝗ paſtor, qui, uiſo Cerbero, quem ab inferis traxerat Hercules, nimio pauore in ſaxum uerſus eſt: quamq; Olenus & Lethæa, quæ cum pulchritudine ſuperba deabus ſe prætuliſſet, deq; ea ſupplicium ſumere uellent, uxoris culpam Olenus in ſe tranſferre uoluit, ſuntq; ambo in ſaxa mutati. Orpheus poſtea dolore, ac fletu finito, ne rurſus coniugale deſiderium experiretur, puerilem Venerem inſtituit.

INde per immenſum croceo uelatus amictu
Aethera digreditur, Ciconumq́; Hymenæus ad oras
Tendit, & Orpheïa nequidquam uoce uocatur.
Affuit ille quidem, ſed nec ſolennia uerba,
Nec lætos uultus, nec felix attulit omen.
Fax quoque, quam tenuit, lacrymoſo ſtridula fumo,
Vſque fuit, nulloſq́; inuênit motibus ignes.
Exitus auſpicio grauior. nam nupta per herbas
Dum nona Naïadum turba comitata uagatur,
Occidit, in talum ſerpentis dente recepto.
Quam ſatis ad ſuperas poſtquam Rhodopeïus auras
Defleuit uates, ne non tentaret & umbras,
Ad Styga Tenaria eſt auſus deſcendere porta:
Perq́; leues populos, ſimulacraq́; functa ſepulcro
Perſephonen adiit, inamœnaq́; regna tenentem
Vmbrarum dominum: pulſiſq́; ad carmina neruis
Sic ait: O poſiti ſub terra numina mundi,
In quem decidimus quidquid mortale creamur,
Si licet, & falſi poſitis ambagibus oris
Vera loqui ſinitis, non huc, ut opaca uiderem
Tartara, deſcendi, nec uti uilloſa colubris
Terna Meduſæi uincirem guttura monſtri.
Cauſſa uiæ eſt coniux, in quam calcata uenenum
Vipera diffudit, creſcenteſq́; abſtulit annos.
Poſſe pati uolui: nec me tentaſſe negabo:

RAPH. INDE per immenſum } Totum hunc librum undecimiq́; partem Orphei geſtis carminibuſq́; ita dicauit poeta, ut ab inſtituto non diſcedat, uariaſq́; transfigurationes exponat. nam Orpheus, Apollinis, & Calliopes, uel (ut alii ſcribūt) Oeagri fluuii, & Polymniæ muſæ filius, ſciētia ac cantus ſuauitate mortales omnes dicitur ſuperaſſe, citharamq́; ad ſimilitudinem teſtudinis a Mercurio cōfectam, donoq́; Apollini datam a patre accepiſſe, cuius modulatione nō homines ſolum, ſed feras, ſyluaſq́; ac ſaxa mota fuiſſe. is enim (ut ſcribit Diodorus) doctrinæ deditus, cum theologiæ operā impendiſſet, in Ægyptum tranſiit, plurimarumq́; ibi rerum percepta ſcientia, Græcorum doctiſsimus, tum in deorum cæremoniis, tum in theologia, tum in poematis, cantuq́; eſt habitus. nauigauit inſuper cum Argonautis, obq́; uxoris amorem ad inferos cum deſcēdiſſet, a Proſerpina ſuauitate cantus allecta impetrauit, ut defunctam uxorem ab inferis excitaret. nam Eurydice, quam infauſto omine ſibi copularat, dum per prata ſimul cum aliis nymphis uagaretur, a ſerpente percuſſa interiit: tātoq́; dolore moriens affecit maritum, ut non ſatis eſſe duxerit lugere, ſed ad inferos quoq; ad eam repetendā deſcendere nihil dubitarit. eò igitur cum perueniſſet, tantū carminis ſuauitate effecit, ut uxorē a Plutone ea acciperet condicione, ne illam prius, quàm ad ſuperos reuerſus eſſet, reſpiceret. ſed Orpheus ueritꝰ ne ſe uxor ſequeretur, cum iam ferè ad ſuperos perueniſſet, eā reſpexit, quæ illico ad inferos retracta Orpheum in maximis cruciatibus reliquit. cum igitur deſperaret ſe iterū ea potiri poſſe, omnes aſpernatus mulieres dicitur, primuſq́; apud Thraces puerorum amoribus indulſiſſe. id uero ægre ferentes Thracię mulieres, ſacra Bacchi celebrantes, illum, cithara canentem, feraſq́; mulcentem diſcerpſerunt. cuius caput unà cum cithara in Hebrum proiectum, cum Lesbon uſque perueniſſet, idq́; ſerpens laniare uellet, in ſaxum ab Apolline dicitur fuiſſe transformatus. { Ad oras Ciconum } Cicones populi ſunt Thraciæ iuxta Hebrum fluuium habitantes, a Cicone Apollinis & Rhodopes filio dicti. { Et Orpheia uo. } adiectiuum eſt Orpheia, unde etiam penultimam producit. quæ a Græcis per ω ſcribitur. { Nequicquam } fruſtra. neque enim felices illæ nuptiæ fuerunt. { Sed nec ſolennia uerba } qualia hæc eſſent, fauſtæ, feliceſq́; hæ ſint nuptiæ. { Fax quoque quam tenuit } quinque faces (ut in Problematis ſcribit Plutarchus) ante nouam nuptam præferri ſolebant. { Vſque } ſemper. { Rhodopeius ua. } Orpheus poeta Thracius, cuius hymni in pleroſque deorum etiam num extant. Rhodope autē mons eſt Thraciæ altiſsimus. { Tęnaria porta } Tænarus Laconiæ promontorium eſt, in quo ſpecus eſſe dicitur, per quē ad inferos deſcenditur. { Perq́; leues pop. } corporibus carentes. { Perſephonem } Proſerpinam. [ Proprie autem uidetur Perſephone dici, Hecate, quòd ea ueneficiis patrem Perſea interfeciſſe dicatur. ut eſt apud Diodorus lib. 5. Hecaten autem & Proſerpinā pro eadem accipi ſupra annotauimus.] { Vmbrarum dominum } Plutonem. { O poſiti } hac oratione Orpheus perſuadere conatur Plutoni atq; Proſerpinæ, ut ſibi Eurydicem uxorē reſtituāt ac per aliquot adhuc annos uiuere apud ſuperos permittāt. { Mundi poſiti ſub terra } periphraſis eſt inferorum. { Opaca Tartara } obſcura, tenebroſa. eſt.n. Tartarus inferorū locus profundiſsimus. { Meduſæi monſtri } Cerberi canis inferorū tricipitis, qui ut Meduſa pro capillis, ita pro pilis colubros ac ſerpētes habet. Merito aūt ſe excuſat Orpheꝰ ne ut Hercules credatur ad extrahendū Cerberū illuc deſcendiſſe. [De colubris Cerberi, quos ille pro pilis habet, Regiꝰ uiderit. Meduſæū aūt mōſtrū Cerberum dici, inde uolūt alii ꝙ Echidna, q̄ Cerberū & Orthū Geryonis canē peperit ex Typhaone, Meduſæ ꝓgenies fuerit. ſic.n. apud Heſio. legitur de Meduſa:

Vicit amor. ſupera Deus hic bene notus in ora eſt:
An ſit & hîc, dubito: ſed & hîc tamen auguror eſſe:
Famaq; ſi ueteris non eſt mentita rapinæ,
Vos quoq; iunxit amor. p̄ ego hæc loca plena timoris,
Per Chaos hoc ingens, uaſtiq; ſilentia regni,
Eurydices, oro, properata retexite fata.
Omnia debentur uobis: paulumq; morati
Serius, aut citius ſedem properamus ad * unam. imam.
Tendimus huc omnes: hæc eſt domus ultima: uoſq;
Humani generis longiſsima regna tenetis.
Hæc quoque cùm * iuſtos matura peregerit annos, iuſſos
Iuris erit ueſtri: pro munere poſcimus uſum.
Quòd ſi fata negant ueniam pro coniuge, certum eſt
Nolle redire mihi: letho gaudete duorum.
Talia dicentem, neruoſq; ad uerba mouentem,
Exangues flebant animæ; nec Tantalus undam
Captauit refugam; ſtupuitq; Ixionis orbis;
Nec carpſere iecur uolucres; urniſq; uacarunt
Belides; inq; tuo ſediſti Siſyphe ſaxo.
Tum primùm lacrymis uictarum carmine fama eſt
Eumenidum maduiſſe genas: nec regia coniux
Suſtinet oranti, nec qui regit ima, negare:
Eurydicenq; uocant. umbras erat illa recentes
Inter, & inceſsit paſſu de uulnere tardo.
Hanc ſimul, & legem Rhodopeïus accipit Orpheus,
Ne flectat retrò ſua lumina, donec Auernas
Exierit ualles, aut irrita dona futura.
Carpitur accliuis per muta ſilentia trames
Arduus, obſcurus, caligine denſus opaca:
Nec procul abfuerant telluris margine ſummæ:
Hîc ne deficeret metuens, auiduſq; uidendi
Flexit amans oculos, & protinus illa relapſa eſt.
Brachiaq; intendens, prenditq;, & prendere captans,
Nil niſi cedentes infelix arripit auras.
Iamq; iterum moriens, non eſt de coniuge quidquam
Queſta ſuo. quid enim niſi ſe quereretur amatam?
Supremumq; uale, quod iam uix auribus ille
Acciperet, dixit, reuocataq; rurſus eodem eſt.
Non aliter ſtupuit gemina nece coniugis Orpheus,
Quàm tria qui timidus medio portante catenas
Colla canis uidit: quem non pauor antè reliquit,
Quàm natura prior, ſaxo per corpus oborto:
Quiq; in ſe traxit crimen, uoluitq; uideri
Olenus eſſe nocens: tuq; ò confiſa figuræ
Infelix Lethæa tuæ, iunctiſsima quondam
Corpora, nunc lapides, quos humida ſuſtinet Ide.

Ἡ δ᾽ ἔτεκ᾽ ἄλλο πέλωρον ἀμήχανον, οὐδὲν ἐοικὸς
Θνητοῖς ἀνθρώποις, οὐδ᾽ ἀθανάτοισι θεοῖσι,
Σπῆϊ ἔνι γλαφυρῷ θείην κρατερόφρον᾽ ἔχιδναν, &c.
& paulo poſt Echidna,
Τῇ δὲ τυφάονά φασὶ μιγήμεναι ἐν φιλότητι,
Ἡ δ᾽ ὑποκυσαμένη τέκετο κρατερόφρονα τέκνα
Ὄρθον μὲν πρῶτον κύνα γείνατο γηρυονῆϊ,
Δεύτερον αὖτις ἔτικτεν ἀμήχανον οὔτε φατειὸν
Κέρβερον ὠμηστὴν ἀΐδεω κύνα χαλκεόφωνον,
Πεντηκοντακέφαλον, ἀναιδέα τε κρατερόντε.]

RAPH. AVGVROR} coniecto & ſignis colligo. Auguror autem & auguro in eadem ſignificatione dicimus. {Veteris ra.} nā Pluto Proſerpinæ amore captus eā rapuit. {Per chaos hoc ingens} per has immenſas tenebras. {Retexite} reſoluite, ut ad uitā poſſit redire. {Omnia de.uo.} omnia, inquit, ad uos uenire neceſſe eſt. {Longiſsima re.} utpote, quæ nūquā ſint finē habitura. {Peregerit} cōpleuerit. {Iuris u.} poteſtatis, & ditionis ueſtræ. {Pro mu.po.uſum} ut Eurydice uti, fruiq; poſſim. {Quòd ſi fata ne.ue.} ſed ſi, inquit, fata mihi hoc beneficiū, pro uxore petitū, negauerint, decreui nolle ad ſuperos redire. {Veniā} beneficiū. interdū uenia p̄ pace ponitur. Virg. Cuncti nam lecti nauibus ibant Orantes ueniā. Ceterum qui peccarūt, ueniā petere proprie dicuntur, cum ut ſibi parcatur, orāt. {Certum eſt mi.} decretū eſt mihi. {Talia di.} quāta fuerit uis Orphei orationis, facile hic colligitur, ꝙ inferos omnes lacrymas emittere coegit. {Neruoſq;} citharæ chordas pulſantē. {Nec Tantalus undā Captauit ref.} Tantalus Paphlagoniæ rex fuit regionis fertilitate ditiſsimus, qui menſa deorum dignatus Iouis arcana prodidit mortalibus. quare ad inferos detruſus, & inter aquas ori allabentes ſitit, nec pendentibus pomis famē expellere poteſt. cum enim ea captare uult a uento (ut ſcribit Hom.) diſsipantur. {Captauit} capere curauit. {Stupuitq; Ixi.or.} Ixion Phlegiæ, uel (ut quidam ſcribunt) Antionis & Melanthus filius, cum Iunonem de ſtupro interpellaſſet, ſiue (ut Hom. ait) Latonam, ad inferos damnatus rota aſsidue circumagitur. {Stupuit} immobilis permanſit, ut Orphei carmina audiret. {Orbis} rota. {Nec carpſere iecur uolucres} Titii ſubaudiatur. nam Titius Iouis filius, & Helatæ, qui Terræ alumnus dicitur, quoniā a matre ſub ſpecu metu Iunonis fuit educatus, cum Latonam uiolare tentaſſet, in nouem iugera diſtentus iecore ſuo uultures aſsidue paſcere narratur. {Vrniſq; uacar. Bel.} Beli neptes. hæ uero Danai filiæ fuere quinquaginta, quæ totidē patrueles, eoſdēq; maritos, Ægypti filios, iuſſu Danai patris ſuum quæq; præter unam Hypermneſtrā, quę Lynceo pepercit, prima nocte interemere: unde ad inferos detruſæ cribris aquā haurire finguntur. hac autē fabula Lucretius amore captos ſignificari putat, qui in re leuiſsima diu laborent. {Vacarunt} ceſſarunt ab urnis geſtandis. {Inq; tuo ſed. Siſyphe ſaxo} Siſyphus Æoli fili⁹ cū Iſthmū infeſtaret, ad inferos truſus ſaxum in montis cacumen ſubuoluere cogitur, quod ſemper in uallem deuoluitur. quo ambitioſi ſignificantur, qui quāuis ferant repulſam, ab ambiendis tamen magiſtratibus nō deſiſtunt. {Eumenidum} furiarum. {Nec regia coniux} Proſerpina. {Nec qui regit ima} periphraſis eſt Plutonis. {Vmbras in.} anaſtrophe eſt. {Carpitur ac.} p̄ tramitē arduū Orpheus ab inferis ad ſuperos aſcēdit. {Nec pro.} nec longe. {Margine} extremitate. {Summę t.} ſupernę terrę. {Hinc ne de.m.} tūc, inqt, timens Orpheus ne Eurydice ſe deſereret, ad eā oculos cōuertit. {Quā t.q ti.} quis nā hic fuerit, nuſquā me legiſſe memini. quiſqs aūt fuit, cū Cerberū ab Hercule ad ſuperos attractū uidiſſet, tāto affect⁹ eſt tremore, ut ī ſaxū fuerit cōuerſus. [Hūc locum explicat Parraſius in pręfationē ſecūdi de Rap. Proſer. alludit aūt poeta ad eum, quē Græci παρακύπτοντα uocant. de quo prouerbiū extat, δειλότερος τοῦ παρακύπτοντος. de quo apud Suidam hoc modo legitur. ἀνὴρ γάρ τις ἐγένετο δειλὸς, ὃς παρακύψας ἐκ σπηλαίου, καὶ ἰδὼν τὸν ἡρακλέα ἀπελιθώθη, καὶ διέμεινεν ἔτι καὶ νῦν ὁ λίθος ἀνθρωποειδής. φοβούμενος γὰρ τὸν ἡρακλέα, κατέδυ εἰς τὸ σπήλαιον, καὶ διὰ δειλίαν ἀπέθανεν. Reliqua uide apud Parrhaſium.] {Medio} collo ſubaudiatur. nā è tribus Cerberi collis mediū cathenis fuerat ligatū. {Quiq; ī ſe tra.cri.} Olenus quidā Lethæam duxit uxorē eximia pulchritudine adeo ſuperbā, ut ſe deabus p̄ferret. ceterū deæ iratæ cū de Lethæa ſuppliciū ſumere uellent, Olenus in ſe culpā uxoris trāſferre auſus unà cū illa in lapidē fuit cōuerſus. {Humida Ide} fontibus abundās. nā Ida Phrygia multis fontibus irrigatur. [Vnde & πολυπίδακα Hom. illā ſubinde appellat.

Olenus & Lethæa in lapides

{Orantem}

Orantem, fruſtraq; iterum tranſire uolentem
Portitor arcuerat. ſeptem tamen illa diebus
Squalidus in ripa Cereris ſine munere ſedit:
Cura, dolorq; animi, lacrymæq; alimenta fuere.
Eſſe deos Erebi crudeles queſtus, in altam
Se recipit Rhodopen, pulſumq; Aquilonibus Hæmum,
Tertius æquoreis incluſum piſcibus annum
Finierat Titan: omnemq; refugerat Orpheus
Fœmineam Venerem, ſeu quod malè ceſſerat illi,
Siue fidem dederat. multas tamen ardor habebat
Iungere ſe uati: multæ doluere repulſæ.
Ille etiam Thracum populis fuit auctor, amorem
In teneros transferre mares, citraq; iuuentam
Aetatis breue uer, & primos carpere flores.

ARG. Ad cantus Orphei, deſiderantis conſuetudinem coniugis, cum plurima animalia, capta uocis dulcedine, conueniſſent, & in his etiam arbores elicitæ: inter quas ſtupens cantibus fuit pinus Cybeles montis, qui in Phrygia eſt, in quam Atys, matris deum antiſtes, mutatus eſt.



COllis erat, collemq; ſuper planiſsima campi
Area, quam uiridem faciebant graminis herbæ.
Vmbra loco deerat: qua poſtquam parte reſedit
Diis genitus uates, & fila ſonantia mouit;
Vmbra loco uênit, non Chaonis abfuit arbor,
Non nemus Heliadum, non frondibus eſculus altis,
Nec tiliæ molles, nec fagus, & innuba laurus,
Et coryli fragiles, & fraxinus utilis haſtis,
Enodiſq; abies, curuataq; glandibus ilex,
Et platanus genialis, acerq; coloribus impar,
Amnicolæq; ſimul ſalices, & aquatica lotos,
Perpetuoq; uirens buxus, tenueſq; myricæ,
Et bicolor myrtus, & baccis cærula ficus.
Vos quoq; * flexibiles hederæ ueniſtis, & unà — *flexipedes*
Pampineæ uites, & * amictæ uitibus ulmi, — *amicæ*
Orniq;, & piceæ, pomoq; onerata rubenti
Arbutus, & lentæ uictoris præmia palmæ,
Et ſuccincta comas, hirſutaq; uertice pinus,

RAHP. ORANTEM} Orpheum precantē.{ Portitor} Charon, qui portui inferorum præeſt.{ Arguerat } increpuerat, ſed arcuerat fortaſſe rectius legeretur, ut intelligamus, uetuerat.{ In ripa } ſtygis paludis.{ Cereris ſine munere } ſine ullo cibo.{ Pulſumq; Aquilonibus Hæmum } montes ſunt Thraciæ Rhodope & Hæmus Boreæ obnoxii. { Annum piſcibus æquoreis incluſum } hoc eſt piſcibus terminatum. nam piſces zodiaci ultimum obtinent locum, annumq; terminant. ſignificat igitur tres annos tranſiuiſſe poſt Eurydices mortem, quibus Orpheus nullā tetigerat mulierem. { Auctor transferre } conſtructio eſt græca. transferendi enim Latine diceretur.

COEL. RHOD. Quoniam uero de cinædis facta mentio eſt, ſunt qui ſcribant, Orpheū Thraca principem omnium tanti ſceleris, & libidinis deteſtandæ repertorem fuiſſe. quod & Ouid. poſt frequentia Græcorum monumēta carminibus inſeruit:

Ille etiam Thracum populis fuit auctor, amorem
In teneros transferre mares citraq; iuuentam
Ætatis breue uer, & primos carpere flores.

{ Collis erat } locum deſcribit ubi canēs Orpheus a Bacchis fuit diſcerptus. { Diis genitus uates } Orpheus Apollinis & Calliopes muſæ filius.{ Loco }in locum. Virg. It clamor cælo. { Chaonis arbor } quercum dicit. nam quercus arbor eſt glandifera, quæ in Chaonia Epiri regione a Chaone dicta, copioſe prouenit. unde in primo Geor. Virg. Si ueſtro munere tellus Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta. Chaon autem frater fuiſſe Heleni ſcribitur: quem cum Helenus ipſe per imprudentiam occidiſſet, regionem, cui imperabat, Chaoniam ab illius nomine uocauit, cum antea Moloſsia appellaretur. unde Virgilius Morte Neoptolemi regnorū reddita ceſsit Pars Heleno, qui Chaonios cognomine campos, Chaoniamq; omnem Troiano a Chaone dixit. Plin. autē Chaoniam a Chaonibus populis denominatam eſſe ſcribit.{ Nō nemus Heliad.} populi, in quas ſorores Phaethontis cōuerſas fuiſſe in ſecundo uolumine poeta narrauit.{ Helladum }Solis filiarum. Helios enim Sol dicitur. { Æſculus } arbor eſt hæc glandifera Ioui dicata. { Et innuba laurus } uirgo. Daphne enim, quam in laurum conuerſam legimus, nunquā nubere uoluit.{ Enodis abies } ſine nodis.{ Et platanus genialis }genio ac uoluptati dicata. foliis enim æſtate Solem auertit, hyeme uero admittit, ut Plin. ſcribit.{ Acerq; } acer arbor eſt uariis diſtincta coloribus, unde acernæ menſæ poſt citreas in pretio apud priſcos fuiſſe ſcribuntur.{ Amnicolæ ſalices }iuxta fluuios naſcentes. Salix autem arbor eſt notior, quàm ut hoc loco ſit deſcribenda.{ Et aquatica Lotos } arbor eſt Lotos, locis humidis gaudens, unde & aquatica uocatur a poeta, & fert ſuauiſsimum fructum in Africa præſertim, unde Lotophagi populi fuerunt denominati. eſt etiam Lotos herba, quam inter primas deorum uoluptati naſci Homerus ait. { Tenueſq; myricæ }humiles, non multum creſcentes. unde & Virgil. in Bucolicis humiles myricas appellat. { Et bicolor myrtus } arbor eſt myrtus Veneri dicata. { Baccis } immaturas ficos baccas uocat poeta.{ Pampineæ uites } pampinis & foliis oneratæ.{ Orniq; & pyceæ }arbores ſunt montanæ ornus & picea. ſanè hornus cum aſpiratione huius anni intelligitur. { Arbutus }arboris eſt ſpecies arbutus haud ualde creſcens. { Pomo rubenti } pomis rubicundis. { Et lentæ palmæ } flexibiles.{ Victoris præmia } iccirco palmę uictoris prę mia dicuntur, quòd uictores palma coronantur. palmæ enim nunquam oneri cedunt, ut qui uincunt, hoſtibus cedere non uidentur.{ Et ſuccincta comas } ſuccinctas & altas habens comas, & frondes. nam pinus in uertice ſolū frondes emittit.

Grata deûm matri . ſiquidem Cybeleïus Atys
Exuit hac hominem , truncoq́; induruit illo .

A RG. Cypariſſus fuit † Amyclei filius ex inſula Cæa. hũc Apollo dilexit: & ,ppter ceruũ patiẽtẽ manus, quẽ per imprudẽtiã ſagitta trãſfixũ interemerat, manus afferentẽ ſibi, periculo eripuit: & protinus in arborẽ ſui nominis uertit.




AFfuit huic turbæ metas imitata cupreſſus ,
Nunc arbor , puer antè Deo dilectus ab illo ,
Qui citharam neruis , & neruis temperat arcum .
Nanq; ſacer nymphis Carthæa tenentibus arua
Ingens ceruus erat , lateq; patentibus altas
Ipſe ſuo capiti præbebat cornibus umbras .
Cornua fulgebant auro : demiſſaq; in armos
Pendebant tereti * gemmata monilia collo .
Bulla ſuper frontem paruis argentea loris
Vincta mouebatur , * pariléſq; ætate nitebant
Auribus è geminis circumcaua tempora baccæ .
Iſq; metu uacuus , naturaliq; pauore
Depoſito celebrare domos , mulcendaq; colla
Quamlibet ignotis manibus præbere ſolebat .
Sed tamen ante alios Cææ pulcherrime gentis
Gratus erat , Cypariſſe , tibi : tu pabula ceruum
Ad noua , tu liquidi ducebas fontis ad undas ;
Tu modo texebas uario per cornua flores ;
Nunc eques in tergo reſidens huc lætus , & illuc
Mollia purpureis frenabas ora capiſtris .
Aeſtus erat , mediuſq; dies , Soliſq; uapore
Concaua littorei feruebant brachia Cancri :
Feſſus in herboſa poſuit ſua corpora terra
Ceruus , & arborea frigus ducebat ab umbra .
Hunc puer imprudens iaculo Cypariſſus acuto
Fixit , & , ut ſæuo morientem uulnere uidit ,
Velle mori ſtatuit . quæ non ſolatia Phœbus
Dixit , & , ut leuiter , pro materiaq; doleret ,
Admonuit ? gemit ille tamen , munuſq; ſupremum
Hoc petit à ſuperis , ut tempore lugeat omni .
Iamq; per immenſos egeſto ſanguine fletus ,
In uiridem uerti cœperunt membra colorem :
Et modò qui niuea pendebant fronte capilli ,
Horrida cæſaries fieri , ſumptoq́; rigore
Sidereum gracili ſpectare cacumine cælum .
Ingemuit , triſtiſq́; deus lugebere nobis ,
Lugebiſq́; alios , aderiſq́; dolentibus , inquit .

A R G. Ganymedes Trois filius prima forma cũ ceteris Iliẽſibus Phrygiæ prçferretur, & aſsiduis uenationibus intereſſet, ne infamiã uirẽtis çtatis ſubiret, Iupiter, uerſus in aquilã, ex Ida monte eum rapuit in cælũ, miniſtrumq́; fecit.

TAle nemus uates attraxerat , inq́; ferarum
Concilio , medius turba , uolucrumq́; ſedebat.

RAPH.

Lib. 4.

Mendam eſſe in uoce, Amyclei, uidetur. nam quod infra dicitur, Te quoq; Amyclide, non ad Cypariſſum, ſed ad Hyacinthũ pertinet. quare alii legunt, Cypariſſus adoleſcens fuit ex inſula Cæa.

GRATA Deum matri} Cybele. { Siquidem Cybeleius Atys } Atym eximia pulchritudine puerum deorũ mater, ut in * Faſtis ſcribit poeta, ſibi caſto deuinxit amore, iuſsitq́; ut caſtus uiueret, ſuaq; templa tueretur. at ille mandatorum immemor cũ Sagarithide nympha coiuit. quare in furias actus, ſe ipſe primum excaſtrauit, deinde cum ſe interficere uellet, in pinum arborem fuit commutatus. [De furoribus Atyos multa Catullus in eo carmine, cuius initiũ, Super alta uectus Atys celerirate maria, &c. Interpres autem Nicandri, ab apro occiſum Atyn dicit, cuius uerba hæc ſunt: ἱστορεῖ τε ὅτι ποιμὴν ἦν φρὺξ ὁ ἄττυς (ſic enim Græci quidam uocant τὸν ἄτω) ποιμαίνων δὲ καὶ ὑμνῶν τὴν μητέρα τῶν θεῶν, ἐφιλήθη ὑπ᾽ αὐτῆς καὶ δὲ φαινομένη πολλάκις, τιμῆς αὐτὸν ἠξίωσεν. ζεὺς δὲ ἐπὶ τούτῳ δυσανασχετῶν ἀνεῖλεν αὐτὸν, οὐ φανερῶς, δι᾽ αἰδῶ τῆς μητρὸς, ἀλλά σῦν ἄγριον πέμψας. ἡ δὲ κατολοφυραμένη αὐτὸν, ἔθαψεν, οἱ δὲ φρύγες κατὰ τὸ ἔαρ θρηνοῦσιν αὐτόν. Diodorus ad hiſtoriam rem refert lib. 4. Cybelẽ enim Menoes Phrygum regis & Dindymenes filiã fuiſſe dicit, a monte Cybelo, in quo expoſita fuiſſet, appellatam. hanc cum iam ætate prouecta eſſet, adoleſcentem quendam eius regionis, Atym nomine, adamaſſe, ex eoq; grauidam factam fuiſſe. Quod ut pater animaduertit, Atym & nutrices interfici, atq; inſepultos abiici iuſsiſſe. Cybelem autem cum Atyos amore, tum dolore nutricũ perculſam, inſanam effectam, in publicum prodiiſſe, pſallentéq; cum tympano ſolum uniuerſam patriam ſparſis capillis perambulaſſe. orta autem poſtea peſte, Phryges, conſulto oraculo, iuſſos, ut Atyn ſepelirent, & Cybelem, ut deam, uenerarentur.] { Affuit huic turbæ } Cypariſſus puer fuit formoſiſsimus, Apollini gratus, qui ceruum, quem in deliciis habebat, cũ imprudens occidiſſet, tanto eſt affectus dolore, ut cum mori omnino uellet, in arborẽ cupreſſum ab Apolline fuerit commutatus. { Metas imitata } metarum ſimilis, quæ ut cupreſsi in acutum tendunt. { Ab illo Deo } ab Apolline. nam Apollo cum cithara & arcu pingebatur. { Carchæa arua } ſic quidem ſcribitur, ſed Carthæa cum th. aſpirato legendũ uidetur. nam Carthæa una eſt ex quattuor urbibus Cææ inſulæ, in qua natus eſt Cypariſſus. principale autem pro deriuatiuo poſitum eſt. { Gemmata monilia } torques gemmis ornati. { Baccæ } margaritæ, uniones. { Cææ gentis } Cæa inſula eſt Ægæi, unde Cæus, a, um deriuatur. { Quamlibet ignotis } quantumlibet incognitis. { Soliſq; uapore } ſignificat Solem in Cancro fuiſſe, quo tempore maximi excitantur æſtus. { Frigus ducebat } trahebat, capiebat. { Pro materiaq́; } pro qualitate rei perditæ doleret. { Egeſto ſanguine } exhauſto, emiſſo. { Sumptoq́; rigore } accepta duritie. { Sydereum cælum } ſyderibus ornatum. { Lugebiſq́; alios } hoc ex Romana cõſuetudine dictum eſt. nam ( ut Seruius ſcribit ) cupreſsi rami ante fores domus, in qua eſſet cadauer, ponebantur, ne quis per imprudentiam ingrediens pollueretur: unde illam inferiis fuiſſe conſecratam dicunt, hoc eſt lacrymis & luctibus, uel quòd cæſa nunquam reuireſcit. [Plinius Diti ſacram cupreſſum dicit, eoq́; funebri ſigno ante domos poni ſolitam.] Ex Græcis autem Didymus quidam, Cypariſſos Eteoclis filias fuiſſe dicit. quç dum tripudio dearũ ſubſiliunt, in puteum forte deuolutæ fuerunt. Tellus autem uicem illarum miſerta, arbores puellarum more comantes, in illarum locum memoriam procreauit. Hæc ex Gæoponicorum libro undecimo.] { Dolentibus } morte propinquorum.

Atys in pinum.

*demiſſa*

*pariliq;*

Cypariſſus in cupreſſum.

{Impulſas}

Vt ſatis impulſas tentauit pollice chordas,
Et ſenſit uarios, quamuis diuerſa ſonarent,
Concordare modos; hoc uocem carmine mouit:
Ab Ioue muſa parens (cedunt Iouis omnia regno)
Carmina noſtra moue. Iouis eſt mihi ſæpe poteſtas
Dicta: prius cecini plectro grauiore Gigantes,
Sparſaq́; Phlegræis uictricia * fulmina campis:
Nunc opus eſt leuiore lyra; pueroſq́; canamus
Dilectos ſuperis, inconceſsiſq́; puellas
Ignibus attonitas meruiſſe libidine pœnam.
Rex ſuperûm Phrygij quondam Ganymedis amore
Arſit: & inuentum eſt aliquid, quod Iuppiter eſſe,
Quàm quod erat, mallet: nulla tamen alite uerti
Dignatur, niſi quæ * poſſet ſua fulmina ferre.
Nec mora, percuſſo mendacibus aere pennis
Arripit Iliaden: qui nunc quoque pocula miſcet,
Inuitaq́; Ioui nectar Iunone miniſtrat.

ARG. Hyacinthus Amyclides dilectus ab Apolline, cum per iocum in certamen diſci ueniſſet, altius iactum pondus non prius deſpicere potuit, quàm capiti ſenſit iniectum. quo eliſo, poſt obitum eius cruor, in florem eius nomine inſcriptum ceſsit.

TE quoq; Amyclide poſuiſſet in æthere Phœbus,
Triſtia ſi ſpatium ponendi fata dediſſent.
Quà licet æternus tamen es: quotieſq́; repellit
Ver hyemem, piſciq́; aries ſuccedit aquoſo,
Tu toties oreris, uiridiq́; in cæſpite flores.
Te meus ante * omnes genitor dilexit, & orbe
In medio poſiti caruerunt præſide Delphi.
Dum Deus Eurotan, immunitamq́; frequentat
Sparten, nec citharæ, nec ſunt in honore ſagittæ;
Immemor ipſe ſui non retia ferre recuſat,
Non tenuiſſe canes, non per iuga montis iniqui
Ire comes: longaq́; alit aſſuetudine flammas.
Iamq́; ferè medius Titan uenientis, & actæ
Noctis erat, ſpatioq́; pari diſtabat utrinque:
Corpora ueſte leuant, & ſucco pinguis oliuæ
Splendeſcunt; latiq́; ineunt certamina diſci.
Quem prius aerias libratum Phœbus in auras
Miſit, & oppoſitas diſiecit pondere nubes.

RAPH. IMPVLSAS} percuſſas. chordæ aũt, quæ fides latine dicuntur, muſicorũ tantũmodo ſunt inſtrumentorũ. {Diuerſa} diuerſe. nomen.n. pro aduerbio poſitum eſt. {Varios modos} uarios ſonos, ex quibus cõſtat harmonia. {Ab Ioue muſa par.} Calliopem muſam ſibi matrẽ inuocat Orpheus. ex principio aũt hymni Orphei in Iouem hæc ſumpta eſſe uidentur. {Cedunt Iouis omnia regno} omnia, inquit, Iouis potẽtiæ ſubiiciũtur. eſt aũt parẽtheſis, cauſſam continens cur ab Ioue ſit inchoandũ. {Plectro grauiore} ſono grauiore, quali bella cantari ſolẽt. eſt autem plectrum inſtrumentũ muſicũ, quod latine pecten appellat̃, quo chordę percutiuntur ἀπὸ τοῦ πλήττειν, hoc eſt a percutiendo declinatũ. {Gigantes} Gigantomachiá, hoc eſt, gigantum pugná. {Phlegręis cápis} ubi fulminibus gigantes fuere cõfecti. Phlegræi uero campi & in Thracia, & in Campania, & in Theſſalia eſſe ſcribũtur. {Leuiore lyra} humiliori ſono amoribus cõuenienti. {Inconceſsis ignibus} nefandis amoribus. ea autẽ Orpheus canit in mulierum odium, atq; contemptũ. {Phrygii Ganymedis} Troiani. nam Ganymedes Trois Dardanorum regis fuit filius, qui admiranda pulchritudine Iouem in ſui amorẽ pellexit, a quo in aquilã mutato raptus, ac ſibi menſæ miniſter adhibitus perhibetur. Quod quidẽ iccirco fingitur, quòd Iupiter aut per legionẽ Ganymedẽ rapuit, cuius inſigne erat Aquila, aut auis, in qua fuit impoſitus, pictã habuit aquilã, ut Lactantius exponit. Euſebius uero in Chronicis ait Ganymedẽ a Tantalo fuiſſe raptũ, indeq́; ortũ bellũ inter Troen, & Tantalum. Locus autẽ, in quo raptus fuit, ἁρπαγία uocatur ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν, hoc eſt, a rapiendo, ut Strabo teſtatur. Aquariũ quidã Ganymedẽ eſſe dixerunt, ut ſcribit Hyginus, unde uelut aquá fundens oſtenditur, & a Græcis Hydrochoos appellatur. {Niſi quæ portat ſua fulmina terræ} periphraſis eſt aquilæ, quæ fulmina Ioui ſubminiſtrare dicitur. hoc aũt iccirco fingitur, quòd ſola ex auibus aquila fulmine nõ tangitur. {Iliaden} Ilii nepotem. {Inuita Iunone} contra uoluntatẽ Iunonis, quæ ægre ferebat Ganymedem propter pulchritudinẽ tantopere ab Ioue amari. {Te quoque Amyclide} Hyacinthus puer fuit formoſiſsimus ab Apolline ſimul & Zephyro uento adamatus. qui cum in Apollinis amorem magis inclinaret, ob zelotypiam in ſe Zephyrum armauit. cum igitur ſe diſco cum Apolline exerceret, Zephyrus uehementius flare cœpit, diſcumq́; ab Apolline in aerem coniectum ita repercuſsit in Hyacinthum, ut ipſum interfecerit. Apollo autem ne tam formoſi pueri memoria interiret, ipſum in ſui nominis florem commutauit, in quem etiam Aiax in 13. ſcribitur fuiſſe commutatus. Amyclide} Amyclæ filii. Amyclas enim Hyacinthi pater fuit, urbis Amyclarum conditor. nam Amyclæ urbs eſt Laconiæ, Hyacinthi patria, pueri adeo formoſi, ut Apollo illius amore captus è cælo deſcendere in terram ſuſtinuerit, quo diutius pulchritudine ipſius frui poſſet. Amyclas autem interdum Amyclæ ſecundum primam flectitur declinationẽ, interdum Amyclantis ſecundum tertiam. [Pauſ. in Laconicis, Ἀμύκλας δὲ ὁ Λακεδαίμονος, βουλόμενος ὑπολιπέσθαι τι καὶ αὐτὸς ἐν μνήμῃ, πόλισμα ἔκτισεν ἐν τῇ Λακωνικῇ. γενομένων δὲ οἱ παίδων, Ὑάκινθον μὲν νεώτατον ὄντα, καὶ τὸ εἶδος κάλλιστον κατέλαβεν ἡ πεπρωμένη πρότερον τοῦ πατρὸς· καὶ Ὑακίνθου μνῆμα ἐστιν ἐν Ἀμύκλαις ὑπὸ τὸ ἄγαλμα τοῦ Ἀπόλλωνος. Hæc ille. Fabulæ autem meminit Nicander in Theriacis his uerſibus:

— Καρπόν τε πολυθρήνοιο ὑακίνθου
Ὃν Φοῖβος θρήνησεν, ἐπεὶ ῥ' ἀέκουσιος ἔκτα
Παῖδα, λαβὼν προπάροιθεν Ἀμυκλαίου ποταμοῖο
Πρωθήβην Ὑάκινθον, ἐπὶ σόλος ἔμπεσε κόρσην
Πέτρου ἀφαλλόμενος, νέατον δ' ἤραξε κάλυμμα.

quo loco interpres addit & matris nomen, ὑάκινθος, ingens, υἱὸς μὲν ἦν Ἀμύκλου καὶ Διομήδης, ὃν ἠγάπησεν Ἀπόλλων.]
{Meus gen.} Apollo. nam Apollinis et Calliopes muſæ filium ſe eſſe Orpheus ipſe teſtatur. {In med. or.} Delphi urbs eſt Phocidis Apollinis oraculo clariſsima, quæ à geographis in medio terrarum orbe [& uelut umbilicus terræ] eſſe perhibetur.

Pauſaniæ teſtatũ theſauris ẽ, umbilicum Delphicũ ex albo ſtructũ lapide, quẽ ἐν μέσῳ γῆς πάσης εἶναι λέγουσιν οἱ Δελφοί. uerũ & in carmine obſcœno, quiſquis eius fuerit auctor, id ita confirmatum animaduertimus:

Pallas Cecropias tuetur arces,
Delphos Pythius, orbis umbilicum,
Creten Delia, Cynthioſq́; colles.

ſed & Ouidius ait:

Te meus ante omnes genitor dilexit, & orbe
In medio poſiti caruerunt præſide Delphi.

Papin. quoq; Theb. i. Audiit & medius cæli Parnaſus & aſper Eurotas. {Eurotã} fluuius eſt Laconiæ Eurotas. {Immunitã Spa.} ſine muris uirtute.n. nõ muris Lacedęmonii urbẽ ſuá tutabãtur. {Immemor ipſe ſui} ſuę diuinitatis. {Aſſuetudine} cõſuetudine. {Iãq; ferè medius Titã.} meridiẽ fuiſſe ſignificat. {Actę} pterite noctis. {Vtrinq;} & à pterita & ueniẽte nocte. {Lati diſci} nã diſcus & lat⁹ ẽ & rotũdus lapis, quẽ in aerẽ priſci cũ quádã arte iaciẽtes ſe exercebãt. dictus eſt ãt diſc⁹ ἀπὸ τοῦ δικεῖν, hoc ẽ a iaciẽdo p additionẽ s litterę.

{Recidit

Marginal notes: Iupiter in aquilã. — prælia, uel fulgura. — portat ſua ful. terræ. — alios — Hyacinthus in florem. — COEL. RHOD.

RAHP. * RECIDIT in ſolidã longo poſt tempore} empha/ſis eſt, qua intelligamus diſcum longe in aerẽ fuiſſe iactum. cito nanq; in terram cecidiſſet, niſi in altum iactus fuiſſet. {Et exhi.}oſtendit.{Artem} nam ita emittebatur,ut in gyrũ ſe uoluẽs caderet in terram.{Tænarides}Tænarius Hyacin/thus Lacon a Tænaro Laconiæ promontorio.{Subie.} ſur/ſum iecit.{Æque} tantum. {Erat immedi.uul.} cauſſa cur nil artes prodeſſent. {Vt ſiquis uiol.}quàm fa/cile defecerit Hyacinthus, pulchris ſimilitudinib' poeta oſtendit.{Defecta}dere/licta.{ Laberis Oebalide } apoſtrophe ad Hyacinthũ affectus,& doloris,& quę/relarũ plena.{Laberis}mo reris.{Oebalide} patrony/micum pro poſſeſsiuo po ſitũ eſt.nã Oebalia urbs eſt Laconię ab Oebalo condi tore appellata. [Aut etiã ab Orbalo κατὰ πρόληψιν temporis,qua ea,quæ cõſe cuta ſunt,pro antecedenti/bus uſurpantur. fuit enim Oebalus Cynoriæ, qui fra ter Hyacinthi fuerat,filius, Hyacinthi nepos,q poſtea ex Gorgophone,Perſei fi/lia,Tyndareũ genuit, quẽ Hercules,ab Hippocoon/te regno expulſum reſti/tuit.ut Pauſ.in Laconicis] {Quod q.fat.le.tenemur} Vetamur in uetuſtis legi/tur exẽp.& recte quidẽ. ſic nanq; aperte intelligitur, quod facere prohibemur. dii.n.cum natura ſint im/mortales,nulla ratione ui/tam deponere poſſunt. {Scripto} litteris. nam in Hyacintho flore αι ſyllaba gemitum ſignificans bis in ſcripta uidetur.tametſi qui dam aliter ſentiẽtes, putan teſq; hya ſyllabas in Hya/cintho flore eẽ inſcriptas, manifeſte decipiãtur.{ For tiſsimus heros } Aiax Te/lamonius,ut in tertiodeci/mo poeta narrat, in Hya/cinthum fuit conuerſus. {Folioq; legatur eodem} nã in Hyacinthi foliis (ut dixi) prima ſyllaba huius nominis αἴας inſcripta ui/detur.{ Et hya } ſic quidẽ ferè legitur, ſicq; legendũ eſſe quidã præcipiunt, ſed aperte falluntur, cũ hya lit teræ nullũ gemitũ præſe ferãt. αιαι uero,quæ uox eſt aperte gemitus ſignificati/ua,legendũ eſſe facile con tenderim,quamuis omnia, quæ quidem mihi uidere contigit exemplaria refra/gentur.{Funeſtaq; littera} luctuoſæ litteræ, quibus in funeribus utuntur.{Ducta eſt}ſcripta eſt.nam litterę dum ſcri buntur,duci proprie dicuntur. hinc autẽ aperte etiã colligi/tur αιαι legendũ eſſe. αι nanq; eſt uox, qua etiamnum in fune/ribus & fletibus uti ſolemus. [Nec gen.pud.Sparten.Hya/cinthum] non ſimpliciter de loco,ſeu patria accipiendum, ſed & de perſona Sparta. fuit enim hæc uxor Lacedæmo/nis, mater Amyclei, ip/ſiusq; Hyacinthi auia. ut idẽ Pauſ.tradit.] {Hya-cinthia} feſta in honorem Hyacinthi pueri inſtituta. {At ſi forte roges}per cõ/parationem oſtendit Or/pheus pueros formoſos & diis placuiſſe, & maxi/mo ornamento ſuis fuiſſe ciuitatibus, puellas uero contrà & diis perquam di ſplicuiſſe,& maximo ſuas urbes dedecore affeciſſe. nam Propœtides quędam Venerem deam eſſe nega re auſæ, non minori ſunt odio ciuibus ſuis, quàm Ceraſtæ quidam,qui in ara hoſpites immolabãt,quos ut Venus in iuuencos cõ/uertit, ita Propœtidas & ſua corpora primas pro/ſtituere coegit, & in ſaxa commutauit.{Fœcundam Amathũta} Amathus urbs eſt Cypri ære abundans, unde & Cyprus ipſa Ama thuſia olim fuit uocata. eſt etiam urbs Laconiæ. declinatur autem Ama/thus Amathuntis,ut Opus Opuntis. { Annuat } nutu affirmet tam illas uelle ge/nuiſſe, quàm eos Cera/ſtas, qui hoſpites immo/lando maximo ſibi dede/cori fuerunt.{Vnde etiam nomen traxere Ceraſtæ} κέρας, unde Ceraſtæ de/clinantur, cornu dicitur. nam in fronte duo cor/nua habebant, unde & Cy prus ipſa Ceraſtis a qui/buſdam fuit appellata. [Sed eius nominis ratio/nem Stephanus inde tra/ctam dicit, quòd multa κέ/ρατα,hoc eſt,ἄκρα ſeu pro/montoria habeat Cyprus. & uidetur ſanè inſulæ no/men fabulæ dediſſe locũ, nõ autem contra.] {Io/uis hoſpitis} ξένιος a Græ/cis appellatur, quòd ho/ſpitiis præſit. unde Virgi/lius, Iuppiter hoſpitibus nam te dare iura loquun/tur. { Lugubris ſceleris } luctuoſi ſceleris, quo ho/ſpites decepti necabantur. {Amathuſiacas bidentes } Cyprias oues. nam Cy/prus, ut dixi, Amathuſia etiam fuit appellata.

{Ophiuſia

Decidit in ſolidam longo poſt tempore terram
Pondus, & exhibuit iunctam cum uiribus artem.
Protinus imprudens, actusq; cupidine luſus
Tollere Tænarides orbem properabat: at illum
Dura repercuſſum ſubiecit in aere tellus
In uultus Hyacinthe tuos. expalluit æquè
Quàm puer, ipſe Deus, collapſosq; excipit artus,
Et modò te refouet, modò triſtia uulnera ſiccat,
Nunc animam admotis fugientem ſuſtinet herbis.
Nil proſunt artes: erat immedicabile uulnus.
Vt ſi quis uiolas, riguoq; papauera in horto,
Liliaq; infringat fuluis hærentia * uirgis; *linguis;*
Marcida demittant ſubitò caput illa grauatum,
Nec ſe ſuſtineant, ſpectantq; cacumine terram:
Sic uultus moriens iacet, & defecta uigore
Ipſa ſibi eſt oneri ceruix, humeroq; recumbit.
Laberis Oebalide prima fraudate iuuenta,
Phœbus ait, uideoq; tuum mea crimina uulnus.
Tu dolor es, facinusq; meum: mea dextera letho
Inſcribenda tuo eſt: ego ſum tibi funeris auctor.
Quæ mea culpa tamen? niſi * ſi luſiſſe, uocari *ſic*
Culpa poteſt? niſi culpa poteſt & amaſſe, uocari?
Atque utinam pro te uitam, tecumq; liceret
Reddere. quod quoniam fatali lege uetamur,
Semper eris mecum, memoriq; hærebis in ore.
Te lyra pulſa manu, te carmina noſtra ſonabunt:
Floſq; nouus ſcripto gemitus imitabere noſtros.
Tempus & illud erit, quo ſe fortiſsimus heros
Addat in hunc florem, folioq; legatur eodem.
Talia dum uero memorantur Apollinis ore,
Ecce cruor, qui fuſus humi ſignauerat herbas,
Deſinit eſſe cruor, Tyrioq; nitentior oſtro
Flos oritur, formamq; capit, quam Lilia; ſi non
Purpureus color his, argenteus eſſet in illis.
Non ſatis hoc Phœbo eſt; (is enim fuit auctor honoris)
Ipſe ſuos gemitus foliis inſcribit, & * hya *ai,ſiue ææ.*
Flos habet inſcriptum, funeſtaq; littera ducta eſt.
Nec genuiſſe pudet Sparten Hyacinthon: honorq;
Durat in hoc æui, celebrandaq; more priorum
Annua prælata redeunt Hyacinthia pompa.

ARG. Amathus oppidum in inſula Cypro: cuius incolæ, obtrita con/ſuetudine humani generis, ſoliti in ara Iouis, quæ proxima erat deæ Veneris, aduenas immolare: quorum crudelitatem Venus offenſa, ne relinquere ſedes ſuas cogeretur, in boues illos uertit, quæ a magnitudine cornuum Cæraſiæ apud Salaminios ſunt nominati.

AT ſi fortè roges fecundã Amathunta metallis,
An genuiſſe uelit Prophœtidas: annuat æquè
Atque illos, gemino quondam quibus aſpera cornu
Frons erat: unde etiam nomen traxere Ceraſtæ. *Cypri In colæ in boues.*
Ante fores horum ſtabat Iouis hoſpitis ara
Lugubris ſceleris: quam ſi quis ſanguine tinctam
Aduena uidiſſet, mactatos crederet illic
Lactentes uitulos, Amathuſiacasq; bidentes.
Hoſpes erat cæſus. ſacris offenſa nefandis

Ipſa ſuas urbes , Ophiuſiaq́; arua parabat
Deſerere alma Venus:Sed quid loca grata,quid urbes
Peccauere meæ? quod , dixit , crimen in illis ?
Exilio pœnam potius gens impia pendat ,
Vel nece , uel ſi quid medium eſt , mortiſq́; , fugæq́; .
Idq́; quid eſſe poteſt , niſi uerſæ pœna figuræ?
Dum dubitat , quo mutet eos , ad cornua uultum
Flexit , & admonita eſt hæc illis poſſe relinqui :
Grandiaq́; in toruos traſformat membra iuuencos .

Ceraſtæ ī tauros.

A R G. Propœtides , filiæ Amathuntæ , aſpernatæ Venerem,primæ in triuio uulgauere corpora ob eiuſdem deæ iram : quia uero pudore induruerant, nouiſsime in lapidem ſunt transfiguratæ .

SVnt tamen obſcenæ Venerem Propœtides auſæ
Eſſe negare deam : pro qua ſua numinis ira
Corpora cum forma primo uulgaſſe feruntur :
Vtq́; pudor ceſsit , ſanguiſq́; induruit oris ,
In rigidum paruo ſilicem diſcrimine uerſæ .

Propœtides in ſaxa.

A R G. Pygmalion , offenſus impudentia uulgari Propœtidū , ſtatuit cælebs permanere . qui cū ſignum uirginale ex ebore feciſſet , captus ſpecie eius inuecordem incidit amorem , & tota mente quæſiuit a Deo , ut ei ſigno , cuius amore exarſiſſet,animam infunderet . ut egreſſus templo domum peruenit , cōperit uoto ſe eſſe donatum coniugij . itaque lætatus arte ſua Paphum filium genuit , qui in inſula Cypro oppidum ſui nominis conſtituit .

QVas quia Pygmalion æuum per crimina agentes
Viderat, offenſus uitiis , QVAE plurima menti
Fœmineæ natura dedit, ſine coniuge cælebs
Viuebat , thalamiq́; diu conſorte carebat .
Interea niueum mira feliciter arte
Sculpſit ebur , formamq́; dedit , qua fœmina naſci
Nulla poteſt ; operiſq́; ſui concepit amorem .
Virginis eſt ueræ facies , quam uiuere credas ,
Et , ſi non obſtet reuerentia , uelle moueri .
Ars adeò latet . arte ſua miratur , & haurit
Pectore Pygmalion ſimulati corporis ignes .
Sæpe manus operi tentantes admouet , an ſit
Corpus , an illud ebur : nec adhuc ebur eſſe fatetur .
Oſcula dat , reddiq́; putat , loquiturq́; , tenetq́; ,
Etcredit tactis digitos inſidere membris ,
Et metuit , preſſos ueniat ne liuor in artus .
Et modò blanditias adhibet , modò grata puellis
Munera fert illi conchas , tereteſq́; lapillos ,
Et paruas uolucres , & flores mille colorum ,
Lilia , perpictaſq́; pilas , & ab arbore lapſas
Heliadum lacrymas . ornat quoque ueſtibus artus :
Dat digitis gemmas , dat longa monilia collo :
Aure leues baccæ , redimicula pectore pendent .
Cuncta decent : nec nuda minus formoſa uidetur .
Collocat hanc ſtratis concha Sidonide tinctis ,
Appellatq́; tori ſociam , acclinataq́; colla
Mollibus in plumis , tanquam ſenſura , reponit .
Feſta dies Veneris tota celeberrima Cypro
* Venerat , & blandis indutæ cornibus aurum
Conciderant ictæ niuea ceruice iuuencæ ,
Turaq́; fumabant ; cùm munere functus ad aras
Conſtitit , & timidè , Si dij dare cuncta poteſtis ,
Sit coniux , opto . non auſus eburnea uirgo
Dicere Pygmalion , Similis mea dixit eburnæ .

*Venerat , auratis ornatæ cornua ſertis*

Eburnea ſtatua in puellam.

RAPH. OPHIVSIA arua}Cypria.alludit aūt poeta ad priſcū illius inſulæ nomē.Ceraſtis nanq; ēt cognominata fuit a genere quodā ſerpentis,uel ꝙ multa cornua, hoc eſt montium uertices habeat.Ophiuſia uero ſerpētina poſſumꝰ interpretari. [ Huius noīs neq; apud Græcos Stephanus aut Strabo, neq; apud Latinos Plinius aut Mela meminere. ſed tū quia idē nomen multarū inſularū fuit , (nā & Hiſpaniç quædā , & Ægei maris alia,itē q̄ Tenꝰ dicitur , & ea,quæ ꝓprie Rhodos , aliquādo Ophiuſæ nomine appellatæ fuere)demus hoc poetę,ut is uel in mnemonico erraro lapſus fuerit , uel alia, nobiſq́; incognita ratiōe Cyprū,Ophiuſam uocarit.nam de ſerpētum genere,quos Ceraſtas dicūt , quæ hic a Rhegio afferuntur,rationem non habēt . ] {Gens impia}Ceraſtarum. {Fugæq́;}exilii.{Toruos} truces , terribiles aſpectu . { Sunt tamen obſcœnæ } quāuis , inquit, Ceraſtas in iuuencos conuerterit Venus , Propœtides tn̄ auſæ ſunt eam negare deā eſſe . {Obſcœnæ}turpes. {Vulgaſſe} proſtituiſſe . [ Videtur hæc fabula, a libidine & turpitudine Cypriarū mulierum occaſionem traxiſſe . nā & Herodotus & Iuſtinus tradūt, antiquitus Cyprias quæſtu corporis dotē quærere , uulgoq́; ad litus ēt aduenis ac nautis proſtare ſolitas fuiſſe . quod illis cōe fuit cū Babyloniis, ut idem Herodotus auctor eſt. ] { Ceſsit} receſsit.{Pro quo}propter quā rem . { Numinis ira } Veneris indignatione. {Sāguiſq́; induruit oris } ita durus eſt factus,ut nihil erubeſcerent.{Paruo diſcrimine}parua differentia . Lapideæ nanq; ſtatuæ uidebantur Propœtidibus ſimiles.{Verſæ}fuerant ſubaudiatur.{Quas quia Pygmalion ęuum } Pygmalion quidā flagitiis Propœtidū offenſus, uitā cælibem exigere decreuit,ſed ex ebore uirginis ſimulacrum adeo fabre effinxit,ut ꝑinde atq; ſi uiua eſſet,illius amore caperetur . quare Venerē orauit, ut ſibi talem concederet uxorem . Venus autem plusq̄ petebatur,effecit. nā illi quā in lecto Pygmaliō collocauerat, aīam inſpirauit,nubilemq́; ætatē donauit . ex inſperato igitur Pygmalion uoti cōpos factus ex ea Paphū ſuſtulit,a quo & inſula,& urbs Paphos fuit appellata.{Sine cōiuge cęlebs}alterū ex altero pēdet . q enim uxore caret , Cælebs uiuit : q cælibē ducit uitā,uxorē nō habet . Cælebs aūt dicitur, quaſi cæleſtē uitā agens . {Thalami conſorte} uxore. {Qua fœmina naſci Nulla poteſt} pulcherrimā fuiſſe illā ſtatuā intelligimus,ut quæ ne a natura quidē poſſet ſuperari . {Et ſi nō obſtet reuerētia } acute eleganterq́; hoc dictū eſt . nā uirgines bene educatæ præ pudore in uirorū cōſpectu uix audent ſe mouere . ea igitur ſtatua non ꝙ eburnea eſſet , ſed pudore quodam uirginibus inſito immobilis uidebatur.{Ars adeo latet} ut uiua uideretur,nō ex ebore cōfecta . {Arte ſua miratur}ſtatuam ſubaudiamus . { Simulati corporis } in ſimilitudinē uirginis effecti . {Nec adhuc ebur eſſe fatetur} quāuis tāgat ſtatuā, eburneāq; eſſe ſentiat : ſibi tn̄ eburneā eſſe perſuadere non poteſt , adeo uiua uidebatur . {Inſidere}inhærere, infigi, ac ſubſidere,ſic ut mēbra digitis cederent . {Et metuit preſſos ueniat'ne liuor in artus} & timet , inquit , ne mēbra manu preſſa liuorē & nigra quædam ſigna cōcipiant . Liuor aūt eſt illud ſignū ſubnigrum, quod in corpore percuſſo uideri ſolet , cui quoniā inuidorum color ſimilis eſt , liuor pro inuidia ſępenumero ponitur . {Heliadū lacrymas } ſuccina , quæ è populis,in quas ſorores Phaethontis conuerſas fuiſſe narrauit poeta , defluere dicuntur . {Baccæ}uniones.{Cōcha Sidonide }purpura Tyria . {Tota Cypro}per totā Cyprū . Veneri nanq; dicata eſt Cyprus inſula Ciliciæ, Siriæq́; obiecta , quondam nouē regnorum ſedes,uariis quidē nominibus appellata. nam & Atamātida & Ceraſtin & Aſpeliam & Amathuſam & Macaran & Crypton & Coloniam Plin.ſcribit fuiſſe apellatā. Cyprus autem dicta eſt a Cypro, Cinyræ filia , uel a Cypro flore , uel (ut Aſtynomus ſcribit ) quia prius Cryptos appellata fuit , eo quod ſæpenumero a mari fuit occultata , deinde t littera abiecta Cypros uocata . {Blandis cornibus} non infeſtis , ſed mitibus . cornua autem uictimarum inaurari ſolebant . { Munere} ſacrificio. {Ad aras} apud altaria .

{VENVS

RAPH. VENVS aurea} pulchra. [Epithetō ab Homero transſumptum, qui Venerem χρυσῆν ἀφροδίτην ferè uocare ſolet.] {Et amici numinis omen Flamma ter accenſa eſt} ordo eſt, & flamma ter accenſa eſt, omen amici, & propitii numinis. {Apicem} ſcintillam. {Subſedit} cedit. {Vt * Hymettia cera} Hymetus Atticæ mons eſt optimi mellis fertiliſsimus. {Corpus erat} proprie dixit. nam corpus uiuum proprie uocatur: caro autem mortua, ut quæ a cadendo ſit dicta. {Saliunt} mouentur. {Paphius heros} Cyprius Pygmalion. {Verba pleniſsima} copioſsiſsima, ornatiſsima. {Ora non falſa} ueram faciem. {De quo tenet inſula nomen} nam Cyprus dicta eſt etiā Paphos a Papho Pygmalionis filio. {Editus * & ille eſt} Cinyras, Pygmalionis filius, Myrrham gegenuit, quæ, nefando patris amore capta, nutricis opera cum eo inſcio concubuit, Adonemq; concepit: quod cum reſciuiſſet pater, ſtricto enſe filiā perſequi cœpit: illa uero fugiens in Arabiam uſque peruenit, ubi longo errore feſſa, deorum miſeratione in arborem ſui nominis fuit mutata. [Ego uero, Editus ex illo eſt, aut, Editus hinc ille eſt, legendum exiſtimo, uerſus cauſſa, ut Cinyras (quē falſo quidam Cynarā ſcribunt, quando & apud Pindarum in Nemeis, & apud Homerum, Cinyras dicitur, ἀπὸ τοῦ κινύρεσθαι, ut puto, quod conqueri & lugere ferè ſignificat) non Pygmalionis, ſed Paphi filius accipiatur. quam ſententiam & Boccatius ſecutus uidetur in genealogiis. quanquàm ille, Editus hac ille, pro hinc ibidem legat. Fabulam autem Myrrhæ exponit μυθολογικῶς Fulgentius libro 3.] {Inter felices} nam Cypriorum rex fuit in primis potens. {Aut mea ſi ueſtras} aut, inquit, ſi mea carmina uos delectabunt, nolite credere ea fuiſſe facta, quæ hoc loco ſcribentur de Myrrha Cinyræ filia. {Si tamen admiſſum} bene dubitat Orpheus, an tantum ſceleris fuerit commiſſum. nam contra naturam eſſe uidetur, ut liberi parentes flagitioſe, ac uſque ad coitum ament. {Gentibus Iſmariis} Thraciis. {Noſtro orbi} Thraciæ. nam Orpheus Thrax fuit. {Abeſt} remota eſt. {Sit diues amomo} amomum herba eſt ſuauiſsimi odoris, non in Arabia modo, ſed in Pōto, Armeniaq; naſcens, ut Plinius ſcribit. {Cinnamaq;} Cinnamum herba eſt medica, qua Arabia felix cōmendatur. {Coſtūq; ſuam} coſtus frutex eſt grati odoris in Arabia naſcens. {Sudata thura} per ſudorem quodam modo emiſſa. thaurifera autem regio eſt Sabęa. {* Pāchaica tellus} Panchæa regio apud Sabæos, in qua thuriferæ arbores naſcuntur. unde Virgilius, Totaq; thuriferis Panchaia pinguis ariſtis. {Tanti noua non fuit arbor} ut pater cum filia coire debuerit. {Vindicat} liberat. {E tribus una ſoror} una ex furiis, Theſiphone, Alecto, aut Megæra. {Vndiq; lecti proceres} electi principes. {Ad thalami certamen} ad nuptias tuas certatim petendas aduenit. {Dum nō ſit * ex omnibus unus} hoc eſt, uno patre excepto, quemuis ex omnibus elige. [Lego, Dū non ſit in omnibus unus, ſcilicet pater. alioqui uerſus non ſtabit.] {Si tamen hoc ſcelus} Myrrha, amore uicta, dubitabat, an ſit nefas cum patre coire. {Init pecudes} cum pecudibus coit. nam inire cum accuſatiuo iunctum, animal ſignificante, coire ſignificat.

Senſit, ut ipſa ſuis aderat Venus aurea feſtis,
Vota quid illa uelint: & amici numinis omen
Flamma ter accenſa eſt, apicemq; per aera duxit.
Vt rediit, ſimulacra ſuæ petit ille puellæ,
Incumbensq; toro dedit oſcula. uiſa tepere eſt.
Admouet os iterum, manibus quoq; pectora tentat.
Tentatum molleſcit ebur, poſitoq; rigore
Subſedit digitis, ceditq;: ut Hymettia Sole
Cera remolleſcit, tractataq; pollice multas
Vertitur in facies, ipſoq; fit utilis uſu.
Dum ſtupet, & dubiè gaudet, fallíq; ueretur;
Rurſus amans, rurſusq; manu ſua uota retractat.
Corpus erat: ſaliunt tentatæ pollice uenæ.
Tum uerò Paphius pleniſsima concipit heros
Verba, quibus Veneri grates agit: oraq; tandem
Ore ſuo non falſa premit. dataq; oſcula uirgo
Senſit, & erubuit, timidumq; ad lumina lumen
Attollens, pariter cum cælo uidit amantem.
Coniugio, quod fecit, adeſt dea. iamq; coactis
Cornibus in plenum nouies lunaribus orbem,
Illa Paphum genuit, de quo tenet inſula nomen.

ARG. Myrrha, Cinyræ & Cenchreidis filia, iracundia Veneris, quod ſibi mater eius præferretur, patrem impio dilexit amore: nec uiam potiendi inueniens cogitur ſuſpendium experiri. cuius nutrix intra cubile gementis excepit uocem, & ſignis cognitis nefariæ mortis, dū diligentius ſcrutatur, cauſſam poſcit. conſolata ergo puella, ei pollicetur ſe effecturam, ut parenti ſine ulla infamia iungatur, cuius illa orationem in promiſſum tempus differt. at anus die ſolenni Cereris, quo mater eius operata, a uiro ſecubabat, alumnam noctu deduxit ad Cinyram, prædicans forma eius impulſam ſibi ſe credidiſſe. qui, data cupiditate, lumen inferri iuſsit, ut ſpeciem eius notam haberet: cognitusq; filiæ pater ſtuprator, coactus eſt pudore, ferro ſtricto eam inſequi: quæ duplici metu territa in inſulam profugit: ibiq; miſericordia eiuſdem deæ in arborem, quæ eius nómen indicaret, mutata eſt.

EDitus hac ille eſt: qui ſi ſine prole fuiſſet,
Inter felices Cinyras potuiſſet haberi.
Dira canam. procul hinc natæ, procul eſte parentes:
Aut mea ſi ueſtras mulcebunt carmina mentes,
Deſit in hac mihi parte fides, nec credite factum:
Vel ſi credetis, facti quoque credite pœnam.
Si tamen admiſſum ſinit hoc natura uideri;
Gentibus Iſmariis, & noſtro gratulor orbi,
Gratulor huic terræ, quòd abeſt regionibus illis,
Quæ tantum genuere nefas. ſit diues Amomo,
Cinnamaq;, Coſtumq; ſuam, ſudataq; ligno
Tura ferat, floresq; * alios Panchaïa tellus;
Dum ferat & Myrrham. tanti noua non fuit arbor.
Ipſe negat nocuiſſe tibi ſua tela Cupido
Myrrha, facesq; ſuas a crimine uindicat iſto.
Stipite te Stygio, tumidisq; afflauit Echidnis
E' tribus una ſoror. ſcelus eſt odiſſe parentem:
Hic amor eſt odio, maius ſcelus. undique lecti
Te cupiunt proceres, totoq; Oriente iuuentus
Ad thalami certamen adeſt: ex omnibus unum
Elige Myrrha uirum, dum non ſit in omnibus unus.
Illa quidem ſentit, fœdoq; repugnat amori:
Et ſecum, Quò mente feror? quid molior? inquit
Dij precor, & pietas, ſacrataq; iura parentum,
Hoc prohibete nefas, ſceleriq; reſiſtite noſtro,
Si tamen hoc ſcelus eſt. ſed enim damnare negatur
Hanc Venerem pietas: coeuntq; animalia nullo
Cetera delicto: nec habetur turpe iuuencæ
Ferre patrem tergo: fit equo ſua filia coniux:
Quasq; creauit, init pecudes caper: ipſaq;, cuius
Semine concepta eſt, ex illo concipit ales.

Felices, quibus iſta licent. humana malignas
Cura dedit leges, & quod natura remittit,
Inuida iura negant. gentes tamen eſſe feruntur,
In quibus & nato genitrix, & nata parenti
Iungitur, & pietas geminato creſcit amore.
Me miſeram, quòd non naſci mihi contigit illic,
Fortunaq; loci lædor. Quid in iſta reuoluor?
Spes interdictæ diſcedite. dignus amari
Ille, ſed ut pater eſt. ergo ſi filia magni
Non eſſem Cinyræ, Cinyræ concumbere poſſem:
Nunc quia iam meus eſt, non eſt meus: ipſaq; damno
Eſt mihi proximitas: aliena potentior eſſem.
Ire libet procul hinc, patriæq; relinquere fines,
Dum ſcelus effugiam: retinet malus * ardor amantē,
Vt præſens ſpectem Cinyram, tangamq;, loquarq;,
Oſculaq; admoueam, ſi nil conceditur ultrà.
Vltrà autem ſperare aliquid potes impia uirgo?
*Nec quot confundas & iura, & nomina, ſentis?
Tu'ne eris & matris pellex, & adultera patris?
Tu'ne ſoror nati, genitrixq; uocabere fratris?
Nec metues * atro crinitas angue ſorores,
Quas facibus ſæuis oculos, atque ora petentes
Noxia corda uident? at tu dum corpore non es
Paſſa nefas, animo ne concipe, ne'ue * parentis
Concubitu uetito naturæ pollue fœdus.
Velle puta, res ipſa uetat. pius ille, memorq;
Moris: & ò uellem ſimilis furor eſſet in illo.
Dixerat: at Cinyras, quem copia digna procorum
Quid faciat, dubitare facit, ſcitatur ab ipſa
Nominibus dictis, cuius uelit eſſe mariti.
Illa ſilet primò, patriſq; in uultibus hærens
Aeſtuat, & tepido ſuffundit lumina rore.
Virginei Cinyras hæc credens eſſe timoris,
Flere uetat, ſiccatq; genas, atque oſcula iungit.
Myrrha datis nimiùm gaudet: conſultaq; qualem
Optet habere uirum, Similem tibi, dixit. at ille
Non intellectam uocem collaudat: &, Eſto
Tam pia ſemper, ait. Pietatis nomine dicto,
Demiſit uultus, ſceleris ſibi conſcia uirgo.
Noctis erat medium, curaſq;, & corpora ſomnus
Soluerat: at uirgo Cinyreïa peruigil igne

RAPH. FELICES quibus iſta licent} ex nimio ardore iſta ꝑuenit exclamatio, qua Myrrha & brutorum uitam commendat, & ciuilem deteſtatur, ut difficilem & duram. {Inuida iura} quæ humano generi inuidere uidentur, ne iis quæ a natura permittuntur, frui poſsit. {Negant} prohibet. {Gentes tamen eſſe feruntur} hi ſunt Troglodytæ, uariæq; Æthiopū nationes, qui & uxores habent communes & brutorum more uiuunt.

COEL. RHOD. [Scribit Bardeſanes Syrus, legē fuiſſe Perſis, qua filias, ſorores, matres quoque in cōnubii iura admittere, non duceretur impiū ominoſum'ue. quod Strab. item cōprobant monumēta: & Septimius Florens repetit. ex qua hiſtoria illuſtratur, ſimul & emendatur Quin. locus lib. 3. ubi ita ferè ſcribitur: Et ſi quod eſt exemplum deforme poſteritati traditū, quale libidinoſus uir Perſes in muliere Samia inſtituere auſus dicitur primus. Legendū puto, In matre ſua, uel in matre & filia, uel (ſi placet) Samia intelligatur ꝓprium nomen. ſententiam alterā ſubiiciemus ſtatim. Perſes aūt (ſed non hic, ut opinor) antiquiſsimus fuit Perſarum rex, a quo & cognominati Perſæ, quē Medeæ filium Steph. intelligit: quāuis Herod. ſcribat lib. hiſtoriarum 7. a Perſe Iouis & Andromedę filio, Perſas dici, quū Cephenes dicerentur prius a Græcis, ab accolis uero Artei. ſunt codices tñ ueteres, in quibus legatur præſes, nō Perſes. Porrò Magos quoque cenſuiſſe Sotion libro 23. ſcribit, iuſtum uideri cum filia & matre congreſsū. ex quo ēt Catullus,

*error* — *Et quòd* — *ſacro* — *potentis*

Naſcatur Magus ex Gelli matriſq; nefando
Concubitu; & diſcat Perſicum auſpicium:
Nam Magus ex matre & gnato gignaē oportet,
Si uera eſt Perſarum impia religio.

Quòd uero Lucanus hoc ipſum etiā Parthis attribuat, fortè Plinianum illud reſpexerit, ex lib. 6. Perſarū regna, quę nūc Parthorū intelligimus, inter duo maria, Perſicum & Hyrcanum, Caucaſiis attollūtur iugis utrinque per deuexa laterū. De ſinu uerò Perſico alibi Plin. idem: Perſæ Rubrum mare ſemper accoluere, propter quod is ſinus Perſicus uocatur. Ratio uero ex Strabone elici poſſe uidetur: Etſi adhuc, inquit, Perſæ regnant propriū habentes regē; uiribus tamen ſunt lōge inferiores, & Parthorū regi adhæreſcunt. Id quod in Craſsi rebus cōfirmat Dion, factū id aſtruēs poſt Alexandri interitū, quum tabeſcerēt res Macedonū. Carmē Lucani ad id ſpectans, quia ad manum eſt, ſubieci, ut uolentibus item præſto ſit:

Parthorum dominus quoties ſic ſanguine miſto
Naſcitur Arſacides, cui fas implere parentem.

Nec ignoro, Q. Curtium ſcribere lib. 7. in Naura regione cum parentibus ſtupro coire moribus permiſſum. illud mirum magis, a Chryſippo proditum ἐν τῷ τῶν προτρεπτικῶν, cōgreſſum cum matre, filia, ſorore parum prudenter uitio uerti. Ad hæc nimirum reſpicit Ouidianum illud,

-Gētes tamen eſſe ferūtur,
In quibus & nato genitrix & nata parenti
Iungitur, & pietas geminato creſcit amore.

Æmilius Probus & Plutarchus auctores ſunt, apud Athenienſes fas fuiſſe, ſororem in matrimonium capere. Agathius Gothici belli ſecundo, facta huius turpitudinis mentione, rē haud ita ueterem arbitratur argumento præcipue, quòd Semiramis a filio necata feratur, cuius concubitum appetiiſſet impudentius. id quod de Artaxerxe ac Pariſatide memoratur quoque, niſi ꝙ hæc reiecta modo iracundius fertur & ſpreta: quod impium eſſet nec patrium, nec ferè humanis moribus receptum.] {Spes interdictæ} legibus prohibitæ. {Remittit} permittit. {Cinyræ concumbere poſſem} cum Cinyra. Grę ca enim loquendi eſt figura. {Nunc quia iam meus eſt} pater. {Nō eſt meus} non poteſt eſſe meus maritus. {Eſt mihi prox.} conſanguinitas ipſa mihi obeſt. {Malus ardor} turpis amor. {Amantē} me ſubaudiamus. {Si nihil conc. ul.} coitum innuit, hoc eſt, ſi mihi cum eo cōcumbere nō licet, quæ eſt ultima amoris linea. {Vltra aūt} ſe ipſam increpat Myrrha, quòd coire cum patre affectat, quo quidem modo & iura cōſanguinitatis, & nomina confunderentur. nā filia id, quod eſt nefandiſsimum, & matris pellex eſſet, & adultera patris. eſſet præterea filiorū & ſoror, & mater: quod penitus conſanguinitatis nomina confundit. {Sacro angue} execrandis anguibus, & uiperis. {Crinitas ſorores} Eumenidas furias. ſe autem ipſam Myrrha reprehendit, quamuis ab alio increpari uideatur. {Velle puta} te ſubintelligamus, non patrem, ut quidam. {Res ipſa} rei turpitudo. {Memor moris} iuris & honeſti. {Similis furor eſſet in illo} ut, quid iura uelint, obliuiſceretur. {Nominibus dictis} expoſitis procorum nominibus. {Tepido rore} tepidis lacrymis. {Hæc credens} ſigna ſubaudiamus. {Datis} oſculis. {Conſulta} interrogata. {Non intellectam uocem} figuram, qua Myrrha ſe patris amore captam innuerat patri reſpondens ſe illi maritum ſimilem habere uelle. {Demiſit uultus} demiſit oculos in terram.

{CARPI-

Carpitur indomito, furioſaque uota retractat.
Et modò deſperat, modò uult tentare, pudetque,
Et cupit, &, quid agat, non inuenit. utque ſecuri
Saucia trabs ingens, ubi plaga nouisſima reſtat,
Quò cadat, in dubio eſt, omnique à parte timetur:
Sic animus * uario labefactus uulnere nutat  *dubio*
Huc leuis, atque illuc, momentaque ſumit utroque;
Nec modus, & requies, niſi mors, reperitur amoris.
Mors placet: erigitur: laqueoque innectere fauces
Deſtinat: &, zona ſummo de poſte deuincta,
Care uale Cinyra, cauſſamq; intellige mortis,
Dixit: & aptabat pallenti uincula collo.
Murmura uerborum fidas nutricis ad aures
Perueniſſe ferunt, limen ſeruantis alumnæ.
Surgit anus, reſeratq; fores, mortisq; paratæ
Inſtrumenta uidens ſpatio conclamat eodem,
Seq; ferit, ſcinditq; ſinus, ereptaq; collo
Vincula dilaniat. tum denique flere * uacauit,  *uetanio*
Tum dare complexus, laqueiq; requirere cauſſam.
Muta ſilet uirgo, terramq; immota tuetur,
Et deprenſa dolet tardæ conamina mortis.
Inſtat anus, canosq; ſuos, & inania nudans
Vbera, per cunas, alimentaq; prima precatur,
Vt ſibi committat quidquid dolet. illa rogantem
Auerſata gemit. certa eſt exquirere nutrix,
Nec ſolam ſpondere fidem. Dic, inquit, opemq;
Me ſine ferre tibi: non eſt mea pigra ſenectus.
Seu furor eſt, habeo quod carmine * fauet, & herbis;  *ſanet*
Siue aliquis nocuit, magico luſtrabere ritu;
Ira deûm ſiue eſt, ſacris placabimus iram.
Quid rear ulterius? certè fortuna, domusq;
Soſpes ab incurſu eſt: uiuunt genitrixq;, paterq;.
Myrrha, patre audito, ſuſpiria duxit ab imo
Pectore: nec nutrix etiamnum concipit ullum
Mente nefas, aliquemq; tamen præſentit amorem:
Propoſitiq; tenax, quodcunque eſt, orat, ut ipſi
Indicet, & gremio lacrymantem tollit anili.
Atque ita complectens infirmis membra lacertis,
Senſimus, inquit, amas: & in hoc mea (pone timorē)
Sedulitas erit apta tibi: nec ſentiet unquam
Hoc pater. Exiliit gremio furibunda: torumq;
Ore premens, Diſcede, precor, miſeroq; pudori
Parce, ait. inſtanti diſcede, aut deſine, dixit,
Quærere quid doleā: ſcelus eſt, quod ſcire laboras.
Horret anus, tremulasq; manus annisq;, metuq;
Tendit, & ante pedes ſupplex procumbit alumnæ:
Et modò blanditur, modò ſi non conſcia fiat,
Terret, & indicium laquei, cœptæq; minatur
Mortis, & officium commiſſo ſpondet amori.
Extulit illa caput, lacrymisq; impleuit obortis
Pectora nutricis: conataq; ſæpe fateri,
Sæpe tenet uocem, pudibundaq; ueſtibus ora
Texit: &, O', dixit, felicem coniuge matrem.
Hactenus: & gemuit. gelidos nutricis in artus,
Oſſaq; (ſenſit enim) penetrat tremor, albaq; toto
Vertice canities rigidis ſtetit hirta capillis.
Multaque ut excuteret diros, ſi poſſet, amores,
Addidit. at uirgo ſcit ſe non falſa moneri:
Certa mori tamen eſt, ſi non potiatur amore.
Viue, ait hæc, potiere tuo, non auſa parente

RAPH. CARPITVR} cruciatur. {Igne indomito} amore, quem domare ac uincere non poterat. {Furioſa uota retractat} furioſam cupiditatem cum patre coeundi reſumit, & animo reuoluit. eleganter autem, ut omnia, poeta exprimit puellæ amore ardentis cogitationes atque affectus. {Saucia} percuſſa ſecuribus. {Trabs ingens} maxima arbor. hac autem ſimilitudine oſtendit poeta, quanta in ambiguitate foret animus Myrrhæ collocatus. {Vbi plaga nouisſima} quando ultimus ictus reſtat. {Quò cadat} in quam partem cadat, anteriorem an poſteriorem, dextram an ſiniſtram. {Vario uulnere} uario affectu. {Vtroque} in utranque partem. {Nec modus} finis ac terminus. {Deſtinat} deliberat. {Zona} cingulo. {De ſummo poſte} de ſummitate hoſtii. {Reuincta} religata. {Care uale Cinyra} amatorie Myrrha Cinyram nomine proprio appellat. patris enim nomen odio habebat, ut quod ſibi eſſe impedimento putabat, ne optato concubitu potiretur. {Pallenti collo} hypallage eſt: ipſa enim Myrrha palleſcens intelligitur. {Seruantis} cuſtodientis. {Reſeratq;} aperit. {Sciditq; ſinus} ueſtium ſubaudiatur. id autem in magnis doloribus fieri conſueuit. {Tum denique flere uacauit} hoc eſt, poſtea quàm uincula dilaniauit, tum tandem flendi tempus habuit nutrix. {Muta ſilet uirgo} tanquam muta. {Tuetur} aſpicit id, quod indignantes dolentesq; facere ſolent. {Et deprenſa dolet tardæ conamina mortis} hoc eſt, Myrrha dolet conatus mortis à nutrice deprehenſos fuiſſe & intellectos. proprie autem minus honeſta deprehendi dicuntur. {Vt ſibi committat} ut ſibi reuelet. {Auerſata} aſpernata cum quadā uultus auerſione. {Nec ſolam ſpōdere fidem} nec ſolam fidem promittere, ſed etiam opem & auxilium. {Me ſine} me permitte. {Seu furor eſt} inſanus amor. {Siue aliquis nocuit} carminibus, & incantationibus. {Luſtrabere} purgaberis. {Propoſitiq; tenax} in propoſito perſeuerans anus. {Vt ipſi} ſibi in ſoluta diceretur oratione. {Furibunda} furenti ſimili. uirginis autem amantis decorum pulchre ſeruat poeta. ſolent enim, quo uehementius qd appetunt uirgines amore captæ, eo magis diſſimulare. {Inſtanti} nutrici ſubaudiatur. {Et indicium laquei} hoc eſt, minatur ſe indicaturam patri, quòd ſe ſuſpendere uoluerit Myrrha. {Et officium ſpondet} auxilium promittit. {Obortis} ſubito natis. {Et ô dixit felicem coniuge matrem} figurata oratione utitur Myrrha, quo honeſtius amorem ſuum in patrem nutrici cōfiteatur. eſt autem emphaſis, cum ex aliquo dicto latens aliquid eruitur, ut apud Virg. Non licuit thalami expertem ſine crimine uitam Degere more feræ. quanquam enim (ut ſcribit Quint.) de matrimonio queritur Dido, tamen huc erupit eius affectus, ut ſine thalamis uitam hominum non putet, ſed ferarum. Hac uero figura ea ſignificare ſolemus, quæ ſi aperte dicerentur, minus decerent, turpiaq; uiderentur. {Hactenus} locuta eſt ſubintelligatur. {Et gemuit} gemitum & ſuſpirium emiſit. {Senſit enim} hoc eſt, cognouit nefandum Myrrhæ amorem. eſt autem parentheſis cauſſam ſignificans. {Stetit hirta} erecta eſt. {Addidit} dixit. {Excuteret} expelleret, ex animo eiiceret. {Diros amores} tetros ac turpes. {Scit ſe non falſa moneri} hoc eſt, cognoſcit ea, quæ à nutrice dicuntur, eſſe uera. {Potiere tuo} hic eſt diſtinguendum. nam nutrix non eſt auſa dicere parente, impedita pudore.

{Numi-

RAPH.

Theſmophoria, ſacra Cereris.

NVMINE} iureiurando. {Feſta piæ Cer.} Theſmophoria à Græcis ſacra Cereris appellantur, quæ quidem tanta caſtitate per decē dies (ut ſcribit Diod.) celebrabantur, quā ta inuenti frumenti donū poſtulabat. Sacra autē Cereris cum Proſerpinæ ſacrificiis confudiſſe uidetur poeta. Cereri nāq; ſacrificabāt priſci, decemq; dies feſtos agebant, cū ſemen in terram iactabatur: quibus quidē diebus conuiciis inuicē uti cōſueuere, uti deæ dolor, ex filiæ raptu cōceptus, riſu ac uerborum ſcurrilitate mitigaretur. Proſerpinæ uero meſſis tēpore ſacra faciebāt, quo quidē tēpore coronas ſpiceas ex frugū primitiis deæ dicabāt. {Velatæ c.} uelata corpora habētes & tecta. {Niuea ue.} cādida, quali in ſacris Cereris utebantur matronæ ad ſignificandā animi puritatē. {In uetitis} inter uetita, ac legibus ꝓhibita. {Male ſed.} ad malū ſtrenua. {Quæſitis an.} à Cinyra. {Par ait eſt Myr.} æqualis & tot annos, quot Myrrha eſt nata. {Vicim⁹} obtinuimus id, quod tantopere optas. {Præſaga pect.} malorū ſubaudiat. {Tanta eſt diſ. mētis} ut ſimul & gauderet & mœreret Myrrha. eſt autē acclamatio in Myrrhę leuitatē. {Tēpus erat} intēpeſtā noctē deſcribit ac mediā, quę ꝙ cūcta ſileāt, cōticiniū uocat. {Inter Tr.} ſtellæ ſunt ad polū Arcticū Triones, qui à numero ſeptētriones uocātur. ſane Triones priſca lingua boues aratorii dicunt, quaſi teriones, hoc eſt, arādæ uertēdæq; terræ idonei. efficiunt aūt ſydus plauſtro ſimile, quod Græci ἅμαξαν, Latini ſeptentriones uocāt, [à ſeptē ſtellis ex qbus quaſi iuncti triones figurantur. aut ēt, quia ita ſitæ ſunt hæ ſeptē ſtellæ, ut ternæ ꝓximæ inter ſeſe faciant trigona, Gell. li. 2. c. 21.] {Bootes} ſydus eſt Bootes, qui & Arctophylax appellat. {Aurea Luna} pulchra & nitida. {Sidera latit} ne tantū ſcelus aſpicerent. {Igne ſuo} propriis ſiderū luminibus. {Prim⁹ regis Icare uultus} ne tātū ſcelus aſpi-

Dicere, conticuit: promiſſaq; numine firmat.
Feſta piæ Cereris celebrabant annua matres
Illa, quibus niuea uelatæ corpora ueſte
Primitias frugum dant ſpicea ſerta ſuarum,
Perq; nouem noctes Venerem, tactusq; uiriles
In uetitis numerant. turba Cinyreïs in illa
Regis adeſt coniux, arcanaq; ſacra frequentat.
Ergo legitima uacuus dum coniuge lectus,
Nacta grauem uino Cinyram malè ſedula nutrix
Nomine mentito ueros exponit amores,
Et faciem laudat. quæſitis uirginis annis,
Par, ait, eſt Myrrhæ. quā poſtquā adducere iuſſa eſt,
Vtq; domum rediit, Gaude mea, dixit, alumna:
Vicimus. infelix non toto pectore ſenſit
Lætitiam uirgo, præſagaq; pectora mœrent:
Sed tamen & gaudet. tanta eſt diſcordia mentis.
Tempus erat, quo cuncta ſilent, interq; Triones
Flexerat obliquo plauſtrum temone Bootes.
Ad facinus uenit illa ſuum. fugit aurea cælo
Luna: tegunt nigræ latitantia ſidera nubes:
Nox caret igne ſuo. primus tegis Icare uultus,
Erigoneq; pio ſacrata parentis amore.
Ter pedis offenſi ſigno eſt reuocata; ter omen
Funereus bubo lethali carmine fecit.
It tamen: & tenebræ minuunt, noxq; atra pudorem,
Nutricisq; manum læua tenet, altera motu
Cæcum iter explorat. thalami iam limina tangit,
Iamq; fores aperit, iam ducitur intus: at illi
Poplite ſucciduo genua intremuere, fugitq;
Et color, & ſanguis, animusq; reliquit euntem.
Quoq; ſuo propior ſceleri eſt, magis horret, & auſi
Pœnitet, & uellet non cognita poſſe reuerti.
Cunctantem longæua manu deducit, & alto
Admotam lecto cùm traderet, Accipe, dixit:
Iſta tua eſt, Cinyra: deuotaq; pectora iunxit.
Accipit obſcœno genitor ſua uiſcera lecto,
Virgineosq; metus leuat, hortaturq; timentem.
Forſitan ætatis quoque nomine, Filia dixit:
Dixit & illa, Pater, ſceleri ne nomina deſint.
Plena patris thalamis excedit, & impia diro
Semina fert utero, conceptaq; crimina portat.
Poſtera nox facinus geminat: nec finis in illa eſt:
Cùm tandem Cinyras auidus cognoſcere amantem
Poſt tot concubitus, illato lumine, uidit
Et ſcelus, & natam: uerbisq; dolore retentis
Pendenti nitidum uagina diripit enſem.
Myrrha fugit, tenebrisq;, & cæcæ munere noctis
Intercepta neci eſt; latosq; uagata per agros
Palmiferos Arabas, Panchæaq; rura reliquit;
Perq; nouem errauit redeuntis cornua Lunæ,
Cùm tandem terra requieuit feſſa Sabæa:
Vixq; uteri portabat onus. tum neſcia uoti,
Atque inter mortisq; metus, & tædia uitæ,
Eſt tales complexa preces: O' ſi qua patetis
Numina confeſſis, merui, nec triſte recuſo
Supplicium: ſed ne uiolem uiuosq; ſuperſtes,
Mortuaq; extinctos, ambobus pellite regnis;
Mutatæq; mihi uitamq;, necemq; negate.
Numen confeſſis aliquod patet: ultima certè
Vota ſuos habuere deos. nam crura loquentis
Terra ſuperuênit; ruptosq; obliqua per ungues

ceres. Icari aūt Erigonesq; filiæ hiſtoria fuit nobis expoſita. nā Erigone in Icarū patrē adeo pia fuit, ut cū eū à ruſticis interēptū cōperiſſet, mori oino decreuerit, ſed miſeratione deorū ambo inter ſydera fuere collocati. [Atq; Icarus Arcturi, ſiue Bootæ, Erigone autē uirginis nomine appellata, ut Higinus ait. ceterū notandum hoc loco à poeta Icarum dici τρισυλλαβῶς, quem alii Icariū uocāt.] {Ter pedis offenſi} ter.n. cū ad cubiculū patris duceretur, pedes offendit, id quod eā à tāto ſcelere reuocare uidebatur. {Funereus bubo} funeſtus. eſt autē auis peſſimi ominis. {Cæcū iter} obſcurū. morē autē exprimit in tenebris ambulātiū. {Iā ducitur intus} aduerbiū loci ꝓ aduerbio ad locū eſt poſitū. intro.n. duci qs dicitur. {Poplite ſucciduo} qui cadenti ſimilis erat. eleganter autem exprimit geſtum timidæ uirginis, aliquid ſceleris aggreſſuræ. {Magis horret} ualidius timet. {Longæuanu.} uetula. {Deuota pectora} deteſtata, execrata. {Sua uiſcera} ſuā filiā, quā ex ſuis uiſcerib⁹ genuerat. {Ætatis no.} ratione ętatis. nā Cinyras ſenex erat. {Ne noīa} pia & omni ueneratione digna ſubaudiātur. {Plena patris} ſemine ſubaudiatur. hoc eſt, grauida ex patre facta. {Auidus cogn.} cupidus cognoſcēdi. {Deripit} extrahit. {Intercepta} erepta. {Palmiferos Arabas} apud quos multæ palmæ naſcuntur. {Panchæa rura} Arabica. eſt.n. Pāchaia regio Arabiæ felicis. {Per nouē cornua} ꝑ nouē mēſes. {Terra Sabæa} Sabæi populi ſunt Arabiæ felicis, apud quos thus myrrhaq; abunde naſcūtur. {Neſcia uoti} qd cuperet ignara. {Eſt tales cōp. pr.} apprehēdit tales preces. {Patetis conf.} hoc eſt, ſi exauditis cōfitētes ſua crimina. {Ambob⁹ re.} & uiuorū & mortuorū. {Mutatę m.} trāsformatę. optat.n. ut in aliā trāſmutetur figurā ſic, ut neq; uiuat, neq; moriatur. {Vltima uota} ultimæ preces. {Suos deos} propitios.

Erigones in patrē pietas.

P {Por-

Porrigitur radix, longi firmamina trunci:
Oſſaq́; robur agunt: mediaq́; manente medulla
Sanguis it in ſuccos, in magnos brachia ramos,
In paruos digiti: duratur cortice pellis.
Iamq́; grauem creſcens uterum præcinxerat arbor,
Pectoraq́; obruerat, collumq́; aperire parabat:
Non tulit illa moram, uenientiq́; obuia ligno
Subſedit, merſitq́; ſuos in cortice uultus.
Quæ quanquàm amiſit ueteres cum corpore ſenſus,
Flet tamen, & tepidæ manant ex arbore guttæ.
Eſt honor & lacrymis: ſtillataq́; cortice Myrrha
Nomen herile tenet, nulloq́; tacebitur æuo.

ARG. Ex Myrrhæ & Cinyræ inceſto concubitu ob iram Veneris conceptus eſt infans, qui uerſa Myrrha in arborem ſui nominis naſcitur, Adoniſq; cognominatur: quem non minus Venus dilexit, quam puella patrem Cinyram dilexerat, beneficio Cupidinis.




AT malè conceptus ſub robore creuerat infans,
Quærebatq́; uiam, qua ſe genitrice relicta
Exereret: media grauidus tumet arbore uenter.
Tendit onus matrem: neq; habent ſua uerba dolores,
Nec Lucina poteſt parientis uoce uocari.
Nitenti tamen eſt ſimilis, curuataq́; crebros
Dat gemitus arbor, lacrymiſq́; cadentibus humet.
Conſtitit ad ramos mitis Lucina dolentes,
Admouitq́; manus, & uerba * puerpera dixit.
Arbor agit rimas, & * ſciſſo cortice uiuum
Reddit onus, uagitq́; puer: quem mollibus herbis
Naiades impoſitum * lacrymis unxere parentis.
Laudaret faciem liuor quoque. qualia nanque
Corpora nudorum tabula pinguntur Amorum,
Talis erat: ſed ne faciat diſcrimina cultus,
Aut huic adde leues, aut illis deme pharetras.
Labitur occultè, fallitq́; uolatilis ætas:
Et nihil eſt annis uelocius. ille ſorore
Natus, auoq́; ſuo, qui conditus arbore nuper,
Nuper erat genitus, modò formoſiſſimus infans,
Iam iuuenis, iam uir, iam ſe formoſior ipſo eſt.
Iam placet & Veneri, matriſq́; ulciſcitur ignes.
Nanque pharetratus dum dat puer oſcula matri,
Inſcius, extanti diſtrinxit arundine pectus:
Læſa manu natum dea reppulit. altius actum
Vulnus erat ſpecie, primoq́; fefellerat ipſam.
Capta uiri forma, non iam Cythereïa curat
Littora, non alto repetit Paphon æquore cinctam,

RAPH. PORRIGITVR} protenditur, prolongatur. {Firmamina} firmamenta atq; fundamenta. {Oſſaq́; robur agunt} hoc eſt oſſa lignum efficiuntur, in lignumq́; craſſius conuertuntur. {In paruos digiti} eunt ſubaudiatur. eſt enim protozeugma. {Duratur cortice pellis} hoc eſt, pellis in durum corticem cōmutatur. {Grauem uterū} grauidum. nondū enim pepererat. {Obruerat} texerat, operuerat. {Non tulit illa moram} hoc eſt non potuit expectare, ut cortex collum, caputq́; operiret, ſed creſcenti cortice caput ſummittens occulit, faciemq́; occultauit. {Cum corpore} cum carne. {Venienti ligno} ſuccreſcenti. {Subſedit} ſubmiſit ſe. {Flet tamen} hoc ad naturā arboris myrrhæ refertur: ſponte nanque ſudat, ut ſcribit Plinius, etiā antequam incidatur. guttæ autem illæ, quæ ex arbore cadunt, Stactæ uocantur, quæ in omni Myrrhæ genere obtinent principatum. multa uero ſunt Myrrhæ genera, de quibus copioſe Plinius ſcribit. {Eſt honor & lacrymis} præmium, pretium. {At male cōceptus} Adonis, ex inceſto patris ac filiæ coitus natus, in tantam creuit pulchritudinem, ut eius amore Venus caperetur: quocum ut diutius eſſe poſſet, unà cum illo uenationibus indulgebat, pͤcipueq́; fugacium animalium: feras autem natura armatas uitabat, Adonimq́;, ut ſibi ab illis caueret, admonebat. ille uero, gloriæ ſuauitate motus, aprum excipere auſus, ab eo fuit interemptus. quod cum Venus reſciuiſſet, in purpureum florem illum commutauit. {At male} ſcelerate. {Exereret} egereret. {Tendit} extendit, ac diſtentam reddit. {Verba puerpera} hoc eſt, puerperio profutura. {Arbor agit ri.} ſcinditur atq; aperitur. {Onus uiuum} puerū uiuum. {Lacrymis parentis} periphraſis eſt Myrrhæ, quæ ab arbore ſtillat, guttatimq́; cadit, ut lacrymare uideatur. {Liuor quoque} inuidia. eximia autem maximè eſt facies, quæ ab inuidis quoq; laudatur. {Amorum} Cupidinum, qui nudi cum pharetris pinguntur. {Matris ignes} amores, furoreſq́; Myrrhę matris. {Nanque pharetratus} Cupido pharetra oneratus. {Inſcius} inuitus. {Extanti arūdine} extra pendenti ſagitta. {Diſtrinxit} raſit, uulnerauit. {Altius ſpē} altius quàm uidebatur. {Cythereia littor.} Cythera inſula eſt cū oppido, antea Porphyruſa appellata à pulchritudine marmorum, quæ ibi effodiebantur, ut ſcribit Ariſtoteles, una ex Cycladibus Veneri dicata, quòd in mari nata ad eam primū concha perueniſſe fertur. dicta eſt autem Cythera à Cythereo Phœnicis filio. [Verba Stephani, de Cytheris, quæ hinc citantur à Regio, Græce ſic habent: κύθηρα, νῆσος πόλιν ὁμώνυμον ἔχουσα, πρὸς τῇ κρήτῃ ἀπὸ κυθήρου τοῦ φοίνικος. ἐκαλεῖτο δὲ πορφύρουσα διὰ τὸ κάλλος τὸ περὶ τῶν πορφύρων, (hoc eſt, à pulchritudine purpurarum, quæ ibi naſcuntur, non marmorum, ut Regius falsò accepit,) ὡς Ἀριστοτέλης οἱ οἰκήτορες κυθήριος, καὶ κυθηρία, καὶ ἡ γυνὴ, καὶ ἡ νῆσος λέγεται κυθηραία. quare uidendum hoc loco num Cythereia littora, à Cytherea, quod nomen Veneris eſt, & e breui dicitur, magis q̃ ab ipſo inſulę nomine quod e lōgum habet, deriuandum ſit, ut Cythereia littora accipiamus, apud quæ Cythereia, hoc eſt, Venus, primo è mari apparuit, niſi quis figuram ſyſtolem admitti omnino contendat, uidelicet nixus, quod & Heſiodus ait:

Ἀγρογενείαμ τε * θεὰμ, καὶ ἐυστέφανον κυθέρειαμ
Κικλήσκουσι θεοί, καὶ ἀνέρες οὕνεκ' ἐν ἀφρῷ
Θρέφθη, ἀτὰρ κυθέρειαμ, ὅτι προσέκυρσε κυθήρων.

nam alias etymologici, κυθερείας nomen non à Cytheris, ſed ἀπὸ τοῦ κεύθειν τοὺς ἔρωτας, ἢ, τοῦ, κύειν τὸν ἔρωτα, deducunt.] {Paphon} Cyprum. ſed Cypri quoque eſt urbs Paphos Veneris templo nobilis.

{Piſco-

Myrrha in arborem.

profutura.

fiſſo

guttis ab arbore ſtillantibus.

ἀφρογενοῦ

Piſcoſamq; Cnidon, grauidaq; Amathunta metallis.
Abſtinet & cælo: cælo præfertur Adonis.
Hũc tenet, huic comes eſt: aſſuetaq; ſemp in umbra eſt
Indulgere ſibi, formamq; augere colendo.
Per iuga, per ſyluas, dumos, & ſaxa uagatur
Nuda genu, ueſtem ritu ſuccincta Dianæ:
Hortaturq; canes, tutæq; animalia prædæ,
Aut pronos lepores, aut celſum in cornua ceruum,
Aut agitat damas: at fortibus abſtinet apris;
Raptoresq; lupos, armatoſq; unguibus urſos
Vitat, & armenti ſaturatos cæde leones.
Te quoque, ut hos timeas, ſi quid prodeſſe monendo
Poſſet, Adoni monet: Fortisq; fugacibus eſto,
Inquit: IN audaces non eſt audacia tuta.
Parce meo iuuenis temerarius eſſe periclo:
Ne'ue feras, quibus arma dedit natura, laceſſe,
Stet* tibi ne magno tua gloria. non mouet ætas,
Nec facies, nec quæ Venerem mouere, leones,
Setigeroſq; ſues, oculoſq;, animoſq; ferarum.
Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri:
Impetus eſt fuluis, & uaſta leonibus ira:
Inuiſumq; mihi genus eſt. quæ cauſſa roganti
Dicam, ait, & ueteris monſtrum mirabile culpæ.
Sed labor inſolitus iam me laſſauit; & ecce
Opportuna ſua blanditur populus umbra;
Datq; torum cæſpes. libet hac requieſcere tecum,
Et requieuit, humo: presſitq; & gramen, & ipſum:
Inq; ſinu iuuenis poſita ceruice recliuis
Sic ait, ac mediis interſerit oſcula uerbis.

ARG. Atalanta, Schœnei filia, cum de coniugio oracula ſciſcitata eſſet, monita eſt, ut nulli iungeretur. quia uero omnium uirginum pernicisſima erat, petentibus procis, (formoſisſima enim erat) legem poſuit, ne eos aſpernari uideretur, eius coniugem futuram, qui ſe curſu pedem antecesſiſſet. quam cum Hippomenes, Megarei filius, ex progenie Neptuni, intenſo amore diligeret, nec morem certaminis expaueſceret; (nam uicti proci occidebantur) Venerem in malis habuit auxilio. nam ex Damaſco agro ei tria mala aurea donauit, qui eſt in inſula Cypro, ut in curſu proiiceret uirgini: futurum enim, ut eorum cupiditate eius tardaretur impetus, ea dum peteret. cuius monitis Hippomenes conſecutus uictoriam, poſtea ingratus aduerſus deam cognitus eſt. itaq; impulſu eiuſdem deæ, matris deum lucum dum tranſgrediuntur, quem Echion terræ filius ſacrauerat, non tenuerunt cupiditatem, quin aduerſus religionem in ſacrato concubuere ſolo. quam ob cauſſam a dea in leones ſunt conuerſi: unde deum matri ex illo leones ſunt ſubiecti.




FOrſitan audieras aliquam certamine curſus
Veloces ſuperaſſe uiros. non fabula rumor
Ille fuit: ſuperabat enim: nec dicere poſſis
Laude pedum, formæ'ne bono præſtantior eſſet.
Scitanti Deus huic de coniuge, Coniuge, dixit,
Nil opus eſt, Atalanta, tibi: fuge coniugis uſum.
Nec tamen effugies, teq; ipſa uiua carebis.
Territa ſorte dei per opacas innuba ſyluas

RAPH. PISCOSAMQVE *Gnidon} Gnidos urbs eſt Dorica. ubi Veneris & templum & ſimulacrum uiſebatur à Praxitele ſculptum tanta arte, ut quidam illius amore captus ſuſtinuerit intra ſacellum per noctem includi, ac deę ſimulacrum ita amplecti, ut ſpermate quoq; inquinaret. [Gnidos, cuius hic meminit poeta, inſula eſt non longe à Rhodo, ut Plinius & Strabo auctores ſunt, nobilis templo Veneris, & eiuſdem ſigno à Praxitele facto quorum utrunq; Lucianus deſcribit in amoribus.] {Grauidãq; Amathunta} Amath' urbs fuit Cypri ærifodinis abundans, propter quod poeta illam metallis grauidã uocat. {Cælo præfert Adonis} lepida emphaſis, ex qua colligitur q̃ formoſus fuerit Adonis. {Nuda genu} ſic in uetuſto legitur exemplari, non uſque genu, ut fere eſt in nouis deprauatum. eſt enim poetica ſynecdoche. {Succincta ueſtẽ} ſuccinctã & ſubtractam uſq; ad genua ueſtẽ habens. {Aut pnos lepores} in caput inclinatós. crura nanque anteriora habent breuiora. {Fugacibus} aduerſus fugaces feras. {Parce eſſe} noli eſſe. {Nec quæ Venerem mouere} hoc eſt, ætas, forma, pulchritudo, quibus ego mota ſum, nihil feras mouent. {Animos ferarum} iram & rabiem ferar. {Fulmen habent} ſic enim omnia proterunt apri dentibus, ut fulmẽ illis ineſſe uideatur. [Vnde & dentes apri fulmineos paſſim appellant poetæ, ꝙ ut fulmen penetrent.] {Opportuna} cõmoda. {Et ipſum} Adonim, illum enim ſedere coegit. {Poſita ceruice} repoſito capite. {Recliuis} reclinata. {Interſerit} interponit. {Forſitan audieras} Atalanta, Schœnei regis filia, cum oraculum de marito cõſuluiſſet, reſponſum accepit ipſi non opus eſſe marito. cum uero & pernicisſima, & formoſiſſima eſſet, à multis uxor petebatur. ipſa uero ne eos prorſus aſpernari uideretur, edixit ſe nulli alii

mihi

nupturam, quàm à quo curſu foret ſuperata. quod ſi quem ipſa ſuperaret, illum iri interfectum. cum autem iam multos perdiſſet, Hippomenes Macharei filius, ac Neptuni nepos, uirginis amore captus, in certamen cum ea deſcendit, ac Veneris ope, quam inuocauerat, puellam ſuperauit. ſed cum uoti compos Veneri nihil gratiarum egiſſet Hippomenes, dea irata ſic illum in libidinem concitauit, ut in ſacello, matri deum dicato, cum Atalanta concumbere coactus ſit. quo flagitio mater deum indignata & Hippomenem in leonem, & Atalantam in leænam conuertit, atque currui ſuo ſubiecit. {Aliquam} quandam in ſoluta diceremus oratione. {Non fabula rumor Ille fuit} ille rumor non fuit falſus. {Scitanti} roganti, ut ſciret. {Deus} Apollo. {Sorte} oraculo, reſponſo. {Teq; ipſa uiua carebis} hoc eſt, tua forma adhuc uiua priuaberis. nam in leænam fuit tranſfigurata. {Innuba} innupta, uirgo.

RAPH. PROCORVM} iuuenum ipſam uxorem petentium. {Condicione fugat} duram illis proponendo condicionem à petendis ſuis nuptiis deterret. {Potienda} habenda. {Pedibus contendite mecum} curſu mecum certate. {Illa quidem immitis} crudelis. {Sed tanta potentia formæ} acclamatio, qua procorum temeritas excuſatur. {Et petitur cuiquam} affectui & indignationi ſeruit illa particula, Et. indignatur enim Hippomenes, ꝙ quiſquam ſe tanto periculo exponat gratia illius habendæ uxoris. {Poſito uelamine} depoſita ueſte. {Culpaui} accuſaui, damnaui. {Cõcipit ignem} in amorẽ incidit. {Et nequis iuuenũ} amore nanq; Atalantæ captus Hippomenes timebat ne q̃s ante ſe uictor euaderet. {Inuidiãq; timet} ne inuidia ſibi ſit impedimento, quo minus Atalanta potiatur, Hippomenes metuit. [Quid ſi legas, Inuidiaq; timet, hoc eſt, inuidendo aliis, timet, ne q̃s uictoriã præripiat.] {Paſſu alite} ueloci curſu. {Exigit} cogitat. {Scythica ſagitta} uelociſſima. Scythæ nanq; plurimũ ſagittando ualẽt. {Aonio iuueni} Hippomeni Bœotio. {Decoris} pulchritudinis. {Referi} retrofert. exponit autẽ poeta, qũo curſus ipſe Atalantæ pulchritudinem augeret. {Talaria} alata erant calciamenta. {Genualia} genuum tegmina & ornamenta. {Haud aliter} non aliter, inquit, candidum Atalãtæ corpus ruborem contraxerat, q̃ cum aulæum purpureum, in dealbatis atriis extentum, ſolet umbra rubicunda parietes inficere. {Dat} tribuit parieti. {Inficit} efficit & mittit. {Hoſpes} Hippomenes. {Decurſa nouiſſ. meta eſt} ad ultimã metã, decurſum eſt. eſt aũt participiũ cõtra grammatices rationẽ formatũ decurſa. {Pẽduntq;} perſoluũt, dãt. {Ex fœdere} ex lege. {Facilẽ titulũ} gloriã facile paratã. {Mecum c.} mecũ te compone. {Potentem} uoti compotem. {A tan.} à tam generoſo. {Nanque mi. ge.} maiores ſuos recenſet Hippomenes, ut ſua generoſitate Atalantæ animum ad ſe amandum pelliciat. à Neptuno nanque originem ducit. [Nanque mihi genitor Macareus, Aceſtius illi. Eſt Neptunus auus: ita quidem in editione Regii uulgo habetur. quod alii emendantes legunt, Nanque mihi genitor Megareus, Oncheſtus at illi, Eſt Neptunus auus &c. quam lectionem ut non improbo, ita tamen nonnihil me mouet compoſitio uerſus. quæ hoc pacto durior aliquanto fit, & item quod ſequitur, eſt Neptunus auus. quod ambiguum redditur, utrum ad datiuum, mihi, an ad poſteriorem, illi, magis referendum ſit. quod ſi itaque liceat, malim legere, Nanq; mihi genitor Megareus Oncheſtius, illi eſt Neptunus auus, pronepos ego regis aquarum. ut Oncheſtius uel patronymica figura, uel etiam gentili poſſeſſiua accipiatur. ita enim neque uerſus incommodi quicquam haberet, & ſententia plana ac certa redderetur, præſertim quando & in ueteri editione Aceſtius, eadem forma habetur. Megareum autem pro Macareo legendum eſſe, etiam ex Pauſanii Atticis apparet, niſi quòd ibidem Megareus Neptuni filius, non nepos. Oncheſtius autem genere, ſiue patria dicitur. uerba Pauſanię hęc ſunt: Βοιωτοὶ δὲ ἐν Ὀγχηστῷ Μεγαρέα τοῦ Ποσειδῶνος οἰκοῦντα, ἀφικέσθαι στρατιᾷ Βοιωτῶν φασὶ Νίσῳ πρὸς τὸν μίνω πόλεμον συνδιοίσοντα· πεσόντα δὲ αὐτὸν ἐν τῇ μάχῃ, ταφῆναί τε αὐτοῦ γενέσθαι πρότερον νίσα καλουμένη. In Bœoticis tamen idem auctor etiam Oncheſtum, à quo urbi nomen factum, Neptuni filium facit his uerbis: ἀπὸ δὲ τοῦ ὄρους τούτου πέντε ἀπέχει καὶ δέκα σταδίους πόλεως ἐρείπια ὀγχηστοῦ, φασὶ δὲ ἐνταῦθα οἰκῆσαι ποσειδῶνος παῖδα Ὄγχηστον, ἐπ᾽ ἐμοῦ δὲ ναός τε καὶ ἄγαλμα ποσειδῶνος ἐλείπετο Ὀγχηστίου. ex quibus facile apparet & Oncheſtũ Neptuni filiũ recte dici, & Megareũ Oncheſti. Porrò neq; illud hoc loco emittẽdũ. in commẽtariis Theocriti Idyll. 3. Hippomenẽ nõ Megarei, ſed Martis filiũ dici. niſi ibidem ὁ Ἄρεως ἢ Μεγαρέως falſo irrepſiſſe putemus. ita enim habẽt uerba, ὁ Ἄρεως ἱππομένης τῆς χοινέως Ἀταλάντης τῆς δρομαίας ἐρασθεὶς, ἀφροδίτης συνεργούσης ἔδραμεν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα, &c. De Atalãta autẽ q̃ ad hũc locũ ptinẽt, repete ex iis, q̃ ſupra l. 8. annotauim⁹.] {Nec uir. ci. ge. eſt} hoc eſt, à uirtute maiorũ nõ degenero. {Seu uin.} dilẽmate colligit Hippomenes Atalãtã ſecũ certare debere. {Shœneia} Atalanta Schœnei regis filia. {Molli uul.} miti ac manſueto. {Quis Deus formoſis iniquus?} hoc eſt, q̃s Deus, pulchris & formoſis inimicus, hunc perdere cupit, iubetq; per caræ uitæ periculũ meas quærere nuptias? {Diſcrimine} periculo. {Nõ ſum me iudice tanti} ut tam formoſus iuuenis debeat perire. {Nec forma tangor} nec pulchritudine moueor.

Viuit, & inſtantem turbam uiolenta procorum
Condicione fugat: Nec ſum potienda, niſi, inquit,
Victa prius curſu: pedibus contendite mecum.
Præmia ueloci coniux, thalamiq; dabuntur;
Mors pretium tardis: ea lex certaminis eſto.
Illa quidem immitis: (ſed tanta potentia formæ eſt.)
Venit ad hanc legem temeraria turba procorum.
Sederat Hippomenes, curſus ſpectator iniqui:
Et, Petitur cuiquam per tanta pericula coniux?
Dixerat, ac nimios iuuenum damnarat amores.
Vt faciem, & poſito corpus uelamine uidit,
Quale meum, uel quale tuum, ſi fœmina fias,
Obſtupuit: tollenſq; manus, Ignoſcite, dixit,
Quos modò culpaui: non dum mihi præmia nota,
Quæ peteritis, erant. laudando concipit ignem:
Et, ne quis iuuenum currat uelocius, optat,
*Inuidiamq; timet. Sed cur certaminis huius (inuidiaq;)
Intentata mihi fortuna relinquitur? inquit:
AVDENTES Deus ipſe iuuat. dum talia ſecum
Exigit Hippomenes, paſſu uolat alite uirgo.
Quæ quanquàm Scythica non ſegnius ire ſagitta
Aonio uiſa eſt iuueni; tamen ille decoris
Mirator magis eſt: curſus facit ipſe decorem.
Aura refert ablata citis talaria plantis:
Tergaq; iactantur crines per eburnea, quæq;
Poplitibus ſuberant picto genualia limbo:
Inq; puellari corpus candore ruborem
Traxerat: haud aliter, quàm cùm ſuper atria uelum
Candida purpureum ſimilem dat, & inficit umbram.
Dum notat hæc hoſpes, decurſa nouiſſima meta eſt:
Et tegitur feſta uictrix Atalanta corona.
Dant gemitum uicti, penduntque ex fœdere pœnas.
Non tamen euentu iuuenum deterritus horum
Conſtitit in medio: uultuq; in uirgine fixo,
Quid facilem titulum ſuperando quæris inertes?
Mecum confer, ait. ſeu me fortuna potentem
Fecerit, à tanto non indignabere uinci.
Nanque mihi genitor Megareus, Oncheſtus at illi,
Eſt Neptunus auus, pronepos ego regis aquarum.
Nec uirtus citra genus eſt. ſeu uincar, habebis,
Hippomene uicto, magnum & memorabile nomen.
Talia dicentem molli Schœneïa uultu
Aſpicit, & dubitat ſuperari, an uincere malit.
Atque ita, Quis deus hunc formoſis, dixit, iniquus
Perdere uult, caræq; iubet diſcrimine uitæ
Coniugium petere hoc? non ſum, me iudice, tanti.
Nec forma tangor, (poteram tamen hac quoq; tangi)

Sed

Sed quòd adhuc puer eſt. non me mouet ipſe,ſed ætas.
Quid ? quòd ineſt uirtus, & mens interrita lethi ?
Quid ? quòd ab æquorea numeratur origine quartus?
Quid ? quòd amat, tantiq; putat connubia noſtra,
Vt pereat, ſi me ſors illi * dura negarit ?
Dum licet, hoſpes abi, thalamosq; relinque cruentos.
Coniugium crudele meum eſt. tibi nubere nulla
Nollet, & optari potes à ſapiente puella.
Cur tamen eſt mihi cura tui tot iam antè peremptis ?
Viderit. intereat, quoniam tot cæde procorum
Admonitus non eſt, agiturq; in tædia uitæ.
Occidet hic igitur, uoluit quia uiuere mecum ?
Indignamq; necem pretium patietur amoris ?
Non erit inuidiæ uictoria noſtra ferenda.
Sed non culpa mea eſt. utinam deſiſtere uelles:
Aut, quoniam es demens, utinam uelocior eſſes.
Ah quàm uirgineus puerili uultus in ore eſt.
Ah miſer Hyppomene, nollem tibi uiſa fuiſſem:
Viuere dignus eras. quòd ſi felicior eſſem,
Nec mihi coniugium fata importuna negarent,
Vnus eras, cum quo ſociare cubilia uellem.
Dixerat. utq; rudis, primoq; Cupidine tacta,
Quod facit ignorans, amat, & non ſentit amorem.
Iam ſolitos poſcunt curſus, populusq;, paterq;,
Cùm me ſollicita proles Neptunia uoce
Inuocat Hippomenes: * Cythereaq; comprecor, auſis
Adſit, ait, noſtris, &, quos dedit, adiuuet ignes.
Dètulit aura preces ad me non inuida blandas,
Motaq; ſum, (fateor) nec opis mora longa dabatur.
Eſt ager, indigenæ * Damaſenum nomine dicunt,
Telluris Cypriæ pars optima, quam mihi priſci
Sacrauere ſenes, templisq; accedere dotem
Hanc iuſſere meis. medio nitet arbor in aruo
Fulua comas, fuluo ramis crepitantibus auro.
Hinc tria fortè mea ueniens decerpta ferebam
Aurea poma manu: nulliq; uidenda, niſi ipſi,
Hippomenen adij, docuiq;, quis uſus in illis.
Signa tubæ dederant, cùm carcere pronus uterque
Emicat, & ſummam celeri pede libat arenam.
Poſſe putes illos ſicco freta radere paſſu,
Et ſegetis canæ ſtantes percurrere ariſtas.
Adiiciunt animos iuueni clamorq;, fauorq;,
Verbaq; dicentum, Nunc nunc incumbere tempus;
Hippomene propera, nunc uiribus utere totis:
Pelle moram, uinces. dubium Megareïus heros
Gaudeat, an uirgo magis his Schœneïa dictis.
O' quoties, cùm iam poſſet tranſire, morata eſt,
Spectatosq; diu uultus inuita reliquit.
Aridus à laſſo ueniebat anhelitus ore,
Metaq; erat longè: tum denique de tribus unum
Fœtibus arboreis proles Neptunia miſit.
Obſtupuit uirgo; nitidiq; cupidine pomi
Declinat curſus, aurumq; uolubile tollit.
Præterit Hippomenes: reſonant ſpectacula plauſu.
Illa moram celeri, ceſſataq; tempora curſu

RAPH. SED quòd puer adhuc eſt} ſubaudiatur tangor. {Et mens interrita leti} quæ nullo mortis timore terretur. {Ab æquor, ea origine} Neptuno æquoris deo. {Dum licet hoſpes abi} dum potes, recede ò peregrine. eſt autem apoſtrophe ad Hippomenem, quem etſi amice admonere uidetur Atalanta, ne ſecum currendo certet, ſecum tamen ipſa hæc loquitur. {Tibi nubere nulla Nollet} hoc eſt, omnis uirgo tibi nubere cupiet. {Viderit} Hippomenes ſubaudiatur. hęc enim ſecum cogitans loquitur Atalanta Hippomenis pulchritudine tacta. {Agiturq; in tædia uitæ} quia illum uiuere tædet. {Occidet hic igitur} nunc Atalanta colligit Hippomenem indignũ eſſe qui pereat. {Non erit inuidiæ} hoc eſt, inuidia uictoriam noſtram perferre non poterit. {Ah q̃ uirgineus} uirgini conueniens. miſeretur autem Hippomenis Atalanta, & ætate & pulchritudine illius mota. {Fata importuna} difficilia, quæ exorari non poſſunt. {Cum quo ſociare cubilia uellem} cui nubere uellem. Illi nanq; ſociare cubilia dicuntur, qui unà dormiunt. {Rudis} imperita amoris. {Primo Cupidine} amore. {Tacta} percuſſa. [Theocritus ἱππομένης ὄκα δὲ ταμ παρθένον ἤθελε γᾶμαι. Μᾶλ' ἐν χερσὶν ἑλὼν δρόμον ἄνυε, ἁδ' Ἀταλάντα ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη, ὡς ἐς βαθὺν ἄλλετ' ἔρωτα.] {Proles Neptunia} Hippomenes Neptuni pronepos. {Quos dedit} quos mihi iniecit. {Ignes} amores. {Aura non inuida} uentus benignus & Hippomeni fauens. {Nec opis mora longa dabatur} nec longa auxilii mora mihi concedebatur, cum ipſum illico oporteret inire curſum. {Eſt ager} topographia, hoc eſt loci deſcriptio. Deſcribit. n. agrum nomine Damaſenum, unde Venus tria aurea poma, quæ Hippomeni tradidit, ſe ſumpſiſſe ait. {Indigenæ} inde geniti homines. {Damaſenum nomine dicunt} quem ſubaudiamus, ut intelligamus, quẽ proprio nomine Damaſenum uocant. nam eſt etiã ager Damaſenus à Damaſco urbe Syriæ declinatus.

dira

Cythaeream comp.

Damaſcñ

[Quidam pro Damaſeno, Damaſeum, abſq; n legunt, ſed neq; huius, neq; illius uocis mentio alibi extat. Illud hic addendum, interpretem Theocriti non ex Cypro, ſed ex Heſperidũ hortis aurea hæc mala allata fuiſſe ſentire. ita enim ait: ἔχων οὖν παρὰ τῆς θεᾶς μῆλα χρυσᾶ τοῦ τῶν ἑσπερίδων κήπου, τῷ δρόμῳ ἔρριπτεν ἕκαστον αὐτῶν. οὕτω δὲ ἀσχολουμένης τῆς κόρης ἐπὶ τῇ τῶν μήλων συλλογῇ ἐλείφθη.] {Accedere} adiungi. {Iuſſere} uoluere, decreuere. {Nitet} ſplẽdet. {Fulua comas} fuluas & aureas frondes habens. aurea nãq; mala ferebat. {Hinc} illinc ex agro Damaſeno. {Decerpta} accepta. proprie autẽ decerpi & poma, & frondes, & roſæ dicũtur. {Quis uſus} quæ utilitas. {Dederãt} fecerãt. {Carcere} abuſiue pro carceribus. carcer nanq; eſt locus ubi ſeruant noxii à coercendo dictus. carceres autẽ ſunt funes illi, qui prætenduntur equis curſuris, ut unà omnes emittãtur. {Pronus uterq; Emicat} exilit. habitũ aũt exprimit poeta uelociter currentium. {Libat} leuiter tangit. {Poſſe putes illos} hyperbole poetica, qua ſumma Hippomenis, Atalantæq; uelocitas declaratur. ſic Virg. de Camilla,

Illa uel intactę ſegetis per ſumma uolaret
Gramina, nec teneras curſu læſiſſet ariſtas:
Vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti
Ferret iter celeres, nec tingeret æquore plantas.

{Stantes ariſtas} erectas. ariſtę autẽ ab arendo ſunt dictæ, quòd primæ in ſpica areſcant. {Incumbere tẽpus} incumbẽdi. eſt enim græca figura. {Machareius heros} Hippomenes Macharei filius, [lege Megareius.] {O' quoties} hinc quoq; colligit Venus Atalantam Hippomenis amore fuiſſe captam. {Aridus anhelitus} ſiccus ac difficilis. id quod ſignificat Hippomenem laſſum fuiſſe. {Metaq; erat longe} ad quam currentes peruenire debebant. {Fœtibus arboreis} periphraſis eſt pomorũ. {Aurumq;} aureum pomum. {Plauſu} eorum qui Hippomeni fauebãt. {Ceſſata tẽpora} quibus ipſa à curſu inſtituto ceſſauerat. eſt aũt participium, contra grammatices rationem audacter à poeta declinatũ.

Corrigit, atque iterum iuuenem poſt terga relinquit.
Et rurſus pomi iactu remorata ſecundi
Conſequitur, tranſitq; uirum. pars ultima curſus
Reſtabat: Nunc, inquit, ades dea muneris auctor.
Inq; latus campi, quò tardius illa rediret,
Iecit ab obliquo liquidum iuueniliter aurum.
An peteret, uirgo uiſa eſt dubitare: coegi
Tollere, & adieci ſublato pondera malo;
Impediiq; oneris pariter grauitate, moraque.
Ne'ue meus ſermo curſu ſit tardior ipſo,
Præterita eſt uirgo: duxit ſua præmia uictor.
Digna'ne, cui grates ageret, cui turis honorem
Ferret, Adoni, fui? nec grates immemor egit,
Nec mihi tura dedit. ſubitam conuertor in iram,
Contemptuq; dolens, ne ſim ſpernenda futuris,
Exemplo caueo, meq; ipſam exhortor in ambos.
Templa deûm matri, quæ quondam clarus Echion
Fecerat ex uoto, nemoroſis abdita ſyluis,
Tranſibant: & iter longum requieſcere ſuaſit.
Illic concubitus intempeſtiua cupido
Occupat Hippomenen, & à numine concita noſtro.
Luminis exigui fuerat prope templa receſſus
Speluncæ ſimilis, natiuo pumice tectus,
Relligione ſacer priſca, quò multa ſacerdos
Lignea contulerat ueterum ſimulacra deorum.
Hunc init, & uetito temerat ſacraria probro.
Sacra retorſerunt oculos: turritaq; mater
An Stygia ſontes, dubitauit, mergeret unda.
Pœna leuis uiſa eſt. ergo modò læuia fuluæ
Colla iubæ uelant: digiti curuantur in ungues:
Ex humeris armi fiunt: in pectora totum
Pondus abit: ſummæ cauda uerruntur arenæ.
Iram uultus habet: pro uerbis murmura reddunt:
Pro thalamis celebrant ſyluas: aliiſq; timendi
Dente premunt domito Cybeleïa frena leones.
Hos tu care mihi, cumq; his genus omne ferarum,
Quod non terga fugæ, ſed pugnæ pectora præbet,
Effuge, ne uirtus tua ſit damnoſa duobus.

ARG. Adonis ſupradictus monitus a Venere quam uim feræ haberent, non obtemperauit. igitur in uenatione ab apro intermitur, cuius cruor eiuſdem deæ numine in florem purpurei coloris conuerſus eſt. ſic & olim Mynthe nympha in herbam mentham Proſerpinæ, Cereris filiæ, odio mutata eſt: quod cum Dite patre coniuge ſuo concubuiſſet.

ILla quidem monuit, iunctiſq; per aera Cycnis,
Carpit iter: ſed ſtat monitis contraria uirtus.
Fortè ſuem latebris ueſtigia certa ſecuti
Exciuere canes, ſyluiſq; exire parantem
Fixerat obliquo iuuenis Cinyreïus ictu.
Protinus excuſſit pando uenabula roſtro
Sanguine tincta ſuo: trepidumq;, & tuta petentem
Trux aper inſequitur, totoſq; ſub inguine dentes
Abdidit, & fulua moribundum ſtrauit arena.
Vecta leui curru, medias Cytherea per auras
Cypron olorinis non dum *peruenerat alis.
Agnouit longè gemitum morientis, & albas
Flexit aues illuc; utq; æthere uidit ab alto,
Exanimem, inque ſuo iactantem ſanguine corpus,
Deſiliit, pariterq; ſinum, pariterq; capillos
Rupit, & indignis percuſſit pectora palmis:
Queſtaq; cum fatis, Et non tamen omnia ueſtri
Iuris erunt, dixit: luctus monumenta manebunt
Semper Adoni mei: repetitaq; mortis imago

[margin: * penetrauerat]

RAPH. CORRIGIT} reſarcit, reparat. {Curſu} uelocitate curſus. {Remorata} retenta, tardata. {Ades} auxilio ſis. {Dea muneris auctor} Venus, quæ mihi hoc dediſti munus. {Iecit iuueniliter} fortiter ut iuuenē decebat. per quod innuit eum longe pomum iecisse. {Impediiq;} curſum ſubaudiamus. {Duxit ſua præmia uictor} Hippomenes, inquit, uictor duxit Atalantam uxorem. {Cui thuris honorem Ferret?} cui ſacrificaret thure. {Immemor} ingratus. {Contemptuq; dolens} me eſſe contemptam ęgre ferens. {Spernenda} contemnenda. {In ambos} cōtra ambos, Hippomenem & Atalantam. {Clarus Echion} unus fuit ex Cadmi ſociis Echion. {Concita} commota, ſtimulata. {A numine noſtro} à noſtra potentia. {Receſſus} locus ſeceſſui aptus. {Natiuo} naturali. {Hunc init} ingreditur, intrat. {Temerat} uiolat. {Probro} ſcelere, flagitio. {Sacra} ſimulacra deorum. {Retorſerunt} auerterunt oculos, ne tantum ſcelus uiderent. {Turrita mater} turribus ornata. nam Cybele eadē cum tellure putatur eſſe. [Alludit ad coronam, turribus inſignitam, mœniorum modo, quæ illi attribuitur à poetis. hinc Lucretius libro ſecundo,

Muraliq; caput ſummum cinxere corona,
Ex imis munitæ locis, φ ſuſtinet urbes.
Quo nunc inſigni per magnas prædita terras,
Horrifice fertur diuinę matris imago.]

{Sontes} nocentes, Hippomenem, atque Atalantam. {Mergeret ſtygia unda} hoc eſt ad infernos demitteret. {Modo leuia} paulo ante mollia ac ſine ullis pilis. {Fuluæ iubæ} hinc leonum præcipua colligitur generoſitas, ut Plinius ait, ſi colla, armoſq; ueſtiant iubæ. {In pectora totum Pondus abit} leones enim pectus reliquo corpore craſſius habent. {Cauda} caudam leonum animi eſſe indicem, ut aures equorum Plin. ſcribit. nam immota placidum, mota ira

[margin: Atalanta in leęnā. Hippomenes in leonē.]

[margin: cauda leonum animi index, ut aures equorū.]

tum ſignificat. {Verruntur} trahuntur. {Irā uult. hab.} facies leonum prę ſe fert iram. trucem nanq; habent aſpectum. {Cybeleia fre.} nam matris deum currum à leonibus trahi fingunt poetæ. Cybele autem dicta eſt à Cybelo mōte Phrygiæ, ipſi deum matri ſacro. [Vel etiam ἀπὸ τοῦ κύβου, hoc eſt, cubo, quoniam terra cubica, hoc eſt, ſolida, & per hoc conſtans & immobilis intelligatur. De leonibus autem idem Lucretius ita meminit:

Hanc ueteres Graium docti cecinere poetæ
Sedibus in curru biiugos agitare leones
Aeris in ſpatio magnam pendere docentes
Tellurem, neq; poſſe in terra ſiſtere terram.
Adiunxere feras, quòd quamuis effera proles
Officiis debet molliri uicta parentum.]

{Quod non ter. fu.} quod non fugit. {Sed pugnæ pect. præ.} ſed repugnat, ac reſiſtit. {Damnoſa duobus} & mihi & tibi. {Iunctis cyg.} currus nanq; Veneris ab oloribus trahi fingitur. {Sed ſtat mon. contra. uir.} ſed fortitudo, inquit, Adonidis Veneris admonitionibus eſt aduerſa. {Suem} aprum. ſues autem & apri Veneri ſunt inuiſi propter Adonidis cædem. unde prouerbium apud Græcos in eos, qui rem ingratam alicui faciunt, ἀφροδίτῃ ὗν ἔθυκεν, hoc eſt, Veneri ſuem ſacrificauit. {Exciuere} excitarunt. {Iuuenis Cinyreius} Adonis Cinyræ filius. {Pando ro.} recuruo. {Et tuta pe.} loca ſubintelligamus. {Trux aper} terribilis. {Abdidit} abſcondidit. {Moribundum} morientem. {Rupit} dilaniauit, lacerauit. {Et indig. percuſſit} indigne. nomen nanq; pro aduerbio poſitum eſt. {Et non tamen} ordo eſt, & tamen omnia non erunt ueſtri iuris. illa autem, &, copula affectui ſeruit. {Luctus mon.} ſigna, memoria. eſt autem apoſtrophe ad Adonim.

[margin: Adonis in florē]

Annua

Annua plangoris peraget ſimulamina noſtri.
At cruor in florem mutabitur. An tibi quondam
Fœmineos artus in olentes uertere menthas
Perſephone licuit: nobis Cinyreius heros
Inuidiæ mutatus erit? ſic fata, cruorem
Nectare odorato ſparſit: qui tactus ab illo
Intumuit, ſic ut * fuluo perlucida cælo
Surgere bulla ſolet. nec plena longior hora
Facta mora eſt, cùm flos de ſanguine concolor ortus,
Qualem, quæ lento cælant ſub cortice granum
Punica ferre ſolent: breuis eſt tamen uſus in illo.
Nanque malè hærentem, & nimia leuitate caducum
Excutiunt ijdem, qui perflant omnia, uenti.

RAPH. ANNVA ſimulamina} ſimulacra. nam ſingulis quibuſque annis Adonia, id eſt ſacra in Adonis honorem celebrabantur, in quibus Adonis plangebatur, ac luctus Veneris referebatur. [Hæc ſacra etiam ab Eſaia increpantur alicubi. nam circa Libanum in Palæſtina & circa Byblum peragi ſolita fuiſſe legimus. Addunt autem Græci fabulæ huic, Martem, quia Adoni di inuideret tanquam riualis, ſeſe in aprum transformaſſe, & ſub ſpecie illius Adonim intereniſſe. florem autem, qui ex cruore Adonidis enatus ſit, Anemonen fuiſſe. cuius quidem nomini reſpondet illud, quod ſtatim ſubiicit poeta: Nanque male hærentem, & nimia leuitate caducũ Excutiunt iidē, qui perflant omnia uenti. ἄνεμος enim uentus Græcis eſt, inde Ἀνεμώνη. Præterea autem & roſam iidē Græci dicunt, cum antea candida fuiſſet, in purpuream uerſam eodem tempore fuiſſe tinctam, uidelicet Veneris cruore, quem illa emiſerat, cum forte ex nimio luctu ob Adonidem, diſcalciata appropera ſſet, eoq; modo pedem ſpina roſæ ſauciaſſet. Fuerunt etiam qui Adonim non Cinyræ, ſed Theantis filium facerent, & qui ex eodem & Venere Priapum natum dicerent. In commentariis Theocriti autem etiam legitur ἀποθανόντα Ἀδώνιν ἓξ μῆνας ἐν ἀγκάλαις τῆς Ἀφροδίτης ποιῆσαι, ὥσπερ καὶ ἓξ ἐν ταῖς Περσεφόνης, quod iidem illi de frugibus interpretantur, quoniam fruges, quas per Adonim accipiunt, ſex menſes ſub terra lateant, & ſex ſupra terram aere temperentur. Vide Idyll. tertio. Atque in eam ſententiam & Orpheus meminit Adonidis in hymnis, his uerſibus:

Περσεφόνης ἐρατοπλοκάμου λέκτροισι λοχευθεὶς
Ὅς ποτε μὲν ναίεις ὑπὸ τάρταρον ἠερόεντα
Ἠδὲ πάλιν πρὸς ὄλυμπον ἄγεις δέμας, ὡριόκαρπον, &c.

{An tibi quondam} Mynthe nympha fuit, quam Plutonis pellicem fabulæ tradunt extitiſſe. eamq; cum Proſerpina dolo circumueniſſet, in hortenſem mentham fuiſſe transfiguratam, quam plerique hedyoſmon uocant. Eſt & mons prope Pylum cognomine Mynthes, iuxta quem Plutonis quoque eſt templum. [Huius fabulæ meminit & Nicandri interpres in Alexipharmacis. cuius uerba hæc ſunt: Μίνθη δὲ ᾅδου παλλακὴ οὕτω καλουμένη, ἣν διεσπάραξεν ἡ Περσεφόνη. ἐφ' ᾗ τὴν ὁμώνυμον πόαν ἀνέδωκεν ὁ ἅδης.] Mynthe in menthā herbam.

{Nobis erit inuidiæ} in nos inuidiam concitabit. {Perlucida bulla} translucida, quæ ex aqua naſci ſolet, ſtatimq; euaneſcere. Bulla autem ſpiritu, & aqua excitatur rotunda figura, quæ quoniam cito diſſoluitur, ueriſſimum illud ſumptum eſt prouerbium, quo humanæ uitæ breuitas, fragilitasq; deſignatur, Homo bulla. inde fit bullare, quod eſt bullas facere. unde Plinius bullantem urinam uocat bullas emittentem. Bulla etiam eſt ornamentum pectoris ingenuorum quidem aureum, Libertinorum uero Scorteum, ut copioſe Macrobius ſcribit. {Plena hora} perfecta. {Concolor} eiuſdem cum ſanguine coloris. eſt enim purpureus. In Anemonen autem Adonim fuiſſe conuerſum innuere uidetur, cuius flos, ut inquit Plinius, nunquam ſe aperit niſi uento ſpirante, unde & nomen accepit. ἄνεμος enim uentus dicitur. {Punica} quæ & mala granata dicuntur. {Qui *præſtant omnia uenti} ſecundum phyſicam rationem hoc dictum eſt. nam uenti rerum omnium generationis cauſſa eſſe perhibentur. [Sed alii, perflant, legunt, idq; rectius opinor.]

IACOBI CONSTANTII FANENSIS.

TErna Meduſæi uincirem guttura monſtri} Meduſæum monſtrum Cerberum interpretare à Meduſa originem capientem. ex ſanguine enim Meduſæ natus eſt Chryſaor equus, ex Chryſaore Geryon, ex Geryone, qui Echidinæ ſe miſcuit, Cerberus. Auctor Heſiodus in Theogonia. qui aliter interpretantur, errant tota uia.

Quam tria qui timidus &c.} huius nomen non reperimus. ſed legimus apud Zenobium fuiſſe uirum quendam, qui ita natura formidoloſus eſſet, ut propter Herculis metū ſeſe in ſpelunca occultauerit, ac propter timorem obierit. cum enim forte Herculem uidiſſet, in lapidem uerſus eſt: qui homini ſimilis uideretur, caput proferens è ſpelunca. unde in ſanè quàm meticuloſum prouerbium illud emerſit, δειλότερος εἰ τοῦ παρακύπτοντος, id eſt formidoloſior ex occulto cernente. *pluuio*

Olenus eſſe nocens} Olenos duos fuiſſe reperio, unum Vulcani filium, qui Ægan & Helicen filias habuit, quæ Iouis fuere nutrices teſte Higino: alterum Iouis & Anaxitheæ, cuius meminit Stephanus. in Achaia autem inter Patras & Dymam (ut ex Strabonis octauo colligimus) mons erat nomine Scolius, quem Homerus & Heſiodus Oleniam petram uocauerunt, ac ſupra eum ciuitas Oleno, nomine nuncupata. fabulæ tamen textum non inuenio.

Et baccas cærula ficus} apud Statianum interpretem in ſextum Thebaid. hoc loco cærula pinus (codice ipſius, ut opinor, deprauato) legitur. unde conicio legendum eſſe, Et baccis cærula Cinus. eſt enim Cinus Lauri ſpecies, uel ſui generis arbor lauro ſimilis, ac baccas habens cæruleas auctore Plinio. Baccas de ficubus dici non placet, nec, ſi dicantur, cærulas appellari. Lege primæ collectaneorum hecatoſtys cap. 99.

Et amictæ uitibus ulmi} Et amicæ uitibus ulmi à Papiniano interprete ibidem leguntur. quæ lectio emunctior. Pli. in 16. Inter has atque frugiferas materiæ uitiumq; amicitia accipitur ulmus.

Corpora ueſte leuant, & ſucco pinguis oliuæ Splendeſcunt} Thucydides in i. de Lacedæmoniis, Iidem primi corpore Centauri nudauerunt, propalam ſe exeuntes, oleoq; unxerunt. ſignata igitur poetæ noſtri locutio.

Nec metues ſacro crinitas angue ſorores, Quas facibus ſæuis oculos atq; ora petentes Noxia corda uident} ut melius hoc intelligas, audi quid Cicero pro Sexto Roſcio dicat. Nolite, inquit, putare, quemadmodum in fabulis ſæpenumero uidetis eos, qui aliquid impie ſcelerateq; cōmiſerint, agitari & perterreri furiarū tædis ardētibus. ſua quemq; fraus, & ſuus terror maximus uexat. ſuū quemq; ſcelus agitat, amentiaq; afficit. ſuæ malæ cogitationes amentiæq; animi terrent. Hæc ſunt impiis aſſiduę domeſticęq; furię, quæ dies noctesq; pœnas à conſceleratisſimis repetant. Et in primo de legibus, At uero ſcelerum in homines atq; impietatum nulla expiatio eſt. itaq; pœnas luunt non tam iudicii (quæ quōdam nuſquam erant, hodie multifaria, nulla ſunt, ubi ſunt ficta, tamen perſæpe falſa ſunt) q̃ ut eos agitent, inſectenturq; furiæ non ardentibus tędis ſicut in fabulis, ſed angore conſcientiæ, fraudisq; cruciatu.

Sed tanta potentia formę} Tanta potentia formę parentheſin poſcit. nam coniunctio hęc, ſed, ſequenti uerſui in conſtructione iungenda eſt.

Achæſtius illi} non mendoſus codex ſic habet, Onchœſtius &

ſtus & illi. Onchœſtus enim Neptuni filius fuit, ut in ſeptimo Thebaidos commentario legitur. quamuis Heſiodus teſte Stephano Onchœſtum Bœoto Neptuni filio natum tradiderit.

Non erit inuidiæ uictoria noſtra ferenda? } hoc modo legendum, id eſt cum interrogatione. eſt enim ſenſus: Non dabitur mihi crimini & culpæ, ſi hic uincetur. Inuidia enim crimen culpamq; hoc loco ſignificat. quod ſequens hæmiſtichium monſtrat, Sed non culpa mea eſt.

Indigenæ Damaſcenum nomine dicunt } uereor ne Damamaſſum ſit legendum. Amamaſſus.n. (quæ & Damamaſſus dici poteſt, conſonante d principio adiecta, ut ſæpe fieri in locorum nominibus uidemus, quod Aulon Caulon teſtatur) Cypri ciuitas fuiſſe apud Stephanum legitur.

Nulliq; uidenda niſi ipſi } hæmiſtichium hoc ſequenti adiungatur hoc modo: Nulliq; uidenda niſi ipſi Hippomenen adii.

Et à numine concita noſtro } deleatur præpoſitio, ut carmen rectum incedat.

Fœmineos artus in olentes uertere menthas } lego Minthas. Mintha enim uel Minthe à Græcis dicitur, quæ alio nomine hedyosmon uocatur, à Mintho Neptuni pellice in eam mutata, ut auctor eſt Pollux libro ſexto, capite decimo. Minthos quin etiam ipſa herba appellatur eidem Polluci & Ariſtophanis in Plutum interpreti, ex quorum poſteriore nonnulla alibi ſuper hoc recitabimus.

# HENRICI GLAREANI
## *annotationes in librum decimum.*

*Quòd ſi fata negant, ueniam pro coniuge.*

RAphael ueniam, id eſt, beneficium exponit. Quid autem ſi ueniam ſit uerbum? hoc ſenſu, ſi fata negant mihi uiſum coniugis, ego pro coniuge ueniam, neque unquam redibo ad uiuorum regionem, gaudete leto duorum. quanquam etiam alterum probo, quod Raphael ait, ut ueniam ſit nomen

*Siue fidem dederat.*

Cui fidem dederit dubitatur, ſed Eurydice ueriſimile eſt promiſiſſe, nullam ſe aliam amaturam.

*Qui citharam neruis, & neruis temperat arcum.*

Apollo cithara & arcu pingebatur: eſt igitur ſenſus, qui neruos in utroque habet.

*-Inque ferarum*
*Concilio, medius turba uolucrumq; ſedebat.*

Mire coniunxit duos ablatiuos concilio & turba. neq; uero coniunctio q;, ſequens permittit, ut concilio cum ferarum, & turba cum uolucrum connectamus, niſi licentia hoc poetica factum quis putet.

*Purpureus color his, argenteus eſſet in illis.*

Non eſt ſeruata differentia pronominum hic & ille, quanquam illud hic pro huic, ſiue hoc poſitum uidetur, nempe flore Hyacinthi, niſi quis propter duos pluraliter prolatum contendat Hyacinthum & Aiacem, cum Flos præcedat proximo uerſu ſingularis nomen numeri.

*Aeditus & ille eſt: quid ſi ſine prole fuiſſet.*

Legendum, Æditus atque ille eſt, propter carmen. Cæterum ſi Cinyras Pygmalionis fuit filius, ac Paphi frater, uidetur in Cypro natus: (ubi & Pygmalion) quem Cinyram Cypriorum regem quidam faciunt ut Raphael. Quomodo igitur Panchaica tellus Myrrham protulit? niſi intelligam' patrem Cinyram fratri Papho Cypri imperio ceſſiſſe in Pāchaiam, ubi Myrrham genuerit, quod eſt ueriſimile. nam ubi à patre filiæ nequitia reſcita eſt, poſtea ex Panchaia & Arabum regione, inquit poeta, uenit Myrrha in Sabæos. quaſi Sabæi non ſint Arabes. Verum in his fabulis exactam geographiæ ac temporum rationem exigere nimis curioſi fuerit hominis, etiam ſi διαπεπρηχθαι περὶ ἐκείνων αὐτὸν ὡς ἄχρηστον ἐστιν, ut ait Ariſtoteles.

*Si tamen hoc ſcelus eſt.*

Tota hac oratione mentis ac ſenſus pugna eſt. hic igitur ſenſus uerba ſunt, quibus negatur eſſe ſcelus filiam cum patre concumbere. & uide, ut acceperit pietatis nomen ſequente uerſu.

*Retinet malus ardor amantem      Vt præſens ſpe.*

Niſi hæc connectantur, non uideo quis ſit ſenſus, tametſi plerique libri colo ſeparant puncto.

*Nec ſolam ſpondere fidem.*

Niſi ſubiunxiſſet, opemq; Me ſine ferre tibi, uideri poterat ἀνανταπόδοτον, id eſt, oratio altero defecta membro.

*Parce, ait, inſtanti diſcede aut deſine dixit.*

Admonuimus libro ſexto, non temere repetitum uerbum dixit, etiā ſi præceſſerit ait. ubi Niobe Latonæ conuiciatur.

*Nil opus eſt Atalanta tibi.*

Non puto eandem eſſe hanc, & eam, quæ in uenatione Calydonii Apri adfuit. tametſi commentatores utranque Schœnei regis filiam dicunt. quidam ſuperiorem aiunt Schœnei, hanc uero Cœnei. certe nec quantitas eadem in his duobus nominibus: ipſe enim in octauo ait,

Venit Atalante Schœnei pulcherrima uirgo.

ubi ſecunda de Atalante longa eſt, quæ hic breuis, quanquam α, ex ancipitibus uideri poteſt. Porrò nec locus huius fabulæ indicatur à Venere, ſed uidentur in Bœotia cōtigiſſe hæc, ſiquidem illic ab Echione Cadmi ſocio ſacellum ædificatum in Cybeles honorem, in quo Hippomenes cum Atalanta concubuerit, dicitur. Sed hæc non ſunt tanti.

*Inuidiamque timet.*

Ne inuidia ſit ſibi impedimento, exponit Raphael. adiungendum opinor erat, abſque illa timenda, quod certe lectori coniectandum relinquo.

*Mirator magis eſt, & curſus facit ipſe decorem.*

Non ſolum plus gratiæ habet, ſed & neceſſitatis eſt, ut abſq; coniunctione, &, hic locus legatur. Talaria, alata calciamenta cōmentatores exponunt. Seruius in quartum Æneidos pennas extuliſſe uidetur, quę ut huic loco congruant non uideo, maxime propter uerbum ablata.

*Viderit, intereat, quoniam tot cæde procorum.*

Quidam emendarant, Viderit, interea quoniam tot cæde procorum Admonitus non eſt, ꝙ duo hæc uerba inconcinne iuncta uidebantur. ſed impatientia amantis & gloriā & Hippomenem hæc confudit. nam nunc gloriæ fauet, tertio dehinc carmine iuueni. Intereat igitur legendum.

*Eſt ager, indigenæ Damaſeum nomine dicunt.*

De hoc agro apud auctores non memini me quicquid legere: quidam Damaſenum per, n, legunt quaſi detracto, c, Damaſcenum, quod hoc loco carmen non patitur, dictum uideri uelint. Et in Cypro quidem ab eo, qui eſt in Syria, quod ego neſcio.

*Iecit ab obliquo nitidum iuueniliter aurum.*

Iueniliter Raphael exponit fortiter, quod mihi non probatur. nam ut à curſu auerteret puellam, ſatis erat, quòd ab obliquo iaciebat pomum: ſed uidetur mihi iaciendi modus expreſſus per hoc, quod dixit iueniliter.

*Illic concubitus intempeſtiua cupido.*

Cupido hic manifeſte genere fœminino ponitur, quod Horatius perpetuo maſculino. Ceterum ſequens carmen,

Occupat Hippomenen, & à numine concita noſtro,

ſuperflue habet, &, coniunctionem, contra & ſenſum & carminis legem.

*Cypron olorinis nondum peruenerat alis.*

Nec de hac fabula certum eſt, ubi uenatus Adonis fuerit. puer quidem Adonis in Panchaia natus, iam uir factus poterat aliò conceſſiſſe. ex hoc autem carmine ſaltem liquet in Cypro non eſſe facta quæ hic narrantur. Verum in fabula fruſtra hæc, ut antea admonuimus.

# P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER VNDECIMVS.




## ARGVMENTVM.

Orpheus, Oeagri fluminis & Calliopes muſæ filius, cum habuiſſet coniugem nomine Eurydicen, & eam amiſiſſet, & cum ſine ea ab inferis, lege accepta a Plutone, ad ſuperos rediſſet, ne talem dolorem in altera experiretur, puerilem amorem primus inſtituit. quam ob cauſſam Threſſæ mulieres inſtinctæ in abditis locis ſolitudinem agentem propter deſiderium coniugis interfecerunt: ſeparatumq; caput eius a reliquo corpore cum lyra in amnem Hebrum præcipitauerunt: per quem in mare delatum, & hinc in inſulam Lesbum, cum hic hæſiſſet in litore, ſerpensq; morſu ſanguinem lamberet, priuſquam uultum eius appeteret, ab Apolline, Iouis & Latonæ filio, duratus in lapidem eſt.

Carmine dum tali ſyluas, animosque ferarum
Threicius uates, & ſaxa ſequentia * ducit:
Ecce nurus Ciconum tectæ lymphata ferinis
Pectora uelleribus, tumuli de uertice cernunt
Orphea percuſsis ſociantem carmina neruis.
E`quibus una, leues iactato crine per auras,
En, ait, en hic eſt noſtri contemptor: & haſtam
Vatis Apollinei uocalia miſit in ora:
Quæ foliis præſuta, notam ſine uulnere fecit.
Alterius telum lapis eſt: qui miſſus in ipſo
Aere, concentu uictus, uocisq;, lyræq; eſt:
Ac ueluti ſupplex pro tam furialibus auſis
Ante pedes iacuit. ſed enim temeraria creſcunt
Bella, modusq; abiit, inſanaq; regnat Erinnys:
Cunctaq; tela forent cantu mollita; ſed ingens
Clamor, & inflato Berecynthia tibia cornu,
Tympanaq;, & plauſus, & Bacchei ululatus
Obſtrepuere ſono citharæ. tum denique ſaxa
Non exauditi rubuerunt ſanguine uatis.
Ac primùm attonitas etiamnum uoce canentis
Innumeras uolucres, anguesq;, agmenq; ferarum
Mænades Orphei titulum rapuere * theatri.
Inde cruentatis uertuntur in Orphea dextris:
Et coeunt, ut aues, ſi quando luce uagantem
Noctis auem cernunt: ſtructoq; utrinque theatro
Vt matutina ceruus periturus arena
Præda canum eſt, uatemq; petunt, & fronde uirentes
Coniiciunt thyrſos, non hæc in munera factos.

RAPH. {CARMINE dum tali} Orpheus Thracias mulieres aſpernatus (ut diximus) in ſe earum odium traxit. quare cum Bacchi ſacra celebrarent, ipſum in ferarum cœtu canẽtem aſpexerunt, ac impetu facto dilacerarunt, caputq; ac lyram in Hebrum fluuium coniecerunt: quæ ad inſulam Lesbon uſque delata cum eſſent, ſerpens Orphei caput dilaniaturus ab Apolline in ſaxum fuit conuerſus. Primum itaq; Orphei cædem poeta deſcribit, deinde ſerpentis in ſaxum tranſmutationẽ. {Threicius uates} Orpheus Thracius. {Ducit} delectat. ducere nanque interdum ſignificat delectare, ut Nonius ſcribit. Cicero de finibus bonorum & malorum, Fabellarumq; auditione ducuntur. {Animosq; ferarum} ſenſus. neque enim feræ animos habere dicuntur, niſi poeta ad ueritatem potius alludat, ut intelligamus ferorum hominum animos ab Orpheo fuiſſe excultos. id quod Horatius aperte his uerſibus ſcribit,

traxit

Syluestres homines ſacer, interpresq; deorum
Cædibus & uictu fœdo deterruit Orpheus,
Dictus ob hoc lenire tigres, rabidosq; leones.

{Ecce nurus Ciconum} repentinus Baccharum impetus illa particula, ecce, ſignificatur. Cicones autem populi ſunt Thraciæ ad Hebrum habitantes. [Ad quos primum delatus Vlyſſes fuit, cũ a Troia rediret, ut eſt apud Homerum Odyſſeæ nono] {Tumuli de uertice} de montis ſummitate. {Lymphata pectora} furentia. {Ferinis uelleribus} ferarum pellibus. {En ait, en hic eſt} conduplicatio indignationi conueniens, tametſi hoc aduerbium en ferè indignationi ſeruiat.

triumphi.

{Apollinei uatis} Orphei Apollinis filii. {Vocalia ora} optimam uocẽ emittentia. {Præſuta} præfixa, tecta. nam haſtæ Baccharum, quæ thyrſi dicuntur, pampinis, hederaq; cooperiebantur. {Notam} ſignum. {Ac ueluti ſupplex} tanquam ueniam petiturus. {Ante pedes} Orphei. {Concentu} harmonia. eſt autem pulchra poetæ phantaſia, qua ſignificatur, quanta uis ſit muſici cantus. {Bella} Baccharum ſorores bella uocat poeta. {Inſana Erinnys} ab effectu quod homines inſanos furioſosq; reddit. {Mollita} mitigata ſic, ut Orpheo nunquã nocere potuiſſent. {Berecynthia tibia} qua in ſacris Cybeles, quæ Berecynthia dicitur, primũ uſi fuere. Berecynthus autem Phrygiæ mons eſt & ciuitas matri deum dica. [Eadem ratione Virgilius Buxum Berecynthiam dixit, Æneidos 9. Tympana uos, buxusq; uocat Berecynthia matris Ideę.] {Obſtrepuere ſono citharæ} contra citharæ ſonum ſtrepuerunt. {Attonitas} ſtupefactas ſuauitate cantus Orphei. {Mænades} Bacchæ ἀπὸ τοῦ μαίνεσθαι hoc eſt, a furendo dictæ. {Titulum} gloriam. {Orphei theatri} ſpectaculi ab Orpheo congregati. eſt autem adiectiuum Orphei. Alii triumphi legunt, intelliguntq; agmen illud ferarum a Bacchis raptum in titulum & gloriam triumphi de Orpheo acti. {Et coeunt} congregantur, conueniunt. {Noctis auem} noctuam. {Structo utrinque theatro} ſpectaculo. eſt autem amphitheatri periphraſis. {Matutina arena} hoc eſt, matutino tempore in arena. quod enim eſt temporis, attribuit loco. unà autem omnes Bacchas in Orpheum impetum feciſſe his ſimilitudinibus oſtendit poeta. {Petunt} aggrediuntur, inuadunt. {Hæc in munera} ad hos uſus.

{Torquent

Hæ glebas, illæ direptos arbore ramos,
Pars torquent ſilices. neu deſint tela furori,
Fortè boues preſſos ſubigebant uomere terram,
Nec procul hinc multo fructum ſudore parantes
Dura lacertoſi fodiebant arua coloni:
Agmine qui uiſo fugiunt, operiſq; relinquunt
Arma ſui: uacuoſq; iacent diſperſa per agros
Sarculaq;, raſtriq; graues, longiq; ligones.
Quæ poſtquam rapuere feræ, cornuq; minaces
Diuulſere boues, ad uatis fata recurrunt,
Tendentemq; manus, atque illo tempore primùm
Irrita dicentem, nec quidquam uoce mouentem
Sacrilegæ perimunt: perq; os, proh Iuppiter, illud
Auditum ſaxis, intellectumq; ferarum
Senſibus, in uentos anima exhalata receſsit.
Te mœſtæ uolucres, Orpheū, te turba ferarum,
Te rigidi ſilices, tua carmina ſæpe ſecutæ
Fleuerunt ſyluæ: poſitis te frondibus arbos
Tonſa comas, luxit. lacrymis quoque flumina dicunt
Increuiſſe ſuis; obſcuraq; carbaſa pullo
Naiades, & Dryades, paſſoſq; habuere capillos.
Membra iacent diuerſa locis: caput Hebre, lyramq;
Excipis: &, mirum, medio dum labitur amne,
Flebile neſcio quid queritur lyra: flebile lingua
Murmurat exanimis: reſpondent flebile * ripæ.
Iamq; mare inuectæ flumen populare relinquunt,
Et Methymnææ potiuntur littore Lesbi.
Hîc ferus expoſito peregrinis anguis arenis
* Os petit, & ſparſos ſtillanti rore capillos
Lambit, & hymniferos inhiat diuellere uultus.
Tandem Phœbus adeſt, morſuſq; inferre parantem
Arcet, & in lapidem rictus ſerpentis apertos
Congelat, & patulos, ut erant, indurat hiatus.
Vmbra ſubit terras, & quæ loca uiderat antè,
Cuncta recognoſcit: quærenſq; per arua piorum
Inuenit Eurydicen, cupidiſq; amplectitur ulnis.
Hîc modò coniunctis ſpatiantur paſsibus ambo:
Nunc præcedentem ſequitur, nunc præuius anteit:
Eurydicenq; ſuam iam tutò reſpicit Orpheus.

ARG. Thraciæ matronæ, quæ cædi interfuerant Orphei, a Libero, ulciſcente æmulum ſcientiæ ſuæ, in ſpecies uarias abierunt.

NOn impune tamen ſcelus hoc ſinit eſſe Lyæus:
Amiſſoq; dolens ſacrorum uate ſuorum,
Protinus in ſyluis matres Aedonidas omnes,
Quæ uidere nefas, torta radice ligauit.
Quippe pedū digitos, in quantum eſt quæq; ſecuta,
Traxit, & in ſolidam detruſit acumine terram.
Vtq; ſuum laqueis, quos callidus abdidit auceps,
Crus ubi commiſit uolucris, ſenſitq; teneri,
Plangitur, ac trepidans aſtringit uincula motu:
Sic quæcunque ſolo defixa cohæſerat harum,
Externata fugam fruſtra tentabat. at illam
Lenta tenet radix, exultantemq; coercet.
Dumq; ubi ſint digiti, dū pes ubi quærit, & ungu[illegible].
Aſpicit in teretes lignum ſuccedere ſuras.
Et conata, femur mœrenti plangere dextra,
Robora percuſsit. pectus quoque robora fiunt,
Robora ſunt humeri: *porrectaq; brachia ueros
Eſſe putes ramos, & non fallere putando.

RAPH. TORQVENT] ia-ciunt. {Subigebant} arabant. {Lacertoſi} magna & ualida brachia habentes. {Fructum} frumentum. {Agmine} Baccharum furentium. {Arma} inſtrumenta. {Diuulſere} dilacerauere. {Feræ} crudeles. {Ad uatis fata} ad Orphei mortem. {Irrita} uana uerba, quæ Bacchas nihil cōmouebant. {Proh Iuppiter} exclamatio poetæ, doloris & commiſerationis plena. {Exhalata} emiſſa. {In uentos} eorum ſequitur opinionem, qui animam uentum eſſe putant. {Te mœſtæ} apoſtrophe ad Orpheūm, querimoniæ ac commiſerationis plena. {Obſcura carbaſa} pullas ac nigras ueſtes. [Pullo autem ſubſtantiue, pro, pullo colore, dixit. eſt autem pullus co lor πολὸς græce, hoc eſt ſubniger. hoc utebantur in luctu. unde & toga pulla apud Ciceronē, & pulla hoſtia apud Tibullum.] {Flumen populare} fluuium patrium. Hebrus enim Thraciæ fluuius eſt. {Methymnæ Lesbi} Methymna urbs eſt Lesbi, optimo uino inſignis, dicta a Methimne Macarei filia, ac Lepydini uxore. unde Methymnęus deriuatur. Lesbos autem inſula eſt clariſsima, quam nunc Mitylenem a nomine urbis uocant. {Ferus anguis} crudelis, qui illius uatis caput uiolare ſuſtineret, cuius cantu ſerpentes quoque ſępius delectati eſſent. {Inhiat diuellere} appetit ore aperto dilacerare. {Hymniferos uultus} qui hymnos in deorum ferè ſingulos compoſuerant. {Vmbra ſubit terras} umbra Orphei inferos petit. eorum autem opinionem ſecutus uidetur poeta, qui hominem ex tribus conſtare aiunt, corpore, anima, umbra: quorum corpus terræ, anima cælo, umbra inferis redditur. {Hic} illic apud inferos. {Spatiantur} deambulant. {Non impune tamen} {Thraciæ mulieres, quæ Orphei cædi interfuerunt, omnes a Baccho, cædem Orphei ægre ferēte, in uarias arbores fuere conuerſæ. {Vate ſuorum ſacrorum} nam Orpheus in Bacchū pulcherrimos ſcripſerat hymnos. alludere autem ad id poeta uidetur, quod ſcribit Diodorus, Cęremonias a Dionyſio repertas cum ad Orgia quædam Orpheus addidiſſet, Orpheia a poſteris fuiſſe appellata. {Matres Ædonidas} mulieres Thracias Ædones nanque populi ſunt Thraciæ. [Edonos uocat Stephanus ſecunda declinatione ἀπὸ Ἠδωνοῦ τοῦ Μύγδονος ἀδελφοῦ.] {Plangitur} percutitur a ſe ipſa. {Ac trepidans} quanto nanque magis trepidant, tāto magis uinculo aſtringuntur aues. {Externata} conſternata, perterrefacta. {Lenta} flexibilis. {Coercet} continet. {Exultantem} exultare uolentem. {Dumq; ubi ſint digiti} ordo eſt, Dum quærit, ubi ſint digiti. {Succedere} ſuccreſcere. {Mœrenti dextra} hypallage eſt, ipſa nanque mœrens intelligitur. {Et non fallere putando} nōn decipiere ſi putes. re enim uera rami erant.

Anguis in ſaxū.

Thracię mulieres in arbores.

ſyluæ.

Obſitis,

longos quoque brach uera

{Nec

ARG. Liber pater, Thracia digreſſus, cum Tmolum, montē Ciliciæ, comitatus Bacchis peteret, Silenus ei aufugit: quem Phryges captum ad Midam regē adduxerunt: agnitus ab eo exceptus eſt, & Libero aduenienti reddidit. quod ob beneficium, optandi deus ueniam ei dedit, ſi quid uellet, a ſe peteret. ille, ut quæq; contigiſſet, aurum fierent. quod ei inutile fuit. cu. deus petenti ut reſtitueretur, iuſsit, ut ad flumen Pactolum perueniret, ibiq; ſe lauaret, & ſic rediret in priſtinū ſtatum. uis autem illa aurum efficiendi a Mida in fluuium tranſiit, unde aureas arenas habere memoratur.

NEc ſatis hoc Baccho eſt: ipſos quoq; deſerit a- (gros,
Cūq; chorò meliore, ſui *uineta Timoli,
Pactolonq́; petit. quamuis non aureus illo
Tempore, nec caris erat inuidioſus arenis.
Hunc aſſueta cohors Satyri, Bacchæq́; frequentant,
At Silenus abeſt. titubantem annisq́;, meroq́;
Ruticolæ cepere Phryges: uinctumq́; coronis
Ad regem duxere Midam: cui Thracius Orpheus
Orgia tradiderat cum Cecropio Eumolpo.
Qui ſimul agnouit ſocium, comitemq́; ſacrorum,
Hoſpitis aduentu feſtum genialiter egit
Per bis quinque dies, & iunctas ordine noctes.
Et iam ſtellarum ſublime coegerat agmen
Lucifer undecimus, Lydos cùm lætus in agros
Rex uenit, & iuueni Silenum reddit alumno.
Huic deus optanti gratum, ſed inutile fecit
Muneris arbitrium, gaudens altore recepto.
Ille malè uſurus donis, ait: Effice, quidquid
Corpore contigero, fuluum uertatur in aurum.
Annuit optatis, nocituraq́; munera ſoluit
Liber, & indoluit, quòd non meliora petiſſet.
Lætus abit, gaudetq́; malo Berecynthius heros,
Pollicitiq́; fidem tangendo ſingula tentat.
Vixq́; ſibi credens, non alta fronde uirentem
Ilice detraxit uirgam: uirga aurea facta eſt.
Tollit humo ſaxum: ſaxum quoque palluit auro.
Contigit & glebam: contactu gleba potenti
Maſſa fit. arentes Cereris decerpſit ariſtas:
Aurea meſsis erat. demptum tenet arbore pomum,
Heſperides donaſſe putes. ſi poſtibus altis
Admouit digitos: poſtes radiare uidentur.
Ille etiam liquidis palmas ubi lauerat undis,
Vnda fluens palmis, Danaën eludere poſſit.
Vix ſpes ipſe ſuas animo capit, aurea fingens
Omnia. gaudenti menſas poſuere miniſtri
Extructas dapibus, nec toſtæ frugis egentes.
Tum uerò, ſiue ille ſua Cerealia dextra

*pineta

Tacta a Mida in aurum.

RAPH. NEC ſatis hoc Baccho eſt} Midas rex Phrygiæ cum Silenū a ruſticis captū ſibiq; traditū Baccho reddidiſſet, iuſſus eſt a Deo, ut quicquid uellet, peteret. ille petiit, ut quicquid corpore ſuo tangeret, aurū fieret. id illi conceſsit Bacchus, q̃uis inutile ipſi futurū uidebat. cū uero panis quoq; ac uinum in aurū uerterentur, fameq́; perire cœpiſſet, tandē cognouit ſtolidus ſe rem dānoſam petiiſſe: Bacchum itaq; rogauit, ut peccato ueniam daret, & munus datū irritum faceret. Bacchus igitur illi mandauit, ut ad fontē Pactoli pgeret, ſeq́; totū in eo laueret. quod cū feciſſet, uis illa aurū efficiēdi quicquid tangeret, in fluuiū tranſiuit, unde etiā arenas aureas efficere memoratur. {Ipſos agros} Thraciæ. {Cumq́; choro meliore} q̃ fuerant Thraciæ illæ mulieres, quæ Orpheum trucidarunt. {Sui Timoli} a ſe amati. eſt.n. Timolus, qui & Tmolus dicitur, mons Lydiæ optimi uini fertilis, ut in ſuperioribus quoq; diximus. neque eſt ſpondaicus uerſus, cum Timolus etiā tryſſyllabū ſit nomen, non ſolum diſyllabum. {Pactolonq;} Pactolus fluuius eſt Lydiæ aureis arenis notiſſimus. {Caris arenis} pretioſis. {Frequentant} celebrant. Titubantem} uacillantē. {Vinctū} ligatum. {Ad regem Midam} Midas Gordiæ Bubulci filius Phrygiæ rex fuit ditiſſimus, eoq; fictus eſt, omnia quæcunq; tangeret, in aurū tranſmutare. de quo Herodotus in primo multa ſcribit. {Orgia} Bacchi ſacrificia. [Huius rei & Iuſtinus meminit lib. 11. poſt hunc (Gordiū intelligens) inquit, filſus Mida regnauit, qui ab Orpheo ſacrorum ſolemnibus initiatus, Phrygiā religionibus impleuit, quibus tutior omni uita, q̃ armis fuit.] {Cum Cecropio Eumolpo} Eumolpus uates fuit Athenienſis Bacchi ſacerdos. [Duo Eumolpi traduntur apud auctores Græcos. prior Thracēſis genere, Neptuni & Chiones, eius quæ fuit Boreæ & Orithyæ, filius. hic Eleuſiniis auxilium tulit contra Erechtheum & Athenienſes. in quo prælio & Erechtheus rex, & Eumolpi filius Imaradus cecidiſſe dicuntur. factaq; compoſitio belli talis, ut Eleuſinii in ceteris parerent Athenienſibus, ſacra autem ſiue myſteria deæ per ſe priuatim agerent ac retinerent. atq; ita Eumolpū & Celei filias, quorum nomina Diogenia, Pāmerope, & Sæſara, illa tum peragere ſolitos. poſt Eumolpi mortē autē Cerycen, qui filius Eumolpi fuerat, natu minimus, iiſdē uelut antiſtitē relictū. quē tamen ſacerdotes, qui ab eodē Ceryces dicuntur, non Eumolpi, ſed Mercurii, ex Aglauro Cecropis, filium dicunt. Hæc Pauſanias in Atticis. Alter autē Eumolpus Eleuſinius, ſiue, ut alii, Athenienſis genere, traditur, filius Muſæi, &, ut quidā addūt, etiam Orphei diſcipulus, quintus ab eo, qui ex Thracia Eleuſinē uenit. nam Eumolpi filius Ceryx fuit, Cerycis Eumolpus alius, huius Antiphemus, Antiphemi Muſæus poeta. Muſæi porro Eumolpus, de quo hic agitur. atque hunc primū, non Thracenſem illū, myſteriorum rationem ac ritus docuiſſe, eademq́; etiā uerſibus deſcripſiſſe uolunt, auctores Suidas, Iſtrus, Aceſidorus & Androtion, ut quidem in commentariis Sophoclis citatur. Ceterū in epitaphio Muſæi non pater Eumolpi, ſed filius idem dicitur. ita enim habet:

Εὐμόλπου φίλον υἱὸν ἔχει
τὸ φαληρικὸν οὖδον
Μουσαῖον φθίμενον σῶμ' ὑπὸ
τῷ δὲ τάφῳ.

ſed tamen plures ac potiores auctores cōſentiunt, Muſæi filiū Eumolpū hūc fuiſſe. {Genialiter} uoluptuoſe ac lęte. {Lucifer undecimus} Lucifer ſtella eſt quę adueniente die ultima deſinit lucere, eoq́; a poetis alias ſtellas cogere, cōgregareq́; dicitur. {Coegerat} congregauerat. ſignificat autem undecimum diē adueniſſe. {Sublime agmē ſtellarum} ſublimium & altarū ſtellarum multitudinē. eſt enim hypallage. {Lydos i agros} in Lydiā ſecundum grāmatices autem rationē deriuatiuum nomen paucioresq̃ primitiuum ſyllabas habet. {Iuueni alumno} Baccho. {Altore} Sileno nutritore. {Male uſurus} in ſuū malum & perniciem. paulum enim abfuit quin fame periret Midas. {Annuit} nutu conſenſit. {Soluit} per ſoluit, præſtitit. {Berecynthius heros} Midas Phrygius, a Berecyntho Phrygiæ oppido. [Siue etiā a Berecynthia dea, hoc eſt, Magna Matre, cuius filius idem fuiſſe a quibuſdam fingitur, ut infra Lactantius.] {Polliciti fidem} promiſsi ueritatem. {Tentat} experitur. {Non alta} ſed humili. illud enim aduerbium, Non, hoc loco ad uerbum, detraxit, referri non poteſt, ſed uirgam ex non alta fronde decerptam fuiſſe oſtendit. {Cereris} frumenti per metonymiam. {Heſperidas donaſſe putes} ſcite. nam Heſperides hortos habuiſſe dicuntur aurea poma ferentes. {Radiare} fulgere. {Danaen eludere poſſit} eleganter. Iupiter enim in guttas conuerſus aureas in ſinū Danaes deſcendit, ſicq́; illa eſt potitus. {Vix ſpes ipſe ſuas animo capit} nam maxima quæq; ſibi pollicebatur Midas. {Poſuere} appoſuere. {Toſtæ frugis} periphraſis eſt panis.

{Cerealia

RAPH. CEREALIA dona}panes.{Rigebant} duri fiebant. quippe qui in aurum conuertebantur. {Conuellere } madere. {Premebat} tangebat. { Auctorem muneris } Bacchum per metonymiam pro uino. {Fuſile} liquidum, ac fuſum & liquefactum. {Diuesq;}quia auro abundabat. {Miſerq;}quia auro frui nō poterat. {Modo nouerat } uoto paulo ante concupiuerat. {Torquetur } cruciatur. {Meritus } quia propter auaritiā illud a Baccho petierat. { Lenææ pater } Bacche. {Specioſo dāno}quod pulchrū & bonū uidetur, cum alioquin damnū ſit & malum. {Mite deū numen}dii ſunt mites & facile placātur. {Reſtituit} in priſtinū ſtatū reduxit. {Facti fide } ob fidē, quam præſtetulerat Silenū reſtituendo. {Data munera ſoluit} reſoluit, & irrita fecit. {Circunlitus} infectus. {Male optato} ſtulte ac pernicioſe petito. {Magnis Sardibus} Sardeis urbs eſt Lydiæ, Crœſi regia. [Amnem autem intelligit Pactolū, qui ex Tmolo monte, Sardibus uicino, ſiue imminente profluit, ſic enim & apud Strab. legitur lib. 13. ῥεῖ δ' ὁ πακτωλὸς ἀπὸ τοῦ τμώλου, καταφέρων τὸ παλαιὸν χρυσοῦ ψῆγμα πολὺ, ἀφ' οὗ τὸν κροίσου λεγόμενον πλοῦτον, καὶ τῶν προγόνων αὐτοῦ διονομασθῆναί φασι. νῦν δ' ἐκλέλοιπε τὸ ψῆγμα, &c. & Herod. lib. 5. καὶ οὐκ ἔχοντες ἐξήλυσιν ἐκ τοῦ ἄστεος, συνέῤῥεον ἐς τὴν ἀγορὴν. καὶ ἐπὶ τὸν πακτωλὸν ποταμὸν, ὅς σφι ψῆγμα χρυσοῦ καταφορέων ἐκ τοῦ τμώλου, διὰ μέσης τῆς ἀγορῆς ῥέει. καὶ ἔπειτα ἐς τὸν ἕρμον ποταμὸν ἐκδιδοῖ.] { Ceſsit } trāſiuit. {Ille peroſus opes } Midas facultate auri efficiundi quicquid tangeret liberatus, opesq; peroſus in ſyluis habitabat, Panaq; paſtorum deum colebat: qui cum fiſtula iuuenta ſibi multum nymphis placere uideretur, auſus eſt Apollinem in certamen prouocare, Tmolo montis deo iudice cōſtituto. cum uero ſententia pro Apolline lata omnibus placeret, ſolus Midas, naturali ſtultitia ductus, eam ut iniuſtam improbauit. quare Apollo indignatus aures illius in aſininas conuertit, quibus ipſius ſtoliditas indicaretur. longiores nanque auras ex phyſicorum ſententia uecordiam præſeferunt. Ceterum Midas aures aſininas tiaris purpureis occultauit, tonſoriq; mandauit, ne uerbum cuiquam de illis faceret. tonſor uero cum reticere non poſſet, in locum deſertum ſe ceſsit, ibiq; foueæ factæ immurmurauit, Midam aures aſininas habere. deinde foueam terram repleuit. arundines autem eo in loco natæ, uentoq; agitatæ eadem uerba, hoc eſt, Midas rex aſininas aures habet, referebant. {Peroſus opes}odio habens, quibus penè fame fuerat cōfectus. {Pingue} tardum. {Vt ante}quando optauit, ut quicquid cōtingeret, aurum fieret. { Nam freta proſpiciens } Tmoli montis deſcriptio. { Paruis Hypæpis } Hypæpa urbs eſt Lydiæ, ut diximus. {Cerata} cera iuncta. {Iudice ſub Tmolo} Tmolus & mons & deus montis ipſius dicitur. nam montes, ut flumina, deos ſuos habere dicuntur. { Et aures Liberat arboribus } ab auribus arbores remouet. { Deliniit } blanditus eſt. { Sacer } Apollo. { Reſoluit ora } aperuit ora, & canere cœpit. { Tmolus ad os Phœbi } ſe conuertit ſubaudiendum. [ Sic quidem Regius, ſed quid ſi conſtruas, ſacer Tmolus reſoluit ora, ad os Phœbi, pro conuertit ſe ore ac uultu ad canentem Phœbum, quando mox ſequitur, Vultum ſua ſylua ſecuta eſt: ſic enim & Virgilius dixit, Atque iterum narrantis pendet ab ore. ] { Ille caput flauum uinctus } flauum caput habens coronatum. {Parnaſide } Parnaſia, qua Parnaſus abundat. forma nāque patronymica pro poſſeſsiua eſt uſus poeta. Apollinis autem citharœdi habitum deſcribit. {Saturata } infecta, bis tincta. {Tyrio murice} Tyria purpura. Palla autem ueſtis eſt muliebris, ſyrma habens, qua & citharœdi utebantur. { Verrit } humum } innuit pallam Apollinis ſyrma habuiſſe, quod per terram trahebatur. ſic Horatius de tibicine loquens, Traxitq; uagus per pulpita ueſtem. { Diſtinctamq; } ornatam. {Dentibus Indis } ebore. {Stamina } chordas.

Munera contigerat, Cerealia dona rigebant:
Siue dapes auido conuellere dente parabat,
Lamina fulua, dapes, admoto dente, premebat.
Miſcuerat puris auctorem muneris undis:
Fuſile per rictus aurum fluitare uideres.
Attonitus nouitate mali, diuesq;, miſerq;,
Effugere optat opes; & quæ modò uouerat, odit.
Copia nulla famem releuat: ſitis arida guttur
Vrit, & inuiſo *meritò torquetur ab auro. — meritus
Ad cælumq; manus, & ſplendida brachia tollens,
Da ueniam Lenæe pater; peccauimus, inquit:
Sed, miſerere, precor, ſpecioſoq; eripe damno.
Mite deûm numen Bacchus peccaſſe fatentem
Reſtituit, factiq; fide, data munera ſoluit.
Ne'ue malè optato maneat circumlitus auro,
Vade, ait, ad magnis uicinum Sardibus amnem,
Perq; iugum ripæ labentibus obuius * ulnis — undis
Carpe uiam, donec uenias ad fluminis ortus:
Spumigeroq; tuum fonti, qua plurimus exit,
Subde caput, corpusq; ſimul, ſimul elue crimen.
Rex iuſſæ ſuccedit aquæ: uix aurea tinxit
Flumen, & humano de corpore ceſsit in amnem.
Nunc quoque iam ueteris percepto ſemine uenæ
Arua rigent auro, madidis pallentia glebis.

ARG. Pan cum Tmolum montem Lydiæ frequentans fiſtula ſe oblectaret, elatus gloria agreſtium nympharum Apollinem in certamen deuocauit. iudice ergo Tmolo, qui montis illius deus erat, cū Apollini uictoria eſſet adiudicata, Midæ regi ſupradicto, qui, auri efficiendi poteſtate amiſſa, opes peroſus, in ſyluis habitans, Pana, paſtorum deum, colens ſequebatur, aſsidenti ſoli diſplicuit. quā ob cauſſam Apollo, ob eamq; ſtultitiā, quam & ſupra geſſerat in Liberi patris uoluntate, iratus, aures eius aſininæ ut eſſent ſempiterno effecit, quibus eius ſtoliditas appareret, nulliusq; eſſe iudicii indicaretur.

ILle peroſus opes ſyluas, & rura colebat,
Panaq; montanis habitantem ſemper in antris.
Pingue ſed ingenium manſit: nocituraq;, ut antè,
Rurſus erant domino ſtolidæ præcordia mentis.
Nam freta proſpiciens latè riget arduus alto
Tmolus in aſcenſu, cliuoq; extenſus utroq;
Sardibus hinc, illinc paruis finitur Hypæpis.
Pan ibi dum teneris iactat ſua carmina nymphis,
Et leue cerata modulatur arundine carmen,
Auſus Apollineos præ ſe contemnere cantus,
Iudice ſub Tmolo certamen uenit ad impar.
Monte ſuo ſenior iudex conſedit, & aures
Liberat arboribus: quercu coma cærula tantùm
Cingitur, & pendent circum caua tempora glandes.
Iſq; deum pecoris ſpectans, In iudice, dixit,
Nulla mora eſt. calamis agreſtibus inſonat ille:
Barbaricoq; Midan (aderat nam fortè canenti)
Carmine deliniit. poſt hunc ſacer ora * reſoluit — retorſit
Tmolus ad os Phœbi: uultum ſua ſylua ſecuta eſt.
Ille caput flauum lauro Parnaſside uinctus,
Verrit humum, Tyrio ſaturata murice palla:
Diſtinctamq; lyram gemmis, & dentibus Indis
Suſtinet a læua: tenuit manus altera plectrum.
Artificis ſtatus ipſe fuit. tum ſtamina docto

{Sollici-

Pollice ſollicitat: quorum dulcedine captus
Pana iubet Tmolus citharæ ſummittere cannas.
Iudicium, ſanctiq; placet ſententia montis
Omnibus: arguitur tamen, atque iniuſta uocatur
Vnius ſermone Midæ. nec Delius aures
Humanam ſtolidas patitur retinere figuram:
Sed trahit in ſpatium, uilliſq; albentibus implet,
Inſtabileſq; illas facit, & dat poſſe moueri.
Cetera ſunt hominis: partem damnatur in unam;
Induiturq; aures lentè gradientis aſelli.

ARG. Midas deformitatem quidem ſuam celare uolebat, ſed eam uidit famulus tonſor: qui cum eam nec eloqui auderet, nec reticere poſſet, humũ effodit, in eaq; immurmurat Midam aſini aures habere, foueam deinde replet. ibi enatæ ſunt arundines, quæ uento agitatæ Midæ deformitatem indicarunt, uerba imbi a famulo immurmurata referentes.




ILle quidem celare cupit, turpiq; pudore
Tempora purpureis tentat uelare tiaris:
Sed ſolitus longos ferro reſecare capillos
Viderat hoc famulus: qui cùm nec prodere uiſum
Dedecus auderet, cupiens efferre ſub auras,
Nec poſſet reticere tamen; ſecedit, humumq;
Effodit, & domini quales conſpexerit aures,
Voce refert parua, terraq; immurmurat hauſtæ;
Indiciumq; ſuæ uocis, tellure regeſta
Obruit, & ſcrobibus tacitus diſcedit opertis.
Creber arundinibus tremulis ibi ſurgere lucus
Cœpit, &, ut primùm pleno maturuit anno,
Prodidit agricolam. leni nam motus ab Auſtro
Obrupta uerba refert, dominiq; coarguit aures.

ARG. Inter Sigæum, Rhœteumq; promontoria, quo loco ara Iouis Panomphæi Phrygibus eſt conſecrata, Laomedon, Capys filius, cum Iliũ poneret, Apollo & Neptunus in homines uerſi, operas ſuas æſtimati ad extruendũ murũ addixerunt. quibus perfectis pactum aurũ Laomedon negauit. Neptunus perfidia regis offenſus in agros eius mare miſit, omneſq; fructus obruit: ſupra quam pœnam coegit eum Heſionen filiam marinæ proſtituere belluæ. qua liberata ab Hercule, rurſus in fraude cognitus: equos enim, quos ob ſalutem uirginis pactus erat, ei abnegauit. ideoq; ille expugnato Ilio Heſionen abreptam Telamoni, qui ſocius militiæ fuerat, copulauit.

VLtus abit Tmolo, liquidumq; per aera uectus
Anguſtum citra pontum Nepheleidos Helles
Laomedonteis Latoïus aſtitit aruis.
Dextera Sigæi, Rhœtei læua profundi
Ara Panomphæo uetus eſt ſacrata Tonanti.
Inde nouæ primùm moliri mœnia Troiæ
Laomedonta uidet, ſuſceptaq; magna labore
Creſcere difficili, nec opes expoſcere paruas.
Cumq; Tridentigero tumidi * genitore profundi
Mortalem induitur formam, Phrygiæq; tyranno
Aedificat muros, pacto pro mœnibus auro.

RAPH. SOLLICITAT} tangit, percutit. {Cannas} tibiam ex cannis confectã. {Arguitur} reprehenditur. {Nec Delius} Apollo. {Aures ſtolidas} omni carentes iudicio. {Sed trahit in ſpatium} protrahit, producit ac longas efficit. {Inſtabiles} mobiles, quales ſunt aſininæ. {Et dat poſſe moueri} concedit facultatem ſe ipſas mouendi. {Lente gradientis} tarde euntis. [Hanc autem fabulam de auribus aſininis Suidas ita exponit, ἤτοι ὅτι πολλοὺς ὠτακουστὰς εἶχεν, ἢ ὅτι κώμην φρυγικὴν κατέσχεν, ἥτις ὦτα ὄνου ἐλέγετο. ἢ ὅτι ὁ ὄνος τῶν ἄλλων ζώων μᾶλλον ἀκούει, πλὴν μυός.] {Purpureis Tiaris} Tiara, qui & Tyaras dicitur, tegmen eſt capitis regũ Orientis. {Velare} celare, occultare. {Efferre ſub auras} uulgare. {Secedit} in locũ ſecretum uadit. {Voce parua} murmure. {Hauſtæ} effoſſæ. {Regeſta} reiecta. {Scrobibus opertis} repleta fouea. {Prodidit agricolam} indicauit eum, qui illam effoderat terram. {Obruta uerba} quæ talia fuerunt: Midas rex aſini aures habet. {Dominiq; coarguit aures} hoc eſt Midæ regis aures conuincit eſſe aſininas. {Vltus abit Tmolo} Apollo atque Neptunus cum Laomedontem, mœnia Troiæ ædificantem, uidiſſent, in humanam figuram conuerſi pacto auro ſe cito opus illud abſoluturos receperunt. mœnibus uero perfectis cum promiſſum aurum repoſcerent, a Laomedonte illo fraudati, qui iure iurando ſe nihil promiſiſſe affirmauit, tantam perfidiam inultam eſſe non permiſerunt. Neptunus enim & diluuium immiſit, quo totus ager Troianus eſt deuaſtatus, & Heſionen filiam mõſtro marino exponere Laomendontem coegit. quam quidem cum Hercules illac cum Argonautis tranſiens liberaſſet, ac promiſsis equis a perfido rege fraudaretur, & Troiam expugnauit, & Heſionem captam Telamoni ſocio donauit. [Ceterum ad hanc ædificationẽ mu-

Midę aures in aſininas.

Apollo & Neptunus ĩ hoies.

rectore

torum, Neptunum & Apollinem a Ioue damnatos fuiſſe Græci fabulantur, eò quòd cum Iunone aduerſus Iouem conſpiraſſent, ut ait Didymus: cuius cõſpirationis meminit Homerus Iliados ι.

Ὁππότε μιν ξυνδῆσαι Ὀλύμπιοι ἤθελον ἄλλοι
Ἥρη τ', ἠδὲ Ποσειδάων, καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων.

Pindarus autem in Olympicis addidit & tertiũ tanquam σύνεργον Æacum aſcitum fuiſſe, ut etiam mortalis alicuius opera accederet, quod futurum eſſet, ut iidem muri aliquando incendio rurſum collaberentur. quod fieri non poterat, ſi a ſolis immortalibus ac diis conſtructi fuiſſent, ut ibidem interpres adiicit. {Nepheleidos Helles} Nepheles filiæ. Helle nanq; Athamantis, & Nephele filia fuit, ac ſoror Phrixi, a qua in mari ſubmerſa Helleſpõtus fuit cognominatus. {Latoius} Apollo Latonæ filius. {Dextera Sigei. Rhœtei} Sigeum & Rhœteũ promontoria ſunt Troiæ notiſsima. {Ara Panophęo Tonanti} ſic quidem in exemplaribus legitur, ſed corrupte legi facile Homeri carmine coarguitur. nam in octauo Iliados libro ſic ſcribit de hac eadem, πὰρ δὲ Διὸς βωμῷ περικαλλεῖ κάββαλε νεβρόν, ἔνθα πανομφαίῳ Ζηνὶ ῥέζεσκον Ἀχαιοί. hoc eſt, Vbi Panomphæo Ioui ſacra faciebant Achiui. quare hic quoque Panomphæo legendum eſſe, uel refragantibus exemplaribus audacter contenderim. Panomphæus autem Iupiter dictus eſt, ut exponit Euſtathius, uel quòd omnium uoces audiat, uel quòd omnium uoce colatur. nam πᾶν omne, ὀμφὴ uox dicitur. {Suſcepta magna} incepta grandia.

cannæ uocales.

{Stabat

Stabat opus: pretium rex inficiatur, & addit
Perfidiæ cumulum falſis periuria uerbis.
Non impunè feres, rector maris inquit: & omnes
Inclinauit aquas ad auaræ littora Troiæ;
Inq; freti formam terras conuertit, opesq;
Abſtulit agricolis, & fluctibus obruit agros.
Pœna neque hæc ſatis eſt: regis quoque filia monſtro
Poſcitur æquoreo: quam dura ad ſaxa reuinctam
Vindicat Alcides, promiſſaq; munera dictos
Poſcit equos: tantiq; operis mercede negata,
Bis * periura capit ſuperatæ mœnia Troiæ. *peritura*
Nec pars militiæ Telamon ſine honore receſsit:
Heſioneq; data potitur. nam coniuge Peleus,
Clarus erat diua: nec aui magis ille ſuperbit
Nomine, quàm ſoceri: ſiquidem Iouis eſſe nepotem
Contigit haud uni, coniux dea contigit uni.

ARG. Proteus cum Thetidi prædixiſſet, ſi uellet iugalis fieri, q filium parente ſuo fortiorem procrearet, Iupiter, quamuis incenſus pulchritudine nymphæ, id ſibi ne accideret, concubitum eius refugit, & in ſucceſsionem coniugii Pelium nepotem dedit: quem illa refugiens, modo in uolucrem, modo in arborem, interdum in tigrim conuerſa cum eluderet, Peleus Neptunum orauit, ut opem ſibi ferret: qui cum Proteo preces eius commendaret, ille emergens e mari Peleo mandauit, ut quieſcenti Thetidi meridiano calore inſidiaretur, eamq; uinculis illigaret; & quamuis in mille figuras conuerteretur, ne dimitteret, donec in priſtinam rediiſſet formam. ſicq; illa potitus, Achillesq; Græcorū fortiſsimus natus eſt.




Nanq; ſenex Thetidi Proteus * prædixerat udæ, *Dea, dixerat, und*
Concipe, mater eris iuuenis, q fortibus armis
Acta patris uincet, maiorq; uocabitur illo.
Ergo ne quidquam mundus Ioue maius haberet,
Quamuis haud tepidos ſub pectore ſenſerat ignes,
Iuppiter æquoreæ Thetidis connubia uitat,
Inq; ſua Aeaciden ſuccedere uota nepotem
Iuſsit, & amplexus in uirginis ire marinæ.
Eſt ſinus Aemoniæ, curuos falcatus in arcus,
Brachia procurrunt: ubi ſi foret altior unda,
Portus erat: ſummis inductum eſt æquor arenis.
Littus habet ſolidum, quod nec ueſtigia ſeruet,
Nec remoretur iter, nec opertum pendeat alga.
Myrtea ſylua ſubeſt bicoloribus obſita baccis,
Et ſpecus in medio, natura factus, an arte,
Ambiguum, magis arte tamen: quò ſæpe uenire
Frenato delphine ſedens Theti nuda ſolebas.
Illic te Peleus, ut ſomno uicta iacebas,
Occupat: & quoniam precibus tentata repugnas,
Vim parat, innectens ambobus colla lacertis:
Quòd niſi ueniſſes uariatis ſæpe figuris

RAPH. STABAT opus} erectum erat. {Inficiatur} negat. nam inficiari, & infitias ire negare eſt. {Monſtro æquoreo} ceto. {Vindicat} liberat. {Dictos} pactos, promiſſos, ex Solis equorum ſemine pro genitos. {Bis periura mœnia} nam primum Apollini atq; Neptuno ædificatis muris, deinde Herculi pro liberata Heſione pacta præmia denegaret. [Quidam, Bis peritura legunt, uidelicet, ſemel cum ab Hercule caperetur, & iterum cum a Græcis.] {Nec pars militæ Telamon} Telamon, Æaci filius, ex Heſione Laomedontis filia Teucrum ſuſcepit. {Nam coniuge Peleus Clarus erat diua} Peleus Æaci filius, ac Telamonis frater, nepoſq; Iouis, ſolus ex hominibus deam uxorem ducere meruit. cū enim Proteus Thetidi prę dixiſſet ipſam eſſe pariturā filium patre maiorem, Iupiter, quamuis eius amore captus, illo quidem abſtinuit coniugio: nepoti autē Peleo mandauit, ut illam duceret uxorē. quare Peleus Thetida in ſpelunca quieſcentem fruſtra eſt amplexus: nam dea cū in uolucrem, & arborem conuerſa a Peleo non dimitteretur, in Tigridem ſe tranſ figurauit: cuius ſæuitia territus Peleus eam dimiſit. admonitus autem a Proteo, ut eam dormientem & uinclis ligaret, & quāuis in mille uarias figuras conuerteretur, tantiſper detineret, donec in priſtinam rediiſſet formā, illa tandē eſt potitus, ex qua Achillē ſuſcepit. Pulchra autem phantaſia uarias Thetidis tranſfigurationes poeta deſcribit. [Huius transformationis, qua ſe Thetis in alias atq; alias figuras mutare ſolita fuit, etiam Pindarus meminit ode 3. Nemeorum, & Sophocles in Troilo, cuius uerſus hi citantur:

Ἐγκρατῶς ἔγημεν ἀφθόγγους γάμους
Τῇ παντομόρφῳ Θετίδι συμπλακεὶς ποτέ.

& in fabula, quæ inſcribitur Achillis Eraſtæ:

Τίς γάρ μ᾽ μόχθος οὐκ ἐπέσταν

Λέων, δράκοντι, πῦρ, ὕδωρ, &c.

Vaticinii autem, quo Iupiter a conſuetudine illius abſterritus dicitur, etiam Lucianus meminit in dialogis ſuperorum, qui tum a Prometheo Iouem monefactum dicit, ut ſe a Tethide contineret.] {Nec aui} Iouis. {Quàm ſoceri} Nerei. nam Thetis Nerei filia fuit. {Siquidem Iouis eſſe nepotem} nam multis, inquit, nepotibus eſſe Iouis contigit. ſiquidem uero interdum una eſt dictio, ut hoc loco, interdum duæ: id quod facile ex ipſo dignoſcitur ſenſu. {Coniux dea contigit uni} uxor, inquit, dea ſoli Peleo obuenit. {Vdæ} humidę. nympha. n. fuit marina. {Quamuis} quis Thetidis amore Iupiter teneret. {Haud tepidos ignes} uehementes amores. {Connubia} nuptias. {Æaciden} Peleum Æaci filium Iouis ex Ægina nepotem. {Eſt ſinus Æmoniæ} topographia eſt. deſcribit enim ſpecum, in quo Thetis feſſa requieſcere ſolebat. {Æmoniæ} Theſſaliæ. {Falcatus} in ſimilitudinem falcis figuratus. eſt autem nomen ſimile participio a falce declinatum. {Brachia procurrunt} promōtoria, quæ brachia uidentur, in mare protenduntur. {Seruet} cuſtodiat. {Remoretur} retardet. {Pendeat} ſuſpenſum ſit. {Myrtea ſylua ſubeſt} hoc eſt, ſylua myrtis conſita illi adiacet ſinui. ſubeſſe autem illi ait, q ex phyſicorum ſententia mare, q terra, altius eſt. {Obſita} conſita. præpoſitio nanque pro præpoſitione poſita eſt. {Occupat} inuadit.

}Ad

Ad ſolitas artes, auſo foret ille potitus.
Sed modò tu uolucris, uolucrem tamen ille tenebat:
Nunc grauis arbor eras, hærebat in arbore Peleus.
Tertia forma fuit maculoſæ tigridis: illa
Territus Aeacides a corpore brachia ſoluit.
Iſq́; deos pelagi uino ſuper * æquore fuſo,
Et pecoris fibris, & fumo turis adorat;
Donec Carpathius medio de gurgite uates
Aeacide, dixit, thalamis potiere petitis.
Tu modò, cùm gelido ſopita quieſcit in antro,
Ignaram laqueis, uincloq́; innecte tenaci.
Nec te decipiat centum mentita figuras:
Sed preme quidquid erit, dū, quod fuit antè, reformet.
Dixerat hæc Proteus, & condidit æquore uultum,
Admiſitq́; ſuos in uerba nouiſsima fluctus.
Pronus erat Titan, inclinatoq́; * petebat
Heſperium temone fretum, cùm pulchra relicto
Nereis ingreditur conſueta cubilia * fluctu.
Vix bene uirgineos Peleus inuaſerat artus,
Illa nouat formas, donec ſua membra teneri
Senſit; & in partes diuerſas brachia tendi.
Tum demū ingemuit, Neq;, ait, ſine numine uincis.
Exhibita eſtq́; Thetis. confeſſam amplectitur heros,
Et potitur uotis, ingentiq́; implet Achille.

ARG. Peleus fratre Phoco interēpto profugus Trachina ad Ceyca Luciferi filiū uenit, ſuſceptusq́ ab eo mærēte, cauſſam mæroris ab ipſo audiuit. huic Ceyci nanq́ frater erat Dædalion, hūs filiā Chionē ſpecioſiſsimā: q̄ cum ab Apolline, & Mercurio amaret, a Mercurio per quietē cōpreſſa eſt, itē ab Apolline in anū uerſo. horū altero Autolycū furaciſsimū, qui ex albis nigra, & ex nigris alba fecit, procreatū ferūt: ex Apolline uero Philāmona ſtudioſiſsimū citharæ. hæc ēt gloriata eſt, ꝙ cum talibus concubuiſſet deis, Dianæq́ ſe pulchritudini prætulit. itaq; dea confeſtim, ut debuit, procacem eius linguā ſagitta traiecit; atq; ex eo uulnere eſt ſubito interēpta. qua calamitate Dædalion affectus, cū ſe codē rogo uellet cōſumi, neq; cū ꝓximi paterenē, furiisq́ inſtinctus montē Parnaſſum petiſſet, & ſe præcipitaſſet, antequam radicē montis contingeret, ab Apolline in uolucrem accipitrem eſt conuerſus.

FElix & nato, felix & coniuge Peleus,
Et cui, ſi demas iugulati crimina Phoci,
Omnia contigerant. fraterno ſanguine ſontem,
Expulſumq́; domo patria Trachinia tellus
Accipit. hîc regnum ſine ui, ſine cæde regebat
Lucifero genitore ſatus, patriumq́; nitorem
Ore ferens Ceyx, illo qui tempore mœſtus,
Diſsimiliſq́; ſui, fratrem lugebat ademptum.
Quò poſtquam Aeacides, feſſus curaq́;, uiaq́;,
Venit; & intrauit, paucis comitantibus, urbem,
Quoſq́; greges pecorum, quæ ſecū armenta trahebat,
Haud procul a muris ſub opaca ualle reliquit:
Copia cūm facta eſt adeundi tecta tyranni,
Velamenta manu prætendens ſupplice, qui ſit,
Quoq́; ſatus memorat, tantùm ſua crimina celat,
Mentiturq́; fugæ cauſſam: petit urbe, uel agro
Se iuuet. hunc contrà placido Trachinius ore
Talibus alloquitur: Mediæ quoque commoda plebi
Noſtra patent, Peleu, nec inhoſpita regna tenemus;
Adiicis huic animo monumenta potentia, clarum
Nomen, auumq́; Iouem: nec tēpora perde precādo.
Quod petis, omne feres: tuaq́; hæc ꝓ parte * uocato,
Qualiacunque uides: utinam meliora uideres.
Et flebat. Moueat tantos quæ cauſſa dolores,
Peleuſq́;, comiteſq́; rogant. quibus ille profatur:

RAPH. AD ſol. ar.} ad cōſuetas ſibi transformationes. {Auſo} tetētata, & cōcubitu appetito. {Carpathius ua.} Proteus q in Carpathio habitat mari, a Carpatho inſula dicto. {Thalamis petitis} nuptiis optatis. {Innecte} connecte, colliga. {Centum mentita fig.} mutata in centū falſas figuras. eſt aūt numerus finitus ꝓ infinito poſit⁹. {Sed preme} cōprime, ac retine. {Dum qđ fuit ante reformet} hoc eſt dū in priſtinam redeat formā. {Suos fluctus} marinas undas. {Inclinato te.} inclinato curru. partē.n. pro toto poſuit. currus aūt Solis cū tendit ad occaſum, deſcendere uř. {Heſperiū fr.} Atlanticum mare, in quod Sol cōdi uideť. {Conſueta cub.} ſolitā ſpeluncā. {Relicto flu.} derelicto mari. {Donec ſua mē. ten. Senſit} donec ſe ligatā eſſe aiaduertit. {Sine n.} ſine auxilio numinis alicuius & Dei. {Exhibita eſtq́; Thetis} .i. in figurā Thetidis eſt cōuerſa. {Ingēti Achille} ſemine ex quo magn⁹ Achilles eſt nat⁹. {Iugulati Phoci} Phocus Æaci filius ex Pſamathe nympha a Peleo fuit interfectus. quare Pele⁹ a patre in exiliū eiectus ad Ceycē Trachinę regē infelicē Dædalionis fratris caſū lugentē confugit. nam Dedalion Luciferi filius Chionē filiam habuit: quæ cum iam ex Mercurio Autolycum, ex Apolline Philemonē genuiſſet, Diana ſe formoſiorē eſſe iactauit. quare dea irata ſagittis eā cōfecit. cuius morte Dædaliō tm̄ cōcepit dolorē, ut ex Parnaſi uertice ſe in mare ꝑcipitarit. ſed Apollo nō immemor uoluptatis, quā de illius filia cōceperat, eū in accipitrē anteq̄ in mare caderet, cōmutauit. {Oīa cōtigerāt} ad felicitatē facičtia intelligamus. {Trachinia tel.} Trachin, q́ & Trachis dř, urbs ē Theſſalię ſub Oeta mōte ab Hercule ædificata, ἀπὸ τῆς τραχύτητος, hoc ē ab aſperitate dicta, unde Trachinius deriuať. {Lucifero gen. ſa.} Ceyx Phoſphori, hoc ē Luciferi fuit filius, Halcyōesq́; maritus. {Diſſimilis ſui} nā ꝑ ſe quandā hilaritatē antea ferre cōſueuerat, q́ tūc in męſtitiā fuerat cōuerſa. {Fratrē ademptū} Dædalionē in accipitrē cōmutatū. {Velamēta} ramū oliuę dicit, q ab externis, q pacē afferebāt, geſtabať. unde Virg. in 8. Æn. Tum pater Æneas puppi ſic fatur ab alta, Paciferæq́; manu ramū prætēdit oliuæ. [Et Æn. 11. Iamq́; oratores aderant ex urbe latina Velati ramis oleæ, ueniamq́; rogantes. & Æn. 7. Centum oratores auguſta ad mœnia regis Ire iubet, ramis uelatos Palladis omnes. ubi & uerbum uelandi ponitur, a quo uelamenta hoc loco dicuntur. quanquam etiam ad uittas & inſulas nomen, uelamenta, referri poterat, qua & ipſæ a ſupplicibus prætendi ſolebant.] {Sua crim.} Phoci fratris cędē. [Huius Phoci & Pindarus meminit ode 5. Nemeorū, & Cōm. Eur. in Oreſte. item Pauſan. in Corinthiacis. ab hoc & Phocēſiū nomē factū idē auctor dicit; filiosq́; eundē habuiſſe Panopeū & Criſſum, quorū hic Strophiū gēuit, patrē Pyladis, ex Anaxibia ſorore Agamēnonis, Panopeus aūt Epeū fabricatorem equi Duratei, ſiue Troiani. Fuit autē & alter Phocus Ornytionis filius, Corinthius Siſyphi nepos, qui Hyampolitas bello, qđ cū Opuntiis gerebant, a patre Ornytione adiutos, poſtea rexit, & de nomine ſuo Phocenſes appellauit, antiquior toto ſeculo, ut inquit Pauſan. Phoco Æaci Sed ut ille Hyampolitas primo, ita poſterior Phocus Æaci, totam regionem a ſe Phocidē nominauit.] {Mētiturq́; fugę cauſſam} falſam fugæ cauſſam refert. {Mediæ plebi} infimæ. {Patent} parata ſunt. hac autem oratione Ceyx ſe in omnes benigniſsimum eſſe oſtendit. {Inhoſpita} inhoſpitalia. {Huic animo} noſtro animo per ſe benigno ac liberali. {Omne feres} habebis, accipies. {Meliora} feliciora. {Peleuſq́; comiteſq́; rogant} ſic quidem corrupte legitur: neq; enim ratio carminis patitur, ut, q́, copula breuis producatur. quare illa q́; eraſa hanc copulam, &, in uerſus principio putaui reponendā. [Imo quæ Regius hic corrupta putat, & recte leguntur, & eleganter. nec obſtat uerſus ratio, aut quantitas. nam ut apud Virgiliū, Liminaq́;, Laurusq; dei. & Tribulaq́;, trabeęq;. & itē Alcandrum'que, Haliumq́;, Noemena'que, Prytaninq́;, & id genus alia defenduntur. ita hic quoque uerſus, cæſura trithemimere defendi poteſt.

æquora
tenebat
ponto;
notato,

{Quæ

RAPH. QVÆ ra.ui.}rapina. Accipitris aũt eſt piphraſis.{Qui uocat aur.}Luciferi periphraſis. nam Lucifer & primus ſtellarũ incipit, & ultimus lucere deſinit.{Tuendæ}cõſeruandę.{Thiſbeas co.} Thisbe urbs eſt Bœotiæ a Thisbe, Aſopi filia, cognominata colũbis abundãs, unde Thisbeus declinatur. portus aũt & nauale Thisbeorũ (ut ait Steph. ex ſnĩa Epaphroditi) colũbis plenũ erat. {Agitat}uexat, perſequitur. Accipitres nanq; maxime colũbas infeſtãt.{Nata erat huic Chione} ab eximio cãdore forſitan ſic fuit appellata. nã Chion nix interpretatur. {Maiaq; creat⁹} Mercurius. {Hic uerti. Cyl.}hic Mercurius, a Cyllene Arcadię mõte, ubi Mercurius ipſe natus eſſe fingitur. {Pariter trax. ca.}unà ambo cęperũt amare. {Mouente ſo.}inducente ſomnũ. {Iacet}in ſomnũ reſoluitur. {Prærepta g.}antea a Mercurio rapta. {Alipedis dei} Mercurii talaria alata in pedibus geſtantis. quod iccirco fingitur, q̃ Mercurius uelociſsimus eſt oĩum planetarũ. {Verſuta}aſtuta, callida, quæ nigrũ in candida uertere ſciat}. Cãdida de nig.} hoc de aſtutis, uerſutisq; dici ſolet. {Carmine uocali}cantu ſonoro ac ſuaui. [Pherecydes, ut quidem in cõmẽ. Hom. citatur, Autolycum, & Philammonem, Philonidis eius, quæ fuit Deionis, & Mercurii filios facit. ac Pilãmonem dicit, etiam choros uirginum primũ inſtituiſſe; Autolycum aũt patris artes ſecutum, furta exercuiſſe, iiſdẽq; faciẽdis hominibus in conſpicuum fuiſſe, prædas quoq; quas abegiſſet, aliis atq; aliis formis induiſſe ſolitum, quare & diuitem admodum prædando factum. Pauſanias autem in Arcadicis Autolycum nomine quidem Mercurii, re ipſa, autẽ Dædalionis filium fuiſſe tradit; uxoremq; habuiſſe Neæram, filiam Perei cuiuſdã, ſed quod ad uxorẽ attinet Ouid. ſuprà lib. 8. Metram Eriſichthonis filiam Autolyci coniugem uocat. huius filia & Anticlea mater Vlyſſis, ut Odyſſeę 11. Αὐτολύκου θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἀντίκλεια. hanc ipſe pater Siſypho, aliquando hoſpitio accepto, noctu habendam cõceſsit, atque inde Vlyſſes conceptus dicitur, priuſquã illa Laertæ nuptum daretur. quare & ipſe Vlyſſes infra Siſyphius ab Aiace per contumeliam appellatur. auctor commentator Sophoclis. Ex Philamone autem Thamyris natus traditur, matre Argiope nympha, ut Pauſaniæ placet, ſiue ut, aliis, Erato muſa, quem muſæ certamine canendi ſuperatum poſtea, oculis priuarunt, ut Homerus tradit Iliados 2.] {Progenitore Tonante} auo Ioue, qui Luciferi pater eſt. {Curuauit cornu} flexit arcum ex cornu confectum: eſt enim metonymia. {Arundine} ſagitta ex arundine & calamo facta. {Verba tentata} quæ Chione emittere conata eſt. {Sequuntur} linguam ſubaudiamus. {Quàm miſer ego tunc} fui ſubaudiatur. cum quadam exclamatione autem hæc efferuntur, ac ſi diceret, O quantum miſer ego tunc fui. {O pietas} exclamatio affectui ſeruiens. {Delamentatur} ualde lamentatur, ut deamare ualde amare dicimus. {Spicula crabronum} Crabro uolatile eſt, ut ueſpa, maxime iuuencos infeſtans. {Alasq; pedes} iam enim in accipitrem uerti cœptus erat. {Cupidine leti} cupiditate mortis. {Vertice Parnaſi potitur} in uerticem ac ſummitatem Parnaſi aſcendit. {Ab alto ſaxo} monte. {Subitis alis} ſubito natis. {Ora adunca} roſtrum aduncum. {Maiores corpore uires} maiores, q̃ ut illi tam paruo corpori conueniant. {Nulli ſatis æquus} rapto enim uiuit accipiter ſexdecim autem accipitrum genera eſſe ſcribit Plinius, quæ ſiquis noſſe cupit, inde petat. illud ſciendum apud priſcos accipitres manſueſcere non conſueſſe, id quod facile cum ex aliis, quæ de accipitribus ſcribuntur, tum ex his Plinii uerbis colligi poteſt: In Thraciæ parte ſuper Amphipolim homines atque accipitres ſocietate quadam aucupantur. hi ex ſyluis & arundinetis excitant aues, illi ſuperuolantes deprimunt, rurſus captas aucupes diuidunt cum his. traditum eſt miſſas in ſublime ibi excipere eos, & cum tempus ſit, capturæ clangore ac uolatus genere inuitare ad occaſionem. Deniq; Plinius de manſuetis accipitribus ne unum quidem uerbum facit, nequaquam taciturus, ſi tempore ſuo in uſu fuiſſent.

Forſitan hanc uolucrem, rapto quæ uiuit, & omnes
Terret aues, ſemper pennas habuiſſe putatis.
Vir fuit; & tanta eſt animi conſtantia, quantum
Acer erat, belloq; ferox, ad uimq; paratus,
Nomine Dædalion, illo genitore creatus,
Qui uocat auroram, cæloq; nouiſsimus exit.
Culta mihi pax eſt, pacis mihi cura tuendæ,
Coniugiiq; fuit: fratri fera bella placebant.
Illius uirtus gentes, regesq; ſubegit,
Quæ nunc Thisbæas agitat mutata columbas.
Nata erat huic Chione, quæ dotatiſsima forma
Mille *procis placuit, bis ſeptem nubilis annis.
Fortè reuertentes Phœbus, Maiaq; creatus,
Ille ſuis Delphis, hic uertice Cyllenæo,
Vidêre hanc pariter, pariter traxere calorem.
Spem Veneris differt in tempora noctis Apollo.
Non fert ille moras; uirgaq; mouente ſoporem
Virginis os tangit: tactu iacet illa potenti,
Vimq; dei patitur. Nox cælum ſparſerat aſtris:
Phœbus anum ſimulat, prærepta q; gaudia ſumit.
Vt ſua maturus compleuit tempora uenter,
Alipedis de ſtirpe dei uerſuta propago
Naſcitur Autolycus, furtum ingenioſus ad omne,
Qui facere aſſuerat patriæ non degener artis
Candida de nigris, & de candentibus atra.
Naſcitur è Phœbo (nanque eſt enixa gemellos)
Carmine uocali clarus, citharaq; Philammon.
Quid peperiſſe duos, & diis placuiſſe duobus,
Et forti genitore, & progenitore tonante
Eſſe ſatam prodeſt? an obeſt quoque gloria multis?
Obfuit huic certè, quæ ſe præferre Dianæ
Suſtinuit, faciemq; deæ culpauit. at illi
Ira ferox mota eſt: factisq; placebimus, inquit.
Nec mora, curuauit cornu, neruoq; ſagittam
Impulit, & meritam traiecit arundine linguam.
Lingua iacet; nec uox, tentataq; uerba ſequuntur:
Conantemq; loqui, cum ſanguine uita reliquit.
Quam miſer* amplexans ego tunc, patrioq; dolorem
Corde tuli, fratriq; pio ſolatia dixi.
Quæ pater haud aliter, q̃ cautes murmura ponti,
Accipit, & natam delamentatur ademptam.
Vt uerò ardentem uidit, quater impetus illi
In medios fuit ire rogos; quater inde repulſus
Concita membra fugæ mandat, ſimilisq; iuuenco
Spicula crabronum preſſa ceruice gerenti,
Quà uia nulla *fuit. iam tum mihi currere uiſus
Plus homine eſt, alasq; pedes ſumpſiſſe putares.
Effugit ergo omnes, ueloxq; cupidine lethi
Vertice Parnaſi potitur. miſeratus Apollo,
Cùm ſe Dædalion ſaxo miſiſſet ab alto,
Fecit auem, & ſubitis pendentem ſuſtulit alis,
Oraq; adunca dedit, curuos dedit unguibus hamos,
Virtutem antiquam, maiores corpore uires.
Et nunc accipiter nulli ſatis æquus, in omnes
Sæuit aues; aliisq; dolens fit cauſſa dolendi.

Dædaliõ in auem.

{De

ARG. Anetor, paſtor armentorum, quæ Peleus ad Ceyca perduxerat, indicat a lupo, cui obſiſti nequiret, cuſtodem interimi. qui ut intellexit Pſamathes Nereidis Phoci matris ira id ſibi accidere, quod Phocus ea ætate Æaco genitus a ſe interiiſſet, & id precibus potius, quam ultione eſſe ſedandum, ſuppliciter ab ea petit, ne ultra proſequeretur admiſſum. quæ aliquando Thetidis ſororis mota precibus, ne amplius fera armenta petens ſæuiret, in ſaxi eam figuram uertit.

QVæ dum Lucifero genitus miracula narrat
De conſorte ſuo, curſu feſtinus anhelo,
Aduolat armenti cuſtos Phocæus Anetor,
Et Peleu, Peleu, magnæ tibi nuntius adſum
Cladis, ait. quodcunque ferat, iubet edere Peleus.
Pendet & ipſe metu * trepidus Trachinius heros.
Ille refert: Feſſos ad littora curua iuuencos
Appuleram, medio cùm Sol altiſsimus orbe
Tantum reſpiceret, quantum ſupereſſe uideret:
Parsq; boum fuluis genua inclinarat arenis,
Latarumq; iacens campos ſpectabat aquarum:
Pars gradibus tardis illuc errabat, & illuc:
Nant alii, celſoq; extant ſuper æquora collo.
Templa mari ſubſunt, nec marmore clara, nec auro,
Sed trabibus denſis, lucoq; umbroſa uetuſto.
Nereides, Nereusq; tenent. hos nauita * templi
Edidit eſſe deos, dum retia littore ſiccat.
Iuncta palus huic eſt, denſis obſeſſa ſalictis,
Quam reſtagnantis fecit maris unda paludem.
Inde fragore graui ſtrepitus, loca proxima terret
Bellua uaſta lupus, ſyluisq; paluſtribus exit,
Oblitus & ſpumis, & craſſo ſanguine, * rictus
Fulmineos, rubra ſuffuſus lumina flamma.
Qui quanquàm ſæuit pariter rabieq;, fameq;,
Acrior eſt rabie. neque enim ieiunia curat
Cæde boum, diramq; famem finire: ſed omne
Vulnerat armentum, ſternitq; hoſtiliter omnes.
Pars quoque de nobis funeſto ſaucia morſu,
Dum defenſamus, letho eſt data. ſanguine littus,
Vndaq; prima rubet, demugitæq; paludes.
Sed mora damnoſa eſt, nec res dubitare remittit.
Dum ſupereſt aliquid, cuncti coeamus ad arma,
Arma capeſſamus, coniunctaq; tela feramus.
Dixerat agreſtis: nec Pelea damna mouebant:
Sed memor admiſsi Nereida colligit orbam,
Damna ſuo inferias extincto mittere Phoco.
Induere arma uiros, uiolentaq; ſumere tela
Rex iubet Oetæus: cum queis ſimul ipſe parabat
Ire: ſed Halcyone coniux excita tumultu
Proſilit, & non dum totos ornata capillos,
Diſiicit hos ipſos, colloq; * infixa mariti,
Mittat ut auxilium ſine ſe, uerbisq; precatur,
Et lacrymis, animasq; duas ut ſeruet in una.
Aeacides illi: Pulchros regina, piosq;
Pone metus: plena eſt promiſsi gratia ueſtri.
Non placet arma mihi contra noua monſtra mouere:
Numen adorandum pelagi eſt. Erat ardua turris,
Arce locus ſumma, feſsis loca grata carinis.
Aſcendunt illuc, ſtratosq; in littore tauros
Cum gemitu aſpiciunt, uaſtatoremq; cruento
Ore ferum, longos infectum ſanguine uillos.
Inde manus tendens in aperti littora ponti,
Cæruleam Peleus Pſamathen, ut finiat iram,
Orat, opemq; ferat: nec uocibus illa rogantis

trepidi Trachinius oris. — ponti — rictus, Fulmineus — infuſa

RAPH. DE conſorte ſuo} fratre ſuo Dædalione. lupi autem, qui Pelei armenta lacerarat, Metamorphoſin in ſaxum ſubtexit poeta. {Curſu feſtinus anhelo} hypallage eſt. feſtino ſiquidem curſu illum anhelantem ueniſſe intelligimus. {Phocæus Anetor} a Phocide regione Phocæus, Phocaicusq; declinatur. {Et Peleu, Peleu} conduplicatio ſubitum malū nuntianti maxime conueniens. {Trepidi oris} trepide nuntiantis. {Pendet} ſollicitus eſt. {Tantū reſpiceret} periphraſis meridiei. {Campos latarum aquarum} æquor. {Gradibus} paſsibus. {Templa mari ſubſunt} adſunt, iuxta mare ſunt. {Edidit} dixit. {Huic} luco ſubintelligatur. {Reſtagnātis} æſtuātis. eleganter autem deſcribit locum, luporum latebris accommodatum. {Inde} ex ea palude. {Oblitus} infectus. eſt autem ſynecdoche. rictus enim oblitos, & infectos habens intelligitur. {Fulmineus} inſtar fulminis omnia proſternens. {Funeſto morſu} mortali. {Saucia} uulnerata. {Leto data} interfecta. {Defenſamus} defendere conamur. {Demugitæq; paludes} mugitu boum repletæ. eſt autem participium contra grammatices rationem formatum. {Remittit} permittit. {Arma capeſſamus} anadiploſis pulchra, exhortationi accommodata. {Agreſtis} paſtor. {Admiſsi} commiſsi, & fraternæ cædis. {Nereida colligit orbam} hoc eſt ratiocinatur Pſamathen nymphā Phoci matrem filio inferias mittere. {Rex Oetæus} Ceyx rex Trachinæ, quæ contermina eſt Oetæ monti. a quibuſdam tamen ætherius legitur, hoc eſt ſidereus & ſplendidus. {Excita} euocata ex intima ædium parte ac Gynæceo. ſignificat autem Halcyonem de uiri ſalute, quem uehementiſsime amabat, maxime ſollicitam eſſe. {In unam} Halcyones uitam a Cæycis uita pependiſſe exitus fecit manifeſtum. eo nanque in mari ſubmerſo ipſa quoque uitam dolore finiuit. {Æacides illi} inquit uerbum, quod facile ſubauditur, fuit prætermiſſum. {Plena eſt} perfecta atq; cumulata. {Numen pelagi} Pſamathe nympha marina. {Ardua turris} alta. turris autem a terrendis hoſtibus dicta uidetur. {Feſsis loca grata carinis} illam nanque nautæ aſpicientes in portum naues dirigebant, ſeq; terræ propinquos eſſe cognoſcebant. {Inde} ab illa turri. {In littora} uerſus litora. {Aperti ponti} maris late patentis. {Pſamathen} Pſamathe nympha fuit Nerei filia & Phoci mater.

Flectitur Aeacidæ. Thetis hanc pro coniuge ſupplex
Accepit ueniam. ſed enim irreuocatus ab acri
Cæde, lupus perſtat dulcedine ſanguinis aſper:
Donec inhærentem laceræ ceruice iuuencæ
Marmore mutauit, corpus, *præterq; colorem,
Omnia ſeruauit. lapidis color indicat illum
Iam non eſſe lupum, iam non debere timeri.
Nec tamen hac profugum conſiſtere Pelea terra
Fata ſinunt: Magnetas adit uagus exul, & illic
Sumit ab Aemonio purgamina cædis Acaſto.

ARG. Ceyx, Luciferi filius, prodigiis agitatus, Miletum ad oraculum Apollinis, quoniam Delphos Phorbas cum Phlegyis infeſtabat, contendit, coniugiq; Alcyone Æoli filiæ tardanti profectionem ob deſiderium, affirmauit intra alterum menſem ſe reuerſurum. quod ut non poſſet præſtare, naufragio uitam amiſit: cuius aduentum cum illa deſideraret, non reſpondentem tempori deſtinato, & in dies grauiſsimo luctu afficeretur, miſericordia Iunonis, quam ſuis precibus fatigabat, per quietem Somnus deus filium, dictum Morphea, imitatorem figurarum humanarum, Trachinam ad Alcyonen dimiſit: quæ per eum coniugem comperit interiiſſe. excuſſo ergo ſopore, lumen inferri iuſsit. nouiſsime ad litus decurrit, ubi illũ dimiſerat. & ut naufragi exanime corpus fluctuare proximo litore perſpexit, in figurã uolucris Æolis ceſsit: quæ ab eius nomine uocatur. in eandem ſpeciẽ corpus Ceycis eſt uerſum. hæ uolucres hyberno tẽpore per ſeptem dies in mare nidũ ponunt, pulloſq;, qui caſus ſuorum maiorum deplorent, in litore exponunt.




INterea fratriſq; ſui, fratremq; ſecutis
Anxia prodigiis turbatus pectora Ceyx,
Conſulat ut ſacras hominum oblectamina ſortes,

RAPH. ÆACIDÆ rogantis} Pelei precantis, illi namque fuerat irata, eoq; precibus illius nihil mouebatur. {Sed enim irreuocatus ab acri Cæde lupus perſtat} ſed enim lupus ferox, inquit, imperterritus perſtat in acri cęde dulcedine ſanguinis allectus. {Marmore mutauit} in marmor. Thetis autem ſubaudiatur. locus uero ipſe, quo lupus in ſaxum fuit tranſmutatus, Lycion fuit appellatus, ἀπὸ τοῦ λύκου, id eſt a lupo. [Omnia ſeruauit: uidendum hoc loco, an Nomina, magis, quàm Omnia legendum. nam quo modo omnia ſeruaſſet, qui colorẽ amiſit quoque, ut ſtatim ſequitur? conſtruo ergo ſic: Donec inhærentem iuuencæ, mutauit marmore corpus & colorem. ut accuſatiui corpus colorem κατὰ συνεκδοχὴν poſiti accipiantur, non tranſitiue, pro corpore & colore in marmor.] {Magnetas adit} Magnetes populi ſunt Theſſaliæ, equorum domitores clariſsimi, de quibus Lucan. in 6. Et Magnetes equis, Minyæ gens cognita remis. Magneſia uero eſt regio Theſſaliæ. eſt etiam Magneſia urbs iuxta Mæãdrum, & regio a Magnete dicta. {Ab Æmonio Acaſto} Acaſtus rex fuit Theſſaliæ, Peliæ filius, ut ex Senecæ Medea colligitur. is uxorem duxit Creteidem, uel (ut quidam aiunt) Hippolyten, quæ quidem Pelei amore capta eſt. ſpreta autem illũ marito accuſauit, quòd ſe de ſtupro ĩterpellaſſet. quare Acaſtus Peleum tanquã ad uenationem in Pelion montem ex urbe eduxit, illicq; penitus inermẽ reliquit, ut a feris interimeretur: ſed Mercurius, uel (ut quidam putant) Chiron illi eſt opitulatus, deditq; enſem a Vulcano fabricatum, quo & feras occurrentes interfecit, & in urbem reuerſus, Acaſti uxorem, ipſumq; Acaſtum (ut quidam aiunt) interemit. [Huius fabulæ & Pindarus meminit quarta Nemeorum oda, & commentator Apollonii, item commentator Nubium Ariſtophanis. Pindari autem interpres uxorem Acaſti Creteidem, quam ipſe Pindarus Hippolyten uocat, Hippolyti filiam facit. idemq; etiam Heſiodi uerſus hos de Acaſto citat:

Ηδὲ οἱ κατὰ θυμὸν ἀρίστη φαίνετο βουλή,
Αὐτὸν ἄμ' εὔχεσθαι, κρύψαι δ' ἀδόκητα μαχαίρων
Καλὼ, ἥν οἱ ἔτευξε περίκλυτος ἀμφιγυήεις
Ως τὴν μαστεύων οἶος κατὰ πήλιον αἴπη·
Αἶψ ὑπὸ κενταύροισιν ὀρεσκώοισι δαμείη.

{Interea fratriſq; ſui} Ceyx Luciferi filius, fratris caſu admodum ſollicitus, ad Clarium oraculum conſulendum ire cum uellet, diu ab Halcyone uxore fuit remoratus. cum uero illi promiſiſſet ſe intra duos menſes reuerſurum, abire permiſſus eſt. ſed in Ægeo tempeſtate deprehenſus naufragium fecit. nauiq; amiſſa unà cum ſociis ſubmerſus, quem uxori promiſerat reditum, præſtare non potuit. uxor autem cum quotidie pro mariti ſalute diis omnibus, Iunonique in primis uota ſolueret, opera illius per ſomnum admonita eſt, maritum in mari periſſe. quare expergefacta ad litus, unde ſoluerat maritus, acceſsit, ac dum in fortunia ſua quereretur, cadauer in mari longius aſpexit: quod cum mariti eſſe cognouiſſet, ad illud que per undas exilire uellet, in auem Halcyonem conuerſa ad os mariti aduolauit: qui miſeratione deorum pia uxoris oſcula ſentiens, in eiuſdem generis auem ipſe quoque fuit transfiguratus. ab his autem auibus quattuordecim dies Halcyonii ſunt dicti, quibus mare quietum eſt. nam tempore brumæ nidificant, ac dum & excludant pullos, & educent, mare omni tempeſtate caret. [Huius fabulæ & Lucianus meminit, περὶ μεταμορφώσεως, & commentator Homeri Iliados nono, qui huius mutationis aliam cauſſam affert, nempe quòd Ceyx nimia ſuperbia elatus, ſe ipſum Iouem uocari, uxorem autem Halcyonem, Iunonem uoluiſſet. Theocriti interpres nomen matris Halcyones addit. Αλκυών, inquiens, θυγάτηρ αἰόλου, καὶ καμώβης, γυνὴ δὲ κήυκος. Dicitur autem ἀλκυών, παρὰ τὸ κύειν ἐν ἁλί, ut ſupra Regius indicauit. Latini autem hanc Alcedonẽ uocant, dieſq;, quibus hæc parturit, Alcedonia.] {Anxia pectora turbatus} ſynecdoche poetica, hoc eſt ſollicitum animum, & turbatum habens. {Prodigiis} fratris ſui, cuius filia Dianæ ſagitta ſubito fuerat interfecta. {Fratremq; ſecutis} qui in accipitrem fuerat commutatus. {Hominum oblectamina} mortalium oblectamenta, non infortuniorum remedia. {Ad Clarium deum} ad oracula Clarii Apollinis, quæ olim in Lycia fuerunt. nam Claros urbs eſt Lyciæ, Apollinis oraculo clariſsima. [Strabo libro decimoquarto, & item Plinius in Ionia ponunt Oraculum Clarii Apollinis, iuxta Colophonem in nemore eidem deo ſacrato. in Lycia autem Apollinis Pataræi oraculum fuit, quod ille cognomen tum a Patara urbe accepit.]

pariterq;

{Nam

Ad Clarium parat ire deum. nam templa profanus
Inuia cum Phlegyis faciebat Delphica Phorbas.
Conſilii tamen antè ſui fidiſsima certam
Te facit, * Halcyone: cui protinus intima frigus
Oſſa receperunt, buxoq; ſimillimus ora
Pallor obit, lacrymiſq; genæ maduere profuſis.
Ter conata loqui, ter fletibus ora rigauit:
Singultuq; pias interrumpente querelas,
Quæ mea culpa tuam, dixit, cariſsime, mentem
Vertit? ubi eſt, quæ cura mei prior eſſe ſolebat?
Iam potes Halcyone ſecurus abeſſe relicta?
Iam uia longa placet? iam ſum tibi carior abſens?
At puto per terras iter eſt, tantumq; dolebo,
Non etiam metuam, curæq; timore carebunt.
Aequora me terrent, & ponti triſtis imago.
Et laceras nuper tabulas in littore uidi;
Et ſæpe in tumulis ſine corpore nomina legi.
Ne'ue tuum fallax animum fiducia tangat,
Quòd ſocer Hippotades tibi ſit, qui carcere fortes
Contineat uentos, &, cùm uelit, æquora placet:
Cùm ſemel emiſsi tenuerunt æquora uenti,
Nil illis uetitum eſt: incommendataq; tellus
Omnis, & omne fretum eſt: cæli quoq; nubila uexãt,
Excutiuntq; feris rutilos concurſibus ignes.
Quo magis hos noui, (nam noui, & ſæpe paterna
Parua domo uidi) magis hos reor eſſe timendos.
Quòd tua ſi flecti precibus ſententia nullis
Care poteſt coniux, nimiumq; es certus eundi;
Me quoque tolle ſimul: certè iactabimur unà:
Nec, niſi quæ patiar, metuam, pariterq; feremus
Quidquid erit, pariter ſuper æquora lata feremur.
Talibus Aeolidis dictis, lacrymiſq; mouetur
Sidereus coniux (*nec enim minor ignis in ipſo eſt:)
Sed neque propoſitos pelagi dimittere curſus,
Nec uult Halcyonen in partem adhibere pericli:
Multaq; reſpondit timidum ſolantia pectus.
Non tamen iccirco cauſſam probat. addidit illis
Hoc quoque lenimen, quo ſolo flexit amantem:
Longa quidem eſt nobis omnis mora: ſed tibi iuro
Per patrios ignes (ſi me modò fata remittant)
Antè reuerſurum, quàm Luna bis impleat orbem.
His ubi promiſsis ſpes eſt admota recurſus,
Protinus eductam naualibus æquore tingi,
Aptariq; ſuis pinum iubet armamentis.

Alcyone · neque

RAPH. NAM templa Delphica} tacitæ obiectioni occurrit. {Profanus Phorbas} Phorbas Phlegyarum rex fuiſſe perhibetur, ac contra Delphos bellum ſuſcepiſſe. Phlegyæ autē populi fuerunt Theſſaliæ aduerſus deos impii, qui tandem a Neptuno diluuio immiſſo fuerũt deleti. [Duo Phorbantes apud Græcos memorantur, Argiuus alter, Argi filius, ſiue, ut Pherecydi placet, nepos, pater Areſtoris, eius ex quo Argus ille poſterior, centum oculis præditus, natus fuit. alter aũt Theſſalus, Lapithæ filius, pater Actoris, ex quo Eurytus & Cteatus nati, quos Molionas Homerus uocat, de quibus ſupra in uenatione Calydonia dictum. de hoc igitur Phorbante intelligendum hoc loco puto. fuit enim & aliàs homo ferox, & ſuorum temporum robuſtiſsimus, qui obuios cogebat, ut pugillatu ſecũ certarent, uictoſq; necabat, eo arrogantiæ poſtremo prouectus, ut etiam deos ipſos prouocando laceſſeret, donec ab Apolline ſuperatus, ac morte multatus fuit, ut eſt in commen. Homeri Iliad. ↓. De Phlegyis autem quod ad hunc locũ attinet, a Pauſania traditur in Bœoticis, his uerbis: Χρύσης δὲ τῆς ἅλμου καὶ ἄρεως ἔχει φήμη γενέσθαι φλεγύαν, καὶ τὴν ἀρχὴν τὴν ἐτεοκλέους ἀποθανόντος ἄπαιδος. ὁ φλεγύας ἔσχεν οὗτος. τῇ μὲν δὴ χώρᾳ τῇ πάσῃ φλεγυαντίδα ὄνομα εἶναι μετέθετο Ανδρηΐδος. πόλις δ' ἐγένετο ἤδη ἐξ ἀρχῆς. οἰκισθεῖσα ἡ ἀνδρηΐς, καὶ προσέκτισεν ὁ φλεγύας ὁμώνυμον αὐτῷ, τοὺς τὰ πολεμικὰ ἀρίστους ἑλλήνων συλλέξας ἐς αὐτήν. καὶ ἀπέστησάν τε ἀνὰ χρόνον ἀπὸ τῶν ἄλλων Ορχομενίων ὑπὸ ἀφροσύνης καὶ τόλμης. οἱ φλεγύαι, καὶ ἦγον καὶ ἔφερον τοὺς προσοίκους. τέλος δὲ καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν συλήσοντες στρατεύουσι τὸ ἐν δελφοῖς, ὅτε καὶ φιλάμμων λογάσιν Αργείων ἐπ' αὐτοὺς βοηθήσας, αὐτός τε ἀπέθανεν ἐν τῇ μάχῃ, καὶ οἱ τῶν ἀργείων λογάδες. & paulo poſt, τὸ μὲν δὴ φλεγυῶν γένος ἀνέτρεψεν ἐκ βάθρων ὁ θεὸς κεραυνοῖς συνεχέσι καὶ ἰσχυροῖς σεισμοῖς, τοὺς δὲ ὑπολειπομένους νόσος ἐπιπεσοῦσα ἔφθειρε λοιμώδης. ὀλίγοι δὲ καὶ ἐς τὴν φωκίδα διεφεύγουσιν ἐξ αὐτῶν. Adeò autem fuerunt immanes ac feri Phlegyæ, ut etiam uerbum inde factum ſit, τὸ φλεγυᾶν quo idem, quod ὑβρίσαι græcis ſignificatur.] {Profanus} ſacrilegus, qui nulla ſacrorum cura tangebatur. {Te facit certam} in ſoluta oratione certiorem diceremus. eſt autem apoſtrophe ad Halcyonem. {Cui protinus intima frigus Oſſa receperunt} id eſt quæ ſtatim tremere cœpit. {Receperunt} conceperunt, traxerunt. {Obit} occupat. {Rigauit} madefecit. eleganter autem effingit mores uxoris maritum efflictim deamantis. {Pias querelas} a pio amore prouenientes lamentationes. {Vertit} conuertit, commutauit. {Securus} ſine ulla mei cura. {Triſtis imago ponit} aſpera facies maris. {In tumulis} ſepulcris. {Sine corpore} erant nanque Cenotaphia, hoc eſt inania ſepulcra. {Hippotades} Æolus Hippotæ Troiani nepos, filius nanque fuit Iolis ex Segeſta Hippotæ filia. [De Æolo & eius genere ſupra quoque annotauimus quidem libro ſexto. Ceterum duo Æoli præcipue memorantur apud poetas, antiquior alter, Iouis, ſiue, ut alii, Hellenis, filius, alter Hippotæ, eius, qui fuit filius Mimantis, ſuperioris illius nepos, ut Diodorus libro quinto indicat. atque hic uentorum rex fuit, ut & Homerus tradit, & poſt hunc ceteri poetæ. Homerus Odyſ. 10.

Αἰολίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ', ἔνθα δ' ἔναιεν
Αἴολος ἱπποτάδης φίλος ἀθανάτοισι θεοῖσι.

quo loco & commentator addit, αἴολοι δύο. οὗτος, μὲν ἱππότου τοῦ μίμαντος. ἕτερος δὲ ἕλληνος, ὃς ἦν διός, &c. Apollonius lib. 4.

.αὐτὰρ τρίτον εἰσαφίκανε
Αἴολον ἱππότεω παῖδα κλυτόν &c. & rurſum,
Αἴολον, ὅστ' ἀνέμοις αἰθρηγενέτῃσιν ἀνάσσει.

quanquam quod ad præſentem fabulam attinet, uariant auctores. nam Halcyonem, quam Hippotadæ filiam Ouidius uocat, Lucianus eius Æoli facit, qui Hellenis filius fuit, & idem addit Deucalionis nepos.] {Placet} mitiget. {Incommutata} ſic quidem legebatur, ſed nihil ſenſui cõuenire uidetur, In commendata uero maxime quadrare, ut intelligamus, neque terram, neque mare uentis eſſe commendata, [hoc eſt curæ eſſe] ſed uiolẽter perturbari atque uaſtari. {Excutiuntque feris} ex concurſu nubium, ut ſcribunt phyſici, fulmina generantur. {Rutilos ignes} fulmina. {Æolidis} Halcyones Æoli filiæ. {Ignis} amor. {Propoſitos pelagi curſus} propoſitam ac deliberatam nauigationem. {Non tamen iccirco cauſſam probat} hoc eſt non tamen iccirco uxori perſuadet, ut ſe diſcedere permittat, neque diſceſſum ſuum ægre ferat. {Per patrios ignes} per Luciferi ſplendorem. {Quàm Luna bis impleat orbem} quàm duo tranſeant menſes. {Recurſus} uelocis reditus. {Æquore tingi} in æquor deduci. {Pinum} nauem ex pino confectam.

RAPH. VELVTI præſaga} tanquam præſentiens malum futurum. {Collapſa corpore toto eſt} ſemimortua in terra cecidit. {Quærente moras Ceyce} lacrymis enim uxoris motus diſcedebat inuitus. {Ordinibus geminis} nã biremis erat. {Ad fortia pectora} geſtum exprimit remigantium. {Æquali ictu} æquali percuſsione. id enim exigit ars remigandi. {Vbi terra receſſit Longius} hoc ex uulgari ſenſu dictum eſt. neque enim terra cum ſit immobilis, recedere poteſt, quamuis abeunte naue refugere uideatur. {Dum licet} dum poteſt. {Fluitantia uela} ſe motantia. {Vacuum lectum} marito carẽtem. {Quæ pars abſit} nam optima pars lecti aberat maritus. {Portubus exierant} è portu egreſsi erant. {Aura} uentus. {Rudẽtes} funes ſunt nautici, rudentes a ſtrepitu, quem uento agitati emittunt, dicti. rudere nanq; quod aſinorum eſt proprium, uidentur. {Obuertit} conuertit. {Lateri} in latus. {Cornua} antemnarum. {In ſumma locat arbore} in ſummitate arboris collocat, & ponit. id autem fieri ſolet, cũ ſecundus flare cœperit uẽtus. {Carbaſa} uela. {Deducit} detrahit. {Malo} arbore nauis. {Vtraque tellus} & aqua diſceſſerat, & quam petebat Ceyx. {Sub noctem} prope noctem. ſignum eſt autem maximæ tempeſtatis futuræ, cum undæ albeſcere uidentur. {Præceps Eurus} uiolentus. {Valentius} uehementius. {Ardua cornua} alta. {Procellæ} uentorum impetus. eſt enim procella (ut Seruius tradit) uis uenti cum pluuia, dicta quod omnia percellat & cõcutiat. {Fragor} ſtrepitus. {Pars munire latus} ne aqua ingrediatur. {Pars uentis uela negare} uela complicare. {Egerit} eiicit. {Æquor} aquam maris. {Refundit} reiicit. {Rapit} celeriter detrahit. {Sine lege} ſine ordine. {Ab omni parte} ab oriente & occidente, a ſeptentrione & meridie.

elegans tẽpeſtatis deſcriptio.

Qua rurſus uiſa, ueluti præſaga futuri,
Horruit Alcyone, lacrymaſq; emiſit obortas,
Amplexusq; dedit, triſtiq; miſerrima tandem
Ore, Vale, dixit, collapſaq; corpore toto eſt.
At iuuenes, quærente moras Ceyce, reducunt
Ordinibus geminis ad fortia pectora remos,
Aequaliq; ictu ſcindunt freta. ſuſtulit illa
Humentes oculos; ſtantemq; in puppe recurua,
Concuſſaq; manu dantem ſibi ſigna maritum
Prima uidet, redditq; notas. ubi terra receſsit
Longius, atque oculi nequeunt cognoſcere uultus,
Dum licet, inſequitur fugientem lumine pinum.
Hæc quoq;, ut haud poterat ſpatio ſummota uideri,
Vela tamen ſpectat ſummo fluitantia malo.
Vt nec uela uidet, uacuum petit anxia lectum,
Seq; toro ponit. renouat lectusq;, locusq;
Alcyones lacrymas; & quæ pars admonet, abſit.
Portubus exierant, & mouerat aura rudentes:
Obuertit lateri pendentes nauita remos,
Cornuaq; in ſumma locat arbore, totaq; malo
Carbaſa deducit, uenienteſq; excipit auras.
Aut minus, aut certè medium non amplius æquor
Puppe ſecabatur, longeq; erat utraque tellus,
Cùm mare ſub noctem tumidis albeſcere * cœpit
Fluctibus, & præceps ſpirare ualentius Eurus.
Ardua iam dudum demittite cornua, rector
Clamat, & antennis totum * ſubnectite uelum.
Hîc iubet: impediunt aduerſæ iuſſa procellæ:
Nec ſinit audiri uocem fragor æquoris ullam.
Sponte tamen properant, alii ſubducere remos,
Pars munire latus, pars uentis uela negare,
Egerit hic fluctus, æquorq; refundit in æquor.
Hic rapit antennas: quæ dum ſine lege geruntur,
Aſpera creſcit hyems, omniq; a parte feroces
Bella gerunt uenti, fretaq; indignantia miſcent.
Ipſe pauet, nec ſe, quis ſit ſtatus, ipſe fatetur
Scire ratis rector, nec quid iubeat'ue, uelit'ue.
Tanta mali moles, tantoq; potentior arte eſt.
Quippe ſonant clamore uiri, ſtridore rudentes,
Vndarum incurſu grauis unda, tonitribus æther.
Fluctibus erigitur, cæluміq; æquare uidetur
Pontus, & inductas aſpergine tangere nubes:
Et modò, cùm faluas ex imo uertit arenas,
Concolor eſt illis, Stygia modò nigrior unda:
Sternitur interdum, ſpumiſq; ſonantibus albet:
Ipſa quoque his agitur uicibus Trachinia puppis:
Et nunc ſublimis ueluti de uertice montis
Deſpicere in ualles, imumq; Acheronta uidetur:
Nunc ubi demiſſam curuum circumſtetit æquor,
Suſpicere inferno ſummum de gurgite cælum.
Sæpe dat ingentem fluctu latus icta fragorem:
Nec leuius pulſata ſonat, quàm ferreus olim,
Cùm laceràt aries, balliſta'ue concutit arces.
Vtq; ſolent, ſumptis incurſu uiribus, ire
Pectore in arma feri, protentaq; tela leones:
Sic ubi ſe uentis commiſerat unda coortis,
Ibat in arma ratis, multoq; erat altior illis.
Iamq; labant cunei, ſpoliataq; tegmine ceræ
Rima patet, præbetq; uiam lethalibus undis.
Ecce cadunt largi reſolutis nubibus imbres:
Inq; fretum credas totum deſcendere cælum,

{Freta indignantia} tumeſcentia. {Miſcent} perturbant. {Nec ſe quis ſit ſtatus ipſe fatetur Scire ratis rector} ordo eſt & ſenſus, Et ipſe rector & gubernator nauis fatetur ſe neſcire quis, & qualis rerũ ſtatus, aut quid iubere, uelle'ue debeat. {Tanta mali moles} magnitudo. eſt autem acclamatio, qua tempeſtatis ſæuitia declaratur. {Quippe ſonant} nanque ſtrepunt. ea uero omnia deſcribit elegantiſſime, quæ in magnis tempeſtatibus euenire ſolent. {Incurſu} impulſu. {Erigitur} extollitur. {Aſpergine} aſperſione. {Concolor eſt illis} eundem cũ ipſis arenis habet colorẽ. {Sternitur interdum} ſtratum uidetur & æquale. {Agitur} agitatur. {His uicibus} mutationibus. {Deſpicere} deorſum aſpicere, interdum contemnere ſignificat. {Imum Acheronta} infernũ. eſt enim Acheron unus ex inferni fluuiis. {Suſpicere} ſurſum aſpicere. aliquando mirari ſignificat. {Icta latus} in latere percuſſa. ſynecdoche eſt poetica. {Pulſata} percuſſa. {Ferreus aries} inſtrumentum eſt bellicum aries, quo priſci ad diruendos muros utebantur. {Balliſta'ue} balliſta quoque inſtrumentum eſt bellicum, quo ſaxa longe emittuntur. {Incurſu} impetu. {Protenta} porrecta. {In arma ratis} in nauis inſtrumenta, armamenta. {Multoq;} multo quàm nauis erant altiores. {Ceræ} picis, qua naues integuntur. {Letalibus undis} mortiferis aquis.

* ſentit
* ſubducite

{Scan-

Inq; plagas cæli tumefactum ſcandere pontum.
Vela madent nimbis, & cum cæleſtibus undis
Aequoreæ miſcentur aquæ. caret ignibus æther,
Cæcaq; nox premitur tenebris hyemiſq;, ſuiſq;.
Diſcutiunt tamen has, præbentq; * micantia lumen
Fulmina: fulmineis ardeſcunt ignibus undæ.
Dat quoque iam ſaltus intra caua texta carinæ
Fluctus. & ut miles numero præſtantior omni
Cùm ſæpe * aſsiliit defenſæ mœnibus urbis,
Spe potitur tandem; laudiſq; accenſus amore
Inter mille uiros murum tamen occupat unus:
Sic ubi pulſarunt celſi latera ardua fluctus,
Vaſtius inſurgens * decimæ ruit impetus undæ.
Nec prius abſiſtit feſſam oppugnare carinam,
Quàm uelut in captæ deſcendat mœnia nauis.
Pars igitur tentabat adhuc inuadere pinum,
Pars maris intus erat. trepidant haud ſegnius omnes,
Quàm ſolet urbs, aliis murum fodientibus extrà,
Atque aliis murum, trepidare, tenentibus intus.
Deficit ars, animiq; cadunt: totidemq; uidentur,
Quot ueniunt fluctus, ruere, atq; irrumpere mortes.
Non tenet hic lacrymas: ſtupet hic: uocat ille beatos,
Funera quos maneant: hic uotis numen adorat,
Brachiaq; ad cælum, quod non uidet, irrita tollens,
Poſcit opem: ſubeunt illi * materq;, parenſq;;
Huic cum pignorib' domus, & quod cuiq; relictũ eſt.
Halcyone Ceyca mouet: Ceycis in ore
Nulla, niſi Halcyone eſt: & cùm deſideret unam,
Gaudet abeſſe tamen. patriæ quoque uellet ad oras.
Reſpicere, inq; domum ſupremos uertere uultus:
Verùm ubi ſit, neſcit. tanta uertigine pontus
Feruet, & inducta piceis è nubibus umbra,
Omne latet cælum, duplicataq; noctis imago eſt.
Frangitur incurſu nimboſi turbinis arbor,
Frangitur & regimen: ſpoliiſq; animoſa * ſuperſtes
Vnda uelut uictrix, ſinuataq; deſpicit undas.
Nec leuius, quàm ſi quis Athon, Pindumq; reuulſos
Sede ſua totos in apertum uerteret æquor,
Præcipitata cadit: pariterq; & pondere, & ictu,
Mergit in ima ratem: cum qua pars magna uirorum
Gurgite preſſa graui, neque in aera reddita, fato
Functa ſuo eſt. alij partes, & membra carinæ
Trunca tenent. tenet ipſe manu, qua ſceptra ſolebat,
Fragmina nauigij Ceyx: ſocerumq;, patremq;
Inuocat (heu) fruſtra. ſed plurima nantis in ore
Halcyone coniux. illam meminitq;, refertq;:
Illius ante oculos, ut agant ſua corpora fluctus
Optat, & exanimis manibus tumuletur amicis.
Dum natat, abſentem, quoties ſinit hiſcere fluctus,
Nominat Halcyonem; ipſiſq; immurmurat undis.
Ecce ſuper medios fluctus niger arcus aquarum
Frangitur, & rupta merſum caput obruit unda.
Lucifer obſcurus, nec quem cognoſcere poſſes,
Illa nocte fuit: quoniamq; excedere cælo
Non licuit, denſis texit ſua nubibus ora.
Aeolis interea, tantorum ignara malorum,
Dinumerat noctes, & iam, quas induat ille,
Feſtinat ueſtes; iam quas, ubi uenerit ille,
Ipſa gerat: redituſq; ſibi promittit inanes.
Omnibus illa quidem ſuperis pia tura ferebat:
Ante tamen cunctos Iunonis templa colebat;

RAPH. SCANDERE} aſcendere. {Caret ignibus æther} ſideribus æther carere uidebatur, quia nulla apparebant. {Cæcaq; nox} obſcura. {Diſcutiunt} depellunt. {Ardeſcunt} ſplendeſcunt. {Intra caua texta} intra concauitatem carinæ. {Omni numero} omni multitudine. {Mœnibus} in muros. {Spe potitur tandem} hoc eſt, tandem uoti fit compos, in murumq; aſcendit. {Decimæ undę} maximæ atque uaſtiſsimæ. nam decima quæque unda maxima eſſe uidetur, ut Ouidius in primo de triſtibus libro teſtatur, cum inquit:

Qui uenit hinc fluctus, fluctus ſupeminet omnes;
Poſterior nono eſt, undecimoq; prior.

Hinc factum eſt, ut decimũ decumanumq; pro maximo ampliſsimoq; accipiatur, ut decumana porta in caſtris maxima, ut quæ ab hoſtibus foret auerſa, & decumana ſcuta ampliſsima, & decumanus in agro limes, qui longiſsimus & maximus foret. [Et Decumana oua, quæ maxima. eodem autem modo & Lucanus dixit lib. 5.

Hæc fatum decimus, dictu mirabile, fluctus
Inualiduum cum puppe leuat.

& Silius lib. 14.

Non aliter Rhodopes Boreas a uertice præceps
Cum ſeſe immiſit, decimoq; uolumine pontũ
Expulit in terras, &c.

Vide Miſcell. Politian. 86. {Vaſtius} ualidius. {Abſiſtit} deſiſtit. {Velut in mœnia} ſimilitudo eſt a captis urbibus ſumpta. ſignificat autem fluctus partem intra nauem irrupiſſe. {Pinum} nauem. {Trepidant} timent. {Haud ſegnius} nõ minus. pulchra autem ſimilitudine exprimit timorem nautarum a tempeſtate deprehenſorum. {Tenentibus} defendentibus. {Deficit ars} tempeſtati ars ſuccumbit. {Irrumpere} cum impetu intrare. {Non tenet hic lacrymas} alius, inquit, lacrymas, alius ſtupet attonituſq; uidetur. {Funera quos maneant} qui exequiarum honore non priuentur. {Hic uotis numẽ adorat} alius, inquit, diis uota facit. {Subeunt illi} in mentem ueniunt. {Cum pignoribus} cum liberis. {Tanta uertigine} euerſione, perturbatione. eſt autem acclamatio, qua maxima tempeſtas declaratur. {Piceis è nubibus} nigris aqua plenis. {Incurſu} impetu. {Turbinis} uenti uiolentioris. {Regimen} gubernaculum. {Superſtes} ſuperans, ſuperextãs. {Sinuata} in ſinum coacta, conuoluta. {Quam ſiquis Athon, Pindum'ue} mõtes eſſe Macedoniæ Athõ, & Pindum Theſſaliæ, ſuperius diximus. {Præcipitata} impulſa uentis. {Et ictu} impulſu. {In ima} in profundum. {Functa ſuo fato} mortua eſt. ex ſententia autem Stoicorum hoc ait, qui omnia fato fieri putant. {Et membra} fruſta abrupta. {Socerum} Æolum. {Patremq;} Lúciferum. {Exanimis} mortuus. {Tumuletur} ſepeliatur. {Hiſcere} os aperire. {Ecce ſuper medios} repentini mali ferè ſignificatiua eſt hæc particula ecce. {Niger arcus} nubes nigra & aquarum plena arcui ſimilis. {Merſum obruit} hoc eſt, obruit & ſubmerſit. {Non licuit} non potuit. neque enim ſidera per noctem cælum relinquere poſsunt, ac ne interdiu quidem, quamuis non uideantur. {Texit} cooperuit, ne uideret filium pereuntem. {Æolis} Halcyone Æoli filia. {Feſtinat ueſtes} feſtinanter ſuit & facit. {Pia thura ferebat} pie ſacrificabat.

Marginal variants: * micantia] minantia; * aſsiliit] aſſiluit; * materq;] fraterq;; * ſuperſtes] ſuperbit

uide Politianum in Miſcellaneis de decumano fluctu.

Proq; uiro, qui nullus erat, ueniebat ad aras:
Vtq; foret ſoſpes coniux ſuus, utq; rediret,
Optabat, nullamq; ſibi præferret. at illi
Hoc de tot uotis poterat contingere ſolum.
At dea non ultrà pro functo morte rogari
Suſtinet: utq; manus funeſtas arceat aris,
Iri meæ, dixit, fidiſsima nuntia uocis,
Viſe ſoporiferam Somni uelociter aulam,
Extinctiq; iube Ceycis imagine mittat
Somnia ad Alcyonen ueros narrantia caſus.
Dixerat. induitur uelamina mille colorum
Iris, & arquato cælum curuamine ſignans,
Tecta petit iuſsi ſub nube latentia regis.
Eſt prope Cimmerios longo ſpelunca receſſu,
Mons cauus, ignaui domus, & penetralia Somni:
Quò nunquam radiis oriens, medius'ue, cadens'ue
Phœbus adire poteſt. nebulæ caligine miſtæ
Exhalantur humo, dubiæq; crepuſcula lucis.
Non uigil ales ibi criſtati cantibus oris
Euocat Auroram, nec uoce ſilentia rumpunt
Sollicitiue canes, canibus'ue * ſagacior anſer.
Non fera, non pecudes, non moti flamine rami,
Humanæ'ue ſonum reddunt conuicia linguæ.
Muta quies habitat: ſaxo tamen exit ab imo
Riuus aquæ Lethes: per quem cum murmure labens
Inuitat ſomnos crepitantibus unda lapillis.
Ante fores antri fœcunda papauera florent,
Innumeræq; herbæ: quarum de lacte ſoporem
Nox legit, & ſpargit per opacas humida terras.
Ianua ne uerſo ſtridorem cardine reddat,
Nulla domo tota eſt, cuſtos in limine nullus.
* At medio torus eſt hebeno ſublimis in antro
Plumeus, unicolor, pullo uelamine tectus,
Quo cubat ipſe deus, membris languore ſolutis.
Hunc circa paſsim uarias imitantia formas
Somnia uana iacent totidem, quot meſsis ariſtas,
Sylua gerit frondes, eiectas littus arenas.
Quò ſimul intrauit, manibusq; obſtantia uirgo
Somnia dimouit, ueſtis fulgore reluxit
Sacra domus; tardaq; deus grauitate iacentes
Vix oculos tollens, iterumq;, iterumq; relabens,
Summaq; percutiens nutanti pectora mento,
Excuſsit tandem ſibi ſe; cubitoq; leuatus
Quid ueniat, (cognouit enim) ſcitatur. at illa,
Somne, quies rerum, placidiſsime Somne deorum,
Pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris
Feſſa miniſteriis mulces, reparasq; labori;
Somnia, quæ ueras æquant imitamine formas,
Herculeam Trachina iube ſub imagine regis
Alcyonen adeant, ſimulacraq; naufraga fingant.
Imperat hoc Iuno. poſtquam mandata peregit,
Iris abit: neque enim ulterius tolerare ſoporis
Vim poterat: labiq; ut ſomnum ſenſit in artus,
Effugit, & remeat, per quos modò uenerat arcus.
At pater è populo natorum mille ſuorum
Excitat artificem, ſimulatoremq; figuræ
Morphea. non illo iuſſos ſolertius alter
Exprimit inceſſus, uultumq;, ſomnumq; loquendi:
Adiicit & ueſtes, & conſuetiſsima quæque
Verba. ſed hic ſolos homines imitatur: at alter
Fit fera, fit uolucris, fit longo corpore ſerpens.

RAPH. QVI nullus erat} qui non erat. neque enim mortui eſſe dicuntur. {Hoc ſolum} ut nullam aliam ipſi præferret. {Manus funeſtas} funere & morte mariti pollutas. {Meæ uocis} meorum uerborum & mandatorum. {Viſe} ad uidendum uade. deſcribit autem & Somnum deum, & Somni aulam. {Soporiferam aulam} ſoporem & ſomnum afferentem, atq; inducentem. {Somni} dei ſoporis. {Arquato} in arcus ſimilitudinem figurato. {Eſt prope *Cimerios} Cimerii (ut Strabo atque Sextus ſcribunt) populi fuerunt iuxta Baias habitātes ſubterranea domicilia, ubi ſacra Plutonia fiebant. dabanturq; ab his reſponſa, atq; inde faciebant quæſtum. conueniebant enim aduenæ aliquid audituri, qui ducebātur in cauernas illas, quas nec oriens, nec occidens Sol aſpiciebat, ut ſcribit i Odyſſea Hom. Hi a quodam rege deleti fuerunt, cum oraculi fides parum ſucceſsiſſet. Alii ſcribunt Cimerios populos eſſe in Aſia Amazonibus ꝓximos: qui ex ultimo uenerint occidente. Iuxta Cimerios Somni aulam eſſe fingit poeta, quam, ut omnia, unà cum Somno & inſomniis elegantiſsime deſcribit. {Ignaui} inertis, pigri. ab effectu quòd ignauos & pigros homines reddat. {Quo nunquā} pulchra poetæ phantaſia. Solis enim radii ſomnum auertunt, tenebræ autem alliciunt. {Exhalantur} emittuntur. {Dubiæ lucis} crepuſculi eſt interpretatio. nam crepuſculum eſt dubia lux. {Ales criſtati oris} periphraſis eſt Galli. nihil autem in aula Somni eſſe poeta ait, quo turbari ſomnus poſsit. omnia uero adeſſe, quæ ſomnum ipſum allicere ualeant. {Vnda labens} murmure ſi quidem aquæ ſomni efficiuntur ſuaues. {Canibus ſagacior anſer} id maxime tum fuit compertum, quo tempore capitoliū a Gallis obſidebatur. canibus enim quieſcentibus, anſerū clangore excitati cuſtodes, Gallos iam Capitolium ingreſſos, ex arce deturbarunt. {Lethes} nomen illi aquæ conueniens. Lethe nanque obliuio interpretatur. dormientes autem omnium obliti uidentur. {Fœcunda papauera} multorum ſeminum fertilia, quæ ſomnum maxime inducunt, unde & ſoporiferum papauer uocatur. {Stridorem reddat} ſtrepitum faciat. {Hebeno} ex hebeni nigro ligno confectus. Hebenus autem arbor eſt Indica, cuius lignum natura eſt nigrum. Scite uero poeta ſomni lectum nigrū eſſe fingit: pullus nanque color ſomnum hominibus allicit. {Vix oculos tollens} eleganter geſtus deſcribit poeta eorum, qui graui ſomno premuntur. eſt autem proſopopœia: rei enim corpore carenti corpus attribuit. {Cognouit enim} illam ueniſſe ſubaudiamus. eſt autem parentheſis. {Cubitoq; leuatus} innixus. neq; enim aliter caput poterat ſuſtinere Somnus. {Scitatur} rogat. {At illa} reſpōdit uel ſimile uerbum eſt ſubaudiendum. {Somne quies rerū} elegans Somni deſcriptio. {Quem cura fugit} ſcite. qui enim curis premuntur, dormire nō poſſunt. {Mulces} foues. {Labori} ad laborem. {Herculeam Trachina} ab Hercule ædificatam, excultamq;, ut paulo ante diximus. {Regis} Ceycis. {Simulacra naufraga} ſimulacra naufragii a Ceyce facti. {Fingant} effingant, exprimant. {Vim ſoporis} ſomni uiolentiam. {At pater è populo} Somno deo multos eſſe filios poeta fingit, è quibus tres nominat, quibus facultas eſt, ſe in uarias figuras tranſmutandi. {E populo} è turba & multitudine. {Mille} finitum numerum pro infinito poſuit. {Simulatoremq; figuræ Morphea} Morpheus ἀπὸ τῆς μορφῆς, hoc eſt, a forma dicitur formæ ſimulator.

Somni domus, de qua Heſiodus i Theogon.

ob defenſum Capitoliū. Liu. lib. 5. Sollicitos ad nocturnos ſtrepitus anſeres.

In

Morpheus in uarias figuras.

{Hunc

Hunc Icelon ſuperi, mortale Phobetora uulgus
Nominat. eſt etiam diuerſæ tertius artis
Phantaſos. ille in humum, ſaxũq;, undamq;,trabẽq;,
Quæq; uacant anima, fallaciter omnia tranſit:
Regibus hi, ducibusq; ſuos oſtendere uultus
Nocte ſolent: populos alij, plebemq; pererrant.
Præterit hos ſenior, cunctisq; è fratribus unum
Morphea, qui peragat Thaumantidos edita, Somnus
Eligit: & rurſus molli languore ſolutus,
Depoſuitq; caput, ſtratoq; recondidit alto.
Ille uolat, nullos ſtrepitus facientibus alis,
Per tenebras, intraq; moræ breue tempus in urbem
Peruenit Aemoniam: poſitisq; è corpore pennis
In faciem Ceycis abit: ſumptaq; figura
Luridus, exanimi ſimilis, ſine ueſtibus ullis
Coniugis ante torum miſeræ ſtetit. uda uidetur
Barba uiri, madidisq; grauis fluere unda capillis.
Tum lecto incumbens fletu ſuper ora profuſa
Hæc ait: Agnoſcis *Ceycaq; miſerrima coniux?
An mea mutata eſt facies nece? reſpice, noſces,
Inueniesq; tuo pro coniuge coniugis umbram.
Nil opis Alcyone nobis tua uota tulerunt:
Occidimus: falsò tibi me promittere noli.
Nubilus Aegæo deprendit in æquore nauem
Auſter, & ingenti iactatam flamine ſoluit:
Oraq; noſtra, tuum fruſtra clamantia nomen,
Implerunt fluctus. non hæc tibi nuntiat auctor
Ambiguus, non iſta uagis rumoribus audis:
Ipſe ego fata tibi præſens mea naufragus edo.
Surge age, da lacrymas, lugubriaq; indue: nec me
Indeploratum ſub inania tartara mitte.
Adiicit his uocem Morpheus, quam coniugis illa
Crederet eſſe ſui: fletus quoque fundere ueros
Viſus erat: geſtumq; manus Ceycis habebat.
Ingemit Alcyone * lacrymans, mouet atque lacertos
Per ſomnum, corpusq; petens, amplectitur auras:
Exclamatq;, Mane, quò te rapis? ibimus unà.
Voce ſua, ſpecieq; uiri turbata, ſoporem
Excutit: & primò, ſi ſit, circumſpicit illic,
Qui modò uiſus erat: (nam moti uoce miniſtri
Intulerant lumen) poſtquam non inuenit uſquam,
Percutit ora manu, laniatq; a pectore ueſtes,
Pectoraq; ipſa ferit, nec crines ſoluere curans
Scindit: & altrici quæ luctus cauſſa roganti,
Nulla eſt Alcyone, nulla eſt, ait: occidit unà
Cum Ceyce ſuo. ſolantia tollite uerba:
Naufragus interiit: uidi, agnouiq;, * manusq;
Ad diſcedentem, cupiens retinere, tetendi.
Vmbra fuit: ſed & umbra tamen manifeſta, uiriq;
Vera mei. non ille quidem, ſi quæris, habebat
Aſſuetos uultus, nec, quo prius, ore nitebat.
Pallentem, nudumq;, & adhuc humente capillo
Infelix uidi. ſtetit hoc miſerabilis ipſo
Ecce loco: & quærit, ueſtigia ſi qua ſuperſint.
Hoc erat, hoc animo quod diuinante timebam,
Et ne me fugiens uentos ſequerere, rogabam.
At certè uellem, quoniam periturus abibas,
Me quoque duxiſſes. fuit ah, fuit utile, tecum
Ire mihi. neque enim uitæ de tempore quidquam
Non ſimul egiſſem, nec mors diſcreta fuiſſet.

RAPH. HVNC Icelon ſuperi} Icelos ſimilis transfertur, quo quidẽ nomine is eleganter appellatur, qui ſe omnibus animalibus ſimilẽ exhibere poteſt. Icelon autem per L ſcribendũ eſt, quamuis Iceon uulgus grammaticorum hactenus legerit. {Mortale Phobetora uulgus} Phobetor terrefactor interpretari poteſt. ſic autem eſt legendum, quamuis corrupte Phebetora in exemplaribus legatur. {Eſt ẽt diuerſæ tertius artis Pãthaſos} Latini quidem ſic legunt, ſed minus recte, cum id nomen a Grę cis non agnoſcatur. Phantaſos autem, qui imaginator transferri poteſt, forſitan ab Ouidio fuit ſcriptus. φαντάζομαι nanque, unde Phantaſos deriuatur, imaginari ſignificat. eleganter autem hoc nomine donatur, qui hanc hominibus immittit imaginationem, ut ſibi per ſomnum uideantur uidere undam, ſaxum, trabem, aliud'ue quid inanimatorum. {Vacant} carent. {Thaumãtidos edita} Iridis iuſſa Thaumantis filię. {Somnus} ſomni deus. {Molli languore} ſuaui ſopore. {Strato} lecto. {In urbem Æmoniam} Trachina. {In faciem Ceycis abit} in figuram Ceycis ſe conuertit. {Luridus} niger. {Vda} humida. {Tua uota} tuæ preces. {Falſo} uane. {Ægæo in æquore} Ægęum dictũ eſt ab inſula, quam Ægas uocat Homerus Neptuno dicata, in qua neminem fas eſt dormire propter phantaſmata, ut inquit Nicocrates. alii dicunt a Neptuno Ægæum pelagus fuiſſe denominatum. ut enim Pherecydes ait, Is deus Ægæus uocatur. quod uero Nicocrates ait ab Ægæo, q ſe in illud mare ex arce Athenarum' pręcipitauit, Ægęum eſſe dictum, falſum eſt. longe nanq; a mari diſtat. Ægęũ quidem nunc a uulgo Archipelagus uocatur. {Soluit} diſſoluit, reſoluit. {Ambiguus} dubius. {Vagis} incertis. {Mea fata} meã mortem, mea infortunia. {Lugubria} ueſtes luctui conuenientes. {Inania tartara} uacua. neque enim animæ, ut quæ ſunt incorporeæ, occupant locum. Tartarus autem locus eſt apud inferos profundiſsimus. {*Lacrymas mouet} lacrymas emittit. {Mane} expecta. {Quò te rapis} quò fugis? {Excutit} expellitur. {Si ſit illic} an ſit illic, ubi uiſus fuerat maritus. {Nam moti uoce miniſtri} hac parentheſi exponit poeta, quo modo Halcyone circumſpexerit, an illic eſſet maritus, quem per ſomnũ uidere ſibi fuerat uiſa. {Altrici} nutrici. {Nulla eſt Halcyone, nulla eſt} conduplicatio mulieri, grauiſſimo dolore affectæ maxime conueniens. ait autem ſe non eſſe, uerum unà cum marito periiſſe. {Solantia tollite uerba} auferte, inquit, uerba conſolatoria, & nolite me conſolari. {Aſſuetos uultus} ſolitos, hoc eſt, hilares & lætos. {Nitebat} ſplendebat. {Humente} madido. {Et ne me fugeres} apoſtrophe Halcyones ad maritum, querelarũ plena. {Fuit ah fuit} anadiploſis dolenti accõmodata. {Neque enim de uitæ tempore quicquam Non ſimul egiſſem} hoc eſt, omne tempus uitæ meæ tecum traduxiſſem, tecumq; fuiſſem. {Diſcreta} ſeparata, diuiſa.

Ceyca
lacrymas mouet,
manusq;, Et diſcup. ret. xnenti
Mopſus in Ceyce

RAPH. NVNC abſens perii} ſe cum Ceyce uiro periiſſe ait. Halcyone, quãuis abſens fuerit, ꝙ ſuam quoqꝫ animam in Ceycis corpore fuiſſe uult uideri. {Abſens} corpore, nõ animo. {Ducere} producere. {Supereſſe} ſuperuiuere. {Nunc ſaltẽ} poſtquam tu periiſti. {Littera} epitaphium. {Prohibet} loqui ſubaudiamus. {Attonito} doloribus ſtupefacto. {Mane erat} prima pars diei adeſat. {Euntem} recedentem maritũ. {Dumq; moratur ibi} ordo eſt & ſenſus, & Halcyone uidet neſcio qđ corpus longe poſitũ in media aqua, dumq; Halcyone ibi moratur, & dum dixit: Vir meus hinc ſoluit retinacula, & diſcedẽs ex hoc litore me oſculatus eſt, & dũ reminiſcitur acta a Ceyce ſuis oculis animaduerſa, & mare proſpicit. {Retinacula} funes, quibus naues ad terram ligantur ac retinentur. {Soluit} Ceyx ſubaudiatur. {Reminiſcitur} in memoriam reuocat Halcyone. {Tuetur} aſpicit. {Appulit} ad litus ſubintelligatur. {Corpus} cadauer. {Et ſi qui eſt cõiux} heu & miſera ſubaudiatur. {Quo magis} quanto magis. {Tuetur} aſpicit. {Hoc minus} tanto minus eſt cõpos mentis. {Admotum} appulſum. {Et una} & ſimul cum exclamatiõe. {Ad Ceyca} ad Ceycis cadauer. {Moles} murus maximus, quo portus ab undarum incurſu tutus reddebatur. {Quæ prædelaſſat} laſſos ac debiles reddit antequam in portum perueniãt. {Inſilit huc} illuc in illã molẽ manu factã. {Potuiſſe} inſilire. {Volabat} iã .n. in auẽ fuerat conuerſa. {Stringebat} radebat, leuiter attingebat. {Dilectos art.} amata Ceycis mẽbra. {Tollere} extollere. {Alite} in alites. {Obnoxius} ſubiectus debitus. {Perq; dies pla.} Halcyones (ut refert Plinius) fœtificant bruma, qui dies Halcyonides uocãtur, placido mari per eos & nauigabili, Siculo maxime. faciunt aũt ſeptẽ ante brumã diebus nidos, & totidem ſequẽtibus pariunt. quibus quidem quatuordecim diebus maxime tranquillatur mare, unde & Halcedonia pro trãquillitate a Plauto in Caſſina accipiuntur, cũ inquit, Tranquillum eſt, Halcedonia ſunt circa forum. nam (ut ſcribit Sextus) Halcedones a ueteribus Latinis dictæ ſunt quæ a Græcis Halcyones uocantur, & Halcedonia dies, qui Halcyonides appellantur. Sanè Ariſtoteles in octauo de animalibus Halcyonum duo eſſe genera ait, alterum uocale, quod arundinibus inſideat, alterum mutum paulo maiori corpore. Plinius uero ſcribit Halcyonem paulo paſſere eſſe ampliorem, colore cyaneo, & ſubnigro. dictæ ſunt Halcyones, ut Ouidius putat, ab Halcyone Ceycis uxore, ut alii ἀπὸ τοῦ κύειν ἐν τῇ ἁλὶ, hoc eſt, a concipiendo in mari. ut uero Hegeſander in commentariis narrat, ab Halcyoneo gigante, cuius filiæ fuerunt, Phoſtonia, Anche, Methone, Alcippe, Palene, Drimoſterie, quæ poſt patris mortem ſe a Canaſtræo promontorio in mare præcipitarunt. Amphitrie uero ipſas in aues commutatas, quas ab Halcyoneo patre Halcyonas uocarunt. {Perq; dies placidos ſeptem} de numero quidem horum dierum uariæ ſunt antiquorum opiniones. Simonides nanqꝫ in Pentathlis undecim eſſe ait, qđ etiam Ariſtoteles in libris de Animalibus confirmat. Philochorus autem nouẽ eſſe ſcribit, Demagoras uero ſeptem, cuius opinioni Ouidius adhæret. {Incubat Halcyone} incubare proprie dicuntur aues, dũ oua fouent. Halcyone autem & Halcyon dicitur. Halcedo quoque Latine uocatur. Plautus in penulo Quàm mare dulce eſt, cum ibi Halcedo pullos educit ſuos. {Pendentibus nidis} Halcyonũ nidi admirationem habent ut refert Plinius. Pilæ figura paululum eminentiores, ore perquam anguſto, grandium ſpongiarum ſimilitudine, intercidi non queunt, franguntur ictu ualido, ut ſpuma arida maris, nec, unde confingantur, inuenitur, putant ex ſpinis aculeatis. {Tum uia tuta maris} nam (ut diximus) per quatuordecim illos dies, quibus fœtificant Halcyones, mare tranquillatur, id quod benignitate Æoli fieri ait poeta, ut commodum nepotibus faciat. nam Halcyone (ut uidimus) Æoli filia fuit. {Præſtat} accommodat, ac tutum reddit æquor Halcyonum pullis.

Halcedoniorum deſcriptio. Sũt aũt dies ſeptẽ numero quibus mare tranquillũ eſt. uide Chiliades Eraſ. in prouerb. Halcedonia ſunt circa forum.

Nunc abſens perij, iactor quoque fluctibus abſens,
Et ſine me te pontus habet. crudelior ipſo
Sit mihi mens pelago, ſi uitam ducere nitar
Longius, & tanto pugnem ſupereſſe dolori.
Sed neque pugnabo, nec te miſerande relinquam:
Et tibi nunc ſaltem ueniam comes: inq; ſepulcro
Si non urna, tamen iunget nos littera: ſi non
Oſsibus oſſa meis, at nomen nomine tangam.
Plura dolor prohibet: uerboq; interuenit omni
Plangor, & attonito gemitus a corde trahuntur.
Manè erat: egreditur tectis ad littus, & illum
Mœſta locum repetit, de quò ſpectarat euntem.
Dumq; moratur ibi, dumq; hinc retinacula ſoluit,
Hoc mihi diſcedens dedit oſcula littore, * dicit. (dixit,)
Dumq; notata oculis reminiſcitur acta, fretumq;
Proſpicit, in liquida ſpatio diſtante tuetur
Neſcio quid quaſi corpus aqua. primoq;, quid illud
Eſſet, erat dubium. poſtquam paulùm appulit unda,
Et quamuis aberat, corpus tamen eſſe liquebat:
Quis foret ignorans, qa naufragus, omine mota eſt:
Et tanquã ignoto lacrymas daret, Heu miſer, inquit,
Quiſquis es, & ſi qua eſt coniux tibi. fluctibus actũ
Fit propius corpus: quod quò magis illa tuetur,
Hòc minus, & minus eſt mentis. iã iamq; propinquat
Admotum terræ, iam quod cognoſcere poſſet,
Cernit: erat coniux. Ille eſt, exclamat, & unà
Ora, comas, ueſtem lacerat: tendensq; trementes
Ad Ceyca manus, Sic ò cariſsime coniux,
Sic ad me miſerande redis? ait. Adiacet undis
Facta manu moles, quæ primas æquoris undas
Frangit, & incurſus quæ prædelaſſat aquarum.
Inſilit huc, mirumq; fuit potuiſſe: uolabat:
Percutiensq; leuem modò natis aera pennis,
Stringebat ſummas ales miſerabilis undas.
Dumq; uolat, mœſto ſimilem, plenumq; querelæ
Ora dedêre ſonum, tenui crepitantia roſtro.
Vt uerò tetigit mutum, & ſine ſanguine corpus,
Dilectos artus amplexa recentibus alis,
Frigida nequidquam duro dedit oſcula roſtro,
Senſerit hoc Ceyx, an uultum motibus undæ
Tollere ſit uiſus: populus dubitabat. at ille
Senſerat: & tandem, ſuperis miſerantibus, ambo
Alite mutantur. fatis obnoxius iiſdem
Tunc quoque manſit amor: nec coniugiale ſolutũ eſt
Fœdus in alitibus: coeunt, fiuntq; parentes:
Perq; dies placidos hyberno tempore ſeptem
Incubat Alcyone pendentibus æquore nidis.
Tum uia tuta maris: uentos cuſtodit, & arcet
Aeolus egreſſu, præſtatq; nepotibus æquor.

ARG. Æſacus, natus Priami, & Alyxothoes Cebrem amnis filiæ, ſub monte Ida furtim editus urbanum apparatum, conſultumqꝫ quum ſyluis, & labori poſtpoſuiſſet, incidit in conſpectum Heſperies nymphæ: cuius captus pulchritudine, dũ fugientem perſequitur, cauſa interemptus eius extitit. cõfuſa enim timore per ignorantiã ſerpentem calce preſsit: cuius morſu ſtricta concidit. eius deſiderio Æſacus, ne diutius dolorem ſentiret, e monte in ſubiectum pelagus ſe præcipitauit, qui priuſquã mergeretur, in auem ceſsit. hæc æquora amat, nomenqꝫ Mergi tenet, quia amne mergitur illo.

{Hos

HOS aliquis ſenior circum freta lata uolantes.
Spectat, & ad finem ſeruatos laudat amores.
Proximus, aut idem, ſi fors tulit, hic quoque dixit
Quem mare carpentem, ſubſtrictaq́; crura gerentem
Aſpicis (oſtendens ſpatioſum in guttura mergum)
Regia progenies: & ſi deſcendere ad ipſum
Ordine perpetuo quæris; ſunt huius origo
Ilus, & Aſſaracus, raptusq́; Ioui Ganymedes,
Laomedonq́; ſenex, Priamusq́; nouiſſima Troiæ
Tempora ſortitus. frater fuit Hectoris iſte:
Qui niſi ſenſiſſet prima noua fata iuuenta,
Forſitan inferius non Hectore nomen haberet:
Quamuis eſt illum proles enixa Dymantis:
Aeſacon umbroſa furtim peperiſſe ſub Ida
Fertur Alixothoë gracili conata bicorni.
Oderat hic urbes, nitidaq́; remotus ab aula
Secretos montes, & inambitioſa colebat
Rura: nec Iliacos cœtus, niſi rarus adibat.
Non agreſte tamen, nec inexpugnabile amori
Pectus habens, ſyluas captatam ſæpe per omnes
Aſpicit * Eperien patria Cebrenida ripa
Iniectos humeris ſiccantem Sole capillos.
Viſa fugit nymphe, ueluti perterrita fuluum
Cerua lupum, longeq́; lacu deprenſa relicto
Accipitrem fluuialis anas; quam Troius heros
Inſequitur, celeremq́; metu celer urget amore.
Ecce latens herba coluber, fugientis adunco
Dente pedem ſtrinxit, uiruſq́; in corpore liquit.
Cum uita ſuppreſſa fuga eſt. amplectitur amens
Exanimem, clamatq́;, Piget, * piget eſſe ſecutum:
Sed non hoc timui: nec erat mihi uincere tanti.
Perdidimus miſeram nos te duo. uulnus ab angue
A me cauſſa data eſt. ego ſum ſceleratior illo:
Qui tibi morte mea mortis ſolatia mittam.
Dixit, & è ſcopulo, quem rauca ſubederat unda,
Decidit in pontum. Tethys miſerata cadentem
Molliter excepit, nantemq́; per æquora pennis
Texit, & optatæ non eſt data copia mortis.
Indignatur amans ſe inuitum uiuere cogi,
Obſtariq́; animæ miſera de ſede uolenti
Exire: utq́; nouas humeris aſſumpſerat alas,
Subuolat, atque iterum corpus ſuper æquora mittit.
Pluma leuat caſus: furit Aeſacus, inq́; profundum
Pronus abit, lethiq́; uiam ſine fine retentat.
Fecit amor maciem: longa internodia crurum:
Longa manet ceruix: caput eſt a corpore longè:
Aequor amat, nomenq́; manet, quia mergitur * illi.

RAPH. HOS aliq.ſe.} Æſacus Priami filius ex Alyxothoe nympha cū amore Eperies nymphę captus eā fugientem pſequeretur, in cauſſa fuit, ut illa periret. nā inter fugiendū a ſerpente icta interiit, tanto q; dolore Æſacō affecit, ut moriturus è ſcopulo ſe in mare præcipitarit. quem Tethys miſerata in mergū tranſmutauit. ille uero indignatus, ꝙ mori non potuerit, ſe mergere nunq̄ deſiſtit, unde mergus a ſæpius ſe mergendo a Latinis eſt dictus. {Proximus, aut idē ſi fors tulit} hoc eſt, aliquis ꝓximus aut forte idem ſenior. {Subſtricta cru.} ſubtilia {Sunt huius or.} Ilus & Aſſaracus, & Ganymedes filii fuerunt Trois, Troianorū regis. Laomedō uero Ili fuit filius ac Priami pater, ut cū ex aliis permultis, tū ex Homero aperte colligitur. {Proles Dymātis} Hecuba, quā Dymātis filiā fuiſſe ſcribit Hom. Eurypides uero Cyſſei Thracū regis. [Hom. Iliad. π.
Ταῦτ' ἄρα οἱ φρονέοντι παρίστατο φοῖβος Ἀπόλλων
Ἀνέρι ἰσάμενος αἰζηῷ τε, κρατερῷ τε
Ἀσίῳ ὃς μητρὸς ἦν ἕκτορος ἱπποδάμοιο
Heſperiem Αὐτοκασίγνητος ἑκάβης, υἱός τε δύμαντος,
Ὃς φρυγίην ναίεσκε ῥοῆς ἐπὶ σαγγαρίοιο.
de Ciſſeo aūt meminit Euripides in Hecuba his uerbis: ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας λιπών, ἵν' ἅδης χωρὶς ᾤκισται θεῶν Πολύδωρος Ἑκάβης παῖς γεγὼς τῆς κισσέως πριάμου τε πατρός,
mete &c.] {Alyxothoe} nympha fuit hæc, ex qua Priamus Æſacō ſuſcepit. {Conata} nixa & hærens. {Gracili bic.} bicorne inſtrumētum eſt ruſticū. {Captatā} quam ſæpe capere tētauerat. {Eperiē Cebr.} Cebrinis fluuii ignobilis filiam, unde ēt (ut Herodian⁹ ſcribit) Cebrinia urbs & regia Troadis fuit cognominata. [Apud Strabonē lib.
Æſacus i mergū. 13. κεβρύνη, & κεβρηνία p η, ſcribitur, eādēq; a Cebryone Priami filio, dictā cuius & Hom. meminit, dicens: Κεβριόνην νόθον υἱὸν ἀγακλῆος πριάμοιο.
apud Stephanū aūt ita legit, κεβρηνία χώρα τῆς τρῳάδος, ἀπὸ κεβριόνου τοῦ πριάμου. δίδυμος δὲ κεβρίνα καὶ τὴν πόλιν φησὶν. ἡροδιανὸς δὲ ἀπὸ κεβρῖνος ποταμοῦ. In hac regione & ſepulcrū Paridis & Oenones fuiſſe Srabo refert, de quo ſupra annotauim⁹. {Lōge lacu relicto} ſcite. nā in lacu capi nō poſſunt, cū aduolāte accipitre ſe mergāt, ut iis, q illo aucupio delectantur, eſt notū. {Lacu} gurgite. {Fluuialis anas} fluuios incolens. {Vrget} impellit. {Coluber} ſerpēs. {Strinxit} percuſsit. {Virus} uenenū. {Suppreſſa} repreſſa. {Nec e.mi.uin.tā.} ut tu perires intelligamus. {Nos duo} ego, & ſerpēs. {Subederat} ſubroſerat. {Decidit in pō.} ſic quidē ēt legi pōt, ſed deſilit, uel deiicit forſitan elegantius legeretur, ut intelligamus Æſacū ipſū ſe in mare præcipitaſſe. {Copia m.} facultas moriēdi. {Miſera de ſede} miſero corpore. {Subuolat} ſurſū uolat. {Sup æq.} in mare. {Furit} īdignatur. {Pronus} in caput. elegāter aūt mergi naturā poeta deſcribit. {Fecit a.m.} amor quē morte finire cupiebat, illū fecit macilentū. {Longa int. crur.} internodiū id dicitur ſpatii, qđ eſt inter duos nodos. nodoſa aūt crura mergus hr̄e uidetur. {Nomēq; ma.} a mergendo nanq; mergus a Latinis fuit denominatus.
illo.

IACOBI CONſtantii Fanenſis.

SArculaq́; & raſtriq́; graues} lege, Sarculaq́; raſtriq́; graues: ac lege q̄ đ q; cōiūctione ſupius dixim⁹. {Poſitis te frondibus arbos Tōſa comas luxit} antiq̄ cōſuetudinē latēter attingit: q̄ fuit ut comæ in luctibus tōderentur, id quod in penultimo Iliados in Patrocli funere Achilles facit: & eius exēplo Antoninus imperator in funere Fauſti ſui a memoria liberti apud Herodianū in 4. ac in funere Maſiſtii Perſæ faciūt apud Herodotū 9. Eūdem ſanè morē idē Hom. ponit 4 Odyſſeæ: ubi Piſiſtratū Neſtoris filiū ad Menelaū loquentē introducit. & poeta noſter tertio huius operis lib. quo loco Narciſſi mortē exponit, ſic inquiens: Planxere ſorores Naiades & ſectos fratri impoſuere capillos. Ac Statius (ut ceteros poetas prætercam) in ſyluis non ſemel: quamuis fere ſemper deprauatus. {Cum Cecropio Eumolpio} Eumolpū Cecropiū uel Athenienſem potes interpretari, ut poeta a Diodoro diſſentiat, qui Ægyptium facit; & a Pauſania, qui Thracium putat. uel qui Athenas uenit habitatū: in quo omnes conſentiunt. uel genus a Cecrope ducentem per matrem. quæ Erechthei pronepos ex filia erat. Lege Hecatoſtys primæ collectaneorum capite 37. {Induiturq; aures lente gradientis aſelli} triplicem rationē afferri inuenio, cur Midas aſini aures habuiſſe dicatur. alii .n. acutiſsimi eū auditus fuiſſe inquiunt, ut aſini eſſe dicuntur, q ꝑter murē aīalia cetera auditu præcedāt. alii pagū Phrygię ab ipſo habitatum aſſerunt, cui nomen ὄνου ὦτα. i. aſini aures

res inditũ fuerit. alii cõplures illi exploratores fuiſſe teſtãtur, q oĩa quæ in regione illa dicerẽtur aut fierent, diligenter inquirerent. auctor Ariſtophanis cõmentator in Plutum.

{Quam dura ad ſaxa reuinctam} ſcopulum dicit, cui nomen ex re poſtea fuit Agamea, ut Stephanus ſcribit auctore Hellanico. quod nomen innubus interpretabitur. eo quòd Heſione uiro adhuc non copulata cero fuerit in ipſo expoſita. γάμους enim nuptias Græci appellant.

{Nec pars militiæ Telamon ſine honore receſsit} nõ ab re Telamonis fit mẽtio, qm̃ cõſtat eum Herculi aſsiduũ fuiſſe comitẽ, & in multis certaminibus unà cum eo pugnaſſe. nec ſolũ in Iliũ nauigaſſe, ſed in Amazonas fuiſſe auxilio, ac Alcyoneũ interemiſſe ut Pindarus ſcribit. Theocritus magnam inter eos amicitiã fuiſſe demõſtrat, cũ ait: οἱ μίαν ἀμφω ἑταῖροι αἐι δ᾽αίνυντο τράπεζαν. Vnà ambo ſocii ſemper comederunt ad menſam. ſi tãta igitur Herculi fuit cũ Telamone amicitia, non mirum ſi ei potius q̃ alteri donauit Heſionen.

{Donec ſua membra teneri ſenſit} in ſepiæ formam mutata hæc nympha legitur deprenſa a Peleo.

{Velamenta manu prætendens ſupplice} ramũ intelligit lauri uel oleæ lana circumuolutum. quo legati & caduceatores utebantur. Lege primæ collectaneorũ hecatoſtys cap. 33.

{Et Peleus comiteſq; rogat} reſtitue, Peleuſq; comiteſq;. nec te moueat, q̃, copulatiua cõiunctio elongata, qm̃ ratione & auctoritate defenditur, ut ſupra retulimus.

{Patriæ nõ degener artis} quia Mercurius pater furtorũ inuẽtorq; dr̃. Lege Horatium 1. carminum, & hunc poetã quinto Faſt. ac ſecundo huius operis lib.

{Carmine uocali clarus citharaq; *Philemon} ſcribo Philœmon cũ diphthõgo in media ſyllaba, ut ſit nomẽ ab arte deductũ. φίλος.n. amicus, οἴμη cãtus dr̃. unde amator cantus interpretabitur. quòd hoc poetæ uerſu datur cognoſcere.

{Indefragore graui ſtrepitus} corrigo, Strepitans, ex ueteri codice. licet illud nõ improbem. Item ex eodẽ lego,

{Interea fratriſq; ſui} qui mutatus fuit in accipitrem, neq; enim filiæ mortem prodigium appellauerim.

{Fratremq; ſecutis prodigiis} prodigia dicit lupi armenta uaſtantis, non fratris mutationem. nam ſupra (ut diximus) eam ſignificauit.

{Inuia cũ Phlegyis faciebat delphica Phorbas} hũc Phorbãta nõ eũ eſſe dixerim, quẽ Iginus Triopæ (cuius ſupra meminimus) ex Hyſocle Mirmydonis filia, Diod. in 5. Lapithi & Euriones filiũ tradit: q̃a is amicus fuit Apollinis, ut apud eũdẽ Diod. in 6. & Iginũ in Ophiucho licet intueri. niſi quis hunc & illũ eũdẽ eſſe dixerit: & Apollini poſt uitiatã Coronidẽ Phlegyæ filiã factũ inimicũ uoluerit, Phlegyas ſanè (q & Phlegyes & Phlegys ẽt declinatur teſte Stephano) Martis & Chriſes filius fuit, ac Theſſaliæ rex. a quo Phlegyæ eius regionis incolæ ſunt noiati. is ob acceptã iniuriã (quam diximus) Apollinis in Parnaſſo, tẽplũ cõbuſsit: Phlegyamq; ciuitatẽ in Bœotia condidit. Lege Seruium in 6. Æneidos ac Stephanum. quorũ poſterior etiã tradit Phleygas in Æthiopia populos fuiſſe, q deorum cultus & leges inuenerunt.

{Ante tamen cunctos Iunonis templa colebat} quia matrimonio præſidet. ut, Iunonemq;, toris quæ præſidet alma maritis. unde pronuba cognominatur.

{Ambo Alite mutantur} hanc fabulã a Nicandro Ouidium accepiſſe ait Probus in primum Georgicorum.

{Fertur Alyxothoe} emẽdo Alyzothoe, ideſt uelociter fugiens, ut ſit cõueniens nymphæ nomen, & a currendi celeritate deductum. ἀλύζω enim fugio. θοὸς uelocem ſignificat.

{Ego ſim ſceleratior illo} ſi ſim legimus, hemiſtichiũ hoc ſequẽti uerſui applicabim', & ita legemus, ut aliqui codices habent: Ni tibi morte mea mortis ſolatia mittam. ſi aũt ſum (ut in aliis codicib' ſcribitur & placet magis) a fine hemiſtichii ſenſus cõcluder̃, & in ſequẽti carmine q nõ, Ni ſtatuem'.

HENR. GLÂR. AN. IN LIB. XI.

*Quæ poſtq̃ rapuere feræ, cornuq; min. Diuulſere.*

Diuulſere exponit Raphael dilacerauere, ego malim ab aratro auulſere, exponere.

*Quippe pedũ digitos, inquantum eſt quæq; ſec. Traxit.* Oppido obſcurus ſenſus. utrum aũt Traxit, de Baccho ſimiliter intelligendum, ut ligauit: an de ſingulis Bacchi fœminis: ſed illud, Inquantum eſt quæq; ſecuta, non minus me ſollicitum habet, nec planè a me intelligitur.

*Vade, ait, a magnis uicinum Sardibus amnem.*

Herodotus lib. 5. ait Pactolũ amnẽ mediũ forum Sardium interfluere. Strab. aũt lib. 13. inquit, Tmolum montem Sardiũ urbi imminere, ac ex eo fluere Pactolũ in Hermũ. quapropter ſi Bacchus ad Tmolũ Pactolũ erat, ut paulo ante poeta teſtatus eſt, Sardibus haud dubie erat. mirũ igitur non immerito uideri poteſt, quẽ nã fluuium hic inuenire uideatur poeta. ſed ego Pactolum intelligo propter auri ramẽta. at illud uicinũ cũ Herodoto non conuenit, qui perfluere Pactolum ait urbem Sardeis. quidã Cayſtrũ exiſtimarunt Sardibus uicinum, ut habet Ptolemæi pictura. ſed codex errat, ut puto.

*Suſtinet a læua, tenuit manus alt. plectrum.*

Ex hoc loco manifeſte percipitur q̃d ſit lyra, q̃d plectrũ. Lyra oĩs hodie uel trichordos eſt uel tetrachordos, uel hexachordos. ipſæ fides certis interſtitiis filo ſignatis, tãguntur, a ſiniſtræ manus digitis. porrò chordæ plectro. i. arcu, quem dextra tenet manus, p̃cutiuntur aut uerruntur potius. ea itaque interſtitia faciunt ut tota diſdiapaſon conſonantia etiam trichordo haberi queat. at de hac re alias dicemus.

*Prodidit agricolam.*

Videndũ ẽt atq; ẽt quõ accipiat uerbum, p̃didit hoc in loco. lucus.n. prodidit regẽ Midam agricolis, nõ ipſos agricolas. Raphael per agricolã intellexit regis famulum tonſorẽ, q̃d' apud agrum effoderat. quod neſcio ſit'ne ſequendum.

*Adijcis huic animo monumenta potentia.*

Idem Raphael illud, huic aio, ad Ceycẽ retulit, quaſi diceret noſtro per ſe benigno, ac liberali: ſed difficultatẽ facit q̃d' ſubiungitur, Nec tp̃a perde precando. ita ut locum ſuſpicer nõ oĩno purũ, ut huius poetæ & diligẽtia & ingeniũ requirit.

*Incommendataq; tellus*
*Omnis & omne fretum.*

Quod nobis cõmendatum eſt, curæ nobis eſt. tellus igitur ac fretum incommendata ſunt uentis, q̃ eis minime ſint curæ, quippe a quibus perturbentur ac uaſtentur.

*Iamq; labant cunei, ſpoliataq; tegmine ceræ.*

Idem Ceræ diligenter expoſuit picis qua naues integuntur. uellem ita Cunei expoſuiſſet.

*Naufragio interiit, uidi, agnouiq;, manuſq;*
*Et diſced.*

Latinitas poſtulat, ut poſt Agnouiq; diſtinguatur, & Manuſq; cõiungamus cum, & diſcedentem cupiens retinere.

*—Et quærit, ueſtigia ſi qua ſuperſint.*

Hæc ſunt poetæ uerba de Halcyone, mira me Hercle phãtaſia, quaſi quæ ueſtigia adhuc monſtrare uelit, ſtatimq; non inuentis exclamat, Hoc erat, p̃ apoſtrophẽ plenã querelarũ.

*Mane erat, egreditur tectis ad littus.*

De quo litore loquatur incertum. neque enim Trachin propè mare erat. ſed nunc deſinam, toties hoc conatu illuſus, de his, quærere in fabulis.

*Proximus aut idem ſi fors tulit.*

Raphael exponit aliquis proximus aut forte idẽ ſenior, ſed omnino illud, ſi fors tulit, lectorẽ remoratur, quod poſitum pro fortaſsis exiſtimat. Eraſ. Roterod. nec eſt dubiũ quin illud Homeri exprimere uoluerit, quod toties in Iliade eſt atque in Odyſſea ὧδε δέ τις εἴπεσκεν.

*Fertur Alyxothoe gracili conata bicorni.*

Itẽ bicorne ait eſſe inſtrumentum ruſticum. quod ſi uerũ eſt, ego planè huius loci ſenſum nõ percipio. niſi quod parturientes ſolent, ſi nemo nitentibus adſit, ad aliquid fulciri.

*Aſpicit Heſperien patria Cebrenida ripa.*

Eperiẽ legit Raph. Ceterũ Cebrenida p̃ ſecundã uocalẽ e legendum eſt, non Cebrinida. Multa de Cebreniis Strabo lib. 13. differit.

P. Ouidii

# P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER DVODECIMVS.



ARGVMENTVM.

ARG. Agamemnon, Atrei & Europes filius, dux Achiuorū, cū in Aulide Ioui ſacra miniſtraret, conſpexit draconem in arbore, quæ impendebat aræ, lapſum ad nidum uolucris: cuius 8. pullis conſumptis a ſerpente, nouiſsime circumuolantem matrem deuorauit: deinde conuerſus in ſaxum eſt. quorum prodigio Calchas Theſtoris filius augur reſpondit per nouem annos in Troade dimicaturos: decimo aūt Ilio eos potituros. fertur aūt portus Bęotiæ hic eſſe, ubi mille naues aduerſis tempeſtatibus ſtetiſſent. morantibus.n. Achiuis, reſpondet a Calchante, nō ante claſſes poſſe moueri, ꝙ Iphigeniā pater immolaſſet. quæ cum pro re communi ad aram eſſet applicata, inter ſacrificium obductis nubibus a Diana rapta eſt, in fineſq; Tauricos trāſlata, & pro ea ſuppoſita cerua.

NEſcius aſſumptis Priamus pater Aeſacon alis
Viuere, lugebat: tumulo quoque nomen habenti
Inferias dederat cum fratribus Hector inanes.
Defuit officio Paridis præſentia triſti,
Pòſtmodò qui rapta longum cum coniuge bellum
Attulit in patriam: coniurataq; ſequuntur
Mille rates, gentiſq; ſimul commune Pelaſgæ.
Nec dilata foret uindicta, niſi æquora ſæui
Inuia feciſſent uenti, Bœotaq; tellus
Aulide piſcoſa puppes tenuiſſet ituras.
Hîc patrio de more Ioui cùm ſacra paraſſent,
Vt uetus accenſis incanduit ignibus ara,
Serpere cæruleum Danai uidere draconem
In platanum, cœptis quæ ſtabat proxima * ſacris. aſtris.
Nidus erat uolucrum bis quattuor arbore ſumma:
Quas ſimul, & matrem, circum ſua damna uolantē,
Corripuit ſerpens, auidaq; recondidit aluo.
Obſtupuere omnes. at ueri prouidus augur
Theſtorides, Vincemus, ait, gaudete Pelaſgi:
Troia cadet; ſed erit noſtri mora longa laboris.
Atque nouem uolucres in belli digerit annos.
Ille, ut erat uirides amplexus in arbore ramos,
Fit lapis, & ſeruat ſerpentis imagine ſaxum.

RAPH. NESCIVS aſſumptis} quę tempore belli Troiani factæ ſunt Metamorphoſeis, hoc libro ferè deſcribit poeta: ac primū Draconis tranſmutationē, qui pullos cum matre apud Aulidem ſpectantibus Græcis deuorauit, perſpicue exponit. nā cū mille Græcorū Helenā repetentiū naues ad Aulidem conueniſſent, ac Ioui ſacrificare Græci uellent, ecce ſerpens platanum arę imminentē aſcendit, ac primū pullos octo, qui adhuc in nido erant, deinde circumuolantem matrem deuorauit. quod quidem cum alii admirarentur, Calchas ex eo collegit bellū nouem annos duraturum, ac decimo demū anno Troiam captum iri. Ceterum ſerpens ille ad perpetuam rei memoriam in ſaxum a diis fuit commutatus. {Neſcius aſſumptis} more ſuo poeta cōcinne & librum libro connectit, & quædam prænarrat, quo commodius (quam dixi) Draconis Metamorphoſin in ſaxum exponat. Serpens in ſaxū. {Tumulo quoque nomen habenti} cenotaphio in quo nomen ſine corpore erat inſcriptum. {Inferias dederat} ſacrificia fecerat. nam inferiæ dicuntur ea ſacrificia, quæ inferis & mortuis fiunt. hæc autem a poeta narrantur, ut hunc librū cum ſuperiore aptius connectat. {Paridis præſentia} periphraſis eſt. Paris enim defuit exequiis Æſaci fratris. nam in Græciam ad rapiendam Helenam nauigarat, quam Venus ipſi pollicita erat, cum iudex electus ſuper trium dearum pulchritudine, Iunonis, Palladis, & Veneris, pro Venere ipſa ſententiam tulit, ut in laudatione Helenes Iſocrates narrat. orta nanq; inter illas deas contentione de pulchritudine, Alexander, qui Paris fuit cognominatus, Priami filius, iudex fuit cōſtitutus. cui quidem cum Iuno polliceretur ſe totius Aſiæ regnū conceſſuram; Pallas uero ipſum inuictum in bellis effecturam; Venus aūt Helenam mulierum omnium pulcherrimam: pro Venere, ut Helena potiretur, iudicauit. {Poſt modo} poſtea. {Longum bellum} decem nanque annos durauit. {Cum coniuge} Helena. {Commune gen. Pelaſgæ} concilium totius Græciæ. {Inuia} innauigabilia. {Aulide piſcoſa} Aulis urbs eſt Bœotiæ Chalcidi finitima ab Aulide Euonymi filii Cephiſi filia cognominata. {Piſcoſa} piſcibus abundante. {Tenuiſſet} retinuiſſet, remorata fuiſſet. {Incanduit} calefacta fuit. {Cæruleum draconem} nigrum. {Quæ ſtabat proxima} quæ imminebat ſacrificiis cœptis. {Theſtorides} Calchas Theſtoris filius. {Circum ſua damna} circum ſua pignora, quæ cum maximo ſuo dāno, deuorari a dracone uidebat. {At nouē uolucres} ordo eſt, & ſenſus: Atque Calchas digerit & diſtribuit nouem uolucres, & aues in nouem belli annos. [Tota hæc fabula deſcribitur ab Homero lib. 2. Iliados, qui auem ipſam paſſerem uocat, non aquilam, ut ſupra Lactantius in argumento. ita enim inquit:

Ἔνθα δ' ἔσαν ϛρουθοῖο νεοσσοὶ νήπια τέκνα
Ὄζῳ ἐπ' ἀκροτάτῳ πετάλοις ὑποπεπτηῶτες
Ὀκτώ, ἀτὰρ μήτηρ ἐνάτη ἦν, ἣ τέκε τέκνα.

Porrò autem quod ad Calchantem attinet, fuit hic uates Græcorum, genus ab Apolline ducens, ut ſcribit Pherecydes. fuit enim Idmon Apollinis filius ex Aſteria Coroni. (quanquam ſunt qui Abātis eundem dicant) hic cum Argonautis in Colchos nauigans, ab apro in Mariandinis periit interfectus, relicto filio Theſtore ex Laothoe coniuge. eius Theſtoris Calchas fuit, qui poſt excidium Troianum in Aſiam ueniens, & ibi a Mopſo uaticinandi certamine ſuperatus, ex mœrore periiſſe dicitur. cuius rei & Strabo meminit lib. 14. [Homerus primo Iliad. -τοῖσι δ' ἀνέϛη
Κάλχας Θεϛορίδης οἰωνοπόλων ὄχ' ἄριϛος
Ὃς ᾔδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα.]

Permanet Aoniis Nereus uiolentus in undis,
Bellaq; non transfert: & ſunt qui parcere Troiæ
Neptunum credant, quia mœnia fecerat urbis.
At non Theſtorides: neque enim neſcit'ue, tacet'ue,
Sanguine uirgineo placandam uirginis iram
Eſſe deæ. poſtquam pietatem publica cauſſa,
*Rexq; patrem uicit, caſtumq; datura cruorem
Flentibus ante aram ſtetit Iphigenia miniſtris:
Victa dea eſt, nubemq; oculis obiecit: & inter
Officium, turbamq; ſacri, uoceſq; precantum,
Suppoſita fertur mutaſſe Mycenida cerua.
Ergo ubi, qua decuit, lenita eſt cæde Diana,
Et pariter Phœbes, pariter maris ira receſsit,
Accipiunt uentos a tergo mille carinæ,
Multaq; perpeſſæ Phrygia potiuntur arena.
Orbe locus medio eſt inter terraſq;, fretumq;,
Cæleſteſq; plagas triplicis confinia mundi:
Vnde quod eſt uſquam, quamuis regionibus abſit,
Inſpicitur, penetratq; cauas uox omnis ad aures.
Fama tenet, ſummaq; *domum ſibi legit in arce:
Innumeroſq; aditus, ac mille foramina tectis
Addidit, & nullis incluſit limina portis.
Nocte dieq; patet: tota eſt ex ære ſonanti:
Tota fremit, uoceſq; refert, iteratq; quod audit.
Nulla quies intus, nullaq; ſilentia parte.
Nec tamen eſt clamor, ſed paruæ murmura uocis:
Qualia de pelagi, ſi quis procul audiat, undis
Eſſe ſolent; qualem'ue ſonum, cùm Iuppiter atras
Increpuit nubes, extrema tonitrua reddunt.
Atria turba tenet: ueniunt leue uulgus, euntq;:
Miſtaq; cum ueris paſsim commenta uagantur
Millia rumorum, confuſaq; uerba uolutant.
E' quibus hi uacuas implent ſermonibus aures,
Hi narrata ferunt aliò, menſuraq; ficti
Creſcit, & auditis aliquid nouus adiicit auctor.
Illic Credulitas, illic temerarius Error,
Vanaq; Lætitia eſt, conſternatiq; Timores,
Seditioq; recens, dubioq; auctore Suſurri.
Ipſa quid in cælo rerum, pelagoq; geratur,
Et tellure uidet, totumq; inquirit in orbem.

ARG. Cum fama per orbem Graiorum aduentus ad expugnandum Iliũ iſſet, & in Troade claſſes apparuiſſent, primus in congreſſu bellantium Proteſilaus Iphicli filius ab Hectore eſt interemptus, dehinc nouiſsime Cycnũ Neptuni filium, qui nullo telo interimi poterat, ab Achille occiſus eſt: cum enim diu in certamine uictoriæ contentio eſſet, & fruſtra in eum tela eminus Achilles iaceret, Menete Lycio prius interempto, stricto enſe perſequens, præcipitatum ſupra ſaxum eliſo gutture preſsit: qui priuſquam ſpoliaretur armis ab eo, Neptunus eius parens in uolucrem eiuſdem nominis contulit, ne nominis aboleretur perpetuitas.




RAPH. PERMANET Aoniis} Agamemnon ad bellum Troianum proficiſcens, cum apud Aulidem reliquos Græciæ principes expectaret, imprudens Dianæ ceruam occidit. quare dea irata in tantam tempeſtatem mare excitauit, ut Græcorum claſſis inde ſoluere non poſſet. cum autem etiam peſte laborarent, conſultus Calchas reſpondit, Dianæ iram Agamemnonio ſanguine eſſe placandam. tandem igitur Agamemnonis quoq; conſenſu adducta Iphigenia ad aras ut immolaretur, a Diana dicitur fuiſſe ſacerdoti ſubrepta, ac illius loco cerua ſuppoſita. {Bellaq; non transfert} è Græcia ad Troiam. {Quia mœnia fecerat urbis} nam unà cum Apolline muros urbis Troiæ ædificauit Neptunus. {Neque enim neſcit'ue tacet'ue} hoc eſt, & ſcit & ait uirginis ſanguine Dianam eſſe placandam. {Virginis deæ} Dianæ. {Publica cauſſa} publica utilitas. {Rexq; patrem} hoc eſt, officium regis pietatem patris expugnauit. {Mycenida} Iphigeniam Mycenæam. Mycenæ autem urbs eſt Peloponneſi, a Mycenæo, Spartonis filio, ac Phoronei fratre dicta. {Ergo ubi} ut Cygni Neptuni filii, cuius corpus nulla ex parte poterat uulnerari, Metamorphoſin cum ſuperiore connectat poeta, multa prænarrat, ac primum Famæ aulam deſcribit, deinde aduentum Græcorum ad litus Troianum, tum Proteſilai cædem, qui primus egredi in litus Troianum auſus, ab Hectore fuit interfectus. {Phœbes} Dianæ. {A tergo} a puppi. {Phrygia arena} litore Troiano. {Orbe locus medio} Famæ ædium elegans deſcriptio. {Triplicis mundi} in treis parteis diuiſi, cælum, mare, & terram, ſiue tribus partibus conſtantis, cælo, aqua, & terra. {Vſquam} aliquo in loco. {Abſit} diſtet. {Regionibus} regionum multarum ſpatio. {Fama tenet} habitat. {Famam autem incorpoream, tanquam corpus habentem, deſcribit. {Legit} elegit. {Summa in arce} in arcis ſummitate. {Innumeros aditus} innumerabiles, & infinitos ingreſſus. {Et nullis incluſit limina portis} ianuas ædium Famæ ſemper ait patere, nec unquam claudi, cum nullæ inſint. {Qualia de pelagi} qualia, inquit, eſſe ſolent murmura ab undis pelagi uenientia. {Increpuit} crepare & ſtrepere fecit. {Commenta} ficta. ſic Virgilius,

Tam ficti, prauiq; tenax,
quàm nuntia ueri,

{Confuſa} obſcura, quæ difficulter percipi poſſunt. {Vacuas aures} otioſas. {Illic Credulitas} Famæ comites enumerat poeta. {Cõſternatiq; timores} ab effectu, quod conſternatos, atque perturbatos homines reddant. {Seditioq; recens} nouus tumultus. {Suſurri} murmura. {Ipſa quid in cælo} Fama, inquit, omnia, quæcunq; in mundo aguntur uidet. {In totum orbem} de iis, quæ in toto orbe aguntur.

Iphigenia in ceruam.

Famæ domus deſcriptio.

Rexq;

locum

{Fecerat

FEcerat hæc notum, Graias cum milite forti
Aduentare rates: neque inexpectatus in armis
Hoſtis adeſt: prohibentq́; aditus, littusq́; tuentur
Troës: & Hectorea primus fataliter haſta
Proteſilae cadis: commiſſaq́; prælia magno
Stant Danais, forteſq́; animæ, nec cognitus Hector,
Nec Phryges exiguo, quid Achaica dextera poſsit,
Sanguine ſenſerunt. & iam Sigæa rubebat
Littora; iam letho, proles Neptunia, Cycnus
Mille uiros dederat; iam*curru ſtabat Achilles,
Totaq́; Peliacæ ſternebat cuſpidis ictu
Agmina: perq́; acies aut Cycnū, aut Hectora quærēs,
Congreditur Cycno. decimum dilatus in annum
Hector erat. tum colla iugo canentia preſſos
Exhortatus equos, currum direxit in hoſtem:
Concutienſq́; ſuis uibrantia tela lacertis,
Quiſquis es, O' iuuenis, dixit, ſolamen habeto
Mortis, ab Aemonio quòd ſis iugulatus Achille.
Hactenus Aeacides. uocem grauis haſta ſecuta eſt.
Sed quanquàm certa nullus fuit error in haſta,
Nil tamen emiſsi profecit acumine ferri:
Vtq́; hebeti pectus tantummodo contudit ictu.
Nate dea (nam te fama prænouimus) inquit
Ille, quid a nobis uulnus miraris abeſſe?
(Mirabatur enim) non hæc, quam cernis equinis
Fulua iubis, caſsis, nec onus caua parma ſiniſtræ
Auxilio mihi ſunt: decor eſt quæſitus ab iſtis.
Mars quoq; ob hoc capere arma ſolet. remouebitur oē
Tegminis officium: tamen indiſtrictus abibo.
Eſt aliquid non eſſe ſatum Nereide: ſed qui
Nereaq́;, & natas, & totum temperat æquor.
Dixit: & hæſurum clypei curuamine telum
Miſit in Aeaciden, quod & æs, & proxima rupit
Terga nouena boum, decimo tamen orbe moratū eſt.
Excipit hoc heros: rurſusq́; trementia forti
Tela manu torſit: rurſus ſine uulnere corpus,
Sincerumq́; fuit. nec tertia cuſpis apertum,
Et ſe præbentem ualuit * diſtringere Cycnum.
Haud ſecus exarſit, quàm circo taurus aperto,
Cùm ſua terribili petit irritamina cornu
Phœniceas ueſtes, eluſaq́; uulnera ſentit.
Num tamen exciderit ferrum, conſiderat, haſtæ.

[RAPH.] FECERAT hæc no.} uulgauerat. {Hoſtis adeſt} hoſtes adueniunt. {Fataliter} ex fatorū lege. {Proteſilae cad.} Proteſilaus *Iſiphili, [Iphicli] fuit filius, ac Laodomiæ, Acaſti filiæ, maritus qui Græcorū primus in litus Troianum egredi auſus, ab Hectore fuit interfectus. [Idq; fataliter, ut ſupra dixit. reſponſum enim fuerat Achiuis, ut & Higynus annotauit, eum, qui primus litora Troianorum attigiſſet, periturum. fabulam autem deſcribit Homerus Iliad. 2. his uerſibus,

Τῶν δ' αὖ πρωτεσίλαος ἀρήϊος ἡγεμόνευε
Ζωὸς ἐών, τότε δ' ἤδη ἔχε κατὰ γαῖα μέλαινα.
Τοῦ δὲ καὶ ἀμφιδρυφὴς ἄλοχος φυλάκῃ ἐλέλειπτο
Καὶ δόμος ἡμιτελής, τὸν δ' ἔκταρε δάρδανος ἀνήρ.
Νηὸς ἀποθρώσκοντα πολὺ πράτιστον Ἀχαιῶν.

Quòd aūt hic ab Hectore occiſus dr̄, id alii uariant: quidā .n. ab Æneа occisū uolūt, qdam ab Achate, Æneæ ſocio, alii ēt ab Euphorbo, ut eodē loco annotat Cōm. Proteſilaum porro dictū ait Higynus, eo qđ primus Græcorum periiſſet, cum antea Iolaus diceretur. huius pater Iphiclus fuit, curſus uelocitate ac leuitate celebris, ut qui pedibus ſupra ſummas ariſtas decurreret, neque ſpicas earum læderet, aut infringeret, Iphicli aūt Phylacus. unde & Phylacides alibi dicitur Proteſilaus ab auo uidelicet paterno nō a loco. dicitur autem idem etiam ab inferis commeatu in triduum impetrato, rediiſſe in uitam uxoris Laodamiæ precibus. quā rem Lucianus tractat in dialogis inferorū, & diuinos poſtea honores conſecutus, Eleunte in Cherſoneſo, ut Pauſa. in Atticis tradit.] {Stant magno} [distinguere] conſtant, quia fortiſsimū uirum amiſerūt. {Forteſq; animæ} cōſtat uerbum eſt ſubaudiendum. {Nec cognitus Hector} conſtat magno ſubaudiatur. eſt enim ordo & ſenſus, & Hector nō cognitus magno cōſtat Græcis. ſi enim cognitus fuiſſet, facile illum uitaſſet Proteſilaus. {Achaica dextera} Græcorum uires, quamuis ad Achillem & Aiacem alludere uideatur, qui multos ex Troianis interfecerunt. {*Signata} infecta ſanguine ſubaudiatur. {Proles Neptunia Cygno} tandem ad Cygni Metamorphoſin, id quod a principio libri intendebat poeta, peruenit. nam Cygnus, Neptuni filius, quòd dono patris nullo ferro poſſet uulnerari, Achillis impetum expectare auſus eſt, a quo ſæpius haſta fruſtra percuſſus, cum ferri acies corpore illius retunderetur, tandem correptus, & ſtrangulatus eſt. quem cum Achilles ſpoliare uellet, arma ſine corpore fuiſſe relicta animaduertit, nam pater Neptunus illū in auem Cygnū iam commutarat. {Stabat} [currus] erectus erat. {*Achillis} Achilles aūt Pelei & Thetidis fuit filius, dictus uel ἀπὸ τοῦ ἄχος λύειν, hoc eſt, a ſoluendo dolore, medicus enim fuit, a Chirone medicinam doctus, uel ἀπὸ τοῦ ἄχος ἰλιεῦσιν ἐπενέγκειν, hoc eſt, ab inferendo Ilienſibus dolore, uel a particula priuatiua, & χίλος, hoc eſt, cibo. neque enim lac guſtauit prorſus, ſed medullis ceruorum a Chirone nutritus fuit. unde (ut inquit Euphorion:) a Myrmidonibus Achilles fuit nominatus. {Peliacæ cuſpidis} Pelias haſta Achillis dicta eſt a Pelio monte, ex quo fuerat reciſa, unde Peliacus declinatur.
[Peliadis deſcriptio eſt apud Homerum Iliad. 15.

Ἔγχος δ' οὐχ ἕλετ' οἶον ἀμύμονος αἰακίδαο
Βριθὺ, μέγα, σιβαρόν, τὸ μὲν οὐ δύνατ' ἄλλος ἀχαιῶν
Πάλλειν, ἀλλά μιν οἶος ἐπίστατο πῆλαι ἀχιλλεύς
Πηλιάδα μελίην τὴν πατρὶ φίλῳ πόρε χείρων
Πηλίου ἐκ κορυφῆς φόνον ἔμμεναι ἡρώεσσι,]

{Equos preſſos colla canentia} hoc eſt, preſſa & onerata iugo colla albentia habentes. eſt enim ſynecdoche maxime huic poetæ familiaris. {Hactenus Æacides} locutus eſt, ſubaudiatur. {Vt hebeti} tāquam hebeti & obtuſo, non autem acuto. {Caſsis} galea. {Caua parma} conuum ſcutum. {Decor} pulchritudo, ornamentū. {Mars quoque ob hoc} propter decorem, ut ornatus uideatur, non autem ut ꝓtegatur. {Indiſtrictus} inuulneratus. {Eſt aliquid} modeſte genus ſuum oſtētat Cygnus, ac matri Achillis anteponit. {Nereide} Thetide nympha, Nerei filia. {Sed qui Nereaq;} ex eo ſubaudiatur. eſt autem Neptuni periphraſis. {Terga nouena} nouem terga & pelles. {Decimo orbe} decimo tergore. {Moratum eſt} retentum eſt, atq; remoratum. {Sincerumq; fuit} integrum. {Apertum} nudatum. {Et ſe præbentem} ſe haſtæ opponentem. {Diſtringere} uulnerare. {Circo aperto} ſpatioſo. in circo autem uenationes exhibebantur. {Phœnicias ue.} purpureas, quibus maxime agreſtes tauri in arena iritabātur. [Hos noſtrū uulgus Bubalos hodie uocat. hi enim colorem puniceum, aut rutilum non ferunt, eumq́; geſtantes impetunt. iritari autem ſolebant & pilis inde factis. Hinc Martialis lib. 1.

Qui modo per totam flammis ſtimulatus arenam,
Suſtulerat raptas taurus in aſtra pilas.
& rurſum;
Nanque grauem gemino cornu ſic extulit urſum,
Iactat ut impoſitas taurus in aſtra pilas.]

{Eluſa} irrita & uana.

[Salutatio, cui ſubeſt tacita ironia, Ecuſtra iacias tuos parentes deos, cū & ego diis genitus ſim.]

Ceterum

COEL. RHOD. CETERVM, quia de pilis ſermo eſt, aſtruit poetæ illius acutus interpres, ut de eo meum ſemper fuit iudiciū, & bene doctus quoq;, etiā ſi naſutiores multi, ſubditis equo calcaribus, laxis habenis toto in illū feruntur impetu, & altius genuinū infigunt, ab hac pilarū ſimilitudine ueſtes, quæ in ſpectaculo tauris obiicerentur irritandis, pilas item fuiſſe nuncupatas, quòd a tauris peterentur, tanquam effigies hominū. Vel, inquit, pilæ dicebantur, ꝙ in globum & luſoriæ pilæ ſpeciem conuolutæ iactabantur: quanquam rudis antiquitas, ut Pedianus auctor eſt, homines è ſtramine formaret ad eum uſum. Poſtea, inquit, luxus in tantum auctus eſt, ut ueſtes etiam purpureæ obiicerentur. Quod duodecimo Metamorphoſeon ſignificaſſe Ouid. quoque uidetur, quum ita canit,

Haud ſecus exarſit, quàm circo taurus aperto,
Cum ſua terribili petit irritamina cornu,
Phœnicias ueſtes, eluſaq; uulnera ſentit.

Sed ut nos ex multiiuga lectione cultius aliquid aucupemur, quod ingenioſus enarrator minus aduerterit, cuius fiducia haud quaquam in aurem utranque dormiendum, ſed peruigilatè ſemper excutiendi poetarum ſenſus, quibus ille multum intulit claritatis, quum alioqui Heracliti tenebris obuoluti, plurimis iacerent incogniti, & inſciti: quod ſanè uelut auri coronarii laxamentum dixeris, eminentis ingenii fertilitate condonatum: ſubeſt ſemper ferè intercutaneæ eruditionis aliquid, quod non niſi Linceo conſpexeris, ueluti in eo (quod ait) nimio luxu inſtitutum, ut Phœniceæ ueſtes coniicerentur ad taurorum irritationem. Id uero minus ueritate connititur. nam ex natura rerum oborta conſuetudo eſt, quam & iureconſultus Vlpianus Digeſtis de furtis non ignoraſſe uidetur, ubi ait: Cum eo, qui pannum rubrum oſtendit, fugauitq; pecus, ut in fures incideret, furti actio eſt. hoc & in Inſtitutionibus relatum inuenies De obligationibus, quæ ex delicto naſcuntur. quod ut uerum ſcias, audi quid doctiſsimus ille Plutarchus in oratione, qua connubialia contexuit præcepta, ad hoc ipſum pertinentia memoriæ mandanda cenſuerit. Qui elephantis, inquit, ſe admouent, ueſtem claram non geſtant, nec puniceam: qui tauris, quòd huiuſmodi coloribus illa animalia maxime efferantur, ſicuti tigres in tantum aguntur furorem ſonitu tympanorum, ut ſemet ipſas dilanient: feles olfactu odoramētorum perturbari & furere, traditur. Idem porrò Plutarchus in libro de Alexandri fortuna, liquidius etiamnum tauros phœniceis irritari efferariq; ſcribit, elephātes uero albis.

Hærebat ligno: manus eſt mea debilis ergo?
Quasq;, ait, antè habuit uires, effudit in uno?
Nam certè ualuit, uel cùm Lyrneſia primùm
Mœnia deieci, uel cùm Tenedonq;, ſuoq;
*Aeetioneas impleui ſanguine Thebas:
Vel cùm purpureus populari cæde Caycus
Fluxit, opusq; meæ bis ſenſit Telephus haſtæ.
Hîc quoque tot cæſis, quorum per littus aceruos
Et feci, & uideo, ualuit mea dextra, ualetq;.

RAPH. ERGO} affectui & indignationi ſeruit hæc dictio ergo. indignatur enim Achilles, quòd Cygnus acuta haſtæ cuſpide uulnerari non poſsit. cū maxima uerò indignatione in dextræ ſuę debilitatē cauſſam refert. {Lyrneſia mœn.} Lyrneſus urbs Troadis, quam Græci diripuerunt, unde Briſeida rapuit Achilles. [Homerus Iliados 2.

Κεῖτο δ' ἐν νήεσσι ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς,
Κούρης χωόμενος Βρισηΐδος ἠϋκόμοιο.
Τὴν ἐκ Λυρνησσοῦ ἐξείλετο πολλὰ μογήσας,
Λυρνησσὸν διαπορθήσας καὶ τείχεα Θήβης.
Κὰδ δὲ Μύνητ' ἔβαλεν, καὶ Ἐπίστροφον ἐγχεσιμώρους,
Υἱέας Εὐηνοῖο Σεληπιάδαο ἄνακτος.

quo loco commentator addit Mynetem fuiſſe coniugem Briſeidis. [Vel cum Tenedonq;] Tenedos inſula eſt, e regione litoris Troiani, ut & Virgilius 2. Æneidos meminit. hæc a Tenne Cygno nominata dicitur, cum antea Lycophrys uocaretur. nam Cygni (eius de quo hic Ouidius agit) duo liberi fuere, Tennes & Leucothea. mortua autē eorum matre, Cygnus nouercam illis induxit, Phylonomen, ſiue, ut alii, Polybœam nomine. hæc cum amore & libidine in Tennem accenſa ferretur, de ſtupro illum appellauit: ſed Tennes, a ſcelere abhorrens, ſollicitātem repudiauit. quare illa metu ne proderetur, Tennem apud patrem præuertit, ultroq; illum detulit, quaſi qui ſe temerare uoluiſſet. Cygnus itaque in filium ira commotus, capſæ incluſum in mare abiecit: ſed Neptunus caſtitate adoleſcentis, & itē ꝙ nepos ipſius eſſet, adductus, capſam Lycophryi inſulæ appulit: quā incolæ uidentes, & aperiētes, Tennē, cognito eius caſu, regē inſulæ cōſtituerūt, ipſamq; Lycophryn, de nomine eius Tenedū appellarunt. auctor Cōm. Homer. 1. Iliad. Hanc aūt inſulā Græci ductu Achillis, ut & Lesbum, & uicina alia loca decēnali illo bello, incurſionibus uaſtarūt ac diripuerūt.] {*Solus Echionias} corrupte quidē ſic legitur eorū culpa, qui ſibi omnia permittunt in iis inuertendis, quæ in priſcis exemplaribus deſcripta nō percipiunt. cum enim quas nam Ouid. Æetionias Thebas uocaret, minus intelligerent homines & imperiti & temerarii, nō ſolum Æetionias in Echionias inuerterunt, ſed hoc quoque nomen Solus commodo ſuo aſcripſerunt, ignorantes Echionias Thebas in Bœotia eſſe, quæ pro Græcis contra Troianos ſteterunt, ut aperte in 2. Iliad. narrat Hom. Quas autem ſe iactat expugnaſſe Achilles in Cilicia, sūt Æetioniæ dictæ ab Æetione Andromaches patre, quē ab Achille interfectū, Thebemq; urbem Ciliciæ excelſam fuiſſe depopulatam, apud Homerum Andromache ipſa conqueritur. Thebæ autem multarum urbium eſt nomen. ſiquidem & in Ægypto, & in Bœotia, & in Cilicia & in Syria & in Ionia iuxta Miletum & in Attica & in Theſſalia Pthiōtide & in Italia Thebæ fuerunt. Thebæ ſanè Ciliciæ pro Troianis contra Græcos arma ſumpſerunt. legitur etiam Eetioneas. [Homerus Iliados 1.

*Solus Echionias.*

Ὠχόμεθ' ἐς Θήβην ἱερὴν πόλιν Ἠετίωνος
Τὴν δὲ διεπράθομεν, καὶ ἤγομεν ἐνθάδε πάντα. & Iliad. 6.
Ἀνδρομάχη θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἠετίωνος
Ἠετίων, ὃς ἔναιεν ὑπὸ Πλάκῳ ὑληέσσῃ
Θήβῃ Ὑποπλακίῃ, Κιλίκεσσ' ἄνδρεσσιν ἀνάσσων. & rurſum,
Ἤτοι γὰρ πατέρ' ἐμὸν ἀπέκτανε δῖος Ἀχιλλεύς,
Ἐκ δὲ πόλιν πέρσεν Κιλίκων εὖ ναιετάωσαν
Θήβην ὑψίπυλον, κατὰ δ' ἔκτανεν Ἠετίωνα, &c.

Ex hac autem urbe & Chryſeidem abduxere Græci Chryſæ ſacerdotis filiam, ut Iliados 1.

Ἐκ δ' ἕλον Ἀτρεΐδῃ Χρυσηΐδα καλλιπάρῃον,
Χρύσης δ' αὖθ' ἱερεὺς ἑκατηβόλου Ἀπόλλωνος.

Sunt autem Chryſeis & Bryſeis patronymica nomina, cum propria fuerint, alterius Aſtynome, alterius Hippodamia, ut Commen. ibidem annotat.] {Purpureus Caycus} fluuius eſt Myſię Caycus, quam regionem Gręci deuaſtarunt, ne Troianis ferre auxilium poſſet. {Cæde populari} occiſione populi ſui. {Bis ſenſit Telephus} Telephus Herculis fuit filius ex Auge nympha, qui expoſitus, a cerua dicitur fuiſſe educatus, robuſtusq; effectus Lyciis imperauit. Sentiens autem pro Troianis ab Achille quidē in femore fuit uulneratus, ſed a ſuis protectus mortem effugit. cum uero nulla remedia uulneri inuenirentur, Apollo conſultus, reſpondit, aliter non poſſe ſanari, niſi iterum ſe Achilli præberet uulnerandum. quod cum feciſſet, incolumis euaſit. hoc autem Plin. ad naturalem referēs rationē, ait, Ferri naturā ſtipticā eſſe, ideoq; medicos emplaſtris plagarum limaturā ferri adhibere ſolere. unde & Achilles, inquit, doctus a Chirone per decuſsionē ferri Telephi uulnus dicitur curaſſe. [Et rurſum lib. 34. c. 15. Eſt & rubigo ipſa in remediis, & ſic Telephū ꝓditur ſanaſſe Achilles, ſiue id ærea, ſiue ferrea cuſpide fecit. ita certe depingitur eam decutiens gladio.] [Porrò de Telephi uulnere idem Ouid. lib. 1. Remed.

Vulnus

Dixit: & antè actis ueluti malè crederet, haſtam
Miſit in aduerſum Lycia de plebe *Menœten,
Loricamq́; ſimul, ſubiectaq́; pectora rupit.
Quo plangente, grauem moribundo pectore terram,
Extrahit illud idem calido de uulnere telum,
Atq; ait: Hæc man° eſt, hæc, qua modò uicimus, haſta:
Vtar in hoc * iiſdem. ſit in hoc, precor, exitus idem.
Sic fatur, Cycnumq́; petit, nec fraxinus errat,
Inq; humero ſonuit non euitata ſiniſtro.
Inde uelut muro, ſolidaq; a caute, repulſa eſt.
Quà tamen ictus erat, ſignatum ſanguine Cycnum
Viderat, & fruſtra fuerat gauiſus Achilles.
Vulnus erat nullum: ſanguis fuit ille Menœtæ.
Tum uerò præceps curru fremebundus ab alto
Deſilit, & nitido ſecurum comminus hoſtem
Enſe petens, parmam gladio, galeamq́; cauari
Cernit, & in duro lædi quoque corpore ferrum.
Haud tulit ulterius: gladioq́; aduerſa reducto
Ter, quater ora uiri * capulo, & caua tempora pulſat:
Cadentemq́; ſequens inſtat, turbatq́;, ruitq́;:
Attonitoq́; negat requiem. pauor occupat illum,
Ante oculosq́; natant tenebræ, retroq́; ferenti
Auerſos paſſus, medio lapis obſtitit aruo.
Quem ſuper impulſum reſupino corpore Cycnum
Vi multa uertit, terræq́; affixit Achilles.
Tum clypeo, genibusq́; premens præcordia duris,
Vincla trahit galeæ: quæ preſſo ſubdita mento
Elidunt fauces, & reſpiramen, iterq́;
Eripiunt animæ. uictum ſpoliare parabat:
Arma relicta uidet: corpus Deus æquoris albam
Contulit in uolucrem, cuius modò nomen habebat.

ARG. Superato autem Cycno, inter epulas Achilles, ceteriq́; Achiui admirantur corporis duritiam, ꝙ toties haſta a corpore eius eſſet repulſa. quæ admiratio a Neſtore, ſene doctiſsimo, ſpecioſiore exemplo infirmatur. retulit enim ſua ætate Cænin Elatei filiam fuiſſe, quæ propter pulchritudinem a Neptuno compreſſa ſit, data uenia ob iniuriã, ut in uirum mutata nullo telo interfici poſſet. hic cum Pirithoi, Ixionis filii, nuptiis intereſſet, ducta Hippodamia, & Eurytus inter Centauros uino incitatus in nuptam nouam impetũ feciſſet, ceteri proſiluere Lapithæ, atq; Centauri nuptias frequentantes. ideoq́; cum maxima cædes eſſet exorta, plurimiq́; ex utraq; parte ob raptũ matronarum concidiſſent, inuiolabilis iſte reſtabat. ab uniuerſis, qui ex cæde reliqui fuerunt, nouiſsime impetu facto, cõgeſtiſq́; in eum arborum truncis, ſpiritum reddere coactus eſt. tamen illius non immemor deus Neptunus, a quo ſpecioſum munus acceperat, eum in uolucrem transfigurauit.

Hic labor, hæc requiem multorum pugna dierũ
Attulit, & poſitis pars utraque ſubſtitit armis.
Dumq́; uigil Phrygios ſeruat cuſtodia muros,
Et uigil Argolicas ſeruat cuſtodia foſſas,
Feſta dies aderat, qua Cycni uictor Achilles
Pallada mactatæ placabat ſanguine uaccæ.
Cuius ut impoſuit proſecta calentibus aris,
Et diis acceptus penetrauit in æthera nidor,
Sacra tulere ſuam. pars eſt data cetera menſis.
Diſcubuere toris proceres, & corpora toſta
Carne replent, uinoq́; leuant curasq́;, ſitimq́;.
*Non illos citharæ, *non illos carmina uocum,
Longaq; multifori delectat tibia buxi:
Sed noctem ſermone trahunt: uirtusq́; loquendi
Materia eſt: pugnas referunt hoſtisq́;, ſuasq́;:
Inq; uices adita, atque exhauſta pericula ſæpe
Cõmemorare iuuat. quid enim loqueretur Achilles?
Aut quid apud magnum potius loquerentur Achillẽ?
Proxima præcipuè domito uictoria Cycno

Vulnus, inquit, Achilleo
ꝗ quondã fecerat hoſti,
*Nemeten* Vulneris auxilium Pelias
haſta tulit.
Imperauit autẽ Telephus Myſis, quos Homerus, & poſt eum Calaber, Ceteos uocant, non Lyciis, ut Re- *idem* gius ſenſit, a Teuthrante rege, cuius filiam Argiopen uxorem duxerat, ſucceſſor ei terræ relictus, ut Diodorus auctor eſt lib. 5. & Pauſanias in Arcadicis, Pindarus ode quarta Iſthmiorum, τὶς γὰρ ἐσλὸν Τήλεφον τρῶσεν ἑῷ δορὶ καΐκου παρ' ὄχθαις. huius filius Eurypylus fuit, quem poſtea Neoptolemus ad Troiam profectum, occidit. Homerus Odyſſeæ 11.

Cycnus in auem ſui nois.

*capulo t. p.*

Ἀλλ' οἷον τὸν Τηλεφίδην κα-
τενήρατο χαλκῷ
Ἥρω' Εὐρύπυλον. πολλοὶ δ'
ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι
Κήτειοι κτείνοντο γυναίων εἵνε
κα δώρων, &c.

reliqua apud Calabrum uide libro ſexto.]

RAPH. ANTE actis} cædibus ante factis. {Plangente} percutiente. {Vtar in hoc idem} ego idem utar haſta eadem contra hunc Cygnum. {Fraxinus} fraxinea. {Non euitata} a Cygno, qui nihil illa offendebatur. {Solida caute} ſolido lapide. {Securum hoſtem} Cygnum nihil timentem, quia uulnerari non poterat. {Ferrum lædi} retundi. {Ter quater} ſæpius. {*Cedentem} retro ſubintelligatur. {Ruit} eruit. {Tenebræ natant} uolitãt: attonitus enim nihil proſpicere poterat. {Quem ſuper} anaſtrophe eſt, ſuper quem enim in ſoluta dicimus oratione. {Affixit terræ} proſtrauit. {Trahit} trahens ſtringit. {Elidunt} comprimunt. {Contulit in uolucrem} conuertit in uolucrem non nouam, ſed in quam Cygnus, Stheneli regis Ligurũ filius, caſu Phaetontis ſine fine dolens, fuerat commutatus, ut in ſecundo poeta narrauit. [Tres autẽ Cygni memorantur apud poetas, primus Neptuni filius, quem occidit Achilles, de quo hic Ouidius, & in Phocicis Pauſan. alter Stheneli filius, Ligurũ rex, de quo idem Ouidius ſupra lib. 2. & Pauſanias in

Cænis fœmina in uirũ, qui Ceneus dict° eſt.

*Nil nil*

Atticis mentionem facit, qui idem & Muſicum eundem fuiſſe dicit, atq; inde fabulæ locum datum. tertius autem Cygnus Martis filius fuit, quem Hercules ſingulari certamine apud Peneũ amnẽ ſuperauit & occidit. de quo idẽ Pauſanias eodem libro, & Heſiodus in Aſpide.] {Hic labor} deſcripturus poeta duplicem Cænei mutationem, nam ex fœmina in uirum, & ex uiro in auem eſt transfiguratus, ſacrificia, conuiuiaq́; Græcorũ principum, prœliumq́; Lapitharũ cum Centauris in Pirithoi nuptiis prænarrat. {Foſſas} caſtrorum. {Proſecta} exta. [Aˈ proſecando dicta, quòd in ſacris diis proſecabant, hoc eſt, ſeorſim & primitus reſecta adolebantur. Lucanus lib. 6.
-Si pectora plena
Sæpe dedi, & laui calido
proſecta cerebro.] uerſus ſonorus.
{Acceptus} gratus. {Nidor} odor proprie toſtarũ carnium. {Sacra tulere ſuã} ſacrificia habuere ſuã portionem. {Toris} in lectis. ſtratis nanque tribus lectis antiqui diſcumbebant. {Toſta carne} nam heroes elixis non ueſcebantur carnibus. {Multifori buxi} multa foramina habentis. hæc autem oblectamenta otioſorum & delicatorum ſunt, non fortium atque bellicoſorum. {Virtus} fortitudo. {Exhauſta} expugnata, ac ſuperata.

{Inuictum

In ſermone fuit. uiſum * mirabile cunctis,
Quòd iuuenis corpus nullo penetrabile telo,
Inuictumq; a uulnere erat, ferrumq; terebat.
Hoc ipſe Aeacides, hoc mirabantur Achiui:
Cùm ſic Neſtor ait: Veſtro fuit unicus æuo
Contemptor ferri, nulloq; forabilis ictu
Cycnus: at ipſe olim patientem uulnera mille
Corpore non læſo Perrhæbum Cænea uidi:
Cænea Perrhæbum, qui factis inclytus, Othryn
Incoluit. quoq; id mirum magis eſſet in illo,
Fœmina natus erat. monſtri nouitate mouentur,
Quiſquis adeſt, narretq;, rogãt. quos inter Achilles
Dic agè (nam cunctis eadem eſt audire uoluntas)
O' facunde ſenex æui prudentia noſtri,
Quis fuerit Cæneus: cur in contraria uerſus:
Qua tibi militia, cuius certamine pugnæ
Cognitus: a quo ſit uictus, ſi uictus ab ullo eſt.
Tum ſenior: Quamuis obſtet mihi tarda uetuſtas,
Multaq; me fugiant primis ſpectata ſub annis,
Plura tamen memini, nec quæ magis hæreat ulla
Pectore res noſtro eſt, inter belliq;, domuſq;
Acta tot. ac ſi quem potuit ſpatioſa ſenectus
Spectatorem operum multorum reddere: uixi
Annos bis centum: nunc tertia uiuitur ætas.
Clara decore fuit proles Elateïa Cænis
Theſſalidum uirgo pulcherrima, perq; propinquas,
Perq; tuas urbes (tibi enim popularis Achille)
Multorum fruſtra uotis optata procorum.
Tentaſſet Peleus thalamos quoque forſitan illos:
Sed iam aut contigerant illi connubia matris,
Aut fuerant promiſſa tuæ. nec Cænis in ullos
Denupſit thalamos, ſecretaq; littora carpens
Aequorei uim paſſa dei eſt: ita fama ferebat.
Vtq; nouæ Veneris Neptunus gaudia cepit,
Sint tua uota licet, dixit, ſecura repulſæ:
Elige quid uoueas. eadem quoque fama ferebat.
Magnum, Cænis ait, facit hæc iniuria uotum,
Tale pati iam poſſe nihil: da, fœmina ne ſim:
Omnia præſtiteris. grauiore nouiſsima dixit
Verba ſono, poteratq; uiri uox illa uideri,
Sicut erat. nam iam uoto deus æquoris alti
Annuerat: dederatq; ſuper, ne ſaucius ullis
Vulneribus fieri, ferro'ue occumbere poſſet.
Munere lætus abit. ſtudiiſq; uirilibus æuum

*miſerabile.

Cęnis in uirum.

RAPH. INVICTVMq; a uulnere erat} inſuperabile atq; expers uulneris erat. {Terebat} hebetabat, retundebat. {Forabilis} penetrabilis. {Perrhæbũ Cæ. u.} Cænis Elati Lapithę filia fuit, cui Neptunus cum uim intuliſſet, copiã fecit ut quicquid uellet, peteret, ſe enim omnino cõceſſurum. puella, ut uir inuulnerabilis efficeretur, petiit. id illi benigne præſtitit Neptunus, Cęneuſq; uocatus nulli deorum neq; ſacrificabat, neq; ſupplicabat, ſed ſuæ duntaxat haſtæ, cui ẽt peregrinos ad ſe ueniẽtes ſacrificare cogebat. qua impietate iram Iouis in ſe cõcitauit. nam in pugna a Centauris in nuptiis Pirithoi excitata multos hoſtium cũ interfeciſſet, neq; ipſe cuiuſq̃ ferro uulnerari poſſet, a Centauris tandẽ cõlectis arboribus fuit oppreſſus, in auemq; a Neptuno tranſmutatus. {Perrhæbum} Perrhæbus urbs eſt Theſſaliæ, unde Perrhæbus & Perrhæbeus nomen gentile declinatur, cuius nominis cũ prima ſyllaba ſit breuis, duplicato, r, a poeta ꝓducta eſt. [Sequitur hoc loco Regius ſcripturam Stephani, apud quẽ legitur ſimplicè ρ, πέραιβος πόλις θετταλίας, &c. quanquã & apud Homerũ in catalogo legatur:

Τῷ δ' αἰνῆες ἕποντο, μενεπτόλεμοί τε περαιβοί.

ſed hoc uerſus, ut puto, gratia. apud Strabonẽ autem ubiq; πεῤῥαιβοὶ, duplici ρρ, ſcribitur. fuiſſe aũt Perrhæbos idem Strabo docet, populum Theſſaliæ iuxta Lapithas. uerba Srabonis ſunt: τούτους μὲν οὖν (de centauris loquitur) ἐκ τοῦ πηλίου ὦσε καὶ αἴθιξι πέλασσε, τοῖς δὲ λαπίθαις τὰ πεδία παρέδωκε, τινὰ δ' αὐτῶν καὶ οἱ περῥαιβοὶ κατεῖχον τὰ πρὸς τῷ ὀλύμπῳ. ἔστι δ' ὅπου καὶ ὅλοι ἀναμὶξ τοῖς λαπίθαις ᾤκουν. & rurſum, οἱ μὲν οὖν περῥαιβοὶ καταδυναστευθέντες ὑπὸ λαπιθῶν εἰς τὴν ὀρεινὴν ἀπανέστησαν οἱ πλείους τὴν περὶ πίνδον καὶ ἀθαμᾶνας καὶ δόλοπας. τὴν δὲ χώραν καὶ τοὺς ὑπολειφθέντας τῶν περῥαιβῶν κατέσχον λαρισσαῖοι, πλησίον μὲν οἰκοῦντες τοῦ πηνειοῦ γειτνιῶντες δ' ἐκείνοις.

quæ uerba etiam illud confirmat, quod infrà ſequitur: Perq; tuas urbes, tibi enim popularis Achille.] {Inclitus} præclarus. {Othryn} mõs eſt Theſſaliæ Othrys notiſſimus. {Voluntas aud.} figura eſt Græca. nã audiendi latine dicitur. {Cur in contraria uerſus} ex fœmina in marẽ. {Si uictus ab ullo eſt} bene dubitat Achilles, an ab ullo ſit uictus Cæneus, cum inuulnerabilis eſſet. {Quamuis obſtet mihi} quamuis, inquit, Neſtor memoriam meã ſenectus impediat, multorumq; ſim oblitus, plura tamen recordor. Pulchre autem ſenis decorũ ſeruatur: nã & ætatem excuſat Neſtor, & ſe iactat, id quod ſenili ætati peculiare eſſe Horatius tradit. {Multaq; me fug.} multorũ ſim oblitus. {Nunc tertia uiuitur ætas} poetica licentia hoc uerbo uiuitur in paſsiua & uoce & ſignificatione uſus eſt poeta. ætatẽ uero pro ſeculo poſuit. nam ſeculũ centum annorum ſpatium comprehendit. [Hom. Iliad. α.

-Τοῖσι δὲ Νέστωρ
Ἡδυεπὴς ἀνόρουσε λιγὺς πυλίων ἀγορητής.
Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.
Τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων
Ἐφθίαθ', οἵ οἱ πρόσθεν ἅμα τράφεν, ἠδ' ἐγένοντο,
Ἐν πύλῳ ἠγαθέῃ, μετὰ δὲ τριτάτοισιν ἄνασσεν.

ubi tamen Comm. addit, ἰστέον ὅτι οἱ παλαιοί Τὰς γενεὰς ἐψήφιζον ἕως ἐτῶν τριάκοντα, & ſic Neſtorẽ perueniſſe ad tertiam ætatem, ut prima intelligatur, quãdo Hercules Pylũ oppugnauit: ſecunda, quæ inter illud tempus & bellum Troianũ interceſsit: tertia aũt præſens, hoc eſt, quando ipſe cũ reliquis Gręcis ad Troiã ꝓfectus fuit.] {Proles Elateia} Elatei filia. [Elati non Elatei, ut Regius putat: ſic enim & in Com. Iliados legitur: ὁ δὲ καινεὺς ἐλάτου μὲν παῖς, λαπιθῶν δὲ βασιλεύς, &c. Elateius autẽ a Græco ἐλάτειος factũ eſt reſoluta diphthõgo, & ι, in η, conuerſa: quę figura Græcis poetis familiaris eſt.] {Theſſalidum} Theſſalarum. patronymica nanque forma pro poſſeſsiua eſt poſita. {Tibi enim popularis Achille} ex eodem, quo tu ò Achille, populo fuit. {Multorũ fruſt. uo.} nulli enim unquam nubere uoluit. {Tuæ ma.} Thetidis. {Secretaq; littora carpens} per ſecreta littora ambulans. {Æquorei dei} Neptuni. {Ita fama fer.} ſic dicebatur ab omnibus Cænim a Neptuno fuiſſe cõpreſsã. {Sint tua uota licet} hoc eſt, ſecurè potes omnia q̃cunque uis optare: nullã enim feres repulſam. {Secura repulſæ} nullam timentia repulſam. {Quid uoueas} quid optes. {Magnum facit hæc iniuria uotum} hæc iniuria, inquit, qua mihi uirginitatem eripuiſti, effecit, ut magna petere audeam. {Nihil tale} talem uiolentiam ne pati poſsim, concede. {Omnia præſtiteris} omnia mihi uideberis præſtitiſſe. {Grauiore ſono} maiore uoce: iam enim in marem fuerat conuerſa. marium enim uoces, quàm fœminarum, ſolent eſſe grauiores. {Annuerat uoto} conceſſerat id quod cupiebat. {Dederatq; ſuper} inſuper conceſſerat.

In efficta ſenis iactãtia laborat .n. hoc uitio ea ætas

{Atracides

Exigit Atracides, Peneïaq; arua pererrat.
Duxerat Hippodamen audaci Ixione natus,
Nubigenasq́; feros, poſitis ex ordine menſis,
Arboribus tecto diſcumbere iuſſerat antro.
Aemonii proceres aderant, aderamus & ipſi:
Feſtaq; confuſa reſonabat regia turba.
Ecce canunt Hymenæon, & ignibus atria fumant:
Cinctaq; adeſt uirgo, matrumq́;, nurumq́; caterua,
Præſignis facie. felicem diximus illa
Coniuge Pirithoum: quod penè fefellimus omen.
Nam tibi ſæuorum ſæuisſime Centaurorum
Euryte, quàm uino pectus, tam uirgine uiſa
Ardet, & ebrietas geminata libidine regnat.
Protinus euerſæ turbant conuiuia menſæ:
Raptaturq́; comis per uim noua nupta prehenſis.
Eurytus Hippodamen, alii, quam quiſque probabat,
Aut poterat, rapiunt, captæq́; erat urbis imago.
Fœmineo clamore ſonat domus. ocyus omnes
Surgimus, & primus, Quæ te uecordia Theſeus
Euryte pulſat, ait, qui, me uiuente, laceſſas
Pirithoum, * uiolasq́; duos ignarus in uno?
Ne'ue ea magnanimus fruſtra memorauerit heros,
Summouet inſtantes, raptamq́; furentibus aufert.
Ille nihil contrà: neque enim defendere uerbis
Talia facta poteſt: ſed uindicis ora proteruis
Inſequitur manibus, generoſaq́; pectora pulſat.
Fortè fuit iuxtà ſignis extantibus aſper
Antiquus crater: quem uaſtum uaſtior ipſe
Suſtulit Aegides, aduerſaq́; miſit in ora.
Sanguinis ille globos pariter, cerebrumq́;, merumq́;
Vulnere, & ore uomens. madida reſupinus arena,
Calcitrat. ardeſcunt germani cæde bimembres,
Certatimq́; omnes uno ore arma, arma loquuntur.
Vina dabant animos: & prima pocula pugna
Miſſa uolant, fragileſq́; cadi, curuiq́; lebetes,
Res epulis quondam, * tum bello, & cædibus aptæ.
Primus Ophionides Amicus penetralia donis
Haud timuit ſpoliare ſuis, & primus ab æde
Lampadibus denſum rapuit funale coruſcis:
Elatumq́; altè, ueluti qui candida tauri
Rumpere ſacrifica molitur colla ſecuri,
Illiſit fronti Lapithæ Celadontis, & oſſa
Non cognoſcendo confuſa reliquit in ore.
Exiliere oculi: diſiectisq́; oſſibus oris
Acta retrò naris, medioq́; eſt fixa palato.

RAPH. ATRACIDES} Atrax urbs eſt Theſſaliæ, ab Atrace Penei & Buræ filio ædificata & denominata, unde Atracides declinatur & Atracius. patronymicum autem pro poſſeſſiuo eſt poſitum. {Peneia arua} per quæ Peneus labitur. {Duxerat Hippodamen} Pirithous Ixionis non ex nube, ſed ex coniuge filius, Hippodamiam uxorem duxit. ad cuius nuptias Centauros, Lapithasq; inuitauit, ſed Centauri, in primisq; Eurytus uino calens, uim nouæ nuptæ afferre cum uellet, maximam excitauit pugnam: in qua cum multi utrinque cecidiſſent, Lapithæ tandem ſuperiores euaſerunt. {Audaci Ixione} qui auſus eſt de ſtupro interpellare Iunonem, quæ ei nubẽ ſibi ſimilẽ obiecit, ex qua Centauri nati eſſe feruntur, caput quidem humanum, reliqua uero membra equina habentes. quod quidẽ cum fieri non poſſit, iccirco fictum eſt, (ut Palæphatus narrat) quòd Ixione in Theſſalia regnante, Taurorum grex in Pelio monte ferus eſt effectus, quibus quidem non ſolum montes infeſtabantur, ſed culta quoq; loca deuaſtabantur. quare motus Ixion multas pecunias iis propoſuit, qui feros illos tauros caperent. iuuenes igitur quidã ad radices Pelii montis habitantes in uico, qui Nephele, id eſt, nubes uocabatur, cœperunt ita docere equos, ut ſeſſorem paterentur, antea nanq; equitare neſciebant, uerũ curribus ſolum utebantur. ita ſingulos equos cum aſcendiſſent, in tauros impetum fecerunt, iaculisq; uulnerãtes tandem interfecerunt. unde etiam Centauri iuuenes illi fuerũt denominati ἀπὸ τοῦ κεντᾶν τοὺς ταύρους, hoc eſt a ſtimulandis et uulnerandis bobus. nulla quippe tauri pars Centauris ineſt. Figura uero hominis & equi eſſe uidetur, ex eo quod primi aſcendere equos cœperunt. acceptis autem ab Ixione pecuniis, adeo ſuperbi ſunt effecti, ut cum alios multos, tum Ixionem ipſum Lapithis imperantem uariis iniuriis afficerent. ad nuptias enim Pirithoi inuitati, poſtea quàm ebrii ſunt facti, Lapitharum uxores rapere atq; aſportare illas equis imponentes cœperunt. ita pugna inter Centauros & Lapithas exorta eſt. cum uero in montes refugerent, caudæ equorum & capita hominum duntaxat cernebantur, ex quo incredibilis fabula fuit eleganter conficta. [Fabulæ meminit Homerus Odyſſea φ. his uerbis:

Οἶνος καὶ κένταυρον ἀγακλυτὸν Εὐρυτίωνα
Ἄασεν ἐν μεγάρῳ μεγαθύμου πειριθόοιο,
Ες λαπίθας ἐλθόνθ᾽, ὁδ᾽ ἐπεὶ φρένας ἄασεν οἴνῳ
Μαινόμενος κακ᾽ ἔρεξε δόμον κατὰ πειριθόοιο.

Vbi & illud obiter notandum Eurytiona ab Homero dici, quem hic Ouidius Eurytum uocat.]

{Nubigenasq́; feros} Centauros feroces ex nube genitos. {Æmonii proceres} Theſſali principes. {Confuſa turba} uariorum populorum. {Cinctaq; adeſt uirgo} circundata multitudine matronarum. {Quod penè fefellimus omen} penè falſum effecimus propter eam, quæ ſecuta eſt, rixam. {Ebrietas geminata} duplicata. {Libidine} appetitu coeundi cum Hippodamia uirgine. {Probabat} laudabat. {Sonat} reſonat, ſtrepit. {Quę uecordia} Theſeus partes Pirithoi ſuſcipit, cui amicitia tanta coniunctus erat, ut inter paria amicorum primi numerentur. {Pulſat} uexat. {Laceſſas} ad iram prouoces. {Violasq́; duos ignarus in uno} ex prouerbio Græco de ueris amicis, hoc ſumptum eſſe uidetur, σώματα μὲν δύο, ψυχὴ δὲ μία, hoc eſt corpora quidem duo, anima uero una. {Summouet} repellit. {Inſtantes} reſiſtentes. {Furentibus} Centauris. {Sed uindicis} Theſei, quo nouam nuptam a Centaurorum iniuria liberat. {Extantibus} eminentibus. {Antiquus} uetus. {Vaſtum} maximum. {Ægides} Theſeus Aegæi filius. {Calcitrat} calcibus terram percutit. {Bimembres} Centauri, qui & homines & equi membra habebant. {Arma, arma loquuntur} clamant. eſt autem μίμησις, & imitatio clamoris Centaurorum. {Fragiles cadi} ex creta confecti. {Ophionides Amycus} Ophionis filius. {Penetralia} ſacraria. {Denſum funale} funale quidem hoc loco inſtrumentum eſſe uidetur, lampadibus ſuſtinendis accommodatum: ſed, ut tradit Seruius, funale a funibus dicitur, quos ante uſum papyri cæra circundatos priſci habuere. unde & funera dicta ſunt, quòd funes incenſi mortuis præferebantur. {Lampadibus coruſcis} lucernis coruſcantibus & lucentibus. {Sacrifica ſecuri} ſacrificiis dicata. {Illiſit} intorſit, cum impetu miſit. {In ore non cognoſcendo} in facie, quæ propter omnium confuſionem cognoſci non poterat. {Diſiectis} diuiſis, diſſipatis.

uiolesq;

Lapitharũ, Cẽtaurorumq́; certamẽ.

nunc

Hunc pede conuulſo menſæ Pellæus acernæ
Strauit humi Pelates, deiecto in pectora mento:
Cumq́; atro miſtos ſpumantem ſanguine dentes,
Vulnere tartareas geminato miſit ad umbras.
Proximus ut ſteterat, ſpectans altaria uultu
Fumida terribili, Cur non, ait, utimur iſtis?
Cumq́; ſuis Gryneus immanem ſuſtulit aram
Ignibus, & medium Lapitharum iecit in agmen:
Oppreſsitq́; duos Brotean, & Orion. Orio
Mater erat Mycale: quam deduxiſſe canendo
Sæpe reluctantis conſtabat cornua Lunæ.
Non impunè feres, teli modò copia detur,
Dixerat Exadius: teliq́; habet inſtar, in alta
Quæ fuerant pinu, uotiui cornua cerui.
Figitur hinc duplici Gryneus in lumina ramo,
Eruiturq́; oculos: quorum pars cornibus hæret;
Pars fluit in barbam, concretaq́; ſanguine pendet.
Ecce rapit mediis flagrantem Rhœtus ab aris
* Primitium torrem, dextraq́; à parte Charaxi *Prunitium*
Tempora perfregit fuluo protecta capillo.
Correpti rapida, ueluti ſeges arida, flamma
Arſerunt crines, & uulnere ſanguis inuſtus
Terribilem ſtridore ſonum dedit: ut dare ferrum
Igne rubens plerunque ſolet, quod forcipe curua
Cùm faber eduxit, lacubus demittit: at illud
Stridet, & in tepida ſubmerſum ſibilat unda.
Saucius hirſutis auidum de crinibus ignem
Excutit: inq́; humeros limen tellure reuulſum
Tollit onus plauſtri: quod ne permittat in hoſtem,
Ipſa facit grauitas. ſocium quoque ſaxea moles
Oppreſsit ſpatio ſtantem propiore Cometen.
Gaudia nec retinet Rhœtus. Sic comprecor, inquit,
Cetera ſit fortis caſtrorum turba tuorum.
Semicremoq́; nouat repetitum ſtipite uulnus:
Terq́;, quaterq́;, graui iuncturas uerticis ictu
Rupit: & in liquido ſederunt oſſa cerebro.
Victor ad Euagrum, Coritumq́;, Dryantaq́; tranſit,
E quibus ut prima tectus lanugine malas
Procubuit Coritus. Puero quæ gloria fuſo
Parta tibi eſt? Euagrus ait. nec dicere Rhœtus
Plura ſinit, rutilaſq́; ferox in aperta loquentis
Condidit ora uiri, perq́; os in pectora flammas.
Te quoque ſæue Drya circum caput igne rotato
Inſequitur: ſed non in te quoque conſtitit idem
Exitus, aſsiduæ ſucceſſu cædis ouantem,
Quà iuncta eſt humero ceruix, ſude figis obuſta.
Ingemuit, duroq́; ſudem uix oſſe reuellit
Rhœtus, & ipſe ſuo madefactus ſanguine fugit.
Fugit & * Orneus, Lycidaſq́;, & ſaucius armo *Arnæus,*
Dexteriore Medon, & cum Piſenore * Thaumas. *Chaumas.*
Quiq́; pedum nuper certamine uicerat omnes
Mermeros, accepto tum uulnere tardius ibat:
Et Pholus, & * Menaleus, & Abas prædator aprorum, *Menelas,*
Quiq́; ſuis fruſtra bellum diſſuaſerat augur
Aſtylos, ille etiam metuenti uulnera Neſſo,
Ne fuge, ad Herculeos, inquit ſeruaberis arcus.
At non Eurynomus, Lycidaſq́;, & Aræus, & Imbreus
Effugêre necem: quos omnes dextra Dryantis
Perculit aduerſos. aduerſum tu quoque, quamuis
Terga fugæ dederas, uulnus Cænee tuliſti.
Nam graue reſpiciens inter duo lumina ferrum,

RAPH. MENSÆ acernæ} ex acere confectæ. {Strauit} proſtrauit. {Pellæus Pelates} Pella nomen eſt multarum urbium. nam & in Macedonia, & in Theſſalia, & in Achaia, & in Syria eſt Pella, unde Pelleus deriuatur, ſed Pella Macedoniæ, Alexandri Magni patria, Bunomos, & Bunomia prius fuit dicta. Pella autem cognominata eſt à Pella conditore. {Spumantem} expuentem, cum ſpuma eiicientem. {Immanem} maximam. {Reluctantis} repugnãtis, reſiſtẽtis. {Canendo} incantando. [Alludit autem ad id, quod Theſſalæ mulieres peculiariter eo nomine infames fuerunt, quòd eſſent ueneficæ & incantatrices, ut & Lucianus indicat in Aſino, & Tarrhæus in quartum Apollonii.] {Figitur Gryne' *lumina} figurate per ſynecdochen poeticam talia dicuntur. nam ſoluta oratio, lumina figuntur, expoſceret, & oculi eruuntur. {Primitium torrem} principalem titionem. {Dedit} edidit, emiſit. {Igne rubens} candens. {Eduxit} extraxit ex igne. {Lacubus} in lacus. {Sibilat} ſibilare uidetur. {Onus plauſtri} magnitudinem ſaxi oſtendit. {Permittat} immittat, iaciat. {Ipſa grauitas} ipſum pondus. {Saxea moles} ſaxi magnitudo. {Gaudia nec retinet Rhœtus} hoc eſt præſefert lętitiam de Cometæ morte conceptam. {Semicremo} ſemicremato. {Terq́; quater} ſæpius, numerus enim finitus pro infinito eſt poſitus. {Verticis} capitis. a parte nanq; per ſynecdochen intelligimus totum. {Sederunt} depreſſa fuerunt, deſcenderunt in cerebrum. a ſidendo nanq; hoc præteritum uenit. {Prima lanugine} prima barba. {Tectus malas} tectas & coopertas habens maxillas. eſt enim ſynecdoche poetica, ut ſæpius diximus. malas autem pro maxillis poſuit poeta. nam malæ, quæ homini tãtũ tributæ ſunt, (ut tradit Plinius) lanugine non ueſtiuntur. ſunt enim partes illæ, quæ inter oculos, & buccam in pomi ſimilitudinem eminent, unde etiam malæ fuerunt appellatæ, quòd malo & pomo ſimiles eſſe uideantur. {Puero fuſo} ſtrato, interfecto. puerum autem illum uocat, ut illius cædis auctorem in inuidiam adducat. {Condidit} coniecit. {Sed non in te quoq; conſtitit idem Exitus} nam Dryas Centauros, ipſumq́; in primis Rhœtum in fugam conuertit. {Aſsiduę cædis} nam particula ſimilis'ue ſubaudiatur. exponit enim quomodo idem exitus Euagri, & Dryantis non fuerit. Dryas enim Rhœtum ſe perſequentem uulnerauit, & in fugam conuertit. [Dryantis huius, ut & Exadii Homerus quoque meminit Iliados α. Οὐ γάρ πω τοίους ἴδον ἀνέρας, οὐδὲ ἴδωμαι οἷον πειρίθοόντε δρύαντά τε ποιμένα λαῶν. Καινέα τ' ἐξάδιόν τε καὶ ἀντίθεον πολύφημον. &c.] {Sude obuſta} præuſto palo. {Quiq́; ſuis fruſtra} Centauris. {Ad Herculeos arcus} nam Neſſus, ut in ſuperiore libro poeta expoſuit, cum Deianiræ Herculis uxori uim afferre uellet, ab Hercule ipſo ſagitta hydræ ueneno tincta transfixus eſt. {Perculit} percuſſit. {Committitur} coniungitur. [Volunt hoc loco interpretes, Cæneum centauri nomen eſſe, penultima longa, eoq́; differre ab altero, Lapithę nomine. deinde & poetam ad hiſtoriam alludere Pomponii cuiuſdam, qui cum uulnus ore acceptum Cæſari oſtentaſſet, riſu exceptus ab eodem fuerit, dicente, Ne unquam igitur fugiens reſpexeris. De Cæneo igitur dubium nonnihil uideri queat, utrum id nomen integrum & ſincerum ſit, quandoquidem & alia non pauca diuerſæ ac uariæ leguntur. De Pomponii autem hiſtoria meminit Quintilianus.]

Quà naris fronti committitur, accipis, imæ.
In tanto fremitu cunctis ſine fine iacebat
Sopitus uenis, & inexperrectus Aphypnas,
Languentiq; manu carcheſia miſta tenebat,
Fuſus in Oſſææ uilloſis pellibus urſæ.
Quem procul,ut uidit fruſtra nulla arma*mouentem,
Inſerit amento digitos, Miſcendaq;, dixit,
Cum Styge uina bibes, Phorbas. nec plura locutus
In iuuenem torſit iaculum: ferrataq; collo
Fraxinus, ut caſu iacuit reſupinus, adacta eſt.
Mors caruit ſenſu, plenoq; è gutture fluxit
Inq; toros, inq; ipſa niger carcheſia ſanguis.
Vidi ego Petræum conantem * euellere terra
Glandiferā quercum: quam dum complexibus ambit,
Et quatit huc, illuc, labefactaq; robora pulſat,
Lancea Pirithoi coſtis immiſſa Petræi
Pectora cum duro luctantia robore fixit.
Pirithoi cecidiſſe Lycum uirtute ferebant,
Pirithoi uirtute Chromin: ſed uterque minorem
Victori titulum, quàm Dictys, Helopsq; dederunt.
Fixus Helops iaculo eſt, quod tempora peruia fecit,
Et miſſum à dextra læuam penetrauit ad aurem.
Dictys ab ancipiti dilapſus acumine montis,
Dum fugit inſtantem trepidans Ixione natum,
Decidit in præceps, & pondere corporis ornum
Ingentem fregit, ſuaq; induit ilia fractæ.
Vltor adeſt * Phereus, ſaxumq; è monte reuulſum
Mittere conatur. mittentem ſtipite querno
Occupat Aegides, cubitiq; ingentia fregit
Oſſa: nec ulterius dare corpus inutile * letho
Aut uacat, aut curat: tergoq; Bianoris alti
Inſilit, haud ſolito quenquam portare niſi ipſum:
Oppoſuitq; genu coſtis: prenſamq; ſiniſtra
Cæſariem retinens, uultum, minitantiaq; ora
Robore nodoſo, præduraq; tempora fregit.
Robore Nedymnum, iaculatoremq; * Lyceſpen
Sternit, & immiſſa protectum pectora barba
Hippaſon, & ſummis extantem Riphea ſyluis,
Thereaq;, Aemoniis qui prenſos montibus urſos
Ferre domum uiuos, indignanteſq; ſolebat.
Haud tulit utentem pugnæ ſucceſſibus ultrà
Theſea Demoleon: ſolidoq; reuellere dumo
Annoſam pinum magno molimine tentat.
Quod quia non potuit, præfractam miſit in hoſtem.
Sed procul a telo Theſeus ueniente receſſit
Pallados admonitu: (credi ſic ipſe uolebat)
Non tamen arbor iners cecidit: nam Crantoris alti
Abſcidit iugulo pectusq;, humerumq; ſiniſtrum.
Armiger ille tui fuerat genitoris Achille,
Quem Dolopum rector bello ſuperatus Amyntor
Aeacidæ dederat pacis pignusq;, fidemq;.
Hunc procul ut fœdo diſiectum uulnere Peleus
* Viderat, Inferias iuuenum gratiſſime Crantor
Accipe, ait: ualidoq; in Demoleonta lacerto
Fraxineam miſit mentis quoque uiribus haſtam:
Quæ laterum cratem perrupit, & oſſibus hærens
Intremuit. trahit ille manu ſine cuſpide lignum.
Id quoque uix ſequitur: cuſpis pulmone retenta eſt.
Ipſe dolor uires animo dabat: æger in hoſtem
Erigitur, pedibusq; uirum conculcat equinis.
Excipit ille ictus galea, clypeoq; ſonantes,

RAPH. IMÆ fronti} infimæ frontis parti. {Sopitus uenis} propter ebrietatem. quæ quanta fuerit, ex eo oſtenditur, quòd in tanto ſtrepitu dormiebat, neq; expergiſci poterat. {Carcheſia} Carcheſium uas eſt uinarium. {Vrſæ Oſſææ} urſæ, quæ in Oſſa monte fuerat capta. ab Oſſa nanque Oſſæus deriuatur. {Amento} loro, quo iaculatores utuntur, ut longius haſtas emittant. {Cum ſtyge} cum aqua ſtygis paludis. {Fraxinus ferrata} haſta ex fraxino munita ferro, ac cuſpidem ferream habens. {Mors caruit ſenſu} ſopitus enim ac ebrius erat. {Plenoq; è gurgite} uentre, quē propter magnitudinem gurgitem uocat. legitur etiam, Gutture. {Inq; toros} in lectum & urſæ pellem. [Aut etiam in pulpas pectoris, ſiue armos. ut de anteriore parte centauri intelligatur.] {Tollere} euellere. {Labefacta robora} labefactam quercum. Robora autem legendum eſt, non corpora, ut fere in exemplaribus eſt deprauatum. {Coſtis} per coſtas. {Luctantia} retinentia. {Pirithoi uirtute} fortitudine. repetitione autem in Pirithoi laudem uſus eſt poeta. {Minorem titulum} minorem gloriam. {Dictys} Centauri nomen eſt, non appellatio. {Quod * peruia tēpora fecit} quod per media tempora penetrauit. {Ancipiti acumine} præcipiti & alto montis uertice, atq; acumine. {Et pondere corporis ornum} quantus eſſet Dictys Centaurus, pulchra emphaſi demonſtratur. qui enim cadens maximam ornum frangit, non poteſt non uaſtiſſimus eſſe. {Suaq; induit ilia fractæ} hoc eſt, ſuisq; ilibus cooperuit fractam ornum. dicimus autem, induo te ueſtem & tibi. {Mittentem} immittere uolentem. {Occupat} ante aggreditur. {Inutile} propter brachium fractū. {Vacat} otium habet. {Niſi ipſum} ſe ipſum. {Robore nodoſo} claua nodis plena. {Immiſſa} protenſa, longa. {Extantem} eminentem. {Thereaq; Æmoniis qui prenſos} quanta fuerit Theſei uirtus, magnitudo, fortitudoq; Centaurorū, quos interfecit, aperte oſtendit. {Vltra} ulterius. {Magno molimine} magno conatu. {Receſſit} refugit. {Credi ſic ipſe uolebat} ſe a Pallade admonitū fuiſſe Theſeus credi uolebat. {* Abſcindit} auellit. {Amyntor} rex hic Dolopum fuit, ac Phœnicis pater. {Pacis pignusq;, fidemq;} ſignificat Crantorem Peleo obſidem ab Amyntore fuiſſe datum. {Diſiectum} diſſipatum. {Mentis quoq; uiribus} etiam indignatione mentis. {Laterum cratem} coſtas, quæ ita compoſitæ ſunt, ut cratem efficere uideantur. {Æger} indignatus, & uulneratus. {Erigitur} cōcitatur. {* Proculcat} conculcat. {Virum} Peleum uirtute præditum.

*ſequentem.* *tollere* *Phareus,* *bello* *Lyceten* *Vidit, At*

RAPH. DVO pectora} & equi & hominis. Centaurus enim fuit. { Collato Marte } cominus & enſe percutiens. { Quantum concedant } quanta ſint inferiora noſtro enſe. { Torſi } cũ impetu ieci. { Hęrentem } dubitantem. { Sub mediã aluum } circa medium uentrem. { Terra } per terram. { Sua uiſcera } ſua inteſtina. { Impediit } colligauit. { Tua Cyllare forma } tua pulchritudo. Cyllarus autem, & Centauri, & equi à Caſtore domiti nomen eſt. Virgilius, Domitus Pollucis habenis Cyllarus. { Redemit } ſeruauit, liberauit a cæde. { Illi naturæ } Centaurorum, qui cum ſint ex parte equi, & ex parte homines, non uidentur eſſe poſſe formoſi. { Barba erat incipiens } quanta eſſet pulchritudine Cyllarus Centaurus, eleganter poeta deſcribit. { Color aureus } fuluus. { Laudatis ꝓxima ſignis } ſtatuis non uulgaribus, ſed approbatis ſimillima. { Mendoſa facies } turpis figura. { Sic tergum ſeſſile } latum, aptumq; ad ſedendum. aliter ſeſſiles lactucas dicimus. ſedentes enim intelligimus. { Pectora celſa } eminentia, alta. { Toris } propter toros, & eminentes carnes. { Candida cauda tamen } generoſiſſimi equi ſigna deſcribit poeta. { Petiere } appetiuere. { Sua de gente } de Centaurorum genere. { Hylonome } ſyluam depaſcens interpretari poteſt Hylonome. { Abſtulit } habuit, potita eſt. { Semiferas } Centauros. { Cultus } ornatus. { Rore maris } rore marino. herba ſuauis odoris. { Canentia lilia } alba. { Pagaſææ ſyluæ } uicinæ Pagaſis urbi Theſſaliæ, quæ fontibus abundat, unde & nomen πηγὴ nanq; fons dicitur. { Prætendat } opponat. { Vellera } pelles. { Lateri læuo } ſiniſtro. dextrum enim erat nudum. { Errant } uagantur. { Auctor in incerto eſt } auctor ignoratur. { Paruo uulnere } ſcite. nam ex ſententia phyſicorum cor ne minimum quidem uulnus pati poteſt. { Refrixit } frigidum fa-

Defenſatq; humeros, prætentaq; ſuſtinet arma:
Perq; armos uno duo pectora *perforat ictu. *perfodit*
Antè tamen letho dederat Phlegiæon, & Hylen
Eminus, Hiphinoum collato Marte, *Clanimq;. *Danimq;.*
Additur his Dorylas, qui tempora tecta gerebat
Pelle lupi, ſæuiq; uicem præſtantia teli
Cornua dura boum multo rubefacta cruore.
Huic ego, (nam uires animus dabat) * Aſpice, dixi, *Accipe,*
Quantùm concedant noſtro tua cornua ferro:
Et iaculum torſi: quod cùm uitare nequiret,
Oppoſuit dextram paſſuræ uulnera fronti.
Affixa eſt cùm fronte manus. fit clamor. at illum
Hærentem Peleus, & acerbo uulnere uictum
(Stabat enim propior) mediam ferit enſe ſub aluum.
Proſilijt, terraq; ferox ſua uiſcera traxit,
Tractaq; calcauit, calcataq; rupit, & illis
Crura quoque impedijt, & inani concidit aluo.
Nec te pugnantem tua, Cyllare, forma redemit,
Si modò naturæ formam concedimus illi.
Barba erat incipiens: barbæ color aureus: aurea
Ex humeris medios coma dependebat in armos:
Gratus in ore uigor: ceruix, humeriq;, manusq;
Pectora artificum laudatis proxima * ſignis: *cycnis:*
Ex qua parte uir eſt. neque equi mendoſa ſub illo
Deteriorq; uiro facies. da colla, caputq;,
Caſtore dignus erit. ſic tergum ſeſſile, ſic ſunt
Pectora celſa toris: totus pice nigrior atra:
Candida cauda tamen: color eſt quoq; cruribus albus.
Multæ illum petiere ſua de gente, ſed una
Abſtulit Hylonome: qua nulla decentior inter
Semiferas altis habitauit fœmina ſyluis.
Hæc & blanditiis, & * amando, & amare fatendo *amans*
Cyllaron una tenet. cultus quoque, quantus in illis
Eſſe poteſt membris: ut ſit coma pectine * leuis: *lenis*
Vt modò rore maris, modò ſe uiola'ue, roſa'ue
Implicet: interdum canentia lilia geſtet:
Biſq; die lapſis Pagaſææ uertice ſyluæ
Fontibus ora lauet, bis flumine corpora tingat,
Nec niſi quæ deceant, electarumq; ferarum
Aut humero, aut lateri prætendat uellera læuo.
Par amor eſt illis: errant in montibus unà:
Antra ſimul ſubeunt: & tum Lapitheïa tecta
Intrarant pariter, pariter fera bella gerebant.
Auctor in incerto eſt: iaculum de parte ſiniſtra
Venit, & inferius, quà collo pectora ſubſunt,
Cyllare, te fixit paruo cor uulnere læſum.
Corpore cum toto poſt tela educta refrixit.
Protinus Hylonome morientes excipit artus,
Impoſitaq; manu uulnus fouet, oraq; ad ora
Admouet, atque animæ fugienti obſiſtere tentat.
Vt uides extinctum, * dictis, quæ clamor ad aures *dixit,*
Arcuit ire meas, telo, quod inhæſerat illi,
Incubuit: morienſq; ſuum complexa maritum eſt.
Ante oculos ſtat & ille meos, qui ſæua leonum
Vinxerat inter ſe connexis uellera nodis
Phæocomes, hominemq; ſimul protectus, equumq;:
Codice qui miſſo, quem uix iuga bina mouerent
Iuncta, Phonoleniden ſummo de uertice fregit.
Fracta uolubilitas capitis latiſſima: perq; os,
Perq; cauas nares, oculoſque, aureſq; cerebrum
Molle fluit, ueluti concretum uimine querno

ctum, & extinctum eſt. { Arcuit } uetuit, prohibuit. { Incubuit telo } incumbens telo ſe transfixit. { Quod inhæſerat illi } quod illi Cyllaro fuerat infixum. { Morienſq; ſuum cõplexa maritum eſt } hypallage eſt, complectens nanq; maritum mori intelligitur. { Et ille ſtat } etiam ille ſtare & eſſe uidetur. { Sæua uellera } magnas pelles. { Vinxerat } colligauerat. { Phęocomes } fuſcam ac nigram habens * barbam interpretatur, φαιὸν nanque fuſcum ſignificat. *comam* { Hominem ſimul protectus } qui coma & ſe & hominem protexerat, & cooperuerat. eſt enim ſynecdoche poetis maxime familiaris. { Codice qui miſſo } ſtipite, trunco. { Phonoleniden } Phonoleni filium. { Fracta uolubilitas capitis } rotunditas capitis.

RAPH. LAC concretũ}coagulatũ. {Manat}fluit.{Hicce}Hicce legendũ eſt,ne iambus fiat, quem non recipit heroicus uerſus. Hic enim pronomen corripi notius eſt, quàm ut ſit admonendum. {Nudare}ſpoliare.{Scit tuus hoc ge.} Peleus, nam Achillem alloquitur Neſtor. {Ramum bif.} ſtipitem duas in partes diuiſum. {Signa ui.} cicatricem uulneris accepti indicat Neſtor. {Tũc ego deb.} eleganter ſenis mores exprimuntur, ſolẽt nanque ſenes ſe laudare. {Nullus}non. nomen pro aduerbio poſitũ eſt. {Cornum} haſtam ex corno cõfectam.{Quadrupedantis} quattuor pedibus currentis, Centaurus nanq; erat. {In aduerſo uultu} in oppoſito ore. {Vecte Pelethronius Mac.} Pelethronium Theſſaliæ mons eſt, unde Pelethronius declinatur. {Erigdupum} grauiter ſtrepens, Erigdupus interpretatur. [Epithetõ Homero frequens, ut ἐριδούποιο θαλάσσης.] {Inguine} inguen & pudenda ſignificat, & morbum maxime pudenda infeſtãtem. {Ampyciden Mopſum} Mopſus, ut Apollonii expoſitor ait, Ampyci Titaronis filii fuit filius: unde etiam Ampycides uocatur, alter ex Apolline & Manto Tireſiæ filia natus fuiſſe dicitur, & ipſe uates uenerandus, qui ut Põponius Mela ſcribit, in finibus Pãphiliæ Phaſeli urbẽ cõdidit.

hicce

Sed quia in Senecam incidimus, operæpretium eſt intueri diligenter, q̃ inſcite illius poetæ interpretes eum locum enarrent, interductu interpellato. ſcribunt enim a Seneca Græcam hiſtoriam peruerti, quoniam ſerpentis morſu non perierit Idmon, ſed ab apro percuſſus, ut ſcribit Apollonius; nec præterea conditum in Libya, ſed in portu Bebrycis. ego uero neutiquam hiſtoriæ fidem cõmutatã inuerſamq; contenderim, ſed auctoris reconditũ potius ſenſum, minus ab incurioſis recte percipi: ita enim arbitror diſtinguendum, interpungendumq;, Idmonem, quamuis bene fata noſſet, Condidit. ut a ſententia pendeat præcedenti.

Ite nunc fortes, perarate pontum,
Sorte timenda.

hoc enim dicit, Sors iſta nauigãdi formidoloſa cõdidit Idmona: id eſt, cauſſa fuit ut periret Idmon, poſtea infertur,

Serpens Libycis arenis.

quod plane ad Mopſum refertur, ita ut ſerpens, ibi participium ſit, nõ nomen. eſt enim uerborum ſtructura: Mopſus ſerpens, id eſt oberrans & uagabundus. quod autem de Idmone dicit, Quamuis bene fata noſſet, confirmatur Apollonii auctoritate Argonauticon primo, ubi loquente Idmone, hi ſubiiciuntur uerſus,

Αὐτὰρ ἐμοὶ θανέειν στυγερῇ ἐπὶ δαίμονος αἴσῃ,
Τηλόθι που πέπρωται ἐπ' Ἀσίδος ἠπείροιο.

At mihi emori odioſi dæmonis fato, procul ſancitum eſt in Aſidis continẽte. Quid ſi de Mopſo totũ id dici opinemur, interpuncta diuerſim ſtructura, interſpirataq;: etenim uiderĩ poteſt Seneca Mopſum appellaſſe Idmona ob multam rerũ & uaticinii peritiam. nam & qui proprio nomine Theſtor dicebatur, antiquitus Idmona nuncupatum, teſtis eſt Apollonii interpres ob inſignem experientiã, quod Chamæleontis cõprobat auctoritate. Ceterũ, prior enarratio luculentior. Suidas tamen Idmona pro perito accipit. unde dixerunt ueteres canẽ ἐπίδμονα θήρης, hoc eſt uenationis peritum. Extat & carmen Auſonii de Idmone uate:

Idmona quod uatem, medicum quod Iapiga dicunt,
Diſcendas artes nomina præueniunt.

ſed & a Pindaricis proditum interpretibus, ſcimus, Argonautas tribus uſos uatibus, Mopſo Ampycis filio, Idmone Abantis, denique Amphiarao * Oiclis. quoniam uero partẽ hac Senecæ opem tulimus, ſuccurrit & locus alius tragœdiæ eiuſdem, ubi execratur Chorus primum nauigationis auctorem, recenſetq; diſcrimina, quæ Argonautæ adierunt:

Demum, inquit, Orpheus tacuit torpente lyra,
Ipſaq; uocem perdidit Argo.

incidi in cuiuſdam ſchedicum, ita exponentis, Vocẽ, cantũ Orphei, quia propter timorẽ & ipſe tacuit. cum ad id poeta doctiſsimus reſpexerit, quod Argonauticon quarto Apollonius ſcribit, In carina nauis Argus a Pallade lignũ fuiſſe impactum ex Dodonide phago, quod humana uoce fungeretur quandoque. ſic enim ait:

αὐτίκα δ' ἄφνω
Ἴαχεν ἀνδρομέῃ ἐνοπῇ μεσσηγὺ θεόντων
Αὐδῆεν γλαφυρῆς νηὸς δόρυ.

Lac ſolet: * ut'ue liquor rari ſub pondere cribri
Manat, & exprimitur per denſa foramina * ſuccus.
Aſt ego, dum parat hic armis nudare iacentem,
(Scit tuus hoc genitor) gladium ſpoliantis in ima
Ilia demiſi. Chthonius quoque, Teleboasq;
Enſe iacent noſtro. ramum prior ille bifurcum
Geſſerat, hic iaculum: iaculo mihi uulnera fecit:
(Signa uides) apparet adhuc uetus inde cicatrix.
Tunc ego debueram capienda ad Pergama mitti:
Tunc poteram magni, ſi non ſuperare, morari
Hectoris arma meis. illo ſed tempore nullus,
Aut puer, Hector erat: nunc me mea deficit ætas.
Quid tibi uictorem gemini Periphanta Pyreti?
Ampyca quid referam? qui quadrupedantis Oecli
Fixit in aduerſo cornum ſine cuſpide uultu.
Vecte Pelethronius Macareus in pectus adacto
Strauit Erigdupum. memini & uenabula condi
Inguine Neſſæi manibus conie cta Cymeli.
Nec tu credideris tantum ceciniſſe futura
Ampyciden Mopſum: Mopſo iaculante biformis
Occubuit, fruſtraq; loqui tentauit Odites,
Ad mentum lingua, mentoq; ad guttura fixo.
Quinq; neci Cæneus dederat, Stiphelũq;, Bromumq;,
Antimachumq;, Helimumq;, ſecuriferũq; Pyracmon.
Vulnera non memini; numerum, nomenq; notaui.

COEL. RHOD. FVIT Mopſus alter Ampyci filius: quod Ouidii interpres ignorare ſe fatetur ingenue lib. 12.

Nec tu crediderìs tantum ceciniſſe futura
Ampyciden Mopſum, Mopſo iaculante, biformis
Occubuit, fruſtraq; loqui tentauit Odites.

Scribunt Apollonii interpretes Argonauticon primo, Ampyci filium fuiſſe Mopſum ex Chloride, quod & Lycophronis approbat interpres, Chlorin addens fuiſſe Orchomeni filiam. Strabo libro coſmographiæ nono, Mopſos tres agnoſcit: ita enim ſcribit, Campum autem Pelaſgicum modo nuncupatum exiſtere in Lariſſa & Gyrtone & Pheris, ibiq; eſſe Mopſium, & Baben & Oſſam. uocatum autem Mopſium non a filio Tireſiæ Mopſo uate, ſed a Mopſo Lapitha, Argonautarum nauigationis comite. Alius item Mopſus fuit, a quo Atticam appellauere Mopſopiam. Mopſii Theſſalicæ ciuitatis meminit item Stephanus: qui ſcribit etiam in Cilicia eſſe ſuper Pyramo flumine Μόψου ἑστίαν, id eſt Mopſi domum. quam tamen Mopſi uiculum nuncupet Hieronymus, ubi mortuus ſit Conſtantius imperator. unde Mopſeates ſit gentile nomen. Super Mopſi morte, qui Ampycides dicitur a poetis, ita cecinit Apollonius Argon. 4.

Ἔνθα καὶ Ἀμπυκίδην αὐτῷ ἐνὶ ἤματι Μόψον
Νηλειὴς ἕλε πότμος, ἀδευκέα δ' οὐ φύγεν αἶσαν
Μαντοσύναις, οὐ γάρ τις ἀποτροπίη θανάτοιο,

id eſt, Vbi & Ampycidẽ die illa Mopſum crudelis mors abſtulit, amarulentum uero non uitauit fatum uaticiniis. nec.n. mortis euaſio ulla. Eiuſdem & Seneca mentionem faciens in Medea ita ſcribit:

Idmonem, quamuis bene fata noſſet,
Condidit ſerpens Libycis arenis,
Omnibus uerax, ſibi falſus uni,
Concidit Mopſus, caruitq; Thebis.

Extat & Antipatri epigramma de natura quodam fulmine icto, cuius nauis per ſe, moderante nullo, ad litus delata rem geſtã ſignificauit, nec Argoam, inquit, expetiuit carinã:
Ἀγγελίην θείω, καὶ λιγυρῇ μυνύουσα
Καὶ φράσεν, ἀργώην δ᾽ οὐκ ἐπόθησε τρόπιν.
reperias & alibi eius rei mentionem. nobis ſatis ſuperq; fuit locum monſtraſſe, ne fiducia interpretum ſtudioſi iuuenes in aurem utranque, ut ſæpe, dormirent. certe ſiquis anxie plura q̃rat, Lycophronis interpres Iaſonem cum ſociis quadragintanouem inſcendiſſe Argo, ſcribit, quæ Ἀκλησάτην εἶχε τὴν τρόπιν ἐκ τῆς δωδώνης δρυός. id eſt carinam habebat loquaciſſimam ex Dodonæ *Commonuit* quercu, propterea Lycophron alicubi λάληθρον κίσσαν, id eſt garrulam nuncupat picam. Porrò ſcribit uetus Arati Phænomenon interpres, Danaum ab Ægypto ſe fratre proripientem auxilio Mineruã inuocaſſe, a qua primum ſit compacta nauis, quæ Argo eſt appellata, eaq; Argos petierit Danaus. auctor autem Æſchylus, ab Minerua eadem materiam quandam loquentem naui inſertam, quod repetit Iginus quoque. Mopſi denique hiſtoriam alicubi recenſet Plutarchus. meminit eiuſdem Apuleius quoque. ſed & Lanctantius grammaticus, eatenus fuiſſe augurio nobilẽ Mopſum ſcribit, ut poſt mortem templa quoque ei credantur dicata, quæ oraculi gratia ſæpe adirent homines.

Prouolat Emathij ſpoliis armatus Aleſi,
Quem dederat letho membris, & corpore Latreus
Maximus. huic ætas inter iuuenemq;, ſenemq;,
Vis iuuenilis erat: uariabant tempora cani.
Qui clypeo, gladioq;, Macedoniaq; ſariſſa
Conſpicuus, faciemq; obuerſus in agmen utrunque,
Armaq; concuſſit, certumq; equitauit in orbem.
Verbaq; tot fudit uacuas * animoſus in auras:
Et te, * Cæni, feram? nam tu mihi fœmina ſemper,
Tu mihi Cænis eris: nec te natalis origo
*Commouit, mentemq; ſubit, quo præmia facto,
Quaq; uiri falſam ſpeciem mercede pararis?
Quid ſis nata, uide, uel quid ſis paſſa, columq;
I, cape cum calathis, & ſtamina pollice torque:
Bella relinque uiris. iactanti talia Cæneus
Extentum curſu miſſa latus eruit haſta,
Quà uir equo commiſſus erat. furit ille dolore,
Nudaq; * Phyllei iuuenis ferit ora ſariſſã.
Non ſecus hæc reſilit, quàm tecti a culmine grando,
Aut ſi quis paruo feriat caua * tympana ſaxo.
Comminus aggreditur, lateriq; recondere duro
Luctatur gladium: gladio loca peruia non ſunt.
Haud tamen effugies, medio iugulaberis enſe:
Quandoquidem mucro eſt hebes, inquit: & in latus
Obliquat, longaq; amplectitur ilia dextra. (enſem
Plaga facit gemitus in corpore marmoris icti,
Fractaq; diſſiliit percuſſo lamina collo.
Vt ſatis illæſos miranti præbuit artus,
Nunc age, ait Cæneus, noſtro tua corpora ferro
Tentemus: capuloq; tenus demiſit in armos
Enſem fatiferum, cæcamq; in uiſcera mouit,
Verſauitq; manum, uulnuſq; in uulnere fecit.
Ecce ruunt uaſto trepidi clamore bimembres,
Telaq; in hunc omnes unum mittuntq;, feruntq;.
Tela retuſa cadunt: manet imperfoſſus ab omni
Inq; cruentatus Cæneus Elateïus ictu.
Fecerat attonitos noua res. Heu dedecus ingens,
Monychus exclamat, populus ſuperamur ab uno,
Vixq; uiro: quanquàm ille uir eſt; nos, ſegnibus actis?
Quod fuit ille, ſumus. quid mẽbra immania proſunt?
Quid geminæ uires? & quid fortiſſima rerum
In nobis duplex natura animalia iunxit?
Nec nos matre dea, nec nos Ixione natos
Eſſe reor, qui tantus erat, Iunonis ut altæ
Spem caperet: nos ſemimari ſuperamur ab hoſte.
Saxa, trabeſq; ſuper, totoſq; inuoluite montes;
Viuacemq; animam miſſis elidite ſyluis;
Sylua præmat fauces: & erit pro uulnere pondus.
Dixit: & inſani deiectam uiribus Auſtri
Fortè trabem nactus ualidum coniecit in hoſtem:

RAPH. ÆMATHII} Theſſali {Letho dederat} interfecerat. {Variabant} alii nanque ex capillis albi, alii erant nigri. {Macedoniaq; ſariſſa} ſariſſæ haſtæ ſunt Macedonum, ut pila Romanorum, geſſa Gallorum. [Nota autem ſecundam in Macedonia, longam poſitam a poeta per ἔκτασιν, nam in primitiuo aliàs corripitur, ut apud Claudianum de bello Getico, Nubibus intactũ Macedo miratur Olympum &c. & Silium libro decimoquinto, Feruebat Macedum ſubitis perculſa ruinis.] {Et te *Cęni feram} cum magna indignatione hęc dicit Latræus, ac ſi diceret: nequaquam patiar te meos ſocios interficere. Cæneum autem per contemptum Cænim uocat, ac ſi adhuc fœmina eſſet. {Quo præmia facto} concubitum cum Neptuno illi exprobrat. {Quid uel nata uide} nam fœmina. {Vel quid ſis paſ.} Neptuni nanque uim paſſa es. {Columq;} colus inſtrumentum eſt, quo mulieres filant, notius quàm ut ſit deſcribendum. {Cum calathis} calathus uas eſt, quem Latini quaſillum uocant, reponendis fuſis accommodatum. {Iactanti} inaniter clamanti. {Eruit} aperuit. {Commiſſus} coniunctus. {* Pellei iuuenis} Cęnei a Pella urbe origenem ducentis. {Cominus aggreditur} enſe inuadit Cęneum, id quod niſi propius accederet, facere non poterat. [In aliis editionibus legitur, nudaq; Phylei iuuenis, ut dubitari poſſit, utrum Phyllei potius, quam Pellæi legendum ſit a Phyllo Theſſaliæ oppido, cuius & Steph. & Strabo meminit lib. 9. a quo & Phyllei Apollinis templum dictũ fuit. Higinus autem & mõtem Phyllęis in Theſſalia fuiſſe teſtat, in catalogo Argonautarũ. huius ẽt Apollon. meminit lib. i ubi ait:
Ἤλυθε δ᾽ ἀστερίων αὐτοσχεδὸν, ὅν ῥα Κομήτης
Γείνατο δινηέντος ἐφ᾽ ὕδασιν Ἀπιδανοῖο
Πειρεσίας ὄρεος Φυλληΐου ἀγχόθι ναίων.]
{Duro lateri} impenetrabili. {Luctatur} conatur. {Mucro eſt hebes} cuſpis eſt retuſa. {Gemitus} ſtrepitus. {Vt corpore marm. icto} tanquam marmore percuſſo. {Præbuit} exhibuit. {Fatiferum} mortiferum. {Cæcam} occultam, coopertam. {Vulnuſq; in uuln. fec.} nam cum iam uulnus feciſſet, manũ uerſãdo alia uulnera faciebat. {Inq; cruent.} dyalyſis unius dictionis in duas, quæ & tmeſis dicitur. nã incruentatus integrũ eſt. {Noua res} nouũ miraculum. {Monych. excla.} Monychus ſolidæ ungulæ interpretari põt. Cẽtaurus autẽ fuit fortiſſimus, de quo Iu. Quãtas iaculetur Monychus ornos. {Populus ſu.} figurata locutio. {Quãquã ille uir eſt} ualidus atq; robuſtus. eſt aũt correctio ſuperioris dicti. {Segnibus ac.} ignauis factis. {Qđ fuit il. ſu.} fœminæ. nã Cæneus antea fœmina fuerat {Animalia} .ſ. fortiſſima, hominem & equum. {Matre dea} Iunone. {Tantus er.} tã magnanimus. {Iunonis ut al. Spem caper.} potiundæ ſubaudiatur. {Semimari} ſemiuiro. {Miſſis ſyl.} iniectis ſyluarũ arborib᷑. {Elidite} opprimite, exprimite. {Inſanis} maximis. {Trabẽ} arborẽ. {Validũ in h.} potẽtẽ, ut q ferro uulnerari nõ poterat.

*annoſus*

*Te, Cæni, feriam? uel, Cæni-feram.*

*Pellei tempora*

{Exem-

RAPH. EXEMPLVM'QVE fuit} exemplum eſt, quod aut ſequamur, aut uitemus. fuit ergo exemplū Monychus aliis Centauris, ut in Cęneum arbores conicerent. hocq; eſt illud quod Iuuenalis innuit, cū ait, Quantas iaculetur Monychus ornos. { Nudus arboris} arboribus in ſoluta diceretur oratione. {Nec ha. Pe. um.} per μετάληψιν intelligimus Pelion montē arboribus ſpoliatum fuiſſe. Othrys autē & Peliō mōtes ſunt Theſſaliæ notisſimi. (montes Theſſaliæ notisſimi.) { Immani cum.} maxima lignorum congerie. {Obrutus} oppreſſus. {Aeſtuat} angitur, anhelat. { Nec habet, quas ducat ſpiritus auras } nec reſpirare poteſt. { Deficit interdum} deficere & mori interdum uidetur. {Super aera} ad aera. {Tollere} erigere. {Euoluere} excutere. {Ecce} hoc aduerbio ſignificat ſe digito oſtēdere Idā Phrygiæ montē. { Exitus in dubio eſt} mors, inquit, Cænei in dubio eſt. nā alii mortuum eſſe cōtendunt, alii in aquilam tranſmutatum. {Syluarum mo.} arborum pōdere. {Abnuit Ampycides } Mopſus negat. {Fuluis pen.} in aglā Cæneū fuiſſe cōuerſum innuit poeta. (Cæneus in aglā.) [Quæ mihi tunc pri. tūc eſt conſp. uolucris: ita Regius quidem legit, ceterum ſunt qui legunt, Tunc eſt conſpecta ſupremū. ut idem Reg. in annotationibus indicat, quam lectionem ut temere aſſerere nolim, ita tñ adiuuare eam uidetur quod infra ſeqtur, Sed auis nūc unica Cæneu. cur.n. unicā diceret poeta, ſi in aquilam, notamq; uolucrē cōuerſus ille fuiſſet? Ceterum fabulā hanc Cænei etiam Apollonius deſcribit lib. 1. his uerſibus:

Ἤλυθε δ' ἀφνειὸν προλιπὼν Γυρτῶνα Κόρωνος
Καινείδης, ἐσθλὸς μὲν, ἑοῦ δ' οὐ πατρὸς ἀμείνων.
Καινέα γὰρ ζωόν περ ἔτι κλείουσιν ἀοιδοὶ
Κενταύροισιν ὀλέσθαι, ὅτε σφέας οἶος ἀπ' ἄλλων
Ἤλασ' ἀριστήων, οἱ δ' ἔμπαλιν ὁρμηθέντες
Οὔτί μιν ἐγκλῖναι προτέρω σθένον, οὔτε δαΐξαι,
Ἀλλ' ἄρρηκτος, ἄκαμπτος ἐδύσετο νειόθι γαίης
Θεινόμενος στιβαρῇσι καταΐγδην ἐλάτῃσι.

quibus uerſibus & illud confirmatur, quod Ouid. dixit:

Exitus in dubio eſt, alii ſub inania corpus
Tartara detruſum ſyluarum mole ferebant.]

{Luſtrantem} circundantem. {Vnica} ſola, ſingularis. {Creditares eſt} hoc eſt Mopſi uatis auctoritate creditus eſt Cæneus in aquilam fuiſſe commutatus. {Aegre tu. } indignati ſumus. {Abſtitimus} deſtitimus. { Exercere do.} ſæuire in Centauros ob dolorem de Çænei morte conceptum. {Hæc

Exemplumq; fuit: paruoq; in tempore nudus
Arboris * Othrys erat, nec habebat * Pelion umbras.
Obrutus immani cumulo ſub pondere Cæneus
Aeſtuat arboreo, coniectaq; robora duris
Fert humeris. ſed enim poſtquam ſuper ora, caputq;
Creuit onus, nec habet, quas ducat ſpiritus auras,
Deficit interdum: modò ſe ſuper aera fruſtra
Tollere conatur, iactasq; euoluere ſyluas,
Interdumq; mouet: ueluti, quam cernimus (*ecce)
Ardua ſi terræ quatiatur motibus Ide.
Exitus in dubio eſt: alii ſub inania corpus
Tartara detruſum ſyluarum mole ferebant.
Abnuit Ampycides: medioq; ex aggere fuluis
Vidit auem pennis liquidas exire ſub auras,
Quæ mihi tunc primùm *fuerat conſpecta uolucris. (tunc eſt)
Hanc ubi luſtrantem leni ſua caſtra uolatu
Mopſus, & ingenti circùm *clamore ſonantem (plangore)
Aſpexit, pariterq; animo eſt, oculisq; ſecutus:
O' ſalue, dixit, Lapithææ gloria gentis
Maxime uir quondam, ſed auis nunc unica, Cæneu.
Credita res auctore ſuo eſt: dolor addidit iram;
Oppreſſumq; ægrè tulimus tot ab hoſtibus unum:
Nec prius abſtitimus ferro exercere dolorem,
Quàm data pars letho, partē fuga, noxq; remouit.

ARG. Periclymenus, a Neptuno accepta poteſtate, ut ſe in uarias figuras tranſuerteret, cum aduerſus Herculem dimicaſſet, & eum uarietate formarum uellet eludere, in Aquilam transformatus eſt: quam ille aduolantem ſibi, & in altitudinem ſe aeris efferentē, nouisſime ſagitta traiectam interemit.

HAec inter Lapithas, & ſemihomines Centauros
Prælia Tlepolemus, Pylio referente, dolorem
Præteriti Alcidæ, tacito non pertulit ore:
Atque ait: Herculeæ mirum eſt obliuia laudis
Acta tibi ſenior: certè mihi ſæpe referre
Nubigenas domitos à ſe pater ipſe ſolebat.
Triſtis ad hæc Pylius: Quid me meminiſſe malorum
Cogis, & obductos annis * reſcindere luctus? (reſtringere, aliàs reſciſcere.)
Inq; tuum genitorem odium, offenſasq; fateri?
Ille quidem maiora fide quoque geſſit, & orbem
Impleuit meritis: quod * uellem poſſe negare. (mallem)
Sed neque Deiphobum, nec Polydamanta, nec ipſum
Hectora laudamus. quis enim laudauerit hoſtem?
Ille tuus genitor Meſſenia mœnia quondam
Strauit, & immeritas urbes Elinq;, Pylumq;
Diruit, inq; meos ferrum, flammasq; penates
Impulit, utq; alios taceam; quos ille peremit:

in La.} hęc iccirco a poeta narrantur, quo concinnius Periclymeni Neſtoris fratris Metamorph. inferantur. Periclymenus enim Nelei filius, cui Neptunus facultatem ſe in uarias figuras transformandi conceſſerat, cum aquilæ figuram ſuſcepiſſet, ab Hercule, cum quo pugnabat, ſagitta transfixus interiit. { Triptolemus } ita quidem ferè in exemplaribus legitur, quod grande flagitium eſt, cum Triptolemus nuſquam bello Troiano interfuiſſe legatur. Tlepolemus igitur loco Triptolemi reponatur. fuit enim Tlepolemus (ut in ſecundo Iliad. narrat Homer⁹) Herculis & Aſtiocheæ filius, qui cum Lycimnium matris germanum interfeciſſet, comparata claſſe, magnaq; comitum multitudine Rhodū profugit, ubi imperium adeptus cum nouem nauibus, unà cum aliis Græciæ principibus, ad bellū Troianum eſt profectus, ubi tandem a Sarpedone fuit interfectus. { Præteriti Al. } prætermisſi Herculis. { Non per. } non eſt paſſus. { Obliuia acta } obliuionem eſſe factam. { Herculeæ laud } Herculis. eſt enim periphraſis. { Triſtis Pyl. } mœſtus Neſtor, quod & ſe a Tlepolemo notari uidebat, & ea commemorare cogebatur, quæ ſibi luctus cauſſa fuerant. {Obductos an. } multitudine annorum obrutos, atq; oblitos. { Reſtringere } renouare. {Offenſas } iniurias, quibus me affecit. { Maiora fide } maiora q̃ credi debeat. { Sed neq; Deiph. } hoſtes non eſſe laudādos colligit Neſtor. Deiphobus autem Priami fuit filius: Polidamas uero unus è principibus Troianis fuit fortisſimus, ſic uocatus, ꝙ multos domaret. [Producta eſt autem prima in Polydamas, eadem extēſione, quæ apud Horatium in Polypus, Satyra tertia, & in Epodis. nam ex πόλυπος πώλυπος fit Dorica dialecto, ut etiā Aldus annotauit. apud Homerum tamen Πουλυδάμας ferè dicitur per ου diphthongum, ut

Τοῖσι δὲ Πουλυδάμας πεπνυμένος ἦρχ' ἀγορεύειν
Πανθοΐδης, ὁ γὰρ οἶος ὅρα πρόσσω καὶ ὀπίσσω.

Iliados Σ. & rurſum,

Πουλυδάμα σὺ μὲν οὐκ ἔτ' ἐμοὶ φίλα ταῦτ' ἀγορεύεις.]

{ Meſſenia mœ.} Meſſene & urbs eſt, regio adiacens Arcadiæ. eſt etiā Siciliæ urbs, unde Meſſenius deriuatur. {Elinq; Pylūq;} Elis urbs eſt Arcadiæ iuxta Olympiā ab Elio Tātali filio cognominata: unde Elie⁹ & Ele⁹ declinātur. Pylus uero Meſſeniæ, unde Pyli⁹, Pyle⁹, ac Pyliō gētilia nomina deriuanť.

Bis ſex Neleidæ fuimus conſpecta iuuentus,
Bis ſex Herculeis ceciderunt, me minus uno,
Viribus: atque alios uinci potuiſſe ferendum eſt:
Mira Periclymeni mors eſt, cui poſſe figuras
Sumere quas uellet, rurſusq; reponere ſumptas
Neptunus dederat, Nelêi ſanguinis auctor.
Hic ubi nequidquam eſt formas uariatus in omnes,
Vertitur in faciem uolucris, quæ fulmina curuis
Ferre ſolet pedibus diuûm gratisſima regi.
Viribus uſus auis pennis, roſtroq; * redunco, *reducto,*
Hamatisq; uiri laniauerat unguibus ora.
Tendit in hunc nimium certos Tirynthius arcus,
Atque inter nubes ſublimia membra ferentem,
Pendentemq; ferit, lateri quà iungitur ala.
Nec graue uulnus erat: ſed rupti uulnere nerui
Deficiunt, motumq; negant, uireſq; uolandi.
Decidit in terram non concipientibus auras
Infirmis pennis: & * quæ leuis hæſerat alæ *qua*
Corporis affixi preſſa eſt grauitate ſagitta,
Perq; latus ſummum iugulo eſt exacta ſiniſtro.
Num uideor debere tuis præconia rebus
Herculis, ô Rhodiæ *ductor pulcherrime clasſis? *rector*
Ne tamen ulterius, quàm fortia facta ſilendo,
Vlciſcar fratres, ſolida eſt mihi gratia tecum.
Hæc poſtquam dulci Neleïus edidit ore,
A' ſermone ſenis repetito munere Bacchi
Surrexere toris: nox eſt data cetera ſomno.

A R G. Neptunus grauiter ferens Cycnum filium ſuum ab Achille occiſum, & Hectorem defenſorem operum, quæ ipſe poſuiſſet, ab Apolline ſocio laboris petit, quoniam ſibi non daretur, ut comminus cum eo congredi poſſet, ut ultor exiſteret. at ille auditis precibus eius, immiſtus acie, uultuq; conſpectus, arcum Alexandri in Achillem conuertit, ut ſagittam in eum dirigere poſſet: talumq; (qui fuit in eius corpore mortalis) percusſit, & interemit.

AT deus, æquoreas qui cuſpide tēperat undas,
In uolucrem corpus nati * Stheneleida uerſum *Cycneida*
Mente dolet patria, ſæuumq; peroſus Achillem,
Exercet memores plus quàm ciuiliter iras.
Iamq; ferè tracto duo per quinquennia bello,
Talibus intonſum compellat Smynthea dictis:
O' mihi de fratris longè cariſſime natis,
Irrita qui mecum poſuiſti mœnia Troiæ,
Ecquid, ubi * Aſiacas caſuras aſpicis arces, *has iam i...*
Ingemis? aut ecquid tot defendentia muros
Millia cæſa doles? ecquid, ne perſequar omnes,
Hectoris umbra ſubit circum ſua Pergama tracti?
* Cùm tamen ille ferox, belloq; cruentior ipſo *Cur*
Viuit adhuc operis noſtri populator Achilles.

RAPH. BIS ſex Neleidæ fuimus} duodecim Nelei filii. Neleus autem Neptuni filius & Tyrus nymphæ, qui à fratre Pelia domo pulſus Pylon urbem in Meſſenia condidit. uxorem habuit Chlorim, ex qua tres filios ſuſcepit Neſtorem, Periclymenum, Chromium. ex uariis autē mulieribus alios nouem, Taurum, Aſterium, Lycaonem, Deimachum, Euribium, Epileontē, Phtaſin, Antimenen, & Alaſtorem. {Me minus uno} me excepto. {Nelei ſang. auct.} Neptuni enim Neleus fuit filius. {Quæ ful. cur.} periphraſis eſt aquilæ. Ouid. quidem Periclymenum in aquilā conuerſum ab Hercule fuiſſe interfectum ait: alii uero in muſcam tranſmutatū, admonitione Palladis claua ab Hercule fuiſſe percuſſum, atq; interēptū. [Periclymeni & Pindarus meminit octaua ode Nemeorum. ſed hūc Neptuni filiū, & Chloridis eius, q̃ Tireſię fuit, cognominis Neleo, cōme. ibidem facit; & in bello Thebano infeſtū Amphiarao, ipſum ubiq; perſecutū dicit, donec terra ſorberetur.] {Viri} Herculis. {Hamatis unguibus} in modū hami recuruis. eſt enim nomen participio ſimile hamatus ab hamo declinatū. {Nimium} affectui & dolori ſeruit hoc aduerbium nimium. {Tirynthius} Hercules à Tirynthe Peloponneſi urbe. {Et quę leuis hæſ. alæ} ordo eſt & ſenſus, Et leuis ſagitta, quæ hæſerat, & affixa erat alæ, preſſa & impulſa fuit grauitate corporis illi affixi. eſt autem ἀντίθετον. leuis enim opponitur graui. {Exacta} expulſa. {Iugulo ſiniſtro} per ſiniſtrum iugulum. {Herculis *tui} parentis ſubaudiatur. {O Rhodiæ duct. pulcher. clasſis} ad illud Homeri carmen alludit poeta in ſecundo Iliad. τληπόλεμος δ' ἡρακλείδης ἠΰς τε μέγας τε ἐκ ῥόδου ἐννέα νῆας ἄγεν ῥοδίων ἀγερώχων. hinc enim aperte colligitur Tlepolemū Rhodiorum ductorē fuiſſe & pulchrū & magnū. {Solida grat.} firma amicitia. {Neleius} Neſtor Nelei filius. {Dulciore} ſuaui ſermone. nā (ut ait Homerus) ſuauior melle ab ore Neſtoris oratio profluebat. {A ſermone ſe.} poſt ſermonē Neſtoris. {At Deus æquoreas} Neptunus ægre ferens Cygnum filiū ab Achille interemptū Apollinē hortatur, ne ulterius ipſum uiuere patiatur. cui Apollo obſequens in aciem Troianorū deſcendit, Paridisq; ſagittam in Achillē ita direxit, ut illius uulnere interierit. Hęc autē iccirco à poeta narrantur, ut cōmodius & libri ſequentis initiū cū huius fine connectat, & Aiacis in florem metamorphoſin huic loco ſubiungat. neq; .n. ullā aliā in huius libri fine deſcribit transfigurationē. [Volucrem Cygneida uerſus: hoc eſt in Cygnum, poſito patronymico pro denominatiuo. nam à κύκνος fit κύκνειος, hinc ſoluta diphthōgo κυκνίος à quo κυκνίς fœmininū patronymica forma. {Memores iras} quas in memoria habebat. ut illud Virg. Memorē Iunonis ob iram. {Plus q̃ ci.} hoſtiliter. {Tracto bel.} protracto, producto. {Intōſum Smyn.} comatū Apollinē. nā Smyntheus epitheton eſt Apollinis ꝓpriū à muribus ſumptū, q (ut Stra. ait) Smynthi à Cretenſibus uocantur. hac ēt de cauſſa Smyntheus Apollo fuit cognominatus, ꝙ Teucris è Creta ꝓfectis datū eſt oraculū, ut ibi ſedes collocarēt, ubi terrigenę ipſos adorirentur. id aūt circa Hamaxithū ferunt cōtigiſſe. nam maxima agreſtiū murium multitudo noctu exorta qcquid armorū, uaſorūq; ex corio inuentū eſt, corroſit. Teucri aūt ibi māſerūt, atq; Idā ab Ida, q̃ eſt in Creta, appellarūt, tēplūq; ac ſimulacrū Apollini Smynthio erexerūt. Heraclides uero Ponticus auctor eſt mures ibi circa tēplū abundare & ſacros exiſtimari. Simulacrū uero ita effigiatū eſſe, ut murē pedibus premat. Solēt autē homines nomina à paruis rebus impoſita quibuſdā lenimētis mitigare, nam & a culicibus, quos Oetei Conopas uocant, Hercules Conopion apud illos colitur, quoniā ab illis eius opera liberati fuerunt. apud Erithræos quoq; Miliuntē habitantes Spectonus colitur, ꝙ ipſe uitibus uermis infeſtiſſimus ſit. nam ex Erithræis omnibus apud illos ſolū talis beſtiola naſcitur. Rhodii autē Apollinis Erethibii tēplum habent in agro ſuo. nā rubiginem ipſi Erithibiā uocāt. apud Æoles q in Aſia ſunt, mus quidam Pornopion uocatur. Bœotii uero hoc nomine Culices uocāt. ſacrificium autē faciunt Apollini Pronopioni, ſed multis in locis ſunt Smynthia hoc eſt Smynthii Apollinis templa. præcipue tamen in urbe Chryſa Smynthius Apollo colebatur, ubi erat ſtatua a Scopa pario confecta, cuius pedibus mus ſubiectus erat. {O mihi de fra.} hac oratione Neptunus Apollinem hortatur, ut Achillem Cycni interfectorem ſagitta perimat. {De frat. na.} de Iouis fratris mei filiis. à beneuolentia autem exorditur Neptunus. {Subit} in mentem cum quadam miſeratione uenit. {Populator} deſtructor. ex arte autem Achillem in odium Apollinis Neptunus adducit.

Periclymenus in uarias formas.

Apollo in Paridem.

{Det




Det mihi ſe, faxo, triplici quid cuſpide poſſim,
Sentiat. at quoniam concurrere comminus hoſti
Non datur, occulta nec opinum perde ſagitta.
Annuit, atque animo pariter patruiq;, ſuoq;
Delius indulgens, nebula uelatus in agmen
Peruenit Iliacum, mediaq; in cæde uirorum
Rara per ignotos ſpargentem cernit Achiuos
Tela Parin: faſſusq; deum, Quid ſpicula perdis
Sanguine plebis? ait: ſi qua eſt tibi cura tuorum,
Vertere in Aeaciden, * cæſosq; ulciſcere fratres.
Dixit, & oſtendens ſternentem Troica ferro
Corpora Peliden, * arcus obuertit in illum,
Certaq; letifera direxit ſpicula dextra.
Quo Priamus gaudere ſenex poſt Hectora poſſet,
Hoc fuit. ille igitur tantorum uictor Achille
Victus es à timido Graiæ raptore maritæ.
At ſi fœmineo fuerat tibi Marte cadendum,
Thermodoontiaca malles cecidiſſe bipenni.
Iam timor ille Phrygum, decus & tutela Pelaſgi
Nominis Aeacides, caput inſuperabile bello
Arſerat: armarat deus idem, idemq; cremarat.
Iam cinis eſt, & de tam magno reſtat Achille
Neſcio quid, paruam quòd non bene compleat urnã.
At uiuit, totum quæ gloria compleat orbem.
Hæc illi menſura uiro reſpondet, & hæc eſt
Par tibi Pelide, nec inania Tartara ſentit.
Ipſe etiam, ut cuius fuerit cognoſcere poſſes,
Bella mouet clypeus, deq; armis arma feruntur.
Non ea Tydides, non audet Oileus Aiax,
Non minor Atrides, non bello maior, & æuo,
Poſcere, non alij. ſoli Telamone creato,
Laërteq; fuit tantæ fiducia laudis.
A ſe Tantalides onus, inuidiamq; remouit,
Argolicosq; duces mediis conſidere caſtris
Iuſſit, & arbitrium litis traiecit in omnes.

RAPH. {DET mihi ſe} cõmittat ſe mihi & mari. {Triplici cuſp.} periphraſis eſt tridentis. {Nec opinũ} non opinantẽ. {Indulgens} obſequens. {Sanguine plebis} plebeios, ac uiles interficiendo. {Poſt Hect.} poſt Hectoris cædem. {Ille igitur t.} apoſtrophe ad Achillem indignationẽ continens, quòd ab effœminato Paride fuerit interfectus. {Graiæ mar.} Helenæ, quam iccirco maritã poeta uocat, quia uiris imperabat. {Fœm. Marte} imbelli. [Cum Ouid. ſentit & Calaber, qui lib. 3. Achillẽ ab Apolline ſagitta interfectum ſcribit, & Homer. apud quẽ Hector Achilli uaticinatur in hunc modum Ilia. 10.

φράζεο νῦν μήτοι δέ θεῶν μήνημα γένωμαι,
Ἤματι τῷ, ὅτε κέν σε Πάρις καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων,
Ἐσθλὸν ἐόντ᾽ ὀλέσωσιν, ἐνὶ σκαιῇσι πύλῃσι.

alii autem in templo Apollinis Thymbræi interfectum à Paride dicunt, inſidiis Hecubæ, cum eò noctu ad Polixenam ingreſſus fuiſſet. ut & Seruius meminit in 6. Virg.] {Thermodontiaca bip.} Amazonica ſecuri. nam Amazones Thermodõtis fluuii accolę fuerũt. {Arm. Deus idẽ} Vulcanus & Arma Achilli Thetidis rogatu perfecit, & eum mortuũ combusſit. {Neſcio quid} parum qd cineris de tanto Achillis corpore ſupereſt, quo ne urna quidem impleri poteſt. {Hęc menſ.} totus terrarũ orbis mẽſura eſſe uidetur gloriæ Achillis. à pręſtãtisſimis n. quibusq; poetis tam Græcis q̃ Latinis Achillis geſta fuere celebrata, ſicq; p totũ terrarum orbem uulgata. {Nec inania Tart. ſe.} nũquã.n. gloria morit. {Vt cuiꝰ fuerit cognoſcere poſſis} ac ſi diceret fortisſimi ac bellicoſisſimi illum clypeũ fuiſſe, pro quo tantæ cõtẽtiones fuere ſuſceptæ. {Deq; armis arma feruntur} propter arma Achillis bella excitantur. nam poſt mortem Achillis inter Aiacem & Vlyſſem de armis ipſius Achillis grauisſimæ ſunt ortæ contẽtiones. {Soli Telam. cr.} Aiaci Telamonis filio. {Laerteq;} Vlysſi. {A ſe Tantal.} Agamẽnon à Tantalo genus ducẽs. nã Tantalus Iouis, Pelops Tãtali, Pelopis Atreus, Atrei Agamẽnon & Menelaus filii fuiſſe dicũtur. {Traiecit} trãſmiſit, trãſtulit. [Hic quoq; uariãt auctores. ſũt.n. inter Græcos, q iudiciũ armorũ captiuis Troianis delegatũ ab Agamẽnone tradant, quo ille inuidiam a ſe deriuaret, idq; Neſtoris conſilio. uide Calabrum libro quinto, & Odyſſea undecima.]

læſoſq;

arcumq;

IACOBI CONSTANTII FANENSIS.

FOrtesq; animæ, nec cognitus Hector &c.} ordo talis, Fortesq; animæ, nec exiguo ſanguine ſenſerũt quid Hector non cognitus poſſet; nec exiguo ſanguine Phryges ſenſerunt qd Achaica dextera poſſet. {Proles Neptunia Cy.} duos fuiſſe Cygnos reperio, unum Marte genitũ, q ab Hercule eſt interfectus, ut in Aſpide narrat Heſiod. alterum Neptuno, quem interemit Achilles auctore Pindaro, a quo mutuatũ hæc poetã noſtrũ exiſtimo. {Corpora toſta carne re.} qa uictimã torrere mos fuit. nam qđ de elixorũ uſu Seruius & alii quidam uolunt inane eſt, ut in ſecundo Hecatoſty narrabimus. {Inter belliq; domusq; Acta tot.} Ineptus loquendi modus ſi hoc modo legamus. at in noſtro codice ſic inuenio, Inter belliq; domiq; Acta tot. ut belli & domi aduerbialiter ſint locata. {Ac ſi quẽ potuit ſpatioſa ſenectus Spectatorem operum multorũ red.} imperfecta ſentẽtia. unde opinor huic ſecũdo carmine deeſſe ultimũ pedẽ, ac deeſſe ſimul uerſum q ſequi debeat integrũ uno minus pede. nã illud, Vixi, non huic cui ſubiũgitur uerſui, ſed illi, q deſit, ſubnectendũ uidetur. exẽpli cã hoc modo, Ac ſi quẽ potuit ſpatioſa ſenectus ſpectatorem operũ multorum reddere, certe me potuit, uidi q tot iã ſęcula, uixi annos bis cẽtũ &c.} Clara decore fuit ꝓles Elateia Cœnis Theſſalidũ uirgo pul.} Elateia, i, exili ſcribatur et Elatei filia interpretetur, q elatus a Stephano dicitur. is Elateã ciuitatẽ in Theſſalia cõdidit, habuitq; alterã filiã Dotiã nomine, a qua Dotiũ in eadẽ regione ciuitas fuit nuncupata. eſt & Elatea urbs Phocidis, cuius meminit Pauſ. in Attica, & Herodo. in Vrania, niſi eãdẽ eſſe qs uelit quã memorat Steph. {Vidi ego Pet.} ꝓprium nomen a Petra in Theſſalia loco, ubi colebatur Neptunus cognomento Petræus. quoniam ibi percuſſa petra equum euocauerit. Lege quæ ſcripſimus in primæ Collectaneorum Hecatoſtyos cap. 57. {Vltor adeſt Phæreus} Pheræus triſyllabum nomen eſt hoc loco. nam primam corripere

ripere debet, cum a Phæris Theſſaliæ ciuitate ( quæ primã corripiunt ) deriuetur. multa ſanè hic nomina inuenies a Theſſaliæ locis declinata.

{Tereaq; Aemoniis qui prenſos montibus urſos Ferre domum uiuos indignantesq; ſolebat.} ſcribo Therea cum th aſpirato, ut ſit nomen a feris deductum, quarum hic uenatione delectabatur. θὴρ feram ſignificat.

{Abſcindit} lego abſcidit, ut in tẽporibus ſit cõcordia, qđ tamen ex abs & cædo, nõ ex abs & ſcindo cõpoſitũ eſſe mo nemus, ut ne claudicet ſyllaba. {Aemathii ſpoliis armatus Aleſi} ꝓ Aleſii. Aleſius.n. Scelũtis filius inter Hippodamiæ ꝓcos a Stephano memoratur. ſunt & qui Aleſiũ Gargeti filiũ fuiſſe dicãt (ut idẽ Stephanus tradit) qui cũ Pelope iuerit ad Hippodamiã Oenomai, a quo Aleſius in Elide ciuitas fuerit nũcupata. {Nudaq; Pellæi iuuenis ferit ora ſariſſa} quidam codices nõ Pellæi habẽt, ſed Phyllæi, quod nõ cõuenit minus. Phyllus.n. ciuitas in phthiotica una quattuor regionum Theſſaliæ, teſte Strab. lib. 9. ubi Apollinis Phyllæi fanum. hinc Phylleiã matrẽ, id eſt, Theſſalam poeta noſter appellat ultimo artis amatoriȩ, ut Nec tibi turpe puta crimẽ, ut Phylleia mater Soluere, & obductos annis reſtringere luctus. codex meus, & alii plurimi habẽt reſtinguere. quod placet magis, ſignificabit.n. ſuſcitare. nã ut recludere perſæpe ſimplicis uerbi cõtrariũ habet ſignificatũ reſoluere, religare, & id genꝰ plura, cur nõ interdũ habeat & reſtinguo? quin participium illud obductos reſtinguere innuit eſſe legendũ, cum obduci ignis dicatur cũ operitur. Virg. Et Cinis obductæ celabat lumina prunæ. {Bis ſex Neleidȩ fuimus} Neleus (qđ hoc loco interpres tetigit) ex Chloride genuit Neſtorẽ, Periclymenũ, & Chromiũ, ex diuerſis aliis mulieribus Taurũ, Aſteriũ, Lycaonẽ, Deimachũ, Eurybiũ, Epileõta, Phraſin, Antimenẽ, & Alaſtorẽ. auctor Apollonii cõment. in 1. Argon. Omniũ aũt natu minimꝰ Neſtor fuit, ut in undecimo Iliados ſcribit Homerus. {Cũ tñ ille ferox} nõ cũ, ſed cur boni codices habẽt. {A ſe Tantalides onus inuidiamq; remouit} inuidiam interpretor crimẽ uel iniuriã, licet & pro odio poſſet accipi.

# HENRICI GLAREANI
## *annotationes in librum duodecimum.*

*Proteſilae cadis.*

IN pleriſq; codicibus atq; adeo in Raphaelis, quem nos habebamus, Proteſilaus Iſiphyli filius dicitur, cum Homerus in cãtalogo, & hic noſter poeta in epiſtolis Iphicli dicant filium. uerum hæc notare non uidẽtur huius inſtituti.

*Opusq; meæ bis ſenſit Telephus haſtæ.*

Amphibolon uidetur eſſe in uerbo opus, cũ & uulnus & auxiliũ ſignificet. operæpretiũ autem uidetur q̃ Plin. lib. 34. cap. 15. refert aſcribere. Eſt & rubigo ipſa, inquit, in remediis, & ſic Telephum proditur ſanaſſe Achilles, ſiue id ȩrea, ſiue ferrea cuſpide fecit, ita certe depingitur eam decutiens gladio. Meminit etiam obiter lib. 25. cap. 5.

*Spectatorem operum multorum reddere.*

Anantapodoton eſt oratio, ut ſupra diximus, altero defecta membro. nam deeſt, certe me potuit ſenectus ſpectatorem multorum operum reddere.

*Elige quid uoueas, eadem quoque fama ferebat.*

Amphibolon, utrum eadem neutro dixerit genere, an fœminino. & ſupplementum uidetur uerſus.

*Sæuiſſime Centaurorum Euryte.*

Homerus Odyſſeæ φ uocat Eurytiona, ſed, ut antea admonuimus, & nomina ſæpe uariant, & non eoſdem ſecutus auctores poeta uidetur.

*Hunc pede conuulſo menſæ Pellæus acernæ.*

Dubiũ qđ referat hũc, utrũ Amycũ, q Celadõta ꝑcuſſerat, an Celadõta nõdũ prorſus confectũ, quippe q ſubiungat, geminato uulnere miſſum ad tartareas umbras, geminato inquam cum ab Amyco, tũ a Pelate inflicto. ſi certũ eſſet Centaurus'ne, an Lapitha fuerit Pelates, facile ſolueretur nodus.

*Quæ fuerant pinu uotiui cornua cerui.*

Votiui, id eſt, uoto oblati, ſuſpenſa autem ad pinum intelligenda. porrò ſequente uerſu Aldinus codex omiſit, ſua, & Gryneus triſyllabon facit, cum poeta nono paulo antea carmine Gryneus fecerit diſſyllabon, & Græce γρυμεὺς eſt, non γρύμειος hoc ſaltem loco. Quare legendum, Gryneus ſua lumina ramo. Rurſus tertio inde uerſu concreta, niſi pro confuſa dicatur, non uideo quid ſenſus eſſe queat.

*Vulnus Cænee tuliſti.*

Cæneus Lapithȩ nomẽ, de quo hȩc eſt fabula, diſſyllabon eſt. at Cæneus triſyllabõ Centauri nomẽ hoc uerſu. de quo poeta iocatur. quemadmodũ C. Cæſarẽ iocatũ in Põponiũ militẽ, Quintil. refert. Cum.n. Pomponius uulnus ore exceptũ oſtentaret, Ne unquam fugiens, inquit Cæſar, reſpexeris?

*Sopitus uenis & inexperrectus Aphidas.*

Coniunctio, &, hoc in loco omitti nõ debet. ceterũ Aphidas Planudes uertit, cum alibi Aphypnas legatur, quod ad illud inexperrectus reſpondere uidetur. ſed neque de hoc certum eſt, ſit'ne Centaurus, an Lapitha. Carcheſium autem, quod ſequenti uerſu ponitur, Raphael uas uinarium exponit. Ser. in 4. Geor. ad illud Virgilii, Et mater, cape Mœonii carcheſia Bacchi, Oceano libemus, ait: Carcheſia, inquit, ſunt genera poculorum. at quantum ex Macrobii deſcriptione libro quinto conſtat, non longe uidetur abeſſe ab eo, quod uulgo Cantharum uocant.

*Plenoq; è gutture fluxit Inque toros.*

Raph. legit, plenoq; è gurgite, & exponit, uentre, quem propter magnitudinem gurgitem uocat. hȩc ille. ſed è gutture legendum eſt. illud magis lectori conſiderandum, num ſatis recte ab eodem expoſitum ſit, Inq; toros, id eſt, in lectum & urſæ pellem, quod ego tamen non reprehendo.

*Solidoq; reuellere dumo.*

Dumo Perot. exponit nemore, quod placet, tametſi Dumoſum apud Virg. in Tityro dumis plenũ, exponit Ser. & Feſtus frondoſus. Porrò in hac pugna Centaurorum Lapitharumq; propria nomina multa corrupta, multa incerta, Nedymũ quidam Nedimnum, Lycotan, Lyceſpen inepte, Ripea, quidam Riphea, Plegræum Phlægræum inepte, hylen εἰλειν Planudes uertit. uerum hæc librariorũ culpa fiũt, & correctorum incogitantia, aut uerius inſcitia.

*Ex humeris medios coma dependebat in ar.*

Qui in homine humeri, in reliquis animantibus Harmi, aiunt Plinium tradidiſſe. non igitur eſt fruſtranea hæc Centauri deſcriptio, monſtroſa quidem illa, ſed non abſque gratia, poetæ maxime quȩſita ingenio.

*Pheocomes hominemq; ſimul protectus equumq;.*

Raphael exponit, qui coma & ſe & hominem protexerat. alii ſimpliciter accipiunt, id eſt, qui ſe, & hominem, & equum protexerat: quod uidetur ueriſimilius.

*Veluti concretum uimine querno.*

Hȩc deſcriptio niſi adiuuetur multis modis, & partim expoſitione, partim figuris declaretur, præter huius poetæ conſuetudinem inſignem ſecum adfert obſcuritatem, ut mirer Raphaelem non dignatum aliqua ampliore declaratione.

*Qui clypeo gladioq; Macedoniaq; Sariſſa.*

Tot ſyllabarum breuium concurſu poeta neceſſario breuem ſyllabam produxit, ni in Macedonia. Sariſſa autem longior haſta erat, quàm Romanorum pilum, ut planè uidetur apud Liuium de bello Macedonico.

*Obliquat, longaq; amplectitur ilia dextra.*

Niſi longa pro extenta exponamus, non equidem intelligo, cum ſenſus alioqui non ſit obſcurus. uidetur enim cæſim nunc uerberaſſe, qui punctim antea.

*Laertæq; fuit.*

Laertȩ, id eſt Vlyſſi, exponit Raphael, ſed fortasſis codex errat. nam Laerte uidetur ablatiui eſſe caſus, ut Telamone. quanquam Laerta etiam dici poteſt, ut Anchiſa apud Maronem in auferendi caſu, quare abſq; diphthongo legendum.

# P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

## LIBER DECIMVSTERTIVS.




### ARGVMENTVM.

Achille ab Alexandro occiſo, arma cum peterentur ab Aiace, quia frater patruelis eſſet, & Vlyſſe, qui conſilio ſe potiorem, ac uirtute indicaret: placuit principibus, ut utriuſque res geſtæ in bello perpenderentur, & digniori propoſitum præmium ab uniuerſo exercitu tribueretur. cum itaque in conſpectu omnium Aiax uirtutes ſuas, quibus Graios iuuiſſet, retuliſſet: & Vlyſſes conſilia ſua, quibus communem remp. iuuiſſet, duces quoque adduxiſſet, nouisſime ſignum Mineruæ, quod e Troia ſuſtulerat, oſtendit, quo Graii moti, cum ante oratione eiuſdem perculſi ſtuperent, ab Aiace arma abiudicata ſunt, & Vlysſi data. qua ille contumelia accenſus incubuit enſi: ex cuius cruore flos purpureus ſimilis hyacintho natus eſt.

Onſedere duces, &, uulgi ſtante corona,
Surgit ad hos clypei dominus ſeptemplicis Aiax:
Vtq; erat impatiens iræ, Sigeïa toruo
Littora proſpexit, claſſemq; in littore, uultu:
Intendensq; manus, Agimus, proh Iuppiter, inquit,
Ante rates cauſſam, & mecum confertur Vlyſſes.
At non Hectoreis dubitauit cedere flammis,
Quas ego ſuſtinui, quas hac à claſſe fugaui.
Tutius eſt igitur fictis contendere uerbis,
Quàm pugnare manu. ſed nec mihi dicere promptū,

RAPH. Onſedere duces } Achille ſagitta Paridis interempto, magna inter Aiacem & Vlyſſem contentio orta eſt, uter ipſorum illius armis dignior eſſet. Agamemnon autem, ne in alterius odium incideret, illius contentionis iudicium ad principes Græcorum reiecit, ut ꝑ uirtute ac meritis utriuſq; arma alteri iudicaret. iuſſo igitur utroq; in conſeſſu principū cauſſam agere, non uirtute aut meritis, ſed eloquentia, qua plurimū ualebat, Vlyſſes effecit, ut ſibi arma adiudicarentur. illā autē repulſam Aiax adeo ægre tulit, ut primū furioſus ſit effectus, deinde cum reſipuiſſet, gladio incūbēs ſe ipſum interfecerit: ſed tādē miſeratione deorū in Hyacinthū florē fuit cōmutatus. { Cōſedere du. } ciuilē inſtituit cōcionē, in qua principes ſedent. uulgus autē cogit̃ ſtare. { Clypei ſep. } ſeptē boū coriis tecti. [Huius clypei deſcriptio eſt apud Homerum Iliados ſeptimo:

Αἴας δ' ἐγγύθεν ἦλθε φέρων σάκος ἠΰτε πύργον
Χαλκίον ἑπταβόον, ὅ οἱ Τύχιος κάμε τεύχων
Σκυτοτόμων ὄχ' ἄριστος Ὕλῃ ἐνὶ οἰκία ναίων,
Ὅς οἱ ἐποίησεν σάκος αἰόλον ἑπταβόειον
Ταύρων ζατρεφέων, ἐπὶ δ' ὄγδοον ἤλασι χαλκόν.

quod igitur Hom. ἑπταβόειον dixit, idem hic Septēplicis nomine intelligēdū.] {Aiax Te.} Pelei fratris filius Achillis patruelis fuit. quæ autem de Aiace ſcribit poeta, a Sophocle ſumpſiſſe uidetur. {Sigeia lit.} Sigeū et urbs et ꝓmōtoriū eſt Troadis, iuxta qd̃ Græcorū claſsis ſubducta erat. {Claſſemq; in lit.} ſtantē ſubaudiamꝰ. {Intendensq; ma.} ad claſſem intelligendū eſt. exprimit autē geſtū uiri cū indignatione locuturi. { Agimus proh Iup.} Aiacis ꝑſonæ decorū pulchre ſeruatur, ꝗ fortis qdem ac bellicoſus fuiſſe, ſed eloquentia parū ualuiſſe, tum a Græcis, tum a Latinis fingitur poetis. quare illi oratio ſimplex attribuitur, omniq; artificio carens. nam & in procemio ſtatim cum magna exclamat indignatione, & ſe per totam iactat orationem: quæ non eſſe facienda, rhetores omnes præcipiunt. Verſatur autem hæc oratio in duplici coniecturali conſtitutione. cum enim Achillis arma Græcorū præſtantisſimo & uirtute & meritis forent tribuenda: uter horum ſit præſtantior quæritur, Aiax an Vlyſſes, cum uterque ſe dignum illis eſſe iactaret, uterq; autem coniecturis & ſe meruiſſe, & alterum non meruiſſe oſtendit. [Neque uero omni prorſus artificio caret hæc oratio, ut Regius ait. nam & partes ſuas habet, & diſerte cauſſam proponit Aiax, oſtendens arma ſibi potius quàm Vlysſi deberi, primo quidem iure ſucceſsionis ſiue hæreditario, quia frater Achillis patruelis ſit, & nobilior etiam genere natus: deinde ex merito, quoniā plura, quàm ille, præclare geſſerit, ille autem etiam quædam pesſime. & hic collatione utriuſque geſtorum facta, quæ ab illo turpiter geſta ſunt, criminando exaggerat: quæ uero tollerabiliter, eleuando extenuat. poſtremo aūt etiam illud addit, neque parem neque idoneum his armis geſtandis Vlyſſem eſſe. atque hęc, quantum ad ſubiectum orationis attinet. Deinde uero uel ſummæ artis fuit, decorum præſtare, talemq; ſermonem perſonæ tribuere, ꝗ illi quàm aptisſime conueniret. nam ut apud Sall. Marius, ita hic Aiax fingitur uirtute magis & factis laudē quærere, ſeſeq; aliis commendare, quàm dicendi facultate. idq; militari ac forti uiro peculiare eſt. eoq; neque amplificationibus longioribus utitur, neque coloribus aliis, quibus ſolent qui uerbis magis, quàm factis, excellere cupiunt. eſt enim ſimplex ueritatis oratio. ſimulata uero aut falſa aliena commendatione indigent, ut Eurypides ait. Quòd autem principio utitur turbulentiore, & minus ad artem accommodato, ut Regio uidetur: id ipſum ex arte ſumptum eſt. nam & iratus ad cauſſam agendam accedit, & eo magis indignatur, quòd cum Vlyſſe, homine bellicis rebus aut armis nunquam aperte aut recte exercitato, certandum ſibi eſſet: ad quem nullo neque iure neq; merito adeo arma illa pertinerent. deniq; ex cuius collatione, ipſius fama plus detrimenti, quàm uictoriæ gloriæ acceptura eſſet. Proinde illud magis dicendum fuerat, Aiaci quidem ſimplicem, non tamen ab arte remotam orationem tribui, Vlysſi autem coloratam, & propemodum ueteratoriam.] { Proh Iuppiter } exclamatio minime principio conueniens. { Ante rates } a quibus ego ſolus Hectoris faces repuli, cum alii Gręci, in primisq; Vlyſſes illius uiri impetum non ſuſtinentes eas deſeruerint. cum enim Achilles Agamemnoni iratus propter Briſeida ereptam intra tentorium ſe contineret, neque pugnare uellet, Hector cum delecta Troianorum iuuentute in hoſtium claſſem impetum fecit, quam etiam incendiſſet, niſi Aiacis uirtute fuiſſet repulſus. [ut eſt Iliados 15.] Omnis igitur Aiacis indignatio, & a loco, in quo cauſſa agitur, & ab aduerſario oriri uidetur. { Et mecum confertur Vlyſſes } & coniunctio indignationem hoc loco ſignificat. {Hac a claſſe} manum ad claſſem intendit Aiax, ſicq; illam Græcis oſtendit. { Fictis } compoſitis.

{Iſti}

Nec facere eſt iſti: quantumq; ego Marte feroci,
Inq; acie ualeo, tantùm ualet iſte loquendo.
Nec memoranda tamen uobis mea facta Pelaſgi
Eſſe reor: (uidiſtis enim) ſua narret Vlyſſes,
Quæ ſine teſte gerit, quorum nox conſcia ſola eſt.
Præmia magna peti fateor: ſed demit honorem
Aemulus Aiaci. non eſt tenuiſſe ſuperbum,
* Sit licet hoc ingens, quidquid ſperauit Vlyſſes.
Ipſe tulit pretium iam nunc certaminis huius,
Quòd cùm uictus erit, mecum certaſſe feretur.
Atque ego, ſi uirtus in me dubitabilis eſſet,
Nobilitate potens eſſem, Telamone creatus,
Mœnia qui forti Troiana ſub Hercule cepit,
Littoraq; intrauit Pegaſæa Colcha carina.
Aeacus huic pater eſt, qui iura ſilentibus illic
Reddit, ubi Aeoliden ſaxum graue Siſyphon urget.
Aeacon agnouit ſummus, prolemq; fatetur
Iuppiter eſſe ſuam. ſic ab Ioue tertius Aiax.
Nec tamen hæc ſeries in cauſſam profit Achiui,
Si mihi cum magno non ſit communis Achille.
Frater erat, fraterna peto. quid ſanguine cretus
Siſyphio, furtiſq; & fraude ſimillimus illi
Inſeris Aeacidis alienæ nomina gentis?
An quòd in arma prior, nulloq; ſub indice ueni,
Arma neganda mihi? potiorq; uidebitur illis,
Vltima qui cepit, detrectauitq; furore
Militiam ficto: donec ſolertior iſto,
Et ſibi inutilior, timidi commenta retexit
Naupliades animi, uitataq; traxit ad arma?
Optima nunc ſumat, qui ſumere noluit ulla:
Nos inhonorati, & donis patruelibus orbi,
Obtulimus quia nos ad prima pericula, ſimus?
Atque utinam aut uerus furor ille, aut creditus eſſet,
Nec comes hic Phrygias unquam ueniſſet ad arces
Hortator ſcelerum. non te Pœantia proles
Expoſitum Lemnos noſtro cum crimine haberet:
Qui nunc, ut memorant, ſylueſtribus abditus antris,
Saxa moues gemitu, Laërtiadæq; precaris
Quæ meruit: quæ, ſi dij ſunt, non uana precaris.
Et nunc ille eadem nobis iuratus in arma,
* Et pars una ducum, quo ſucceſſore ſagittæ
Herculis utuntur, fractus morboq;, fameq;,
Venaturq;, aliturq; auibus, uolucreſq; petendo
Debita Troianis exercet ſpicula fatis.
Ille tamen uiuit, quia non comitatur Vlyſſem.
Vellet & infelix Palamedes eſſe relictus:
Viueret, aut certè lethum ſine crimine haberet.

RAPH. ISTI} cum magno Vlysſis contemptu hoc dixit. {Quantumq; ego Marte feroci} contra artis præcepta ubiq; & ſe & ſua Aiax non deſinit iactare. omnis enim ſui iactatio (ut Fabius Quintilianus tradit) eſt odioſa. {Præmia magna} arma Achillis a Vulcano fabricata. {Tenuiſſe} obtinuiſſe. in contemptum autẽ Vlyſſem, quantum poteſt, Aiax adducit. {Superbum} glorioſum. {Sit licet hoc ingens} quamuis id, de quo contenditur, ſit maximum. {Feretur} iactabitur. {Si uirtus in me dubitabilis eſſet} nimium arrogãter hoc eſt dictum. {Littora Colcha} Colchica. nam Telamon cũ Iaſone in Colchos nauigauit, ut plenius ſuperiꝰ diximus. {Vbi Æoliden Siſyphõ} hoc ad Vlysſis cõtemptum dictum eſt. nam fama erat a Siſypho latrone, Iſthmum obſidente, Anticleam Vlysſis matrẽ, cũ ad Laertem duceretur, fuiſſe compreſſam. atq; ex eo concubitu Vlyſſem ortũ. [De hac re ſupra in fab. Autolyci nonnulla annotauimus. ſumpta autẽ uidentur hęc uel ex Aiace Sophoclis ubi chorus de Vlyſſe loquens:

Εἰ δ' ὑποβαλλόμενοι, (igt)
Κλέπτουσι μύθους οἱ μεγάλοι βασιλεῖς
Ἢ τᾶς ἀσώτου σισυφιδᾶν γενεᾶς Μὴ μή μ' ἄναξ
Ἔθ' ὧδ' ἐφάλοις κλισίαις ὄμμ' ἔχων
Κακὰν φάτιν ἄρῃ, &c.

aut ex Æſchylo, cuius hęc ibidem citantur:

Ἀλλ' ἀντικλείας ἆσσον ἦλθε σίσυφος
Τῆς σῆς λέγω τοι μητρὸς, ἥ σ' ἐγείνατο....

aut etiam ex Cyclope Euripidis. ubi Silenus Vlyſſem interrogans inquit:

Χαῖρ' ὦ ξέν', ὅστις δ' εἶ φράσον, πάτραν τε σήν.

Ille autem reſpondens ſubiicit:

Ἴθακος ὀδυσσεὺς γῆς κεφαλλήνων ἄναξ.

Tum rurſum alter:

Οἶδ' ἄνδρα κρόταλον, δριμὺ σισύφου γένος.]

{Hæc ſeries} hęc ſtemmatis diſpoſitio. {Frater erat} patruelis frater Achilles fuit Aiacis. nam Peleus & Telamon fratres fuerunt. Patrueles autem fratres dicuntur, q̃ è fratribus naſcuntur. {Quid ſang. cre. Siſyphio?} aperte Aiax originis turpitudinem obiicit Vlysſi. {An quod in arma prior?} Vlyſſes ne ad bellum Troianum cum aliis Græciæ principibus proficiſcens, uxorem relinquere cogeretur, ſe inſanire ſimulauit. Palamedes uero, prudentia ualde pollens, ad hoc ſpeculandum miſſus, illi aranti, ſalemq; ſeminanti filium paruulum obiecit, quem Vlyſſes aratro ſublato nihil offendit. inuitus itaque ad bellum ductus, Palamedem ficta proditione tandẽ oppresſit. {Nullo ſub in.} nullo indicante. {Vltima qui ce.} ultimus per hypallagem, ut intelligatur, qui ultimus cepit arma. {Detrectauit} uitauit. {Solertior} prudentior. {Et ſibi inutil.} nã Palamedes in ſe Vlyſſem concitauit, cuius fraude tandem, ut proditor a cuncto Græcorum exercitũ fuit interfectus. nam Vlyſſes litteras finxit a Priamo ad Palamedẽ datas, quibus ſignificare uidebatur Priamus ſe magnũ auri põdus miſiſſe, aliudq; miſſurum. cum uero litteræ ad Agamẽnonẽ fuiſſent perlatæ, principeſq; omnes præter Palamedem cõueniſſent, uixq; illud ſcelus in Palamedẽ cadere poſſe cunctis uideretur: Vlyſſes nihil temere de tanto uiro credendũ dixit, niſi aurũ, quod ille iã per ſeruos corruptos in illius tentorio defodiendum curauerant, deprehẽderetur. qui igitur misſi ad hoc inquirendum fuerant, cum renuntiaſſent inuentum, lapidibus Palamedes a toto exercitu, de quo optime meritus erat, obrutus eſt. {Naupliades} Palamedes Nauplii filius. Nauplius autẽ, Neptuni & Amymones nymphæ filius, in Eubœa regnauit. {Optima nunc ſu.} Ironia indignationis plena, qua Aiax ſignificat Vlyſſem nulla ratione armis Achillis eſſe dignum, ſe autem eſſe dignisſimum. {Furor ille} inſania illa Vlysſis. {Hortator ſcelerum} hactenus in contemptum, nunc in odium Aiax Vlyſſem adducit. {Non te Pœantia proles} cum oraculum accepiſſent Græci, Troiam ſine Herculis ſagittis capi non poſſe, Vlyſſes miſſus ad Philoctetem Pœantis filium, cui moriens Hercules arcum, ſagittaſq; reliquit inueniendum, Troiamq; adducendum. cum forte inter nauigandum ſagitta hydræ ueneno tincta è pharetra cadens Philoctetę pedem uulneraſſet, eum in Lenno, nullo adhibito uulneri remedio, reliquit. {Lemnos} Lẽnos inſula eſt una ex Cycladibus, [ſeu potius è regione Thraciæ, ut Stephanus habet, unde cetera hæc tranſumpta.] Vulcano dicata, quæ duo oppida habet Epheſtiam, & Myrinam, in cuius forum ſolſtitio Athos eiaculatur umbram, ut Plinius ſcribit. {Qui nunc ut memorant} oratoriæ miſerias Philoctetæ amplificat Aiax, ut maius in odium Vlyſſem adducat. {Troianis fatis} Troiano excidio. {Sine crimine} proditionis.

Palamedis cædes

Scilicet

(Hen. p. u. d.)

{Conuicti

Quem malè conuicti nimiùm memor iſte furoris
Prodere rem Danaum finxit, fictumq́; probauit
Crimen, & oſtendit, quod iam præfoderat, aurum.
Ergo aut exilio uires ſubduxit Achiuis,
Aut nece: ſic pugnat, ſic eſt metuendus Vlyſſes.
Qui licèt eloquio fidum quoque Neſtora uincat,
Haud tamen efficiet deſertum ut Neſtora crimen
Eſſe rear nullum: qui cùm imploraret Vlyſſem
Vulnere tardus equi, feſſusq́; ſenilibus annis,
Proditus à ſocio eſt. non hæc mihi crimina fingi,
Scit bene Tydides: qui nomine ſæpe uocatum
Corripuit, trepidoq́; fugam exprobrauit amico.
Aſpiciunt oculis ſuperi mortalia iuſtis.
En eget auxilio, qui non tulit: utq́; reliquit,
Sic linquendus erat. legem ſibi dixerat ipſe.
Conclamat ſocios: adſum, uideoq́; trementem,
Pallentemq́; metu, & trepidantem morte futura;
Oppoſui molem clypei, texiq́; iacentem,
Seruauiq́; animã (minimum eſt hoc laudis) inertem.
Si perſtas certare, locum redeamus ad illum.
Redde hoſtes, uulnusq́; tuum, ſolitumq́; timorem,
Poſt clypeumq́; late, & mecum contende ſub illo.
At poſtquam eripui: cui ſtandi uulnera uires
Non dederant, nullo tardatus uulnere fugit.
Hector adeſt, ſecumq́; deos in prælia ducit:
Quaq́; ruit, non tu tantùm terreris Vlyſſe,
Sed fortes etiam. tantum trahit ille timoris.
Hunc ego ſanguineæ ſucceſſu cædis ouantem
Eminus ingenti reſupinum pondere fudi:
Hunc ego poſcentem, cum quo concurreret unus,

RAPH. CONVICTI furoris} deprehenſi, detecti. {Nimium ma. mem.} illa nanq; memoria Palamedes optime de Græcorum exercitu meritus fuit interfectus. {Præfoderat} ante defoderat in tentorio Palamedis per ſeruos corruptos, ut diximus. {Ergo aut exil.} relinquens Philoctetem in Lemno tanquam exulem. {Aut nece} inducens exercitum ad lapidandum Palamedem.

[Sic idem Aiax apud Calabrum lib. 5.

Ἢ τοῦ δ' ἐξελάθου ὅτ' ἐς Ἴλιον ἱερὸν ἄστυ
Ἐλθέμεναι ἀλέεινες ἅμ' ἀγρομένοισιν Ἀχαιοῖς
Καί σε καταπτώσσοντα, καὶ οὐκ ἐθέλοντ' ἐφέπεσθαι
Ἤγαγον Ἀτρεΐδαι, ὡς μὴ ὤφελλες ἱκέσθαι
Σῇς γὰρ ὑπ' ἐννεσίῃσι κλυτὸν Ποιάντιον υἷα
Λήμνῳ ἐν ἠγαθέῃ λίπομεν μεγάλα στενάχοντα,
Οὐκ οἴῳ δ' ἄρα τῷ δὲ λυγρὴν ἐπεμήσαο λώβην
Ἀλλὰ καὶ ἀντιθέῳ Παλαμήδεϊ θῆκας ὄλεθρον
Ὃς σέο φέρτερος ἔσκε βίῃ καὶ ἔφρονι βουλῇ.

Ac de Palamede quidem etiam Virgilius meminit ſecundo Æneidos. & de Philoctete autem extat tota fabula apud Sophoclem.] Deſertum ut Neſtora} ut in octauo Iliad. narrat Homerus. Cum Neſtor unà cum aliis Græcis fulmine Iouis territis fugere nõ poſſet, quòd unus ex ipſius, equis foret ab
ſagitta Alexandro *catapulta uulneratus, facile fuiſſet ab Hectore oppreſſus, niſi re cognita Diomedes & clara uoce Vlyſſem inclamaſſet ad opem ſeni ferendam, & nihilominus illo fugiente ſolus ipſe Neſtorem ab impetu Hectoris protexiſſet, ac in ſuum currum recepiſſet. {Proditus a ſocio eſt} ab Vlyſſe fuit derelictus. qui autem ſocios in pugna derelinquunt, ut proditores habentur. {Trepido} timido. alludit autem ad uerba, quæ Diomedi attribuit Homerus. Quo fugis, inquit, Vlyſſes Laertæ fili? cur terga uertis? cur committis, ut tanquam imbellis ac timidus a tergo uulnereris? mane hic mecum, mane dum a ſene amico trucem Hectorem arceamus. [Græci uerſus ſunt,

Διογενὲς Λαερτιάδη πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ
Πῇ φεύγεις μετὰ νῶτα βαλὼν κακὸς ὣς ἐν ὁμίλῳ.
Μή τίς τοι φεύγοντι μεταφρένῳ ἐν δόρυ πήξῃ
Ἀλλὰ μέν', ὄφρα γέροντος ἀπώσομεν ἄγριον ἄνδρα.
Ὣς ἔφατ', οὐδ' ἐσάκουσε πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς.
Ἀλλὰ παρήϊξεν κοίλας ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν.]

{Mortalia} res mortalium. hæc autem ſententia eò pertinet, ut qui ferre opem noluit, ea indigere cogatur. {En eget auxilio, qui non tulit} hoc de undecimo Iliados libro ſumptum eſt. nam (ut ibi ſcribit Homerus) cum Vlyſſes Socum, Hipaſi filium, interfeciſſet, Troianorum turba in illum ſic impetum fecit, ut & ſe retroferre, & ſuorum auxilium implorare ſit coactus, cum iam Soci haſta fuiſſet uuelneratus. Aiax igitur a Menelao admonitus, ſcuto illum accurrens a ui hoſtium intrepide protexit. {Vulnusq́; tuum} nam latus illius haſta traiecit Socus.

[Τρῶες δὲ μεγάθυμοι ἐπεὶ ἴδον αἷμ' Ὀδυσῆος
Κεκλόμενοι καθ' ὅμιλον ἐπ' αὐτῷ πάντες ἔβησαν.
Αὐτὰρ ὅγ' ἐξοπίσω ἀνεχάζετο, αὖε δ' ἑταίρους.
Τρὶς μὲν ἔπειτ' ἤυσεν, ὅσον κεφαλὴ χάδε φωτός.
Τρὶς δ' ἄϊεν ἰάχοντος ἀρηΐφιλος Μενέλαος,
Αἶψα δ' ἄρ' Αἴαντα προσεφώνεεν ἐγγὺς ἐόντα, &c.

& paulo poſt,

Αἴας δ' ἐγγύθεν ἦλθε φέρων σάκος ἠΰτε πύργον
Στῆ δὲ παρέξ, Τρῶες δὲ διέτρεσαν ἄλλυδις ἄλλος.]

{Hector adeſt} aduenit. {Deos} deorum in primis Iouis auxilium. nam (ut ſcribit Homerus) ſe Iouis filium eſſa iactabat Hector. [Videtur hoc loco Intelligere Ouid. id quod Homerus libro duodecimo ſcribit, Iouem uoluiſſe Hectori & Troianis uictoriam & gloriam eo die ſuppeditare, eoq́; etiam Iride miſſa, conſilia illi ſubminiſtraſſe, quibus ille inſtructus, & foſſam Græcorum ſuperauit, & effractis munitionibus illorum, ad naues uſque peruenit. quare & ſequenti libro mox ſequitur,

Ζεὺς δ' ἐπεὶ οὖν Τρῶάς τε, καὶ Ἕκτορα νηυσὶ πέλασσε, &c.

Illud autem, quod infra ſequitur, Ecce ferunt Troes, ferrumq́;, ignesq́;, Iouemq́; &c. ad id refero, quod Iliad. 15. idẽ Homerus ait. Iouem è ſomno, quo dolo Iunonis ſopitus fuerat, experrectum miſiſſe Apollinem, qui Troianos contra Græcos reſtitueret, illosq́; in fugam uerteret. quo facto Troianos ad naues uſq; inſecutos eſſe, iiſdemq́; flammas inieciſſe.] {Non tu tantum} emphaſis eſt. intelligitur enim quod non exprimitur. non tantum tu, qui es omnium timidisſimus, terreris impetu Hectoris, ſed etiam fortes. eſt etiam apoſtrophe contemptus plena. {Tantum trahit ille tim.} acclamatio eſt. {Ingenti pondere} maximo ſaxo. nam (ut in decimoquarto Iliad. uolumine legitur) cum Hector haſtam in Aiacem ieciſſet, neque uulneraſſet, Aiax ipſe ſublato maximo ſaxo pectus illius ita percusſit, ut cum ingenti armorum ſtrepitu in terram caderet. [Græci uerſus ſunt,

Τὸν μὲν ἔπειτ' ἀπιόντα μέγας Τελαμώνιος Αἴας
Χερμαδίῳ, τά ῥα πολλὰ θοάων ἔχματα νηῶν
Πὰρ ποσὶ μαρναμένων ἐκυλίνδετο, τῶν ἓν ἀείρας
Στῆθος βεβλήκει ὑπὲρ ἄντυγος ἀγχόθι δειρῆς,
Στρόμβον δ' ὣς ἔσσευε βαλών, περὶ δ' ἔδραμε πάντῃ.]

{Hunc ego poſcentem} prouocantem. id autem ex ſeptimo Iliad. libro eſt notum. ibi nanque ſcribitur Hector Heleni uatis exhortatione Græcos omnes ad ſingulare certamen prouocaſſe. at cum hi nouem Græcorum fortisſimi, Agamemnon, Diomedes, duo Aiaces, Idomeneus, Meriones, Eurypylus Euemonis filius, Thoas Andræmonides, Vlyſſes, Neſtoris exhortatione inter ſe forent ſortiti, quis ipſorum cum Hectore pugnare deberet: Aiax ſorte ſe Hectori obiecit: qui cum adueniente nocte è pugna æquali cum honore diſcederent, ſe inuicem muneribus ſunt proſecuti. nam Hector Aiaci gladium, contrà Aiax Hectori baltheum dono dedit.

{Sortemq́;

Suſtinui: ſortemq́; meam uouiſtis Achiui:
Et ueſtræ ualuere preces . ſi quæritis huius
Fortunam pugnæ; non ſum ſuperatus ab illo.
Ecce ferunt Troës, ferrumq́;, ignesque, Iouemq́;
In Danaas claſſes: ubi tunc facundus Vlyſſes?
Nempe ego mille meo protexi pectore puppes,
Spem ueſtri reditus. date pro tot nauibus arma.
Quòd ſi uera licet mihi dicere, quæritur iſtis,
Quàm mihi, maior honos, cōiūctaq́; gloria noſtra eſt.
Atque Aiax armis, non Aiaci arma petuntur.
Conferat his Ithacus Rheſum, imbellemq́; Dolona,
Priamidenq́; Helenum rapta cum * Pallade captum.
Luce nihil geſtum eſt: nihil eſt Diomede remoto.
Si ſemel iſta datis meritis tam uilibus arma,
Diuidite, & pars ſit maior Diomedis in illis.
Quò tamē hæc Ithaco, qui clàm, qui ſemper inermis
Rem gerit, & furtis incautum decipit hoſtem?
Ipſe nitor galeæ claro radiantis ab auro
Inſidias prodet, manifeſtabitq́; latentem.
Sed neque Dulichius ſub Achillis caſſide uertex
Pondera tanta feret, nec non onerosa, grauisq́;
Pelias haſta poteſt imbellibus eſſe lacertis.
Nec clypeus uaſti cælatus imagine mundi
Conueniet timidæ, nataeq́; ad furta ſiniſtræ.
Debilitaturum quid te petis improbe munus?
Quod tibi ſi populi donauerit error Achiui,
Cur ſpolieris, erit, non cur metuaris ab hoſte.
Et fuga, qua ſola cunctos timidiſſime uincis,
Tarda futura tibi eſt geſtamina tanta trahenti.
Adde, quòd iſte tuus, tam rarò prœlia paſſus,
Integer eſt clypeus: noſtro, qui tela ferendo
Mille patet plagis, nouus eſt ſucceſſor habendus.
Denique quid uerbis opus eſt? ſpectemur agendo,
Arma uiri fortis medios mittantur in hoſtes:
Inde iubete peti, & referentem ornate relatis.
Finierat Telamone ſatus, uulgiq́; ſecutum
Vltima murmur erat: donec Laertius heros
Aſtitit, atque oculos paulùm tellure moratos
Suſtulit ad proceres, expectatoq́; reſoluit
Ora ſono: neque abeſt facundis gratia dictis.

RAPH. SORTEMQVE meam uouiſtis Achiui} hoc quoq; ab Homero ſumptum eſſe uidetur, qui ſcribit Achiuos ſublatis in altum oculis, manibusq́; his precibus ad Iouem uſos fuiſſe: Iupiter pater da ut Aiacis Telamonii, aut Aiacis Oilei, aut Agamemnonis ſorti ſit locus, atque ita euenit, ut Aiacis, id quod maxime optabant, ſors proferretur. [Gæce ſic,

Ζεῦ πάτερ ἢ αἴαντα λαχεῖν, ἢ τυδέ⟨ος⟩ υἱὸν.
Ἠ' αὐτὸν βασιλῆα πολυχρύσοιο μυκήνης.

quod autem mox ſequitur, Et ueſtræ ualuere preces, poteſt etiam eò referri, quòd Aiax interim dum armatur, Græcos comprecari Iouem iubet, quod & illi faciunt his uerbis,

Ζεῦ πάτερ Ἴδηθεν μεδέων κύδιστε, μέγιστε,
Δὸς νίκην αἴαντι καὶ ἀγλαὸν εὖχος ἀρέσθαι,
Εἰ δὲ καὶ ἕκτορά περ φιλέεις, καὶ κήδεαι αὐτοῦ,
Ἴσην ἀμφοτέροισι βίην καὶ κῦδος ὄπασσον.]

{Vouiſtis} ergo uoto optaſtis: tametſi nouiſtis ferè legatur. {Et ueſtræ ualuer. prec.} nam, ut optauerant, ſors Aiacis prima prolata eſt, ut cum Hectore pugnaret. {Non ſum ſuperatus ab illo} pari nanq; gloria uterque ea pugna receſſit. {Ecce ferunt Troes} hoc quoque in 15. Iliad. deſcribit Hom. {Iouemq́;} auxilium Iouis Hectori fauentis. {Nempe ego} ſolus Aiax aliis Græcorum ducibus perterritis claſſem ab ignibus hoſtium protexiſſe, ab Homero quoq; ſcribitur. [Iliad. 15. circa finem, ubi hi uerſus leguntur:

ὅστις δὲ τρώων κοίλας ἐπὶ νῆας ἄγοιτο
σὺν πυρὶ κηλείῳ χάριν ἕκτορ⟨ος⟩ ὀτρύναντ⟨ος⟩,
Τὸν δ' αἴας οὔτασκε δεδεγμέν⟨ος⟩ ὀξέϊ χαλκῷ.

{Quòd ſi uera licet} arroganter nimium contra artis oratorię præcepta hæc quoque dicuntur. {Conferat his Ithacus Rheſum} his geſtis meis comparet Vlyſſes: quē cum quodam contemptu Ithacum Aiax appellat. Rheſus autem rex fuit Thraciæ: qui (ut ſcribit Homerus) cum in auxilium Troianorum cum candidiſſimis equis ueniſſet, a Diomede & Vlyſſe ea ipſa nocte, qua ad Troiam peruenerat, fuit interemptus. {Imbellemq́; Dolona} Dolon (ut idem ſcribit Hom.) Eumedis præconis filius, cum ſpeculator ad caſtra Græcorum ab Hectore miſſus eſſet, a Diomede ſimul & Vlyſſe captus fuit, & interfectus. [De Rheſo & Dolone, & quomodo uterque noctu interfectus fuerit ab Vlyſſe, & Diomede, habes Iliad. 10.] {Priamidenq́; Helenum} Helenus Priami fuit filius, qui a Diomede & Vlyſſe captus, fata Troianorum arcana Græcis reuelauit. {Rapta cum Pall.} cum Palladio, quod Vlyſſes unà cum Diomede rapuit. [De Palladio ex arce Troiana per Diomedem & Vlyſſem ablato, etiam Virgilius meminit 2. Æn. de Heleno autem Sophocles in Philotecte his uerſibus,

-ἦν τις εὐγενὴς
Πριάμου μὲν υἱὸς, ὄνομα δ' ὠνομάζετο
Ἕλεν⟨ος⟩, ὃν οὗτος νυκτὸς ἐξελθὼν μόν⟨ος⟩
ὁ πάντ' ἀκούων αἰσχρὰ καὶ λωβητ' ἔπη,
δόλι⟨ος⟩ Ὀδυσσεὺς εἷλε, δέσμιον δ' ἄγων
ἔδειξ' ἀχαιοῖς, &c.

qui tamē hoc ab Oui. differt, quod ille unà cum Palladio, & adiuuāte Diomede, captū Helenū dicit: hic aūt ſolius Vlyſſis meminit.] {Quo tamen hæc Ithaco?} arma Achillis incōmodo Vlyſſi futura oſtendit Aiax. {Quo} ad qd, ad quē finē. petūtur aūt uerbū eſt ſubaudiēdū. {Et fur.} dolis, fraudibus, inſidiis. {Dulichius uer.} Vlyſſis caput. nā Dulichiū inſula eſt Ithacæ uicina. [Quidā aūt eādē cū Cephalenia faciunt Dulichiū, ut Strab. indicat. & quia Cephaleniis imperauit Vlyſſes, hinc poetæ Dulichiū ipſum quoq; Vlyſſem paſſim appellāt. qd tñ cōtrariū Hom. eſt, q Dulichios, & Cephalenas diuerſos facit, atq; his qdē ducē Vlyſſem, Dulichiis aūt Megetē aſſignat. Vide Ilia. 2. & Strab. lib. 9.] {Nec non oneroſa} ordo eſt & ſenſus, & Pelias haſta non poteſt eſſe nō oneroſa, & grauis imbellibus lacertis. {Nec clyp. ua.} in clypeo Achillis (ut ſcribit Hom.) quattuor elementa ſculpta uidebātur. [Deſcriptio clypei Achillis eſt apud Hom. Iliad. 18. nō ſolum aūt elemēta in eo, ſed totā machinā mūdi, hoc eſt, cælū ſiderib' ſuis, terrā cū urbibus & populis, & ipſum deniq; Oceanum, oras ambiētē, fuiſſe ſculptū idē auctor eſt.] {Quod tibi ſi po.} hoc quoq; cōtra artis præcepta ab Aiace dictū eſt. neq; n. error iudicibus fuit obiiciēdus. {Trahēti} ꝓprie dixit. illa. n. trahimus, q geſtare nō poſſumus. {Viri for.} Achillis. {Vulgiq́; ſec. ult. mur. erat} nā popul' murmure ſuo Aiacis dicta ap, pbare eſt uiſus. {Aſtitit} ſurrexit. {Atq; ocu. p. tel. m.} imitatꝰ Hom. Ouidius, qui Vlyſſem ſtetiſſe oculis in terrā defixis, immotoq; ſceptro, priuſquā illā eloquentiæ procellam effunderet, ſcribit. [Locus eſt Iliad. 3. ubi Antenor inter ſe confert Menelaū & Vlyſſē:

Ἀλλ' ὅτε δὴ πολύμητις ἀναΐξειεν ὀδυσσεὺς
στάσκεν, ὑπαὶ δὲ ἴδεσκε κατὰ χθονὸς ὄμματα πήξας
Σκῆπτρον δ' οὔτ' ὀπίσω, οὔτε προπρηνὲς ἐνώμα,
Ἀλλ' ἀστεμφὲς ἔχεσκεν, ἀΐδρει φωτὶ ἐοικώς.
Φαίης κεν ζάκοτόν τινα ἔμμεναι, ἄφρονα θ' αὔτως.
Ἀλλ' ὅτε δὴ ὄπα τε μεγάλην ἐκ στήθε⟨ος⟩ ἵει.
Καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν,

Οὐκ ἂν

Οὐκ ἄρ ἔπειτ' Ὀδυσῆι γ' ἐρίσειε βροτὸς ἄλλος, &c.
de præſenti autem oratione, ſiue contentione Vlysſis cum Aiace, nihil eſt apud Homerum, niſi quantum de iudicio & uictoria meminit Odyſſææ 11. ubi ait:

Οἴη δ' Αἴαντος ψυχὴ Τελαμωνιάδαο
Νόσφιν ἀφεστήκει κεχολωμένη εἵνεκα νίκης
Τήν μιν ἐγὼ νίκησα δικαζόμενος παρὰ νηυσὶ
Τεύχεσιν ἀμφ' Ἀχιλῆος, ἔθηκε δὲ πότνια μήτηρ.
Παῖδες δὲ Τρώων δίκασαν, καὶ Παλλὰς Ἀθήνη.]

Si mea cum ueſtris ualuiſſent uota Pelaſgi,
Non foret ambiguus tanti certaminis hæres:
Tuq; tuis armis, nos te poteremur Achille.
Quem quoniam non æqua mihi, uobisq; negarunt
Fata, (manuq; ſimul ueluti lacrymantia terſit
Lumina) quis magno melius ſuccedat Achilli,
Quàm per quem magnus Danais ſucceſsit Achilles?
Huic modò ne proſit, quod, ut eſt, hebes eſſe uidetur:
Ne'ue mihi noceat, quod uobis ſemper Achiui
Profuit ingenium: meaq; hæc facundia, ſi qua eſt,
Quæ nunc pro domino, pro uobis ſæpe locuta eſt,
Inuidia careat: bona nec ſua quiſque recuſet.
Nam genus, & proauos, & quæ non fecimus ipſi,
Vix ea noſtra uoco. ſed enim quia rettulit Aiax
Eſſe Iouis pronepos, noſtri quoque ſanguinis auctor
Iuppiter eſt, totidemq; gradus diſtamus ab illo.
Nam mihi Laertes pater eſt, * Arceſius illi,
Iuppiter huic: neq; in his quiſquā damnatus, & exul.
Eſt quoq; per matrem Cyllenius addita nobis
Altera nobilitas. Deus eſt in utroque parente.
Sed neque materno quòd ſum generoſior ortu,
Nec mihi quòd pater eſt fraterni ſanguinis inſons,
Propoſita arma peto. meritis expendite cauſſam;
Dummodo quòd fratres Telamon, Peleusq; fuerunt,
Aiacis meritum non ſit; nec ſanguinis ordo,
Sed uirtutis honor ſpoliis quæratur in iſtis.
Aut ſi proximitas, primusq; requiritur hæres,
Eſt genitor Peleus, eſt Pyrrhus filius illi.
Quis locus Aiaci? Phthiam hæc Scyron'ue ferantur.
Nec minus eſt iſto Teucer patruelis Achilli:
Non petit ille tamen: * num, ſi petat, auferat illa?
Ergo operum quoniam nudum certamen habetur,
Plura quidem feci, quàm quæ comprendere dictis
In promptu mihi ſit: rerum tamen ordine ducar.
Præſcia uenturi genitrix Nereïa lethi
Disſimulat cultu natum: & deceperat omnes,
In quibus Aiacem, ſumptæ fallacia ueſtis.
Arma ego fœmineis animum motura uirilem,

RAPH. SI MEA cum ueſtris} artificioſisſima Vlysſi attribuitur oratio, ut perſonæ decorū ſeruetur. nā Vlyſſes cū ab aliis, tū ab Homero inter eloquētisſimos numeratur. quare & affectus ſtatim in exordio mouet, & ſua ſine ulla arrogantia amplificat, & ab aduerſario obiecta ita refellit, ut illū in maximū adducat cōtēptū, ac deniq; principibus perſuadet ſe arma Achillis, q̄ Aiax magis meruiſſe. principiū autē a beneuolentia ſumptum eſt. ſe.n. cū aliis Græcis ſemper optaſſe ait ſalutē Achillis, per quod ſignificat, ſe uehemēter illi' morte dolere, q Grecis omnibus gratisſimus fuiſſet. {Tuq; tuis ar.} potereris, ac posſideres, & fruereris ſubaudiatur. eſt.n. hypozeugma. Poteremur aūt legendū eſt, ut ſit tertiæ coniugationis, ita uerſu exigente. hac autem apoſtrophe ad Achillē animos auditorū ad fletū inclinat. {Manuq; ſimul} hæc ex perſona poetæ dicuntur. ex arte autem finxit ſe flere Vlyſſes, quo facilius perſuaderet, ſe morte Achillis graui dolore fuiſſe affectū. {Quàm per quē magnus Danais} hoc eſt, quàm is, cuius opera Achilles ad bellū Troianū deductus eſt: is autē Vlyſſes fuit. nam, ut ipſe paulo poſt narrat, cum Thetis mater Achillis cognoſceret filium in bello Troiano periturum, illum uirginis habitu ornatum Lycomedi, Scyri inſulæ regi unà cum filiabus ipſius educandum commendauit, ut tantiſper apud eum in uirgineo habitu lateret, dum Troia foret deleta. cum uero ſine Achille Troia capi non poſſet, nec uſquam inueniretur: Vlyſſes, id quod erat ſuſpicatus, mercibus, quibus fœminæ capiuntur, gladium, ſcutumq;, ac galeam immiſcens, ad Lycomedem ſe contulit, ubi mercibus illis expoſitis, Achilles gladium ac ſcutum, alia negligens, tractare cœpit, ex quo cognitus ad bellum Troianum fuit deductus. [De Achille in Scyro occultato, & de tota eius educatione copioſe Statius in Achilleide.] {Huic modo ne proſit} aduerſarium, ut hebetem, ac ingenio tardum, omniq; facundia carentem, in contemptum adducit. {Siqua eſt} ex arte ſuam eloquentiam extenuat Vlyſſes, ne in ſe inuidiam odiumq; auditorum transferat. {Inuidia ca.} nam Aiax in inuidiam Vlysſis eloquentiam adducere conatus eſt, cum dixit, Tutius eſſe fictis uerbis contendere, quàm manu pugnare. {Bona ſua} propria uel natura data, uel induſtria cōparata. {Sed enim quia rettulit Aiax Eſſe Iouis prone.} figurata poetica eſt hæc locutio. in ſoluta nanque oratione accuſatiuo uteremur, diceremusq;, Aiax retulit ſe eſſe Iouis pronepotem. {Acriſius illi} duo fuerunt nobiles Acriſii & hic Iouis filius ac Vlysſis auus, & alter Abantis Argiuorum regis filius ac Danaes pater. legitur etiam Arceſius. [Non Acriſius legendum, ut Raphaeli falso uidetur, ſed Arceſius. nam in Acriſio etiam ſecunda ſyllaba repugnat, quæ breuis eſt, ut apud Virg. Quàm dicitur urbem Acriſioneis Danae fundaſſe colonis. & ſupra lib. 4. Solus Abantiades ab origine Cretus eadem Acriſius ſupereſt, &c. Arceſii autem & Homerus meminit Odyſ. 14. de Telemacho loquens, his uerſibus:

*Acriſius*

Τὸν δὲ μνηστῆρες ἀγαυοὶ
Οἴκαδ' ἰόντα λοχῶσιν, ὅπως ἀπὸ φῦλον ὄληται
Νώνυμον ἐξ Ἰθάκης Ἀρκεισίου ἀντιθέοιο.]

{Neque in his quiſquam damnatus & exul.} Peleū Achillis patrē notat Vlyſſes, qui Phoco fratre interfecto, ab Æaco patre in exilium fuit expulſus. [Alii utrunque, hoc eſt, tam Telamonē, quàm Peleum in exilium actos tradunt. utrunque enim cædis fraternę participē fuiſſe, ac Peleum quidem diſco, Telamonem autem ferro in ceruicē illius adacto, Phocum occidiſſe. quare & Peleum in Theſſaliam poſtea: Telamonē autem ex Ægina Salaminē perueniſſe. Vide commen. Pindari in 5. odā Nemeorum.] {Eſt quoq; per matrem} Anticlia mater Vlysſis filia fuit, primi Sinonis Mercurii filii. [Anticlea Autolyci filia fuit, Autolycus autem Mercurii ex Chionee Dædalionis. Homerus Odyſſææ 11.

Ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ μητρὸς κατατεθνηκυίης
Αὐτολύκου θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἀντίκλεια.

Sed de hac etiā ſupra mētio facta eſt.] {Phthiam, *Scyronq; ferantur} Phthiam ad Peleū, Scyron ad Pyrrhū Achillis filiū ex Deidamia Lycomedis filia. {Ergo operū quoniā} quoniā, inquit, q̄ſtio eſt ſola uter noſtrū pluribus ac maiorib' meritis Gręcorū exercitum affecerit, nō omnia, quæ geſſi, referre poſſum. {Præſcia uēturi} hinc incipit merita ſua cōmemorare ſine ulla arrogātia Vlyſſes. {Genitrix Nereia} Thetis Nerei filia, materq; Achillis, ut & Homerus, & pleriq; poetarū aſſerunt. Suidas uero, Ariſtot. & Dionyſ. Chalcidenſis ſcribunt, Achillem ex Thetide Chironis filia natū. Deimachus autem ex Philomela Actoris filia. {Disſimulat cul. na.} hoc eſt, habitu ſimulat Achillem non eſſe puerum, ſed puellā. {In quibus} inter quos. {Arma} gladiū, haſtā, parmā.

*non, ut ſperat, auferat arma.*

Variæ de matre Achillis opiniones.

{Proiece-

Mercibus inſerui. neque adhuc proiecerat heros
Virgineos habitus, cùm parmam, haſtamq; tenenti
Nate dea, dixi, tibi ſe peritura reſeruant
Pergama: quid dubitas ingentem euertere Troiam?
Inieciq; manum, fortemq; ad fortia miſi.
Ergo opera illius, mea ſunt. ego Telephon haſta
Pugnantem domui, uictum, orantemq; refeci.
Quòd Thebæ cecidere, meum eſt: me credite Lesbon,
Me Tenedon, Chryſenq;, & Cillam Apollinis urbes,
Et Scyron cepiſſe: mea concuſſa putate
Procubuiſſe ſolo Lyrneſſia mœnia dextra.
Vtq; alios taceam, qui ſæuum perdere poſſet
Hectora nempe dedi: per me iacet inclytus Hector.
Illis hæc armis, quibus eſt inuentus Achilles,
Arma peto: uiuo dederam: poſt fata repoſco.
Vt dolor unius Danaos peruẽnit ad omnes,
Aulidaq; Euboicam complerunt mille carinæ,
Expectata diu nulla, aut contraria claſſi
Flamina *erant: duræq; iubent Agamemnona ſortes ſunt
Immeritam ſæuæ natam mactare Dianæ.
Denegat hoc genitor, diuiſq; iraſcitur ipſis,
Atque in rege tamen pater eſt. ego mite parentis
Ingenium uerbis ad publica commoda uerti.
Nunc equidem fateor: faſſoq; ignoſcat Atrides,
Difficilem tenui ſub iniquo iudice cauſſam:
Hunc tamen utilitas populi, fraterq;, datiq;
Summa mouet ſceptri, laudẽ ut cum ſanguine penſet.
Mittor & ad matrem, quæ non * hortanda, ſed aſtu oranda
Decipienda fuit. quò ſi Telamonius iſſet,
Orba ſuis eſſent etiam nunc lintea uentis.
Mittor & Iliacas audax orator ad arces,
Viſaq;, & intrata eſt altæ mihi curia Troiæ:
Plenaq; adhuc erat illa uiris. interritus egi,
Quam mihi mandarat communis Græcia, cauſſam:
Accuſoq; Parin; prædamq;, Helenamq; repoſco;

RAPH. PROIECERAT} depoſuerat. {Ad fortia} ſubaudiamus gerenda. [Vide Achilleida Statii] {Ergo opera illius mea ſunt} colligit Vlyſſes omnia quæcunq; geſſit Achilles, ſibi eſſe aſcribenda, cum illum latitantem deprehenderit, ad bellumq; Troianũ adduxerit. à cauſa enim effectus ſeparari non poteſt. {Ego Telephon haſta} Telephus Herculis filius ex Auge nympha rex fuit * Lyciæ: (Myſiæ) qui cum reſiſteret Græcis, ab Achille in femore fuit percuſſus, ac deinde iterato uulnere, ut in ſuperioribus diximus, ſanatus. {Quod Thebæ ccc. meũ eſt} de Thebis Ciliciæ patria Andromaches intelligendum eſt. nam eas diripuit Achilles. {Me credite Lesbon} Lesbos inſula eſt clara Alcæi carminibus & Saphus. [Hæc autem Achillis prodita fertur a puella quadam, Piſidice nomine, quæ illius amore flagrabat, auctor Parthenius in Eroticis.] {Chryſenq; & Cillam} Chryſe urbs eſt Troadis, ꝓpe Lemnum Apollini ſacrata, quã expugnauit Achilles, cum pro Troianis ſentiret. ſunt tamen & aliæ urbes hoc nomine & loca. eſt enim urbs inter Ophrynium, & Abydum. eſt etiam promontorium Lesbi in Tenedum uergens. eſt & Bithyniæ urbs & Cariæ. Cilla quoq; urbs eſt Troadis Apollini ſacra a Græcis direpta. {Et *Sy.} Syros abſq; c. inſula eſt Ioniæ cũ urbe eiuſdẽ nominis. nam Scyros p c. patria eſt Lycomedis. tametſi Seſton forſitã nõ inepte legeretur. eſt.n. Seſtus urbs Helleſponti notiſſima. [Locus obſcurus eſt. neq;.n. Græci alibi leguntur expugnaſſe Cycladas, inter quas Syrus a Strabone refertur lib. 10. neq; Scyron Achilles, in qua ſeruatus fuerat, filiumq; ex Deidamia Neoptolemum procrearat. aut igitur mendæ aliquid ineſſe nomini Syro dicẽdum, aut una ex undecim urbibus, quas Achilles ante expugnationẽ Troiæ cepiſſe dicitur, eadẽ hæc accipiẽda, quandoquidẽ cũ Chryſa, Cylla, & Lyrneſſo recẽſetur. De numero autẽ urbiũ hoc etiã Calaber meminit in oratione funebri, qua Neſtor laudaſſe Achillẽ fingitur. ſic enim ait:

—ὁ δ᾽ ἄρ᾽ ἔνθεν ἔχων ἐρικυδέα φῶτα
Ἐκπάγλως κύδαινεν ἀγηραμένοις ἐπέεσσι.
Δώδεχ᾽ ὅπως διέπερσε κατὰ πλόον ἄστεα φωτῶν.
Ἕνδεκα δ᾽ αὖ κατὰ γαῖαν ἀπείριτον, &c.

Apud Strabonem autem lib. 13. & Scepſis quędam memoratur, ubi regia Æneæ fuerit, & ex qua idem Lyrneſſum aufugerit, quando ea loca ab Achille uaſtabantur. unde ipſe Achilles apud Hom. Æneæ obiicit:

ἦ οὐ μέμνῃ ὅτε πέρ σε βοῶν ἄπο μοῦνον ἐόντα
σεῦα κατ᾽ Ἰδαίων ὀρέων ταχέεσσι πόδεσσι,
Κεῖθεν δ᾽ εἰς Λυρνησσὸν ὑπέκφυγες, αὐτὰρ ἐγὼ τὴν
Πέρσα μεθορμηθεὶς, &c.

Vt hinc aliquis Scepſin magis, q̃ Seſton, quod Regio placet, pro Syro reponendum putare poſſit. quanquam mihi neque hoc, neq; illud ſatis probatur, quando neutrum cum priore uoce conuenit.] {*Lyrneſia mœn.} Lyrneſus urbs fuit Troadis, unde Briſeida rapuit Achilles, [occiſo eius marito Minete, ut Iliad. 7. ipſa loquens ait:

Οὐδὲ μὲν οὐδ᾽ ἔμ᾽ ἔασκες, ὅτ᾽ ἄνδρ᾽ ἐμὸν ὠκὺς Ἀχιλλεὺς
Ἔκτεινεν, πέρσεν δὲ πόλιν θείοιο Μύνητος, &c.

{Sæuũ, Hectora} magnum, terribilẽ. illũ.n. ex arte laudat Vlyſſes, ut inde maior Achillis, q eũ ſupauit, gloria cognoſcatur. {Viuo dederã ar.} cũ ea mercibus inſerui. tunc.n. primũ arma tractare cœpit Achilles. hic aũt eſt epilogus primi meriti Vlyſsis, quo Achillẽ in bellũ miſit. {Poſt fa.} poſt mortẽ. {Vt do. uni⁹} ſcdm exponit meritũ Vlyſſes, quo probat ſe armis Achillis digniorem eſſe q̃ Aiax. nã cũ mille Græcorũ naues ad Aulida conueniſſent, inde tẽpeſtatib⁹ impediti ſoluere nõ poterãt. quare cõſulti uates rẽſponderũt, Dianã ſanguine filię Agamẽnonis eſſe placandã. nã Agamẽnõ illius cec uã imprudẽs necarat. cũ uero pater filiã immolari nollet, ui eloquẽtię Vlyſsis expugnat⁹ eſt, ut publicã utilitatẽ priuatę anteponeret caritati. Miſſus quoq; ad Clytẽneſtrã nõ minore arte ab ea filiã abduxit: q̃ niſi perfeciſſet Vlyſſes, claſsis Græcorũ nũq̃ ab Aulide ꝓfecta fuiſſet. {Vt do. uni⁹} poſtq̃ dolor uni⁹ Menelai, quem ex Helena uxore ſibi ablata capiebat, oẽs Græcos commouit. {Aulidaq; Euboicã} Aulis Bœotiæ urbs eſt iuxta Chalcidem, portũ habẽs ampliſsimũ, cõuẽtu mille nauiũ Græcorũ nobiliſsimã. {Atq; in rege tñ pa. eſt} paterna caritas. {Tenui} obtinui. {Difficilẽ cãm} ꝑ iniquũ iudicẽ. nã Agamẽnõ magis priuata caritate, q̃ publica utilitate moueri uidebatur. {Summa} poteſtas. {Laudẽ ut cũ ſanguine penſet} gloriã. hęc autẽ omnia ab Vlyſſe fuerũt Agamemnoni cõmemorata, publica utilitas, Menelaus frater, ac ſumma poteſtas illi data. [Mittor & ad matrẽ, q non hort. ſed aſtu Decipienda fuit: non.n. ſimpliciter ab illa filiam abſtulit, ſed eo prætextu, quaſi nuptũ daretur Achilli, q alio pacto ad bellũ Troianũ ꝓficiſci nollet, niſi uxore accepta Agamemnonis filia. ut ex Iphigenia Euripidis patet. quanq̃ ibidem Euripides fingat, non oratorẽ Vlyſſem, ſed litteras ab Agamẽnone ad uxorẽ Clytemneſtrã miſſas. ſed Ouid. aliorũ traditionem ſeq tur.] {Mittor & Iliacas} Vlyſſes (ut Homerus quoq; ſcribit) cum Menelao ob Helenã repetendam orator ad Priamũ miſſus eſt. {Et intrata eſt} participiũ cõtra grãmatices rationẽ poetica licẽtia formatũ. {Plenaq; adhuc erat illa uiris} ſignificat ſe nõ noctu, ſed interdiu, cũ adhuc curia uiris eſſet plena, intrepide regẽ Priamũ adiſſe. [Immo plena, quãdo nõdũ tot ꝓceres Troianorũ bello occiſi fuere.] {Prędãq;} prædam appellat, quæ unà cum Helena aſportauerat Paris.

{Priamoq;

RAPH. PRIAMOq; Antenora iunctũ } nã Antenor ſemper cẽſuit Helenã Menelao eſſe reddẽdã. [Alludit aũt Ouid. ad id quod Iliad. 3. Hom. tradit, ubi Antenor de Vlyſſe.

ὦ γύναι (inquit) ἦ μάλα τοῦτο ἔπος νημερτὲς ἔειπες·
ἤδη γὰρ καὶ δεῦρό ποτ' ἤλυθε δῖος Ὀδυσσεὺς
σεῦ ἕνεκ' ἀγγελίης σὺν ἀρηϊφίλῳ Μενελάῳ·
Τοὺς δ' ἐγὼ ἐξείνισσα καὶ ἐν μεγάροισι φίλησα,
Ἀμφοτέρων δὲ φυὴν ἐδάην, καὶ μήδεα πυκνά, &c.

orõne diceretur.{Captã Troiã}nõ q̃ reuera capta eſſet, ſed q̃ in eo erat ut facile capi poſſet.nã apud Hõ. colligit Vlyſſes futurũ eẽ,ut Tro. x.anno,quo uolebãt recedere, oĩo capiat.{In q̃}ad q̃.{Dolor ipſe diſ. } ex arte eloquentiã ſuam Vlyſſes in dolorem refert, quo arrogantiã uitet,& magis ſibi Græcos cõciliet,quorũ decore ſe maximo affectũ dolore fuiſſe ait.{Profuga de cl.} ad fugiendũ parata. {Conuocat Atrides} Agamemnõ hoc quoq; de Hom.eſt ſumptũ. {Telamoniades} Aiax Telamõis filius.{Inceſſere} ꝓuocare. {Dictis} cõuitiis,ut ex 2. Iliad. lib. patet. {Therſites quo ne. def.} nemo lingua ꝓteruior in Græcorũ exercitu fuiſſe ab Hom.ſcribitur,cũ Agamẽnonẽ quoq; cõuitiis inceſsiſſet, ut ab Vlyſſe ſceptro grauiter fuit pcuſſus.{Refũdo}in aĩos eorũ remitto. {Repo} reſtituo. {Quãuis in qbuſdã exẽplaribus repoſco legat. {Tpe ab hoc } elegãter colligit Vlyſſes,q̃cunq; Aiax fortiter fecit,poſteaq̃ cũ aliis a fuga reuocauit,ſibi eẽ aſcribẽda.{Eſt aliqd} modeſte loqtur Vlyſſes. innuit aũt pulchrũ, ac glorioſũ eſſe, a pſtanti uiro ſociũ elegi. nã Diomedes unũ ex omnibus Græcorũ optimatibus Vlyſsẽ ſociũ delegit, ad ſpeculãdũ Troiãorũ caſtra iturus,ut apte in x.ſcri. Hõ.{Nec me ſors ire iubebat}ſignat ſe ſponte ſociũ Diomedi iuiſſe, ad ſpeculandũ qd hoſtes in caſtris agerẽt qua nocte & Dolonẽ,qui & ipſe ad Græcorũ caſtra ſpeculator ueniebat, interemerunt, & Rheſum Thraciæ regẽ, q auxilium Troianis tulerat, unã cum comitibus interfecerũt, ac equos cãdidos i ſua caſtra priuſq̃ qcq̃ pabulorũ Troiæ guſtarẽt,abduxerunt, ut ex Homerico, Virgiliãoq; carmine notiſsimum eſt. {Auſum ea q̃ n.}nã & ipſe ſpeculator ad caſtra Græcorũ fuerat miſſus. {Perfida Tro.}pfidi Troiani. eſt.n. metony.nã cõtinẽs ꝓ cõtẽto poſitũ ẽ.{Specularer}explorarẽ,ingrerẽ.[Ingr.cur. lętos imitãt.triũph.]currũ intelligit & equos Rheſi, quos Hom.fingit a Neſtore cum ſumma admiratione exceptos. ita enim ait.

Ἀλλ' οὔπω τοίους ἵππους ἴδον οὐδ' ἐνόησα
Ἀλλά τιν' ὔμμ' ὀΐω δόμεναι θεὸν ἀντιάσαντε, &c.

obiter aũt & ad triũphales equos & currum, quibus Romani uictores uehi ſolebãt, alludit,

Et moueo Priamum, Priamoq; Antenora iunctum.
At Paris, & fratres, & qui rapuere ſub illo,
Vix tenuere manus (ſcis hæc Menelae) nefandas:
Primaq; lux noſtri tecum fuit illa pericli.
Longa referre mora eſt, quæ conſilioq;, manuq;
Vtiliter feci ſpatioſi tempore belli.
Poſt acies primas urbis ſe mœnibus hoſtes
Continuere diu: nec aperti copia Martis
Vlla fuit: decimo demum pugnauimus anno.
Quid facis interea, qui nil, niſi prælia, noſti?
Quis tuus uſus erat? nam ſi mea facta requiris,
Hoſtibus inſidior: foſſas munimine cingo:
Conſolor ſocios, ut longi tædia belli
Mente ferant placida: doceo quo ſimus alendi,
Armandiq; modo: mittor, quo poſtulet uſus.
Ecce Iouis monitu deceptus imagine ſomni
Rex iubet incœpti curam dimittere belli.
Ille poteſt auctore ſuam defendere uocem:
Non ſinat hoc Aiax, delendaq; Pergama poſcat,
Quodq; poteſt, pugnet: cur non remoratur ituros?
Cur non arma capit? det, quod uaga turba ſequatur.
Non erat hoc nimium nunquam niſi magna loquenti.
Quid, quòd & ipſe fugit? uidi, puduitq; uidere,
Cùm tu terga dares, inhoneſtaq; uela parares.
Nec mora, Quid facitis? quæ uos dementia, dixi,
Concitat, ò ſocii. captam dimitere Troiam?
Quid'ue domum fertis decimo, niſi dedecus, anno?
Talibus, atque aliis, in quæ dolor ipſe diſertum
Fecerat, auerſos profuga de claſſe reduxi.
Conuocat Atrides ſocios terrore pauentes,
Nec Telamoniades etiam nunc hiſcere quidquam
Audet: & auſus erat reges inceſſere dictis
Therſites, etiam per me haud impunè proteruus:
Erigor, & trepidos ciues exhortor in hoſtes,
Amiſſamq; mea uirtutem uoce * repoſco. (refundo)
Tempore ab hoc, quodcunque poteſt feciſſe uideri
Fortiter iſte, meum eſt, qui dantem terga retraxi.
Denique de Danais quis te laudat'ue, petit'ue?
At ſua Tytides mecum communicat acta,
Me probat, & ſocio ſemper confidit Vlyſſe.
Eſt aliquid, de tot Graiorum millibus unum
A' Diomede legi: nec me ſors ire iubebat.
Sed tamen & ſpreto noctiſq;, hoſtiſq; periclo
Auſum eadem, quæ nos, Phrygia de gente Dolona
Interimo, non antè tamen, quàm cuncta coegi
Prodere, & edidici, quid perfida Troia pararet.
Omnia cognoram, nec quid ſpecularer habebam:
Et iam promiſſa poteram cum laude reuerti.
Haud contentus eo, petii tentoria Rheſi,
Inq; ſuis ipſum caſtris, comiteſq; peremi:
Atque ita captiuo uictor, uotiſq; potitus,
Ingredior curru lætos imitante triumphos.

{Sub illo } in illo tempore {Spatioſi belli}diuturni,ac longi. & in decimum uſq; annũ protracti.{Poſt acies primas}poſt prima prælia. {Demũ} ſolũ. {Quis tuus uſus erat?}quæ tua Græcis utilitas erat? [Foſſas munimine cingo],uĩ ad foſsã reſpicere,quæ a Græcis ante nauium ſtationẽ ducta, & muro cincta fuit, quam poſtea Neptunus immiſſis fluminibus Phrygyæ deleuit. de qua re Hom. Iliad.{Mittor quo p.uſus} ut cũ ad ſacerdotẽ Apollinis Chryſen miſſus fuit,cui filiã reſtituit, placauitq; Apollinis irã poſtremo ad illo imiſsã, de qua re eſt Ili. 1.{Ecce Iouis mon.}aliud cõmemorat in Græcos meritũ Vlyſſes. nã (ut Hõ.in 2.Ilia.narrat) Iupiter p ſõnũ Agmẽnonẽ admonuit, ut toto exercitu cũ Troianis cõfligeret. futurũ.n. ut uictoriã adipiſceretur. Agamẽnõ uero ut ſuorũ aĩos tẽtaret,cõuocatis ad concionẽ Græcis, finxit ſe in ſomnis a Ioue admonitũ, ut Græciã cũ toto exercitu repeteret. Troiã.n.nulla ratione capi poſſe. quare cũ oẽs deducerẽt naues,ut redirẽt in patriã, Vlyſſes id diſſuadere principibus cœpit, tm̃; eloquẽtia ualuit, ut oẽs mutare ſniam coegerit.{Auctore} Iouis auctoritate. {Non ſinat hoc Aiax} pulchra irõia qua ſignificat Vlyſſes, Aiacẽ nulla præditũ eloquẽtia illud ꝓhibere nõ potuiſſe.{Det} cedat, dicat aliqd, ꝓponat aliqđ cõſiliũ qđ turba ſequat.{Nõ erat hoc nimiũ} Aiaci,inqt,magna ſp iactãti hoc nimium non erat. {Quid qđ & ipſe fugit?} fugere uoluit.{Inhoneſta uela} inhoneſte ac turpiter. nomẽ.n. ꝓ aduerbio poſitũ eſt. uela aũt legẽdũ eſt, nõ bella,ut ferè in exẽplaribus eſt deprauatũ. {Quid facitis}hęc ex ea oratione ſumpta ſunt,quã Hom.artificioſiſſimã Vlyſsi attribuit.{Cõcitat dim.} ut dimittatis in ſoluta

S {Caius

Cuius equos pretium pro nocte popoſcerat hoſtis,
Arma negate mihi: fueritq; benignior Aiax.
Quid Lycii referam Sarpedonis agmina, ferro
Deuaſtata meo? cum multo ſanguine fudi
Cæranon, * Iphitidemq;, Alaſtoraq;, Chromiumq;,
Alcandrumq;, Haliumq;, Noemonaq; Pritanimq;.
Exitioq; dedi cum * Cherſidamante Thoona,
Et Charopen, fatisq; immitibus *Eunomon actum:
Quiq; minus celebres noſtra ſub mœnibus urbis
Procubuere manu. ſunt & mihi uulnera, ciues,
Ipſo pulchra loco: nec uanis credite uerbis.
Aſpicite en, (ueſtemq; manu diduxit) & hæc ſunt
Pectora ſemper, ait, ueſtris exercita rebus.
At nihil impendit per tot Telamonius annos
Sanguinis in ſocios, & habet ſine uulnere corpus.
Quid tamen hoc refert, ſi ſe pro claſſe Pelaſga
Arma tuliſſe refert contra Troasq;, Iouemq;?
Confiteorq; tulit. neque enim benefacta malignè
Detrectare meum eſt: modò ne communia ſolus
Occupet, atq; aliquem *uobis quoque reddat honorē.
Reppulit Actorides ſub imagine tutus Achillis
Troas ab arſuris cum defenſore carinis.
Auſum etiam Hectoreis ſolum concurrere telis
Se putat, oblitus regisq;, ducisq;, meiq;,
Nonus in officio, & prælatus munere ſortis.
Sed tamen euentus ueſtræ fortiſsime pugnæ
Quis fuit? Hector abit uiolatus uulnere nullo.
Me miſerum, quanto cogor meminiſſe dolore
Temporis illius, quo Graiûm murus Achilles
Procubuit, nec me lacrymæ, luctusq; timorq;
Tardarunt, quin corpus humo ſublime referrem
His humeris: his inq̃, humeris ego corpus Achillis
Et ſimul arma tuli, quæ nunc quoque ferre laboro.
Sunt mihi, quæ ualeant in talia pondera, uires:
Eſt animus certè ueſtros ſenſurus honores.

*Hippaſidemq; Pheridamante Ennomon*

*nobis*

RAPH. CVIVS equos præ.} Dolon noctu ad ſpeculandum quid hoſtes agerent miſſus, equos Achillis ſibi pro mercede dari ſi Troiani uincerent, depopoſcit. eſt aūt ordo, Arma mihi eius uiri negate, cuius equos hoſtis Dolon pro nocturna ſpeculatiōe popoſcerat. illa uero Ironia Vlyſſes arma Achillis & Aiaci negāda, & ſibi adiudicāda eſſe oſtendit. {Benignior} benefīcentior, gratior. ironicos aūt hęc quoque dñr. {Quid Lycii ref. Sarpe.} Sarpedō filius fuit Iouis ex Europa ac Minois frater. hic cū rex eſſet Lyciæ, Troianisq; faueret, multis eius ſociis ab Vlyſſe cæſis, a patroclo tādem fuit interfectus. {Cæranon Iphithidē} Iphithi filiū. fere aūt eos qui hoc loco ab Vlyſſe enumerantur, & Sarpedonis ſocios fuiſſe, & ab Vlyſſe interfectos, in 5. Iliad. ſcribit Hō. Homeri uerſus ſunt:

Ἔνθ' ὅγε κοίρανον εἷλεν, Ἀλάστορά τε, Χρόμιόν τε
Ἄλκανδρόν θ' Ἅλιόν τε, Νοήμονά τε, Πρύτανίν τε.

de Thoone autem & ceteris qui ſequūtur Iliad. 11. mentio fit his uerſibus:

Αὐτὰρ ἔπειτα Θόωνα καὶ Ἔννομον ἐξενάριξεν.
Χερσιδάμαντα δ' ἔπειτα καθ' ἵππων ἀΐξαντα.

Et paulo poſt:

-οδ' ἄρ' Ἱππασίδην Χάροπ' οὔτασε δουρὶ
Αὐτοκασίγνητον εὐηγενέος Σώκοιο.

[Vbi & illud notandum Cherſidamantē & Ennomon dici apud Hom. qui uulgo hic Pheridamas & Eunomus leguntur. {Veſtemq; manu diduxit} remouit a pectore, diuiſit. hoc autem ex poetæ perſona eſt dictum. [Et habet ſine uulnere corpus. habent fabulæ, Herculē aliquando Salaminem ueniſſe ad Telamonem, ibiq; cum Aiacem adhuc infantem conſpexiſſet, circumdediſſe illi τὴν λεοντῆν ſuam, precatumq;, ut qua puer illa tegeretur, inuulnerabilis foret. quod ita factum, fuiſſeq; Aiacem toto corpore inuulnerabilem, præterquam latere: id enim contectum non fuerat. hinc infra quoq; ſequitur,

Dixit, & in pectus tum demum uulnera paſſum
Quà patuit ferro letalem condidit enſem.

Et alio loco, de eodem: unum qui toto corpore uulnus habet. Meminit fabulæ & Pindarus Iſthmiorum Odæ. 5.] {Quid tamen hoc refert} ac ſi diceret nihil. confutat enim Vlyſſes id quod iactauerat Aiax, ſe ſolum faces Troianorum a Græcorum claſſe repuliſſe. nam alii quoque, inquit, in Primisq; Patroclus, armis Achillis indutus reſtitit hoſtibus, naues noſtras incendere uolentibus. {Iouemq;} Iupiter nanque Hectori, Troianisq; fauebat. {Neque enim benefacta maligne} ex arte Vlyſſes, quæ aduerſario honeſte negare non poteſt, ita concedit, ut cum aliis tamen ea eſſe communia aſſeueret. {Maligne detractare} cum quadam malignitate & uituperatione detrahere. {Modo ne communia ſolus} dummodo, inquit, Aiax ea quæ communia ipſi uobiſcum ſunt, ſibi ſoli non arroget. qua quidem oratione Vlyſſes & Aiacem in inuidiam adducit, & ſibi principiū Græcorum beneuolentiam conciliat. {Reppulit Actorides} Patroclus Actoris nepos, qui armis Achillis indutus ab Hectore fuit interfectus. cum enim Achilles Agamemnoni iratus in aciem aduerſus hoſtes deſcendere nollet, precibus amicorum conceſſit Patroclo, ut ſuis armis indutus Troianorum impetum retardaret. [Vt eſt apud Homerum Iliados 16.] {Troias cū defenſore} Hectore. Troianorum nanque defenſor fuit Hector. {Auſum etiam Hectoreis} Aiax (ut narrat Homerus Iliados ſeptimo) cum Hectore ſingulari certamine pugnauit, cū id ei ſorte contigiſſet, qua ex pugna uterque ſine uulnere diſceſsit ab altero pernicioſis donatus muneribus. Hector quidem baltheo, quo ligatus circum illi mœnia fuit tractus: Aiax uero gladio, in quem incumbens ſeipſum interfecit. {Regis} Agamemnonis. {Ducis} Menelai. {Et prælatus munere ſortis} colligit Vlyſſes non uirtute, ſed ſorte Aiacem cum Hectore contendiſſe. cum enim nouem (ut diximus) ſe pugnaturos cum Hectore profiterentur, conſilio Neſtoris, factum eſt, ut ſortem quiſque ſuam in galeam deiiceret, ac cuius prima educta foret, is in certamen cum Hectore deſcenderet. {Et prælatus} antepoſitus aliis nulla re alia quàm ſorte. {Sed tamen euentus} cum quadam illuſione inſulat Aiaci Vlyſſes, qui iactauerat ſe ſolum cum Hectore ſingulari certamine congredi auſum fuiſſe. {Fortiſsime} ironicos eſt dictum. qui tibi uideris fortiſsimus, cum non ſis. {Me miſerum} hæc lacrymans uidetur pronunciaſſe Vlyſſes. {Quanto dolore} cum præpoſitio ſubaudiatur, ut cum quanto dolore intelligatur. {Graium murus} Græcorum propugnaculum. eſt autem metaphora, qua maxime Achilles commendatur. {Referrem} reportarem corpus humo ſublatum. hoc autem facto ſe maxime dignum Achillis armis Vlyſſes oſtendit. {His humeris} indicans humeros ſuos hæc dicit Vlyſſes. eſt autem pulchra anadiploſis, qua manifeſte ab Aiace obiecta diluit, & ſe aptum eſſe ad ea gerenda arma oſtendit. [Variant autem hoc loco poetę: nam Calaber non a ſolo Vlyſſe: ſed a principibus Græcorum communiter relatum corpus Achillis dicit libro tertio his uerſibus:

Τοῦνεκά μιν βασιλῆες ἀπὸ πτολέμου ἐρύσαντες
Ἀμφὶ νέκυν φορέοντο ἀπείριτον, ὄφρα φέροντες
Κάτθεσαν ἐν κλισίῃσι νεῶν προπάροιθε θοάων.]

{Laboro} exopto, ſtudeo, enitor. {Senſurus} cogniturus, intellecturus. {Veſtros honores} cælaturam armorū ſummo cum honore mihi a uobis adiudicatorum.

{Scilicet

RAPH. SCILICET iccirco } ironia qua Aiacem in contemptum Vlyſſes adducit. {Cœrula mater } Thetis, quæ cum Hector Patroclo interfecto, armis Achilles foret potitus, rogauit Vulcanum, ut filio ſuo ſcutum, galeam, tibialia, ac thoracem decentia frabricaret. ille uero cum alia, tum ſcutum ea arte expoliuit, ut in eo cælum cum quattuor elementis ſpectaretur. eorum autem artificium non intellectum iri ab Aiace Vlyſſes ait, cum & ingenio careat, & omni doctrina. {Sine pectore } ingenio. {Cælamina } cælaturum & ſculpturam. {Oceanum & terras } cælaturam clypei deſcribit Ouidius, ab Homero ſumptam ex Iliados 18. {Pleiadas, Hyadasq́;} ſic Homerus πληϊάδας θ' ὑάδας τε τό τε σθένος ὠρίωνος. {Immunemq́; æquoris Arcton } Arctos minor eſt urſa, ut ſuperius quoque diximus, quæ currus quoque (ut Homerus ſcribit) cognominatur. [Verſus Homeri ſic habet, Ἄρκτον θ' ἣν καὶ ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσι

reddere ſolum autem ex omnibus hoc ſydus nunquam occidit: ac iccirco ab Homero quoq; æquoris expers dicitur eſſe, his uerbis, οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο: id eſt hæc autem ſola expers lauacrorum Oceani. {Diuerſasq́; urbes } in

factum ſcuto Achillis duæ diuerſæ urbes a Vulcano (ut narrat Homerus) cælatæ fuerunt, quarum altera pace frui, altera bello & obſidione premi uidetur. nã in altera nuptiæ atq; conuiuia celebrantur, iudiciaq́; exercentur, alteram, duo exercitus & quidem inter ſe diſsidentes, obſidere uidentur.] Homerus,

Ἐν δὲ δύω ποίησε πόλεις μερόπων ἀνθρώπων
Καλάς, ἐν τῇ μὲν ῥα γάμοι τ' ἔσαν εἰλαπίναι τε, &c.
& rurſum:
Τὴν δ' ἑτέρην πόλιν ἀμφὶ δύω στρατοὶ εἵατο λαῶν
Τεύχεσι λαμπόμενοι, δίχα δέ σφισιν ἥνδανε βουλή,
Ἠὲ διαπραθέειν, ἢ ἄνδιχα πάντα δάσασθαι
Κτῆσιν, ὅσην πτολίεθρον ἐπήρατον ἐντὸς ἐέργει.]

Scilicet iccirco pro nato cærula mater
Ambitioſa ſuo fuit, ut cæleſtia dona
Artis opus tantæ, rudis & ſine pectore miles
Indueret? neque enim clypei cælamina nouit
Oceanum, & terras, cumq́; alto ſidera cælo
Pleïadasq́;, Hyadasq́;, immunemq́; æquoris Arcton,
Diuerſasq́; urbes, nitidumq́; Orionis enſem.
Poſtulat, ut capiat, quæ non intelligit, arma.
Quid, quòd me duri fugientem munera belli,
Arguit, incæpto ſerum acceſsiſſe labori?
Nec ſe magnanimo maledicere ſentit Achilli?
Si ſimulaſſe uocas crimen, ſimulauimus ambo.
Si mora pro culpa eſt, ego ſum maturior illo.
Me pia detinuit coniux: pia mater Achillem:
Primaq́; ſunt illi data tempora, cetera uobis.
Haud timeo, ſi iam nequeam defendere crimen
Cum tanto commune uiro. deprenſus Vlyſsis
Ingenio tamen ille, at non Aiacis. Vlyſſes.
Ne'ue in me ſtolidæ conuicia * fundere linguæ
Admiremur eum: uobis quoque digna pudore
Obiicit. an falsò Palamedem crimine turpe eſt
Accuſaſſe mihi, uobis damnaſſe decorum?
Sed neque Naupliades facinus defendere tantum,
Tamq́; patens ualuit: nec uos audiſtis in illo
Crimina; uidiſtis, precioq́; obiecta patebant.
Nec Pœantiaden, quòd habet Vulcania Lemnos
Eſſe reus merui: *crimen defendite ueſtrum,
(Conſenſiſtis enim) nec me ſuaſiſſe negabo,
Vt ſe ſubtraheret belliq́; uiæq́; labori,
Tentaretq́; ferox requie lenire dolores.
Paruit, & uiuit. non hæc ſententia tantum eſt
Fida, ſed & felix, cùm ſit, facit eſſe fidelem.
Quem quoniam uates delenda ad Pergama poſcunt,
Ne mandate mihi: melius Telamonius ibit,
Eloquioq́; uirum, morbisq́;, iraq́; furentem
Molliet, aut aliqua perducet callidus arte.
Antè retrò Simois fluet, & ſine frondibus Ide
Stabit, & auxilium promittet Achaïa Troiæ,
Quàm ceſſante meo pro ueſtris pectore rebus,
Aiacis ſtolidi Danais ſolertia proſit.
Sis licet infeſtus ſociis, regiq́;, mihiq́;,
Dure Philoctete, licet execrere, meumq́;
Deuoueas ſine fine caput, cupiasq́; dolenti
Me tibi fortè dari, noſtrumq́; haurire cruorem,
Te tamen agrediar, mecumq́; reducere nitar:
Vtq́; tui mihi, ſic fiat tibi copia noſtri:

{Quid? quod me duri} ſic ab Aiace ſibi obiecta refutat Vlyſſes, ut illum in odium contemplumq́; adducat. nam obiecta, ſibi eſſe cum Achille communia oſtendit. {Ego ſum maturior illo} ego citius quam Achilles ad bellum ueni. {Cum tanto uiro} quantus fuit Achilles. {Ne'ue in me ſtolidæ} Aiacem in contemptum adducit, qui tanta ſit ſtultitia, ut ea dixerit, quæ in iudicum pudorem recidere poſſint. nam ſi, inquit, turpe eſt accuſaſſe Palamedem, turpe itidem uobis eſt eum damnaſſe. hæc enim duo ſe inuicem confirmant ac ſub eãdem rationem cadunt: ut Cice tradit. {An falſo Palemedem } hoc enthymemate oſtendit Vlyſſes, non minus principibus Græcis turpe fuiſſe Palamedem damnare, quàm ſibi accuſare. eſt autem ἀντίθετον, quo maxime enthymemata exornantur. {Sed neque Naupliades } Palamedes Nauplii filius. ſe aũt Vlyſſes ita purgat, ut oſtendat Palamedẽ in manifeſta proditione fuiſſe deprehenſum, id quod principibus quoq; Græcis gratũ eſſe ſciebat, ne innocẽtem damnaſſe iniq; uideretur. {Precio} auro, quod in tẽtorio Palamedis fuit deprehenſum, cũ illuc opera Vlyſsis foret importatũ. {Nec Pœãtiaden} quæ de Philoctete ſibi ſunt obiecta refellit Vlyſſes, ac ſe cõſenſu principiũ in Lemno inſula illũ reliqſſe ait. {Eſſe reus merui} debeo accuſari. {Cõſenſiſtis enim} ut illũ Lemni relinquerẽ curandũ. {Feros dol.} acerbos cruciatus. {Quem qm ua.} in fatis erat Troiã ſine Herculis ſagittis, q̃ Philoctetæ traditæ fuerant, capi non poſſe. iccircoq́; oportebat Philoctetã cum ſagittis ipſis bello Troiano intereſſe. {Melius Telamo. ibit} pulchra ironia, qua Aiacẽ deridet Vlyſſes, ut inertẽ atq; ingenio, eloquẽtiaq́; carentẽ. {Eloquioq́;} eloquentia qua prorſus caret. {Aliqua a.} aliqua fraude, cũ tardus ſit, & hebes. Hæc nanq; oĩa ironice dicuntur. {Ante retro Simois fluet} ante rerũ natura mutabitur, q̃ nobis Aiacis ingenium ꝓdeſſe poſsit. {Et ſi. fron.} arboribus, a parte nanq; totum intelligimus. {Achaia } Græcia. {Meo pectore} mea prudẽtia. {Solertia } ingenii acumẽ. {Sis li. infeſtus } apoſtrophe ad Philoctetẽ, qua ſignificat ſe Vlyſſes eloquẽtia ſua multũ Græcorũ rebus ꝓdeſſe poſſe, ac Philoctetẽ quãlibet ſibi iratũ placaturum, ac ſecum ad Troianum bellũ adductu rũ pollicetur. {Sociis} Græcis. {Regisq;} Agamẽnoni. {Execrere } deteſteris.

{Meumq; deuoueas ſine fine caput} hoc eſt, quãuis aſſidue mihi mala impreceris, atque ea omnia facias, quæ ſolent a capitalibus inimicis fieri, & optari, te tamen eloquentia mea placabo. [Alludit autẽ ad fabulã Sophoclis, in qua fingitur Philoctetes, cum ceteros Græcorum, tũ ipſum regem Agamemnonem inſectari uerbis, præcipue uero Vlyſſem, ut cuius cõſilio & opera proditus ac Lemni relictus fuiſſet.] {Te tamen aggre.} uerbis & orationes, hoc eſt, alloquar.

Tamq; tuis potiar (faueat fortuna) ſagittis,
Quàm ſum Dardanio, quem cœpi uate potitus,
Quàm reſponſa deûm, Troianaq; fata retexi,
Quàm rapui Phrygie ſignum penetrale Mineruæ
Hoſtibus è medijs: & ſe mihi *comparat Aiax.
Nempe capi Troiam prohibebant fata ſine illo.
Fortis ubi eſt Aiax? ubi ſunt ingentia magni
Verba uiri? cur hic metuit? cur audet Vlyſſes
Ire per excubias, & ſe commitere nocti?
Perq; feros enſes non tantum mœnia *Troiæ,
Verùm etiam ſummas arces intrare, ſuaq;
Eripere æde Deam? raptamq; efferre per hoſtes?
Quæ niſi feciſſem, fruſta Telamone creatus
Geſtaſſet læua taurorum tergora ſeptem.
Illa nocte mihi Troiæ uictoria parta eſt:
Pergama tunc uici, cùm uinci poſſe coegi.
Deſine Tydiden uultuq;, & murmure nobis
Oſtentare meum: pars eſt ſua laudis in illo.
Nec tu cùm ſocia clypeum pro claſſe tenebas,
Solus eras: tibi turba comes, mihi contigit unus.
Qui niſi pugnacem ſciret ſapiente minorem
Eſſe, nec indomitæ deberi præmia dextræ,
Ipſe quoq; hæc peteret, peteret moderatior Aiax,
Eurypyluſq; ferox, claroq; Andremone natus,
Nec minus Idomeneus, patriaq; creatus eadem
Meriones: peteret maioris frater Atridæ.
Quippe manu fortes (nec ſunt tibi Marte ſecundi)
Conſiliis ceſſere meis. tibi dextera bello
Vtilis: ingenium eſt, quod eget moderamine noſtro.
Tu uires ſine mente geris: mihi cura futuri eſt.
Tu pugnare potes: pugnandi tempora mecum
Eligit Atrides. tu tantùm corpore *prodes:
Nos animo. quantoq; ratem qui temperat, anteit
Remigis officium; quanto dux milite maior.
*Tantò ego te ſupero nec non in corpore noſtro
Pectora ſunt potiora manu: uigor omnis in illis.
At uos, ò proceres, uigili date præmia ueſtro,
Proq; tot annorum curis, *quas anxius egi,
Hunc titulum meritis penſandum reddite noſtris.

RAPH. TAMQVE tuis potiar ſag.} ſic in poteſtate mea tuas ſagittas habebo, ut habui & Helenum uatem egregium, & Palladiũ quod niſi hoſtibus abſtuliſſem, Troia nunquam capi potuiſſet. ex arte aũt Vlyſſes ea repetit merita, quæ exercitui Græcorũ gratiſsima fuerunt. {Faueat for.} dummodo ſubintelligatur. {Dardanio ua.} periphraſis eſt Heleni uatis egregi. nã Helenus Priami fuit filius uaticinandi arte īſignis, ut ex carmine quoque Virgiliano eſt notũ, q ab Vlyſſe captus, omnia Troianorum fata reuelare coactus eſt. {Retexit} apuit {Signũ pe. Phrygiæ Mineruæ} Palladiũ, quod Vlyſſes una cũ Diomede cęſis ſummæ cuſtodibus arcis rapuit. cum oraculũ eſſet, capi Troiá nõ poſſe quandiu in ea Palladium ipſum ſeruaretur. {Et ſe mihi cõparat Aiax} affectui, & indignatiõi ſeruit illa & copula. {Nẽpe capi Troiam} artificioſe in cõmemoratiõe Palladii ablati immoratur Vlyſſes, cũ ſine illo Troia capi nõ poſſet, nec idẽ ſine maximo piculo Troianis auferri. {Per ex.} p uigilias & cuſtodias hoſtiũ. ex arte aũt exaggerat hoc factũ Vlyſſes, ut oſtendat ſe auctorem fuiſſe Troiæ capiũdæ. {Sua æde} ſuo templo. {Læua} manu ſiniſtra. {Taurorũ tergora ſeptẽ} hoc ẽ, ſcutũ ſeptem coriis boũ tectum. {Illa nocte mihi} ſe, rapiẽdo Palladium, Vlyſſes colligit auctorem fuiſſe uictoriæ Troianæ. {Tydiden meũ} Diomedẽ mihi amicum. {In illo} Palladio a nobis rapto. {Minorẽ} inferiorẽ. {Sapiẽte} eloquẽte. oĩs.n. eloquẽs, ſapiẽs eſſe exiſtimatur. {Pro claſſes} p claſsis defenſione. {Indomitæ dextrę} uiribus ratione carẽtibus ac temeritati. {Ipſe quoq; hæc pete.} arma Achillis. {Moderatior Aiax} Oilei filius, q inter fortes ab Homero numeratur. ex arte aũt iudices cõciliat Vlyſſes illos tũ a modeſtia, tum a uirtute laudãdo. {Euryplyuſq; ferox} Eurypyli duo ad bellũ Troianũ pfecti sũt, alter Herculis filius ex Co inſula augurio inſignis, alter Euæmonis filius ex Ormenio urbe, q ut ſcribit Hom. cũ 40 nauibus in expeditionẽ Troianã Agamẽnona eſt ſecutus. is cũ uiribus plurimũ poſſet; arma tamen Achillis non popoſcit. [De poſteriore Eurypylo Euæmonis filio patet ſecundo Iliados in catalogo, his uerſibus,

Οἵ τ' ἔχον Ὀρμένιον, οἵ τε κρήνην Ὑπέρειαν,
Οἵ τ' ἔχον Ἀστέριον, Τιτάνοιό τε λευκὰ κάρηνα,
Τῶν ἦρχ' Εὐρύπυλος ἐναίμονος ἀγλαὸς υἱός.

de altero autem, uidetur deceptus eſſe Regius. neq; enim Cous ille ad Troiam profectus fuit, ſed pro nepotes eius Phidippus & Amphius, ut in eodem catalogo legitur:

Οἵ τ' ἄρα Νίσυρόν τ' εἶχον Κράπαθόν τε Κάσον τε
Καὶ Κῶν Εὐρυπύλοιο πόλιν, νήσους τε Καλύδνας
Τῶν δ' αὖ Φείδιππός τε καὶ Ἄντιφος ἡγησάσθην
Θεσσαλοῦ υἷε δύο Ἡρακλείδαο ἄνακτος.

Locũ aũt errori dediſſe ur̃, qđ Cõ Eurypyli urbẽ poeta dixit, unñ Regius Eurypylũ hũc ad Troiã ueniſſe collegit. Fuit aũt & tertius qdã Eurypylus, Telephi filius q & ipſe quidem ad Troiã pfectus fuit, cũ Myſis ſed in auxiliũ Troianorũ, hũc interfecit Neoptolemus filius Achillis, ut Hom. meminit Odyſ. 11. ſed de Eurypylis ãt ſupra annotauimus.] {Claroq; Andrena.} periphraſis Thoantis. conferat nam (ut in li. 2. narrat Hõ. {Thoas Andremonis filius princeps Ætolorũ ad bellũ Troianum cũ quadraginta nauibus eſt pfectus.

Αἰτωλῶν δ' ἡγεῖτο Θόας Ἀνδραίμονος υἱός Troum,
Οἳ Πλευρῶν' ἐνέμοντο, καὶ Ὤλενον, ἠδὲ Πυλήνην, & rurſũ.
Τῷ δ' ἅμα τεσσαράκοντα μέλαιναι νῆες ἕποντο.

{Nec m. Idomeneus} nec nõ ẽt. Idomeneũ aũt Lyctium fuiſſe, ac Cretẽſibus imperaſſe, ĩ expeditioneq; Troiana una cũ Merione quo auriga utebatur, fortiſsime ſegeſsiſſe, & Homeri & Virgilii carminibus notiſsimum eſt. {Patria eadẽ} ambo nanq; Lyctii fuerunt. [Patria eadem accipio generaliter, pro Creta. ſic enim & Homerus in catalogo.

Κρητῶν δ' Ἰδομενεὺς δουρικλυτὸς ἡγεμόνευεν
Οἳ Κνωσόν τ' εἶχον Γόρτυνά τε τειχιόεσσαν
Λύκτον, Μίλητόν τε, καὶ ἀργινόεντα Λύκαστον
Φαιστόν τε, Ῥύτιόν τε, πόλεις εὖ ναιεταώσας, polles.
Ἄλλοι τ' οἳ Κρήτην ἑκατόμπολιν ἀμφενέμοντο
Τῶν μὲν ἄρ' Ἰδομενεὺς δουρικλυτὸς ἡγεμόνευε Tantũ
Μηριόνης τ' ἀτάλαντος Ἐνυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ.]

{Peteret maioris frater Atridæ} Menelaus Agamẽnonis frater. {Nec ſunt tibi Marte ſecũdi} nec ſunt tibi pugnando inferiores. {Conſiliis meis meæ prudẽtię. {Ingeniũ qđ eget moderamine noſtro} ſed cõiunctio ſubintelligatur. {Vires}.n. corporis Aiaci cõcedit Vlyſſes. ceterum feroci ingenio qđ ſuo regimine indigeat, illũ pditũ eſſe ait. {Sine mente} ſine ingenio, & prudẽtia. eſt aũt pulchra comparatio, qua ſe Vlyſſes Aiace multo præſtãtiorem eſſe oſtendit. {Mihi cura futuri} ego, inquit, proſpicio futura, quod nemo niſi prudẽtia pollens facere poteſt. {Temperat} regit, & gubernat. {Pectora potiora manu} ingenii acumina uiribus corporis meliora. {Vigor omnis in illis} omnis inqt uirtus in ingenii acumine cõſiſtit. {At uos ò proceres} artificioſe in peroratione Vlyſſes, & quædã ex præſtãtioribus meritis ſuis cõmemorat, & iudices rogat, ut ſe habeant commendatum, ſibiq; Achillis arma uelint adiudicare. {Vigili ueſtrô} ei qui pro uobis libenter uigilare conſueuit. {Tot annorũ} decem.n. annos pro Græcis ſolicitus fuerat Vlyſſes. {Hunc titulum} hunc honorem. quod

{Iam

RAPH. IAM la. in fi. eſt} ſcite. nã finito labori præmiũ debetur. {Obſtantia fata r.} ex arte id quod maximũ eſt, iterũ cõmemorat Vlyſſes, ut oſtẽdat ſe auctorẽ fuiſſe, ut Troia capi poſſet. {Poſſe capi f.} ut capi poſſet inſoluta diceretur oratione. {Perq́; deos oro} per Palladẽ, cuius ſimulacrũ Troianis abſtulerat. {Siquid adhuc ſup.} reſtat. {Siquid adhuc au.} in quo cõficiũdo audacia opus ſit. {Ex præcipitiq́; p.} ex periculoſo loco ſumẽdum. {Fatis Troiæ} fatis ꝓhibẽtibus ne Troia caperet. {Huic d.} digito & manu Palladiũ, & quod Troianis abſtulerat, Vlyſſes indicauit. {Mota m pro. eſt} cõmota & pſuaſa fuit principũ Græcorũ multitudo, Vlyſſis orõne. {Et qd fac. poſſet Tunc pa.} tunc ingt manifeſtũ fuit, quantũ eloquẽtia ualeat in aĩs hoĩum flectendis. {Tulit} habuit. Greci nanq; Achillis fortiſſimi uiri arma Vlyſſis potiꝰ ob facũdiã q̃ fortitudinem adiudicarũt. {Inuictũq; uirũ ui. d.} ſtulte dictũ eſſe uidetur. quo nãq; modo eum dolor uincat, qui uinci nõ põt? ſed aut ante, aut alioq eſt ſubaudiẽdũ, ut intelligamus alioq, ante'ue inuictũ Aiacẽ a dolore & indignatione fuiſſe ſeparatũ. [Tu inuictũ intellige a ceteris, ut ſit, quẽ ceteri uincere nõ potuere, is ab ira uictus fuit, neque ſtulte aut imprudẽter a poeta dictũ eſt, ut Regio uidetur.] {Et meus hic cer. eſt} illa & copula maxima ſignificat indignatione Aiacẽ fuiſſe uexatũ. {Tum de} tunc ſolũ. {Qua p} quatenꝰ patuit, & ceſſit ferro. {Educere} extrahere. {De Oebalio uul.} de ſanguine Hyacinthi Oebalii, qui (ut in 10. narrauit poeta, in florẽ purpureũ ab Apolline amatore fuit cõuerſus. {Littera c.} in foliis, inquit, illius floris in quẽ Aiax fuit cõuerſus, lr̃a cõis eſt, & Hyacinthi pueri querelis & nomini Aiacis. nã in illo flore (ut in x. quoq; diximus) inſcriptæ uidẽtur hæ duæ lr̃æ Græce, αι, q̃ in diphthõgũ coagmẽtatæ, & querimoniẽ ſunt indices, & in hoc noĩe αἴας primæ. Hinc aũt illud quoq; apte colligit eos magnopere decipi, q putãt hya in 10. legẽdũ, eaſq; l as in florẽ inſcriptas. illũ uero florẽ poſt Aiacis mortẽ primũ apud ſe natũ Salãinii aſſerũt, ut Pauſanias ſcribit in Atticis. eſſe aũt albũ ſubrubicũdũ, liliõq; minorẽ, ac foliis l as ineſſe, q̃ in Hyacinthis legantur. {Hæc nomi.} Aiacis. {Illa querelẽ} Hyacinthi, q gemẽs acclamãs αἶ αἶ extinctus eſt. {Victor ad Hy.}

Aiax in hyacinthum.

Iam labor in fine eſt: obſtantia fata remoui:
Altaq́; poſſe capi faciendo, Pergama cœpi.
Per ſpes nunc ſocias, caſuraq́; mœnia Troum,
Perq́; deos oro, quos hoſti nuper ademi,
*Per, ſi quid ſupereſt, quod ſit ſapienter agendum,
Si quid adhuc audax, ex præcipitiq́; petendum eſt,
Si Troiæ fatis aliquid reſtare putatis,
Eſte mei memores: aut ſi mihi non datis arma,
Huic date. & oſtendit ſignum fatale Mineruæ.




Mota manus procerũ eſt: & quid facundia poſſet.
Tum patuit, fortiſq́; uiri tulit arma diſertus.
Hectora qui ſolus, qui ferrum, ignemq́;, Iouemq́;
Suſtinuit toties, unam non ſuſtinet iram:
Inuictumq́; uirum uicit dolor. arripit enſem:
Et meus hic certè eſt: ãn & hunc ſibi poſcit Vlyſſes?
Hoc, ait, utendum eſt in me mihi: quiq́; cruore
Sæpe Phrygũ maduit, domini nunc cæde madebit,
Ne quiſquam Aiacem poſſit ſuperare, niſi Aiax.
Dixit: & in pectus tum demum uulnera paſſum,
Qua patuit ferro, letalem condidit enſem.
Nec ualuere manus infixum educere telum:
Expulit ipſe cruor: rubefactaq́; ſanguine tellus
Purpureum uiridi genuit de ceſpite florem,
Qui prius Oebalio fuerat de uulnere natus.
Littera communis mediis pueroq́;, uiroq́;
Inſcripta eſt foliis. hæc nominis, illa querelæ.

A A R. Poſtq̃ Vlyſſes Philoctetæ ſagittas ipſo comitãte in caſtra Graiorũ pertulit, quibus Iliũ captũ eſt, ꝑda diues Hecuba Priami cõiux Vlyſſi forte ceſſit: q̃ nouiſsime interitũ Aſtyanactis, & Polyxenæ, q̃ in buſtis Achillis fuerat interẽpta, mœrens, claſſe in Thraciã cũ eſſet appulſa, reliquis liberis orba, Polydorũ apud Polymeſtora, qui clã fuerat educatus, putabat incolumẽ permanere: q̃ dum ſpatiatur in litore, animaduertit eũ aquæ fluctibus in aridũ deiectũ. Polymeſtor aũt propter aurum, quod cũ infante Polydoro ei traditum fuerat auaritia eũ interfecit. & ut indicia quoq; facinoris celari poſſent, cũ in profundum præcipitauit. Quod ũt Hecuba ſupradicta Ciſſei filia cõperit, curauit, ut peruenire ad Polymeſtorẽ, dicens ſe uelle adiicere, ſuper quod ante dederat, aurũ, quo facilius nati celarentur indicia. Et tyrãnus uerũ eſſe exiſtimãs, petẽti ſecretũ colloquiũ dedit. Hecuba nacta locũ, lumina ei abſtulit: Thraceſq; dũ eam ꝓſequuntur ſaxis, uerſa eſt in canis figurã.

VIctor ad Hypſipyles patriã, clariq́; Thoantis,
Et ueterum terras infames cæde uirorum
—Tranſierat, tandem portu, uotoq́; potitus—

Hæcubæ in canẽ Metamorphoſin apte cũ ſupiorib' cõnectit poeta. nã Vlyſſes poſt adeptã armorũ Achillis uictoriam, in Lẽnũ ad Philoctetẽ cũ Herculis ſagittis adducẽdum miſſus fuit. quo aduecto ac Troia tãdẽ incẽſa cũ Græci claſſem in Thraciã appuliſſent, Polixenã Priami atq; Hecubæ filiã manibus Achillis expoſcẽtibus immolarũt, cuius corpus lotura cũ ad litus Hecuba acceſſiſſet, forte Polydori filii a Polymneſtore Thraciẽ rege interẽpti cadauer ibi cõſpicata, ulciſci tm ſcel decreuit. nã Priamus Polymneſtori tãq̃ amico [illegible] euẽtũ ignorãs, cũ multis pecuniis Polydorũ natu minimũ filiorũ cõmẽdarat, ut ſiqd urbi accideret ſuorũ aliqs ſupeſſet. Hecuba igit̃ accerſitũ adſe Polymneſtora ſub ſpe theſauri indicãdi, unà cum aliis mulieribus captiuis excæcauit. quare cũ Thraces ipſam lapidibus inſectarẽtur, in illos latrare cœpit, uolũtate deorũ in canẽ cõuerſa. {Victor} Vlyſſes i certamine armorũ Achillis uictor. {Vela dat} nauigat. {Ad Hypſipyles patriã} piphraſis ẽ Lẽni inſulẽ. nã Hypſipyle filia Thoãtis Lẽniorũ regis in Lẽno regnauit. {Et ueterũ ter. infa.} Lẽniæ mulieres cũ uenerẽ in adulterio deprehenſam, cũ Marte cõtennerent, in ſe deæ irã cõcitarunt, nã Venus hircino odore illis immiſſo effecit, ut a maritis ſpnerẽtur. quare de illis cũ ad bella aduerſus Thraces gerẽda, profecti eſſent interficiendis, cum primũ rediiſſent, uxores cõſiliũ inierunt. quod quidẽ cũ reliquẽ effeciſſẽt, ſola Hypſipyle Thoãti patri pepercit. [Hinc & prouerbiũ Lennium malum, de immenſis, & miſerandis. quanq̃ Herodotus lib. 6. et alterã de Lemniis hiſtoriã afferat, nẽpe Pelaſgos eos exiſtentes in Attica aliquãdo eiectos, cum iniuriã Athenienſiũ ulciſci uellent, obſeruaſſe Atticas mulieres Dianæ Brauroniæ ſacrificantes, eaſq; inſidiis exceptas, ac Lemnum auectas, pro pellicibus habuiſſe. ſed cum ex his nati Atticis moribus & inſtitutis omnes a matribus erudirentur, adultiq; Pelaſgorum uim & iniurias, ſiquas patiebantur, communibus uiribus a ſe propellerent, Pelaſgæ mulieres, pellicum & ex iis natorum potentiam indigne ferentes, inito conſilio, Atticos oẽs una cũ matribus occidiſſe, atq; inde factũ, ut cũ ob hoc tum ob ſuperius illud facinus, τὰ σχέτλια ἔργα πάντα λήμνια uocentur.

RAPH. TIRYNTHIA tela}ſagittarum Herculis eſt expoſitio.{Domino}Philoctetæ,cui moriẽs Hercules donauerat ſagittas.{Manus ult.}finis.{Externas auras}externũ aerem. nam Hecuba in Thracia in canẽ fuit transformata. [Fabulæ meminit Eurypides in Hecuba.ibi.n. Polymneſtor ab Hecuba excæcatus, ex uaticinio Dionyſii Thraceum illi prædicit,quo pacto in canẽ poſtremo cõmutãda ſit. nam cũ illa ꝑpetuis cõuiciis, ob liberorũ cędes,Græcorũ duces inſectaretur, Græciq; ob id ira accenſi,illã ad malum nauis alligatam lapidibus obruiſſent,remotis iterũ lapidibus,ꝓ corpore illius catulũ inuentũ tradunt.auctor Com.in eandẽ fabulã. quã quã Ouid. infra nõ a Græcis,ſed a Thracẽſibus,quos dolor excæcati regis in illã accenderat,lapidibus obrutam dicit. meminit & Calaber lib.14. his uerſibus:

Ἔνθα τέρας θνητοῖς ἐπιχθονίοισι φαάνθη
Οὕνεκα δὴ Πριάμοιο δάμαρ πολυδακρύτοιο
Ἐκ βροτοῦ ἀλγινόεσσα κύων γένετ', ἀμφὶ δὲ λαοὶ
Θάμβεον ἀγρόμενοι, τοῖς δ' ἄψεα λάϊνα πάντα
Θῆκε θεὸς, θαῦμα μέγα ἐσσομένοισι βροτοῖσι.
Καὶ τὴν μὲν Κάλχαντος ὑπ' ἐννεσίῃσιν ἀχαιοὶ
Νηὸς ἐπ' ὠκυπόροιο πέραν θέσαν ἑλλησπόντου.

Vocatus aũt eſt locus,ubi illa cõmutata fuit, κυνὸς σῆμα hoc eſt,ſepulcrum canis.] [Calaber libro decimotertio,

οἱ δ' ἔτι ἀσπαίροντα βάλον δ' ἀνὰ οἱ ταχύπωλοι
Πύργου ἀφ' ὑψηλοῖο, φίλον δέ οἱ ἦτορ ὄλεσσαν
Μητρὸς ἀφαρπάξαντες ἐν ἀγκοίνῃσιν ἐόντα,
Ἕκτορι χωόμενοι,&c. quo loco & cetera uide, q̃ hic de Caſſandra, de cæde Priami,& de aliis memorantur.]

Vela dat, ut referat Tirynthia tela ſagittas.
Quæ poſtquã ad Graios domino comitãte reuexit,
Impoſitaq; * fero eſt tandem manus ultima bello,
Troia ſimul, Priamusq; cadunt: * Priameiaq; cõiux
Perdidit infelix hominis poſt omnia formam,
Externasq; nouo latratu terruit auras.
Longus in anguſtum quà clauditur Helleſpontus,
Ilion ardebat, neque adhuc conſederat ignis;
Exiguumq; ſenis Priami Iouis ara cruorem
Combiberat: tractisq; comis antiſtita Phœbi
Non profecturas tendebat ad æthera palmas.
Dardanidas matres patriorum ſigna deorum,
Dum licet, amplexas, ſuccenſaq; templa tenentes
Inuidioſa trahunt uictores præmia Graij.
Mittitur Aſtyanax illis de turribus, unde
Pugnantem pro ſe, proauitaq; regna tuentem,
Sæpe uidere patrem monſtratum a matre ſolebat.
Iamq; uiam ſuadet Boreas, flatuq; ſecundo
Carbaſa mota ſonant: iubet uti nauita * uentis,
Troia uale, rapimur, clamant, dantq; oſcula terræ
Troades, & patriæ fumantia tecta relinquunt.
Vltima conſcendit claſſem (miſerabile uiſu)
In mediis Hecube natorum inuenta ſepulcris.
Prenſantem tumulos, atq; oſsibus oſcula dantem
Dulichiæ traxere manus: tamen unius hauſit,
Inq; ſinu cineres ſecum tulit Hectoris hauſtos.
Hectoris in tumulo canum de uertice crinem
Inferias inopes, crinem, lacrymasq; reliquit.
Eſt, ubi Troia fuit, Phrigiæ contraria tellus,
Biſtoniis habitata uiris: Polymneſtoris illic
Regia diues erat, cui te commiſit alendum
Clàm, Polydore, pater, Phrigiisq; remouit ab armis,
Conſilium ſapiens, ſceleris niſi præmia magnas
Adiecíſſet opes, animi irritamen auari.
Vt cecidit fortuna Phrygũm, capit impius enſem
Rex Thracũm, iuguloq; ſui demiſit alumni:
Et tanquam tolli cum corpore crimina poſſent,
Exanimem è ſcopulo ſubiectas miſit in undas.
Littore Threicio claſſem religarat Atrides,
Dum mare pacatum, dum uentus mitior eſſet.
Hîc ſubitò, quantus, cùm uiueret, eſſe ſolebat,
Exit humo latè rupta, ſimilisq; minanti
Temporis illius uultum referebat Achilles,
Quo ferus iniuſto petiit Agamemnona ferro.
Immemoresq; mei diſceditis, inquit, Achiui?
Obrutaq; eſt mecum uirtutis gratia noſtræ?
Ne facite: utq; meum non ſit ſine honore ſepulcrũ,
Placet Achilleos mactata Polyxena manes.
Dixit: & immiti ſociis parentibus umbræ
Rapta ſinu matris, quam iam propè ſola fouebat,
Fortis, & infelix, & plus, quàm fœmina, uirgo

{Lõgus Helleſp.} mare eſt Helleſpontus anguſtũ & lõgum, Aſiam ab Europa diſterminans. dictus eſt autem Helleſpõtus ab Helle Phrixi ſorore, quæ in illo ſubmerſa eſt.{Qua cla.in ang.} ubi cogitur in anguſtum & ſtrictũ. anguſtatur aũt maxime Helleſpontus illic, ubi olim fuerunt Seſtos & Abydos. ad Helleſpontũ autẽ uſq; Troas, ubi fuit Ilium, protenditur. {Conſederat} ceſſauerat, extinctus erat. {Iouis ara}ad quã Priamus ipſe fuerat interfectus,ut carmine quoq; Virgil. eſt notum. {Exiguum cruorẽ} in ſenibus parum eſſe ſanguinis, phyſici aiunt. {Antiſtita}Caſſandra Phœbi ſacerdos. {Signa}ſtatuas, ſimulacra.{Tenentes}colentes, amplectentes. {Inuidioſa præ.}prædam inuidiæ plenã. {Mittitur Aſtya. illis} Aſtyanax Hectoris & Andromache fuit filius, ſic dictus, quod urbi ubi uideretur imperaturus. nam ἄστυ urbs ἄναξ rex interpretatur. is ab Vlyſſe poſt Troiæ direptionem ex altiſsima turri fuit præcipitatus.

{Tuẽtẽ} defendentem. {Carbaſa mota ſonant} uela a uentis cõmota ſtrepunt. {Ventis} uẽtorũ cõmoditate. {Troia uale} ordo eſt, Troades & mulieres Troianę clamant, Troia uale, rapimur, & ui ad ducimur. {Prenſantem tu.} amplectentẽ filiorũ ſepulcra Hecubã. {Dulichiæ tra. ma.}Vlyſſes. nam Hecuba illi ſorte obtigerat.{Hauſit} accepit. {Hectoris in tum.} anadiploſis ad miſerationẽ accõmodata.{Canũ de uer. cri.}reciſum ſubaudiamus. {Inferias inopes} ſacrificia inopum, & pauperiorum. {Eſt ubi Troia fuit} Thraciã è regione Troadis eſſe ait. {Cõtraria} ex aduerſo atq; è regione poſita.{Biſtoniis ui.} Thracibus. nam Biſtonia urbs eſt Thraciæ, a Biſtone Martis & Callirhoes filio cognominata, unde & Biſtones,& Biſtonii Thraces dicuntur. Thracia autem Helleſpõto a Phrygia ſeparat.{Polymneſtoris il.} Polymneſtor rex fuit Thracię, auaritia & Polydori cæde famoſiſsimus. hæc aũt de Eurypidis Hecuba ab Oui. ſũpta eſſe uñr.{Cõſiliũ ſa.} acclamatio eſt, qua Priami prudẽtia cõmendatur. {Irritamen} ꝓuocationẽ. {Iugulo}in iugulũ.{Exanimẽ} mortuum. cadauer aũt Polydori in mare iecit Polymneſtor.{Sui alũ.} Polydori, quem a patre alendũ,nutriendũq; ſuſceperat. {Quo pe. Agamen.}quo tempore ob Briſeidẽ raptã in Agamemnonẽ ſtrinxit enſem Achilles,ut in 1. Iliad. narrat Hõ. {Religarat} religari iuſſerat. {Referebat} repræſentabat præſeferebat. {Petiit} aggreſſus eſt, inuaſit.{Immemoresq; mei} Achillis umbra Græcos ingratitudinis accuſat. {Obruta} ſepulta. {Ne facite} ne ſitis in me ingrati.{Vtq; meum nõ ſit ſine ho.ſe.}hoc eſt,ut meum honoretur ſepulcrũ. {Mactata Polyxena}immolata. Polyxena uero, q̃ multorũ hoſpita interpretatur, filia fuit Priami ex Hecuba,quã Achilles & uiuus amauit, & mortuus ſibi immolari efflagitauit.{Parẽtibus}obediẽtibus. {Immiti umbræ}crudeli,q̃ ſibi uirginem immolari uolebat.

eſt ſero
Priameia
uelis

Ducitur ad tumulum, diroq́; fit hoſtia buſto.
Quæ memor ipſa ſui, poſtquam crudelibus aris
Admota eſt, ſenſitq́; ſibi fera ſacra parari;
Vtq́; Neoptolemum ſtantem, ferrumq́; tenentem,
* Inq́; ſuo uidit figentem lumina uultu:
Vtere iamdudum generoſo ſanguine, dixit:




Nulla mora eſt: aut tu iugulo, uel pectore telum
Conde meo: (iugulumq́; ſimul, pectusq́; retexit)
Scilicet haud ulli ſeruire Polyxena uellem.
Haud per tale ſacrum numen placabitis ullum.
Mors tantùm uellem matrem mea fallere poſſet.
Mater obeſt, minuitq́; necis mihi gaudia: quamuis
Non mea mors illi, uerùm ſua uita gemenda eſt.
Vos modò, ne Stygios adeam non libera manes,
Eſte procul, ſi iuſta peto, tactuq́; uiriles
Virgineo remouete manus. acceptior illi,
Quiſquis is eſt, quem cæde mea placare paratis,
Liber erit ſanguis. ſi quos tamen ultima noſtri
Verba mouent oris, Priami uos filia regis
Nunc captiua rogat, genitrici corpus inemptum
Reddite, ne'ue auro redimat ius triſte ſepulcri,
Sed lacrymis: tunc, cùm poterat, redimebat & auro.
Dixerat. at populus lacrymas, quas illa tenebat,
Non tenet. ipſe etiam flens, inuitusq́; ſacerdos
Præbita coniecto rupit præcordia ferro.
Illa ſuper terram defecto poplite labens,
Pertulit intrepidos ad fata nouiſsima uultus.
Tunc quoque cura fuit, partes uelare tegendas,
Cùm caderet, caſtiq́; decus ſeruare pudoris.
Troades excipiunt, deploratosq́; recenſent
Priamidas, & quid dederit domus una cruoris.
Teq́; gemunt, uirgo, teq́;, ò modò regia coniux,
Regia dicta parens, Aſiæ florentis imago,
Nunc etiam prædæ mala ſors: quam uictor Vlyſſes
Eſſe ſuam nollet, niſi quòd tamen Hectora partu
Ediderat. dominum matri uix repperit Hector.
Quæ corpus complexa animæ tam fortis inane,
Quas toties patriæ dederat, natisq́;, uiroq́;,
Huic quoq; dat lacrymas, lacrymas in uulnera fundit,

RAPH. AD tumulum} ad ſepulcrũ Achillis, quod in Sigeo promontorio erat. {Diro bu.} ſepulcro crudeliũ & dirorum manium, qui ſibi uirginẽ immolari iubebãt. {Quæ me. ipſa ſui} ſuæ generoſitatis. {Poſtquã cru. aris ad eſt} poſtquã crudeliter ad aras fuit adducta, eſt enim hypallage. {Fera ſacra} crudelia, utpote quibus ipſa interficiebatur. {Neoptolemũ} Pyrrhum Achillis ex Deidamia filium, qui Neoptolemus fuit appellatus, ꝙ iuuenis admodum ad bellũ Troianum eſt profectus. νέος nãq; iuuenis nouusq́; πτόλεμος q frequẽtius πόλεμος dr̃, bellũ interpretatur. Pyrrhus aũt a rufis capillis fuit cognominatus: πυῤῥὸν nanq; Greci rufũ appellãt. {Ferrum} enſem quo ipſa erat iugulanda. {Vtere iãdudũ} q̃ forti aĩo Polyxena eſſet, hic facile colligit', ꝙ Pyrrhũ hortatur, ut ſe cito uelit immolare. {Iandudũ} cito. {Gñoſo ſan.} meo ſanguine, q̃ ſum gñoſa. generoſi uero dñr, q a nobilibus maioribus genꝰ ducunt. {Nulla mo. eſt} in me ſubaudiat'. {Conde} coniice, immitte. {Iugulũq; ſi.} hęc a poeta dici notius eſt, q̃ ut ſit admonendum. {Scilicet ha. ul.} nulli certe, inquit, ſeruire uellem, cum ſim Polyxena Priami regis filia. {Scilicet} certe, aſſeuerantis eſt aduerbium. {Haud ul.} nulli. {Polyxena} emphaſis eſt, ac ſi diceret Priami regis filia, Hectoriſq; ſoror. {Per tale ſa.} per meam cædem. legitur & Sacrum. figurata autem oratione utitur Polyxena: qua tametſi nihil de morte curare uideatur, innuit tamen cæde ſua nullum numen iri placatum, eoq́; ſe non eſſe immolandam. {Fallere} latere. ſe autem Polyxena in matrẽ piam oſtendit, cum de illa ſola ſe dicat eſſe ſollicitam. hæc uero omnia ex Hecuba Eurypidis ſumpta eſſe uidentur. {Mater obeſt} dolor, quo mater afficitur morte mea, animum meum cruciat. {Vos modo ne ſtygios} rogat Polyxena, ne quiſquam uirorum ſe tangat, ut inuiolata ad inferos deſcendat. {Ne non libera} ut libera moriar. {Acceptior} gratior. {Quiſquis is eſt} ſiue deus, ſiue heros. ignorat enim Polyxena, quem cæde ſua ſit placatura. {Si quos tamen ultima noſtri} pathetica & affectus plena oratio Polyxenæ attribuitur, qua non amici modo, uerum hoſtes quoque lacrymare coguntur. {Ius ſepulcri} facultatem ſepeliendi. {Tunc, cum poterat, redimebat & auro} quando, inquit, mater mea poterat, non lacrymis ſolũ, ſed etiam auro filiorum cadauera ab hoſtibus redimebat. {Quas illa tenebat} mira puellæ conſtantia exprimitur, quæ tam intrepide mortem exciperet. {Præbita} exhibita. {Defecto poplite} deficientibus genibus. {Ad fata} uſque ad mortem. {Tunc quoque cura fuit} hoc idẽ & Eurypides ſcribit, quam curam Iulio quoque Cæſari fuiſſe narrat Tranquillus, ut togã ad pedes demitteret, quo a coniuratoribus uulneratus, honeſtius caderet. {Partes tegendas} pudẽdas. {Troades excipiunt} ſuſcipiunt iacens Polyxenæ cadauer. {Recenſent} recognoſcunt, enumerant, id quod in neniis & fletibus fiebat. {Quid cruoris} quantum ſanguinis. nam Priamidæ omnes fuerant interfecti. {Teq́; gemunt uirgo} apoſtrophe ad Polyxenam atque Hecubam, quæ pauloante Aſiæ regina uocabatur. Deplorat autem illius calamitatem poeta, quam omnes captiuam propter ſenectutẽ aſpernabantur. {Aſiæ florentis imago} de maxima felicitate in maximam calamitatem cecidiſſe Hecubam, poeta oſtendit. Aſia autem dicta eſt ab Aſia, Promethei filia, matreq; Atlantis. quidam ἀπὸ τῆς ἄσιος, hoc eſt a cęno, quod multum cœni habeat dictam putant. {Nunc etiam prædæ mala ſors} ſed, uel autem, talis'ue coniunctio ſubaudiatur, ita ſenſu exigente. nã Hecuba pauloante quidẽ erat regia coniux, regia parens, Aſiæ florentis imago: nunc autem eſt etiã prædæ mala ſors, quam omnes aſpernabantur. {Niſi quod tñ Hectora partu Ediderat} ratio qua motus Vlyſſes eam accepit captiuam. {Animæ tam fortis inane} tam conſtanti anima uacuum.

Oſculaq́; ore tegit, conſuetaq́; pectora plangit,
Canitiemq́; ſuam concreto in ſanguine * uertens.
Plura quidem, ſed & hæc laniato pectore dixit.
Nata, tuæ (quid.n.ſupereſt?) dolor ultime matris,
Nata iaces, uideoq́; tuum mea uulnera pectus.
Et ne perdiderim quenquam ſine cæde * meorum,
Tu quoque uulnus habes. at te, quia fœmina, rebar
A` ferro tutam, cecidiſti & fœmina ferro:
Totq́; tuos idem fratres, te perdidit idem
Exitium Troiæ, noſtriq́; orbator Achilles.
At poſtquam cecidit Paridis, Phœbiq́; ſagittis,
Nunc certè, dixi, non eſt metuendus Achilles.
*Tunc quoque mi metuendus erat. cinis ipſe ſepulti
In genus hoc ſæuit: tumulo quoque ſenſimus hoſtem.
Aeacidæ fœcunda fui. iacet Ilion ingens,
Euentuq́; graui finita eſt publica clades.
Sed finita tamen, ſoli mihi Pergama reſtant:
Incurſuq́; meus dolor eſt. modò maxima rerum
Tot generis, natisq́; potens, nuribusq́;, uiroq́;,
Nunc trahor exul, inops, tumulis auulſa meorum,
Penelopæ munus: quæ me, data penſa, trahentem
Matribus oſtendens Ithacis, Hæc Hectoris illa eſt
Clara parens, hæc eſt, dicet, Priameïa coniux.
Poſtq́; tot amiſſos tu nunc, quæ ſola leuabas
Maternos luctus, hoſtilia buſta piaſti.
Inferias hoſti peperi. quò ferrea reſto?
Quid'ue moror? quò me ſeruas * damnoſa ſenectus?
Quò dij crudeles, niſi *uti noua funera cernam,
Viuacem differtis anum? quis poſſe putaret
Felicem Priamum poſt diruta Pergama dici?
Felix morte ſua eſt: nec te mea nata peremptam
Aſpicit, & uitam pariter, regnumq́; reliquit.
At puto funeribus dotabere regia uirgo,
Condeturq́; tuum monumentis corpus auitis.
Non hæc eſt fortuna domus: tibi munera matris
Contingent fletus, peregrinæq́; hauſtus arenæ.
Omnia perdidimus: ſupereſt, cur uiuere tempus
In breue ſuſtineam, proles gratiſsima matri,
Nunc ſolus, quondam minimus de ſtirpe uirili,
Has datus Iſmario regi Polydorus in oras.
Quid moror interea crudelia uulnera lymphis
Abluere, & ſparſos immiti ſanguine uultus?
Dixit: & ad littus paſſu procedit anili,
Albentes lacerata comas. Date Troades urnam,
Dixerat infelix, liquidas hauriret ut undas:
Aſpicit eiectum Polydori in littore corpus,
Factaq́; Threiciis ingentia uulnera telis.
Troades exclamant: obmutuit illa dolore,
Et pariter uocem, lacrymasq́; introrſus obortas
Deuorat ipſe dolor. duroq́; ſimillima ſaxo
Torpet, & aduerſa figit modò lumina terra:
Interdum toruos extollit ad æthera uultus:
Nunc poſiti ſpectat uultum, nunc uulnera nati,
Vulnera præcipuè: ſeq́; armat, & inſtruit ira.

RAPH.

OSCVLAq́; * ora te.} parua Polyxenæ ora. eſt enim ab ore diminutiuū hoc loco oſculum. {Plangit} percutit. {Cōſueta} plangi & percuti filiorū cædibus. {Canitiē ſuā} caput ſuū canum. ſolebant aūt priſci in maximis doloribus caput puluere deturpare. {Concreto} coagulato. {Vertens} uoluens. {Nata tuæ} pathetica oratio querelis, doloribusq́; accommodata. {Nata ia.} repetitio lugenti Hecubæ, q̃ ex tam feliciſsimo ſtatu in tantā ceciderat miſeriam, maxime cōueniens. {Tuū pe.} uulnere transfixū ſubauditur. {Mea uulnera} meos dolores. {Orbator noſtri} q nos liberis orbauit atq; ſpoliauit. {Paridis, Phœbiq́; ſag.} dirigente nanq; Paridis ſagittas Apolline, ut & Homerus, & Virg. ſcribunt, Achilles fuit interfectus. {Mi} mihi. {In g. hoc} in gen⁹ noſtrū, uellicatur autem hoc loco Ouid. a Scauro apud Senecam, quod neſciat relinquere quod bene ceſsit. Cū enim, inquit, Polyxena eſſet adducta tumulo Achillis immolāda, Hecuba dixit, Cinis ipſe ſep. In ge. hoc ſæuit, poterat eſſe cōtentus, adiecit, Tumulo quoq; ſenſimus hoſtem. neq; hoc contētus adiecit, Æacidę fœcunda fui. Aiebat Scaurus non minus magnā uirtutem eſſe ſcire deſinere, q̃ ſcire dicere; ſed hoc oratori magis q̃ poetæ præceptū eſt. {Tumulo quoq; ſenſimus ho.} in tumulo & ſepulcro exiſtentem. {Æacidæ fœ. fui} ad Achillis uoluptatē multos peperi filios. {Euētu gra.} exitu pernicioſo. {Sed fi. tamen} ſtultè hoc dictum eſſe uidetur. ſi enim finita ſunt pergama, quo modo reſtant? an deleta quidem ſunt, ſed Hecubæ reſtare uidentur, quia hoſtes perinde in eam ſęuiūt, ac ſi pergama ipſa ſtarent. {Soli mi.} nam perinde in me ſæuiunt hoſtes, atque ſi finis non eſſet impoſitus bello. {In cur.} in perſeuerantia. neq; enim finitur. {Modo ma. re.} ex qua felicitate in quas miſerias reciderit, flebiliter Hecuba cōmemorat. {Tot generis natisq́; potens} Hecuba Priamo ſeptē filias & duodecim filios peperiſſe ſcribitur. ex aliis nanq; mulieribus reliquos ad quinquaginta uſq; Priamus ſuſcepit. {Nunc trahor} diſſolutū eſt maxima querimoniis conueniens. {Leuabas} diminuebas, leues reddebas. {Hoſtilia buſta} hoſtium ſepulcra & manes. {Piaſti} placaſti. eſt autem apoſtrophe ad Polyxenam commiſerationis plena. {Quo ferrea reſto?} ad quem uitæ exitum, dura ego ac in me ipſam crudelis reſeruor. {Quid'ue moror?} expecto. {Differtis} in longum tempus producitis. {Viuacem anum} me uetulam diu uiuentem. {Nec te mea nata} rationibus colligit Hecuba, Priamum inter felices numerandū. {At puto funeribus dotabere} exequiarum honoribus ornaberis. eſt autē ironia qua ſignificat Hecuba, Polyxenā & funeris, & ſepulturæ honore cariturā. {Hauſtus} acceptio, atq; iniectio. terra nanq; mortuis iniiciebatur. {Supereſt cur ui. tēpus} de tot filiis, inqt, meis Hecuba ſolus reſtat Polydorus, Polymneſtori regi cōmendatus. ſed decipitur Hecuba, iam .n. a Polymneſtore fuerat interfectus. {Datus} miſſus. {Iſmario regi} Polymneſtori Thraciæ regi. nam Iſmarus Thraciæ mons eſt. de hoc autem Polydoro ſic & Virg. in 3. Æn. ſcribit:

Hūc Polydorū auri quondam cū pōdere magno
Infelix Priamus furtim mandarat alendum
Threicio regi, cum iam diffideret armis
Dardaniæ, cingiq́; urbem obſidione uideret.
Ille ut opes fractę Teucrū, & fortuna receſsit,
Res Agamēnonias, uictriciaq́; arma ſecutus,
Fas omne abrumpit, Polydorū obtruncat: & auro
Vi potitur. quid nō mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames?

{Et ſparſos ſanguine} infectos ſanguine. cadauera autem antiqui abluebant. {Introrſus obortas} intus natas. {Deuorat} conſumit. {Modo} interdum. {Aduerſa terra} in Troade ubi fuit Troia è regione Thraciæ ſita. [Ego uero ſimpliciter accipiendum puto Aduerſa terra, quemadmodum dicimus. Vulnus aduerſum, corpus aduerſum, hoc eſt, quod ex aduerſo intuemur. hoc enim & ἀντίθετον poſtulat quod ſequitur, Interdum toruos extollit ad æthera uultus.] {Toruos uultus} triſtitia efferatos. {Poſiti} iacentis.

hęc omnia ſumpta ab Euripidis tragœdia

uerrens.

ignobilia funera apud Romanos nō in rogum ponebant, ſed iniecta terra ſepeliebantur.

uirorum

nunc

annoſa

quò

{Mane

RAPH. MANERET} eſſet. {In imagine}in imaginatione et cogitatione pœnæ, qua Polymneſtorem, afficere poſſet. {Vtq; furit} ſæuit. hac autem ſimilitudine oſtendit poeta, quantam irã, indignationemq; conceperit Hecuba aduerſus Polymneſtorem, filii, quem educandum ſuſceperat, interfectorem. {Hoſtẽ} catuli raptorem. {Animorum}magnitudinis ac præſtantiæ animi ſui. {Nam ſe moſtrare} ait, uel ſimile uerbum, quod eleganter præmittitur, eſt ſubaudiendum. {Latens} occultum. {Odryſius} Polymneſtor Thracius. nam Odryſæ (ut in ſuperioribus quoq; ſcripſimus) ſunt populi Thraciæ, & Odryſa urbs eorũ. {Spectat truculenta} indignata, toruum præſeferens aſpectum. nam truculentus dicitur, aſpectu ferox atq; terribilis, quales tauri ſunt. {Falſa iurantem} peierantem. {Tumida ira.} ab effectu, quæ tumidos & inflatos homines reddit. {Correpto}comprehenſo Polymneſtore. {In perfida lumina} in perfidi Polymneſtoris oculos. eſt enim hypallage. {Expilat} extrahit, eruit. {Facit ira ualentem} parentheſis tacitæ obiectioni occurrens. {Sanguine ſonti} ſanguine nocetis, ac ſcelerati Polymneſtoris. {Lumen} oculos. {Supereſt} ſaluum eſt. Haurit} percutit, aperit. {Troada} Hecubam Troianam. {Inceſſere} irritare, prouocare, inuadere. {Rauco cum murmure} cũ uoce canina. iam enim in canem fuerat conuerſa. {Et ex re nomen habet} nam κυνὸς σῆμα appellatur, ideſt canis ſepulcrum. eſt autem in Cherſoneſo Thracia iuxta Abydũ, ut Strabo refert. {Per Sithonios agros} Thracios, nam Sithonia pars eſt Thraciæ. {Illius Troasq; ſuos} hæc ad connectẽdam Memnonis, cinerum in aues cum ſuperiore, Metamorphoſin a poeta inferuntur. {Vt & ipſa Iouis} Iuno quæ Troianorum adeo atrox erat inimica. {Non uacat Auroræ} Memnon Tithoni atq; auroræ filius, cũ in belllo Troiano ab Achille fuiſſet interfectus, mater Iouem rogauit, ut aliquo eum afficeret honore. Iupiter autem fauillas rogi ipſius congregatas, eiuſq; ſocios in aues commutauit, quæ Memnonides a Memnone uocatæ, ſingulis quibuſq; annis ad ſepulcrum illius acriter inter ſe pugnantes, duci ſuo parentare uidentur. {Quanquam iiſdem faueat armis} propter Tithonum maritum, qui Laomedontis fuerat filius, ac Priami frater. {Lutea mater} Aurora ipſa Memnonis mater rutila ac rubicunda. {Non ſuſtinuit} non potuit. {Parens} cauſſa cur non ſuſtinuerit ſpectare, quia parens. {Omnibus inferior} in ſoluta oratione omnium infima diceretur {Aureus æther.} ſplendidum cœlum. {Nam mihi ſunt} parentheſis cauſſam continens cur, Aurora omnium dearum ſit infima. {Dies ſacrificos} in quibus mihi ſit ſacrificandum. {Ignibus} ſacrificiis. {Aſpicias} conſyderes. {Quantum tibi fœmina prę̨ſtem} quãuis fœmina ſim. {Noctis confinia ſeruo} hoc eſt cuſtodio ne nox ſuos fines tranſeat. niſi enim Aurora uigilans eſſet, nox ſemper uideretur duratura. {Orba} priuata. {Fruſtra} quia & ipſe fuit interfectus, & Troia euerſa. {Pro patruo ſuo} Priamo. {A forti Achille} interfectus, percuſſus, ſimile'ue participium ſubaudiatur.

no. entem

Expilant ferui domi nos, qui clã ſubripiunt.

faueat

Hecuba in canẽ.

Qua ſimul exarſit, tanquam regina maneret,
Vlciſci ſtatuit pœnæq; in imagine tota eſt.
Vtq; furit catulo lactente orbata leæna,
Signaq; nacta pedum ſequitur, quem non uidet hoſtẽ:
Sic Hecube, poſtquam cum luctu miſcuit iram,
Non oblita animorum, annorum oblita ſuorum,
Vadit ad artificem diræ Polymneſtora cædis,
Colloquiumq; petit, nam ſe monſtrare relictum
Velle latens illi, quod nato redderet aurum.
Credidit Odryſius, prædæq; aſſuetus amore,
In ſecreta uenit. tum blando callidus ore,
Tolle moras Hecube, dixit, da munera nato:
Omne fore illius quod das, quod & antè dediſti
Per ſuperos iuro. ſpectat truculenta loquentem,
Falſaq; iurantem, tumidaq; ex æſtuat ira.
Atq; ita correpto, captiuarum agmina matrum
Inuocat, & digitos in perfida lumina condit,
Expilatq; genis oculos: facit ira * ualentem:
Immergitq; manus fœdataq; ſanguine ſonti,
Non lumen (neq; enim ſupereſt) loca luminis haurit.
Clade ſui Thracum gens irritata tyranni
Troada telorum, lapidumq; inceſſere iactu
Cœpit. at hæc miſſum rauco cum murmure ſaxum
Morſibus inſequitur. rictuq; ad uerba parato
Latrauit, conata loqui: locus extat, & ex re
Nomen habet: ueterumq; diu memor illa malorum,
Tum quoq; Sithonios ululauit mæſta per agros.
Illius Troasq; ſuos, hoſteſq; Pelaſgos,
Illius fortuna deos quoque mouerat omnes,
Sic omnes, ut & ipſa Iouis coniuxq;, ſororq;
Euentus Hecubam meruiſſe negauerit illos.

ARG. Memnon Tithoni, & Auroræ filius Priamo ferens auxilium, ab Achille occiditur: mater ergo precibus pro aſſiduo officio inducendæ lucis ab Ioue impetrat, ut fauillæ eius aduſto rogo, in uolucres conuerterentur Memnonides nomine: quæ memores belli quot annis ad ſepulchrum eius conueniunt, & inter ſe dimicantes, ſanguine ſuo manibus eius frequentes parentant. Et ipſa mater eius matutinis temporibus lachrymas deſiderio filii ſui Memnonis transformat in rorem. Quod tamen monumentum in Phrygia conſtituit patruus eius: ut Heſiodus uult.

NOn uacat Auroræ, quanq̃ iiſdẽ *fauerat armis,
Cladibus, & caſu Troiæq;, Hecubæq; moueri.
Cura deam propior, luctuſq; domeſticus angit
Memnonis amiſſi, Phrygiis quem lutea campis
Vidit Achilleia pereuntem cuſpide mater:
Vidit: & ille color, quo matutina rubeſcunt
Tempora, palluerat, latuitq; in nubibus æther.
t non impoſitos ſupremis ignibus artus
Suſtinuit ſpectare parens; ſed crine ſoluto,
Sicut erat, magni genibus procumbere non eſt
Dedignata Iouis, lacrymiſq; has addere uoces:
Omnibus inferior, quas ſuſtinet aureus æther,
(Nam mihi ſunt totum rariſſima templa per orbem)
Diua tamen ueni, non ut delubra, dieſq;
Des mihi ſacrificos, caliturasq; ignibus aras.
Si tamen aſpicias, quantum tibi fœmina præſtem,
Tum cùm luce noua noctis confinia ſeruo,
Præmia danda putes: ſed non ea cura, neque hic eſt
Nunc ſtatus Auroræ, meritos ut poſcat honores.
Memnonis orba mei uenio, qui fortia fruſtra
Pro patruo tulit arma ſuo, primiſq; ſub annis
Occidi a forti (ſic dii uoluiſtis) Achille.
Da, precor, huic aliquem ſolatia mortis honorem.

Memno nis cine res in … ues.

{Mater

RAPH. MATERNAQVE uulnera leni} maternos dolores mitiga. {Volumina} reuolutiones. {Infecere} obſcurauere, denigrauere. {Exhalant} emittunt. {Infra} nebulas ſubaudiendũ. {Glomerata} congregata. {Faciē capit} figurā ac formam accipit. {Atq; animũ ex igni} ſcite. anima namque, ut flāma, ſemper eſt in motu, unde philoſophorũ quidā dixerunt animā eſſe ignem. {Leuitas ſua præbuit alas} id eſt, propria fauillæ leuitas alas effecit. {Quibus eſt eadem natalis origo} nam & ipſę ex fauillis ſunt ortæ. {Luſtrāt} circumuolant. {Plangor} clāgor. {Seducunt caſtra} ſeparant caſtra, & diuidunt ſe in duas partes. {Diuerſa de parte} ex partibus aduerſis. {Cognata} ſimul nata. {Prępetibus ſubitis} ſubito natis alitibus. {Auctor} Mēnon earum origo. Memnonides enim a Mēnone fuerunt cognominatæ, ut paulo ante diximus, & ipſe poeta aperte teſtatur. {More parentali} more eorum, qui inferis parentant. parentalia uero proprie dicuntur ſacrificia, quæ manibus fiunt. {Rebellant} bellum iterum inter ſe ſuſcipiunt.

COEL. RHOD. IN Pauſaniæ monumentis lectum eſt, Memnonen Æthiopũ quidem fuiſſe regem, non tamen ex Æthiopia Ilium ueniſſe, uerum a Perſicis, Suſis, & Choaſpe, quæ ſibi ſubiecerant loca. nam ſunt auctores quoq;, quotannis ad uolare Ilium ex Æthiopia aues, & confligere ad Mēnonis ſepulcrum, quas ob id Memnonidas uocent. hoc idem quinto quoque anno facere eas in Æthiopia circa Memnonis regiā, exploratũ ſibi, Cremutius tradit. ex Memnonis cineribus apud Troiam interempti natas aues, cecinit Ouid. non ſuppreſſo item depugnãdi more. ita enim ſcribit lib. 13.

Prępetibus ſubitis nomen
  facit auctor, ab illo
Memnonides dictæ, quum
  ſol duodena peregit
Signa, parentali morituræ
  more rebellant.

Memnonidum item auiũ mentio Pauſaniæ eſt, illas

Summe deûm rector, maternaq; uulnera leni.
Iuppiter annuerat, cùm Memnonis arduus alto
Corruit igne rogus, nigriq; uolumina fumi
Infecere diem: ueluti cùm flumina natas
Exhalant nebulas, nec Sol admittitur infrà.
Atra fauilla uolat, glomerataq; corpus in unum
Denſatur, faciemq; capit, ſumitq; colorem,
Atque animum ex igni: leuitas ſua præbuit alas.
Et primò ſimilis uolucri, mox uera uolucris
Inſonuit pennis: pariter ſonuere ſorores
Innumeræ, quibus eſt eadem natalis origo.
Terq; rogum luſtrant, * & conſonus exit in auras
Ter plangor: quarto ſeducunt caſtra uolatu.
* Tunc duo diuerſa populi de parte feroces
Bella gerunt, roſtriſq;, & aduncis unguibus iras
Exercent, alaſq;, aduerſaq; pectora laſſant:
Inferiæq; cadunt cineri cognata ſepulto
Corpora: ſeq; uiro forti meminere creatas.
Præpetibus ſubitis nomen facit auctor: ab illo
Memnonides dictæ, cùm Sol duodena peregit
Signa, parentali morituræ morte rebellant.
Ergo aliis latraſſe Dymantida flebile uiſum eſt:
Luctibus eſt Aurora ſuis intenta, piaſq;
Nunc quoque dat lacrymas, & toto rorat in orbe.

ARG. Aeneas cum parente Anchiſe, & filio Aſcanio profugus, Delphos uenit. hic ab Anio ſacerdote Apollinis recipitur hoſpitio: quibus indicat, quinque ſe natorum, hoc eſt filij unius. & quattuor filiarum parentem, orbum relictum. Andrum enim filium, a quo Andros inſula, reliquiſſe patriam narrat. huic ut Apollo dederit augurium, ſic Liberum dediſſe uirginibus, ut contacta manibus earum, in ſegetem, uinum, oleumq; uerterentur. eas Agamemnon ut cæleſti munere exercitum aleret, cum uellet abducere, in inſulam eandem Andron profugiſſe. hinc rurſus ne uinculis illigatæ raperentur, potentia regis Agamemnonis Liberi numen effecit ob miſericordiam, & muneris ſui cauſſam, ut in columbarum ſpeciem transferrentur.




NOn tamen euerſam Troiæ cum mœnibus eſſe
Spē quoq; fata ſinunt. ſacra, & ſacra altera patrē
Fert humeris, uenerabile onus, Cythereïus heros:
De tantiſq; opibus prædam prius eligit illam,
Aſcaniumq; ſuum: profugaq; per æquora claſſe
Fertur ab Antandro, ſceleratáq; littora Thracum,
Et Polydoreo manantem ſanguine terram
Linquit: & utilibus uentis, æſtuq; ſecundo
Intrat Apollineam ſociis comitantibus urbem.
Hunc Anius, quo rege homines, antiſtite Phœbus
Rite colebatur, temploq;, domoq; recepit,
Vrbemq; oſtendit, delubraq; nota, duaſq;
Latona quondam ſtirpes pariente * retentas.
Ture dato flammis, uinoq; in tura profuſo,

in Memnonis chlamyde picta expreſſas memoranti apud Delphos.

{Dymantida} Hecubā Dymātis filiam, qq alii, in priſmiſq; Euripides ac Virg. Ciſſei regis Thraciæ filiā fuiſſe ſcribant. {Rorat} rorem fundit. {Non tamen euerſam} Anii Apollinis Delii ſacerdotis filiarum Metamorphoſin in columbas deſcripturus poeta, Æneæ pietatem prius, ad Delumq; nauigationem commemorat, quo aptius fabulæ connectantur. {Sacra & ſacra altera patrem} Aeneā ex incendio Troiano & ſacra deæ Veſtæ, & patrem Anchiſen abſtuliſſe, Aſcaniũq; abduxiſſe carmine quoq; Virgiliano eſt notũ. {Et ſacra altera} neq; n. minus pium eſt parentibus q̄ ſacris auxiliũ ferre. {Cythereius heros} Aeneas Veneris, quæ & Cytherea dicitur, filius. {Prædam illam} ſacra & patrem. {Fertur ab Antandro} Antādrus urbs eſt ſub Ida, ab Antandro duce cognominata. Ariſtoteles autem ſcribit illam prius Edonida fuiſſe uocatam, quo tempore a Cymeriis inhabitabatur. {Linquit} quamuis ibi iam urbem Aenum ædificaſſet, ut Virgilius narrat. {Apollineā urbem} Delum inſigne Apollinis oraculo inſignē. {Hūc Anius} Deli regem fuiſſe, Apollinisq; ſacerdotem ēt Virg. ſcribit, Rex Anius, rex idem hominum, Phœbiq; ſacerdos. {Quo rege homines} utebantur eſt ſub audiendum. [Immo idem uerbum colebatur, ad utrunq; nominatiuum κατὰ ζεῦγμα referendum. {Delubraq; nota} clara propter oraculum. {Duas ſtirpes} duas arbores quas tenens, amplectenſq; Latona, Apollinem & Dianam enixa eſt. {Retentas} alludit ad fabulam. nam Iuno ita Latonam dicitur perſecuta, ut nuſquam quieſcere poſſet. cum uero Delum conſcendiſſet, complexa duas arbores, oliuam & palmam, ut poeta in ſexto narrat, Apollinem peperit atq; Dianā. {Thure dato flammis} hoc eſt ſacrificiis perfectis.

{Fibris

Cæſarumq; boum fibris de more crematis,
Regia tecta petunt: poſitisq; tapetibus altis,
Munera cùm liquido capiunt Cerealia Baccho.
Tunc prius Anchiſes. O' Phœbi lecte ſacerdos
Fallor? an & natum, cùm primùm hæc mœnia uidi,
Bisq; duas natas, quantum reminiſcor, habebas?
Huic Anius niueis circumdata tempora uittis
Concutiens, & triſtis, ait: Non falleris heros
Maxime: uidiſti natorum quinque parentem:
Quem nunc (tāta homines rerū inconſtantia uerſat)
Penè uides orbum, quod enim mihi filius abſens
Auxilium? quem dicta ſuo de nomine tellus
Andros habet, pro patre locumq;, & regna tenentē?
Delius augurium dedit huic, dedit altera Liber
Fœmineæ ſtirpi uoto maiora, fideq;
Munera. nam tactu natarum cuncta mearum
In ſegetem, laticemq; meri, baccamq; Mineruæ
Transformabantur. diuesq; erat uſus in illis.
Hoc ubi cognouit Troiæ populator Atrides,
(Ne non ex aliqua ueſtram ſenſiſſe procellam
Nos quoque parte putes) armorum uiribus uſus
Abſtrahit inuitas gremio genitoris: alantq;
Imperat Argolicam cæleſti munere gentem.
Effugiunt quò quæque poteſt: Eubœa duabus,
Et totidem natis Andros fraterna petita eſt.
Miles adeſt, &, ni dedantur, bella minatur.
Victa metu pietas conſortia corpora pœnæ
*Reddidit: & timido poſſes ignoſcere fratri.
Non hic Aeneas, non qui defenderet Andron,
Hector erat, per quos decimum duraſtis in annum.
Iamq; parabantur captiuis uincla lacertis:
Illæ attollentes etiam nunc libera cælo
Brachia: Bacche pater fer opem, dixere: tulitq;
Muneris auctor opem: (ſi miro perdere more
Ferre uocatur opem) nec qua ratione figuram
Perdiderint, potui ſcire, aut nunc dicere poſſum.
Summa mali nota eſt: pennas ſumpſere, tuæq;
Coniugis, in uolucres* niueas abiere columbas,

ARG. Diſcedentes ab Anio Anchiſes & Æneas, inuicem munera dant, & accipiant, in quibus fuit crater Æneæ datus ab Alcone Lydio cælathus, Anius autem a Therſe Boethio acceperat: in quo ſculptæ erant Thebæ, & Orionis filiæ, quæ pro populo Thebano ſe paſſæ erant immolari: quæ cum aduſtæ eſſent, e rogi fauilla duo adoleſcentes increuerunt, qui & uirginum nomine Coronæ ſunt nominati.

TAlibus, atque aliis poſtquam conuiuia dictis
Implerunt, menſa ſomnum petiere remota:
Cumq; die ſurgunt, adeuntq; oracula Phœbi.
Qui petere antiquam matrem, cognitaq; iuſsit
Littora. proſequitur rex, & dat munus ituris:
Anchiſæ ſceptrum, chlamydem, pharetramq; nepoti,
Craterem Aeneæ, quem quondam miſerat illi
Hoſpes ab* Aemoniis Therſes Iſmenius oris.
Miſerat hunc illi Therſes, fabricauerat Alcon
Myleus, & longo cælauerat argumento.
Vrbs erat, & ſeptem poſſes oſtendere portas:
Hæ pro nomine erant, & quæ foret illa docebant.
Ante urbem exequiæ, tumuliq;, ignesq;, rogiq;,
Aeffuſæq; comas, & apertæ pectora matres
Significant luctum: Nymphæ quoque flere uidentur,
Siccatosq; queri fontes. ſine frondibus arbor
Nuda riget: * lambunt arentia ſaxa capellæ.
Ecce fecit mediis natas ab* Orione Thebis,

RAPH. FIBRIS crematis} exuſtis, combuſtis. morem autem piorum hominum exprimit poeta, qui ante omnia deos ſolent uenerari, ut Virgilius quoq; præcipit. In primis uenerare deos. {Poſitis tapetibus} ſtratis tapetibus. illos autem cœnaſſe ait. {Tunc pius Anchiſes} inquit, uerbum ſimile'ue eſſe ſubaudiendum facile conſtat. {Cum primum} quādo primum. {Bisq; duas natas} Anius quattuor habuit filias, quibus Bacchus conceſsit, ut quicquid tangerent in frumentum, uel uinum, uel oleum commutaretur. eas cum Agamemnon ui ducere uellet in expeditionem Troianam, ut exercitum alerent, Bacchi auxilio in columbas fuiſſe conuerſas fabulantur. {Vidiſti parentem} me ſubaudiamus. {Pene orbum} ferè carentem filiis. {Tanta inconſtantia} inſtabilitas fortunæ. eſt autem acclamatio ſenis, grauitati maxime cōueniens. {Quod enim mihi filius abſens Auxilium} nulli, inquit, ſibi eſſe auxilio, filium abſentem quāuis ſit uiuus. {Andros habet} Andros inſula eſt una ex Cycladibus. ab Andro Anii filio, ut ſcribit Ouidius, ut alii Eurymachi, denominata. {Auguriū} auguriorum ac uaticinandi peritiam. {Voto maiora fideq;} hoc eſt maiora quàm quis expetere aut credere debeat. {Laticem meri} uinum. {Baccamq; Mineruæ} oliuam. Pallas enim oliuam extullit in lucem. {Diues uſus} opulenta utilitas. {Troiæ populator Atrides} Agamemnon Troiæ deprædator. {Ne non putes} ut putes. {Eubœa duabus} Eubœa inſula eſt Bœotiæ adiacens, admodum longa. unde & Macris fuit quondam appellata, & Macra, ideſt longa, ut tradit Plinius, ſed & Chalchodotis, & Calcis, ære ibi primum reperto, & Abantis, & Aſopis. {Pietas} Andri fratris in ſorores. {Conſortia corpora} ſorores. {Per quos} quorum uirtute. {Captiuis lacertis} captiuarum brachiis. {Miro more} mirādo modo. {Perdere} deſtruere, delere. {Ferre uocatur opem} ac ſi diceret Anius, Perdere miro modo non eſſe opem ferre. {Tuæ coniugis} Veneris. nam Veneri columbę ſunt dicatæ. {Abiere} conuerſæ fuere. {Talibus atque aliis} hæc iccirco a poeta narrantur, ut aptius ſequētem Metamorphoſin cum ſuperiore connectat. nam Thebani cum peſtilentia laborarent, oraculum acceperunt, eam eſſe ceſſaturā, ſi ſe duæ uirgines pro populo deuouerent. duæ autem Echionis filiæ, cum ſe immolandas tradidiſſent, iamq; cremarentur, duo iuuenes, qui Stephani, hoc eſt coronæ ſunt uocati, de rogi fauilla uiſi ſunt exire, exequiasq; matrum celebrare. {Antiquam matrem.} Italiam, unde Dardanus in Phrygiam fuerat profectus. Sic & Virg.

Dardanidæ duri, quos a ſtirpe parentum,
Prima tulit tellus, eadem uos ubere læto
Accipiet reduces, antiquā exquirite matrem,
Hic domus Æneæ cunctis dominabitur annis,
Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis.

{Nepoti} Aſcanio. {Iſmenius} Thebanus. ab Iſmeno Bœotio fluuio. {Alcon Myleus} non Mylei filius, ſed a patria ſic cognominatus. Mylæ nanque nomen eſt duarum urbium, quarum altera eſt in Sicilia, altera in Theſſalia. duo autem fuerunt Alcones clari, hic argentarius faber, & alter Cretenſis arte ſagittandi inſignis. {Lōgo argumento} prolixa materia. {Vrbs erat} in illo cratere cælata. Thebæ autē Bœotiæ fuerant ſculptæ. {Hæ pro nomine erant} nam ſeptem portæ ſignificat eas eſſe Thebas Bœotias. Thebæ enim Bœotiæ ſeptem portas habuiſſe dicuntur. {Effuſæq; comas} diffuſas & ſparſas comas & pectora aperta habentes. Eſt enim ſynecdoche poetica. {Lābunt arentia ſaxa} herbæ nanq; oēs aruerāt. {Natas ab Echi.} filias Echionis Thebani legitur, & Oriōe.

{Non

Anii filiarū tactu omnia in fruges mutari.

Dedidit :

multas

Amiis

rolunt Echione

Anii filiæ in columbas.

RAPH. E fauilla rogi filia ... nis duo iuuenes.

Hanc non femineum iugulo dare pectus aperto.
Illam demiſſo per fortia pectora * telo
Pro populo cecidiſſe ſuo, pulchriſq; per urbem
Funeribus ferri, celebriq; in parte cremari,
Tum de uirginea geminos exire fauilla,
Ne genus intereat, iuuenes, quos fama Coronas
Nominat, & cineri materno ducere pompam.

ARG. Petentes inſulam Cretam, & hinc Italiam Æneas & Anchiſes, ut aliquando errorem poſitis ædibus finire poſſent, multis regionibus tranſitis, Ambraciā adeunt, a diis olim per certamen petitā: in quam Ambracii iudicis imaginē in ſaxum conſpiciunt figuratā. Hinc in Chaoniā, in qua oraculū Iouis Dodonæi: ibiq; aſpiciunt Moloſsi regis filios, qui ſine flamma conſumerentur, immortalium numine factum eſt, ut in auium figuras mutarentur.

HActenus antiquo ſignis fulgentibus ære,
Summus inaurato crater erat aſper acantho.
Nec leuiora datis Troiani dona remittunt:
Dantq; ſacerdoti cuſtodem turis acerram,
Dant pateram, claramq; auro, gemmiſq; coronam.
Inde recordati Teucros à ſanguine Teucri
Ducere principium, Cretam tenuere, lociq;
Ferre diu nequiere * luem: centumq; relictis
Vrbibus, Auſonios optant contingere portus.
Sæuit hyems, iactatq; uiros: Strophadumq; receptos
Portubus infidis exterruit ales Aello.
Et iam Dulichios portus, Ithacamq;, Samumq;,
Neritiaſq; domos, regnum fallacis * Vlyſſei
*Præter erant uecti: certatam lite deorum
Ambraciam, uerſiq; uident ſub imagine ſaxum
Iudicis, Actiaco quæ nunc ab Apolline nota eſt:
Vocalemq; ſua terram Dodonida quercu,
Chaoniosq; ſinus: ubi nati rege Moloſſo
Impia ſubiectis fugêre incendia pennis.

ARG. Acis Fauni Simethideſq; nymphæ filius Galateam Nerei & Doridis fil. ā cum diligeret, nec minus ipſe ab ea peteretur, Cyclops eius quoq; captus amore, dolens, copiā eius nullā ſibi fieri (erat enim Galateæ Cyclopis feritas inuiſa) incenſus furore, ſpelūca relicta: palam proſiluit: uagatuſq; per ſyluas cōſpexit Galateam gremio Acidis reſidentem, auulſum ſcopulū Ætnæ in eos eiecit. Cuius ui exterrita Galatea ſubiecto mari merſa eſt. Acis uero, qui effugere impetum eius non potuit, obrutus ſaxo eſt: cuius cruor numine eiuſdem Galateæ in flumen eiuſdem nominis fui, quod eſt in Sicilia uerſus eſt.

PRoxima Phæacum felicibus obſita pomis
Rura petunt. Epiros ab his, regnataq; uati

NON fœmineum} timidum, ſed uirile & audax. {Coronas} latine dixit, nam apud Græcos Stephani uocantur. {Summus} in ſummitate. {Hactenus antiquo} ſigna inquit, hactenus enumerata, in antiquo ære ſculpta erant, ſed crateris ſummitas in aurato achanto cingebatur. {Signis} ſimulacris. {Erat aſper} cælatus. nam uaſa cælata aſpera ſunt. {In aurato acantho} acanthus frutex eſt ſpinoſus ſemper florens. Virg. in Geor. Et Baccas ſemper florentis acanthi {Leuiora} minora. {Remittunt} retribuunt. {Inde recordati Teucros} Apollinis oraculum non percipientes Troiani in Cretam nauigarunt. primam enim originem ſe putabant ducere a Teucro Scamandri Cretenſis filio, qui in Phrygiā profectus, arcem Troianam ædificauit. ſed ante eum Dardanus ea loca iā cœperat habitare. {Iouē} aerē. nā (ut ſcri. Virg.} peſtilētia laborare cœperūt. {Cētū relictis urbib⁹} Creta inſula Hecatompolis ab Homero uocatur, qđ centum urbibus fuerit ornata. {Auſonios} Italos. Auſonia nanq; Italia ab Auſonibus populis fuit cognominata. {Strophadumq; receptus} Strophades inſulæ ſunt in mari Ionio duę iuxta Zacinthum ἀπὸ τῆς ϛροφῆς, hoc eſt a conuerſione Zethe & Calais dictæ. nā illuc uſq; Harpyias perſecuti retro rediere. {Aello} nomē eſt unius Harpyiarū, quæ tres eſſe fingūtur, Neptuni & Terræ filiæ, Aello, Ocypite, & Celeno. {Et iā Dulichios portus} Dulichiū, Ithaca, Samus inſulæ ſunt in Ionio mari, quibus imperauit Vlyſſes. Samus quidē inſula eſt in mari Ionio Tetrapolis, hoc eſt quattuor urbium, è quibus una Same uocatur. unde Virg. Iam medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos, Dulichiumq;, Sameq;, & Neritos ardua ſaxis. tametſi (ut Stra. narrat) urbs quoq; interdū Samos uocetur. eſt etiam Samos inſula Cariæ adiacens clariſsima, quæ prius & Parthenia, & Dryuſa, & Anthemuſa, & Melamphillos fuit appellata. ſciendum eſt autē, Samos à priſcis Græcis editiora & altiora loca arcibus ſtruendis apta, conſueſſe uocari, ut idem Strabo inquit. {Neritiaſq; domos} Neritus & mōs eſt in Ithaca inſula, & urbs (ut Strabo refert) quæ & Leucas appellatur, unde Neritius poſſeſsiuum. {Certatam lite deorum Ambraciam} Ambracia urbs eſt Epiri ab Ambrace Teſproti filio dicta, uel (ut alii dicunt) ab Ambracia Aegei filia, quā Auguſtus apud Actiū promontoriū, uicto Antonio, amplificauit unà cū tēplo Apollinis Actiaci, eāq; Nicopolim appellauit, hoc eſt uictoriæ urbē, ab Ambracia uero ſinus dicit Ambracius, anguſtis admodū faucibus ſpatioſum æquore accipiēs. {Certatā.} participiū cōtra grāmaticas rationē formatū, de qua Dii certarunt. qui uero fuerint Dii illi ac iudex, q in ſaxū fuit mutatus, nō memini me legiſſe. {Ab Apolline.} ob Apollinis actiaci templū. illuc enim ad quinquenales ludos multi populi cōfluebant. {Actiaco.} qui apud Actiū colebat. Actiū ſanè & urbis & tēpli & promontorii nomē eſt, unde Actiacū declinat. {Terram Dodonida} Dodone urbs eſt Epiri, unde Iupiter Dodoneus. dicta eſt aūt à Dodone nympha, uel à Dodone Iouis & Europæ filio. {Sua qrcu} nam in nemore querno Dodonę uicino columbas dediſſe reſpōſa, ex ſentētia Dodoneorū Antiſtitū Herodotus ſcribit, q aſſeruere geminas ex Ægypto columbas euolauiſſe, utranq; nigrā, unā quidē in Africā, alteram uero ad ipſos. q fago inſidēs humana uoce locuta ſit, eo loci Iouis oraculū cōdi debere, & ſe interpretatos eſſe, qđ ipſis annunciaret diuinitus fieri, & ob id ſe ita feciſſe. Dodoneū aūt oraculū omniū Græciæ oraculorū fuit uetuſtiſsimū. [Quod aūt Quercū uocalē uocat Ouidius, eo ptinere uidetur, q quidā ueterū ex quercu reſpōſa data tradidere. Hinc & Sophoclis illud in Trachiniis.

ὡς τὴν παλαιὰν φηγὸν αὐδῆσαί ποτε
Δωδῶνι διςςῶν ἐκ πελειάδων ἔφη.

Percolūbas aūt qdā mulieres ſiue aniculas accipiunt, quas, quoniā barbarę eēnt ex Ægiptiis Thebis uidelicet aduectę, auibus ſimilia loqui ab initio uiſas, mox ēt humana uoce, ut ait Herod. Alii πελειάδας quaſi πελιάδας dictas putāt, qđ ſenes Moloſsi πολιὰς appellare cōſueuerint. {Chaoniosq; ſinus.} Chaones populi ſunt Epiri. unde & Chaonia (ut ſciri. Pli.) fuit dicta. quāuis Virg. aſſeratā Chaone Troiano fuiſſe cognominatā. {Vbi nati rege Moloſſo} hęc fabula mihi eſt ignota. ſignificat autem poeta Moloſsi filios in aues fuiſſe cōuerſos. {Proxima Phæacū} Æneę nauigationē deſcribit poeta, quo in Siciliā tandē perueniat, ubi Acis iuuenis in fluuiū ſui nominis fuit cōuerſus. {Phæacū} Phæaces populi Corcyræ inſulæ dicti à Phæacē filio Neptuni, & Cercyrę aſopi filię, à qua etiā inſula Cercyra fuit cognominata. nam antea Drepane & Scheria uocabat. de Phæacū uero origine uariæ ſunt antiquorū opiniones. nam Apollonius & Acuſelaus ex Vrani teſticulorū exciſione guttas cecidiſſe, ex qbus alii gigātes, alii Phęacas natos eſſe. his accidit Alcæus, qui ait Phæacas habere genus ex Vrani guttis. Homerus autē ait Phæacas diis gratos eſſe, qui à Neptuno originem ducunt. {Epiros ab his} poſt hæc. nam in Italiam nauigantibus à Corcyra, occurrit Epirus regio, in qua eſt Buthrotus olim Romanorum Colonia. nam Epiros & proprium eſt regionis & generale nomen, ſignificatq; continentem & terram in infinitum protenſam, unde & ἤπειρος dicta eſt, quaſi ἄπειρος hoc eſt infinita. terra autem in Tres Epiros & continentes dicitur diuiſa, Aſiam, Europā, Africā.

{Buthrotos}

ferri

Iudex Ambracius in ſaxum.

Iouem:

Vlyſſis

Prætereunt

Filii Moloſsi in aues.

uide li.9.

Buthrotos Phrygio, ſimulataq; Troia tenetur.
Inde futurorum certi, quæ cuncta fideli
Priamides Helenus monitu prædixerat, intrant
Sicaniam. tribus hæc excurrit in æquora linguis,
E quibus imbriferos * eſt uerſa Pachynos ad auſtros:
Mollibus expoſitum Zephyris Lilybæon: ad Arctos
Aequoris expertes ſpectat, Boreamq; Peloros.
Hanc ſubeunt Teucri & remis, æſtuq; ſecundo:
Sub noctem potitur Zanclæa claſsis arena.
Scilla latus dextrum, læuum irrequieta Carybdis
Infeſtat. uorat hæc raptas, remouitq; carinas:
Illa feris atram canibus ſuccingitur aluum,
Virginis ora gerens, & (ſi non omnia uates
Ficta reliquerunt) aliquo quoque tempore uirgo.
Hanc multi petiere proci: quibus illa repulſis
Ad pelagi Nymphas, pelagi gratiſsima Nymphis
Ibat, & eluſos iuuenum narrabat amores.




Cui dum * pectendos præbet Galatea capillos,
Talibus alloquitur * referens ſuſpiria dictis:
Te tamen; ô uirgo, genus haud immite uirorum
Expetit; utq; facis, potes his impunè negare:
At mihi, cui pater eſt Nereus, quam cærula Doris
Enixa eſt, quæ ſum turba quoque tuta ſororum,
Non niſi per luctus licuit Cyclopis amorem
Effugere: & lacrymæ uocem impediere loquentis.
Quas ubi marmoreo deterſit pollice uirgo,
Et ſolata deam eſt, Refer, ô cariſsima, dixit,
Ne'ue tui cauſſam tege (ſum tibi fida) doloris.
Nereis his contrà reſecuta Crateide natam eſt.
Acis erat Fauno, Nymphaq; Simethide cretus,
Magna quidem patriſq; ſui, matriſq; uoluptas,
Noſtra tamen maior. nam me ſibi iunxerat uni
Pulcher, & octonis iterum natalibus actis
Signarat teneras dubia lanugine malas.
Hunc ego, me Cyclops nullo cum fine petebat.
Nec, ſi quæſieris odium Cyclopis, amor'ne
Acidis in nobis fuerit præſtantior, edam.
Par utrunque fuit. Proh quanta potentia regni
Eſt Venus alma tui. nempe ille immitis, & ipſis
Horrendus ſyluis, & uiſus ab hoſpite nullo
Impunè, & magni cum diis contemptor Olympi,
Quid ſit amor, ſentit, noſtriq; cupidine captus
Vritur. oblitus pecorum, antrorumq; ſuorum.
Iamq; tibi formæ, iamq; eſt tibi cura placendi,

*uerſum eſt* — *ſpectandos* — *repetens*

RAPH. BVTHROTOS} Buthrotos autem eſt urbs haud longe a Corcyra diſtãs a primo habitatore ſic dicta. {Phrygio uati} Heleno Priami filio. {Sicaniã} Siciliã, quæ tria habet promõtoria, Pachynum, Lilybeũ, & Pelorum. {Tribus linguis} tribus promontoriis, quorũ Pachynus Græciã, Lilybæũ Africã, Pelorus Italiã ſpectat. {E quibus Pa. uer. eſt} figurata eſt locutio. uerſa enim ad linguam refertur, non ad Pachynum. {Ad Auſtros} ad meridiẽ, unde flat Auſter. {Mollib' Ze.} molliter ac ſuauiter flantibus. {Lilybæõ} Lilybæum autem & urbs eſt Siciliæ & promontorium occidẽtem uerſus, unde flat Zephyr' ſpectãs. {Ad Arct.} ad Septẽtrionẽ. {Pelorus} Pelorus autem dictus eſt à Peloro claſsis Annibalis gubernatore ibi ſepulto. {Zanchea arena} Zancle urbs eſt Siciliæ a Zanclo gigante, uel a Zancle fonte dicta, ut ſcribit Hecatæus. alii autẽ quod ibi Saturnus occultauit falcẽ, qua patris teſticulos amputauit. nam Siculi falcem Zanclon uocant, ut Stephanus de claris urbibus tradit. Stra. autem ſcribit eandẽ eſſe cum Meſſena, a Meſſeniis conditoribus ſic uocata. Zanclem uero antea uocatam, quòd in curuo littore ſita foret. Zãcli nanque uxori curua. {Scylla latus dextrum} duæ fuerunt Scyllæ a poetis decantatæ, quarum altera Niſi filia in auem fuit cõmutata. altera Phorci filia in monſtrum, quod in freto Siculo nauigantibus inſidiatur, cuius fabulam in principio libri ſequentis plene poeta expoſnit. {Charybdis} hæc uetula fuit furaciſsima, quæ cũ Herculi boues furata eſſet, ab illo in fretum proiecta, in mõſtrum marinum fuit conuerſa, quod adhuc priſtinã retinet rapiendi naturã, nam illac tranſeũtes naues ad ſe rapit, deuoratq; ac reuomit. unde Seneca in Thyeſte, Quod rapax hauſit reuomit Charybdis. {Quam dum pectendos} Galatea Nerei & Doridis fuit filia, quæ amore Acidis capta, Polyphemũ Cyclopem ſe amantem fugiebat. ſed cum Cyclops eã in gremio Acidis reſidentem deprehendiſſet, ira correptus, ingens ſaxum in illos cõiecit, quo Acis obrutus, (nam Galatea aufugerat) in fluuium ſui nominis fuit conuerſus. {Et lacrymæ uocẽ impediere loquẽtis} eleganter poeta mollis nymphæ mores effingit. {Marmoreo polli.} candidis digitis. {Virgo} Scylla. {Deam} Galateam. {Nereis} Galatea Nerei filia. {His uerbis} reſpondit. {Crateide natam} Scyllam Phorci & Crateidis nymphæ filiam. Crathis autem fluuius eſt Calabriæ, cuius filia mater Scyllæ fuiſſe uidetur. [De matre Scyllæ uarie traditur ab auctoribus. Homerus ſimpliciter Cratæim uocat Odyſſ. 12. his uerbis:

Ἀλλὰ μάλα σφοδρῶς ἐλάαν βωστρεῖν δὲ κραταιΐν
Μητέρα τῆς σκύλλης, ἥ μιν τέκε πῆμα βροτοῖσι.

alii, ut Didymus & Apollonius Hecaten appellãt, cognomento Cratæin dictam. ut lib. 4. Argonaut.

Σκύλλης αἰνοτάτης ὀλοόφρονος, ἣν τέκε φόρκυς
Νυκτίπολός θ' ἑκάτη, τήν τε κλείουσι κραταιΐν.

Steſichorus aũt Lamiã uocat. ad quam diuerſitatẽ alludẽs Vir. in Ciri, de eadẽ Scylla dixit, ipſi ſeu Lamię mater ſit, ſiue Cratæis. rurſum quidã Cratæiin ꝓprio nomine matrẽ Scyllę dictã uolũt, cognomẽto aũt Hecatẽ, a magis appellatã, eò quod hæc dea magicis ſacris præeſſet] {Nympha Simethide} Simethi fluuii filia. {Et octo.} ſedecim annos natum Acim fuiſſe ſignificat. {Dubia lanugi.} adeo tenui, ut uix uideretur, in dubio eſſet, utrũ pubeſcere cœpiſſet Acis. {Nullo cũ fine} ſine fine. i. uehementer. {Nec ſi quæſieris} utrum maiori odio Cyclopẽ, an amore Acidẽ ꝓſequeretur, ignorat. {Nec edam} nec edere & dicere poſſim. {Pręſtantior} maior, uehementior, {Par ſed utrunq; fuit} æquale utrunque fuit & odium quo Cyclopem, & amor quo Acidẽ proſequebatur Galatea. {Impune} ſine pœna. omnes enim ad ſe uenientes interficiebat Polyphem'. {Raſtris}

Galateæ et Acidis amores.

RAPH.

RASTRIS} pulchra emphaſis, qua capillorum Polyphemi & magnitudo, & dẽſitas innuitur, ut q non pectinibus, ſed raſtris pecterentur. {Et cõponere uultus} gratos efficere uultus & iucundos, ut amicæ poſſit placere. {Telephus interea} Telephus quidẽ legitur, ſed Telemus legẽdũ eſſe, facile ex Theocrito colligitur, nã Telemus Eurymi filius inter Cyclopas uates fuit egregius, q Polyphemo prędixit omnia q̃cunq; ab Vlyſſe paſſus eſt. {Quẽ nulla fefellerat ales} auguriorum peritiſſimum Telemum fuiſſe oſtendit. [Et Homerus Odyſſ. 9.

Ἔσκε τις ἐνθάδε μάντις ἀνὴρ ἠΰς τε μέγας τε
Τήλεμος Εὐρυμίδης, ὃς μαντοσύνῃ ἐκέκαστο.
Καὶ μαντευόμενος κατεγήρα, Κυκλώπεσσι.]

{Altera iam rapuit} Galatea. ad id autem alludit, qđ cæci fingũtur eſſe amãtes. {Sic} huiuſmodi dictis. {Degrauat} deprimit. {Prominet in põtũ} topographia. deſcribit enim ꝓmõtoriũ poeta, in quod ſe Polyphem' recepit. {Prominet} ꝓcurrit. {Cuneatus collis} in cunei ſimilitudinem factus. {Vtrũq; latus} et dextrũ et ſiniſtrũ. {Huc} illuc in illum collem. {Mediusq; reſedit} in medio. quod enim loci eſt, ad hominem eſt relatum. {Lanigeræ pecudes} pecora & oues. {Cui poſtquã pinus} per emphaſim quantus fuerit Polyphem' poeta oſtẽdit, pinum pro baculo etiã geſtandam attribuens, ex qua malus nauis commode fieri potuiſſet. {Paſtoria ſibila} paſtorales cantus. {Hauſi} audiui. {Notaui} memoriæ cõmẽdaui. {Cãdidior folio} cantilena Cyclopis laudes Galateæ cõtinens, tam aperte deſcribitur a poeta, ut nihil expoſitione indigere uideatur. Sumpta autẽ ex Theocrito eſſe uidetur. [Ita enim & ille in Cyclope:

Ὦ λευκὰ Γαλάτεια, τί τὸν φιλέοντ' ἀποβάλλῃ
Λευκοτέρα πακτᾶς ποτιδεῖν ἁπαλωτέρα δ' ἀρνὸς
Μόσχω γαυροτέρα, φιαρωτέρα ὄμφακος ὠμᾶς.]

{Niuei liguſtri} candidi floris. eſt autem liguſtrum

Iam rigidos pectis raſtris, Polypheme, capillos:
Iam libet hirſutam tibi falce recidere barbam,
Et ſpectare feros in aqua, & componere uultus.
Cædis amor, feritasq;, ſitisq; immenſa cruoris
Ceſſant; & tutæ ueniunt, abeuntq; carinæ.
Telemus interea Siculum delatus in æquor,
Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales,
Terribilem Polyphemon adit: Lumenq;, quod unum
Fronte geris media, rapiet tibi, dixit, Vlyſſes.
Riſit: &, O' uatum ſtolidiſſime falleris, inquit:
Altera iam rapuit. ſic fruſtra uera monentem
Spernit, & aut gradiens ingenti littora paſſu
Degrauat, aut feſſus ſub opaca reuertitur antra.
Prominet in pontum cuneatus acumine longo
Collis: utrunque latus circumfluit æquoris unda.
Huc ferus aſcendit Cyclops, mediusq; reſedit.
Lanigeræ pecudes, nullo ducente, ſecutæ.
Cui poſtquam pinus, baculi quæ præbuit uſum,
Ante pedes poſita eſt, antennis apta ferendis,
Sumptaq; arundinibus compacta eſt fiſtula centum.
Senſerunt toti paſtoria ſibila montes,
Senſerunt undæ. latitans ego rupe, meiq;
Acidis in gremio reſidens procul, auribus hauſi
Talia dicta meis, auditaq; uerba notaui.
Candidior folio niuei Galatea liguſtri,
Floridior prato, longa procerior alno,
Splendidior uitro, tenero laſciuior hœdo,
Læuior aſſiduo detritis æquore conchis,
Solibus hybernis, æſtiua gratior umbra,
Nobilior pomis, platano conſpectior alta,
Lucidior glacie, matura dulcior uua,
Mollior & cycni plumis, & lacte coacto,
Et ſi non fugias, riguo formoſior horto.
Sæuior indomitis eadem Galatea iuuencis,
Durior annoſa quercu, fallacior undis,
Lentior & ſalicis uirgis, & uitibus albis,
His immobilior ſcopulis, uiolentior amne,
Laudato pauone ſuperbior, acrior igni,
Aſperior tribulis, fœta truculentior urſa,
Surdior æquoribus, calcato immitior hydro,
Et (quod præcipuè, ſi poſſem, demere uellem)
Non tantùm ceruo claris latratibus acto,
Verùm etiam uentis, uolucriq; fugacior aura.
At, bene ſi noris, pigeat fugiſſe, morasq;
Ipſa tuas damnes, & me retinere labores.
Sunt mihi pars montis uiuo pendentia ſaxo
Antra, quibus nec Sol medio ſentitur in æſtu,
Nec ſentitur hyems: ſunt poma grauantia ramos:
Sunt auro ſimiles longis in uitibus uuæ,
Sunt & purpureæ: tibi & has ſeruamus, & illas.
Ipſa tuis manibus ſylueſtri nata ſub umbra
Mollia fraga leges: ipſa autumnalia corna,
Prunaq; non ſolùm nigro liuentia ſucco,
Verùm etiam generoſa, nouasq; imitantia ceras.
Nec tibi caſtaneæ, me coniuge, nec tibi deerunt
* Arbutei fœtus: omnis tibi ſeruiet arbos.
Hoc pecus omne meũ eſt: multæ quoq; uallibus errãt:
Multas ſylua tegit: multæ ſtabulantur in antris.
Nec (ſi fortè roges) poſſem tibi dicere, quot ſunt.
Pauperis eſt numerare pecus. de laudibus harum

uiolæ genus candidiſſimæ. uidetur autem ad Galateę nomẽ alludere, quod a candore lactis illi inditũ fuiſſe innuit Heſiodus, qui ait Galateam candidas comas & faciem lacti ſimilem habuiſſe. {Procerior} longior, atque rectior. {Alno} alnus arbor eſt in ripis fluminum, in magnam altitudinem creſcẽs. {Leuior} leuigatior. {Terſior} politior. {Sæuior indomitis} hactenus Galateæ uirtutes fuerunt enumeratæ, nunc uitia referuntur. {Sæuior} ferocior. {Annoſa quercu} uetere multorum annorum. {Fallacior undis} mari quod in temporis momento mutatur. {Lentior} flexibilior, mutabilior. {Aſperior tribulis} tribulus herba eſt ſpinoſa ſegetibus inimica. {Truculentior} terribilior. {Fœta urſa} urſa quæ peperit. {Calcato hydro} preſſo ſerpente, qui maxime calcatus ſæuire ſolet. {Demere} eripere. {Fugacior} uelocior ad fugiendum. {At bene ſi noris} me ſubaudiamus. enumerat autem Polyphemus, omnia quæcunque ſibi adſunt bona, quod Galateam in ſuum pelliciat amorem. {Labores} ſtudeas, ac nitaris. {Pendentia antra} ſuſpenſæ & altæ ſpeluncæ. {Sunt poma grauantia ramos} deprimentia. pomorum autem magnitudinem ſignificat Polyphemus, quæ tanta ſunt, ut ramos degrauent. {Auro ſimiles} flauæ, bene maturæ, tunc enim ſunt aurei coloris. {Mollia fraga} ſuauia. {Leges} colliges. {Autumnalia corna} autumni tempore matureſcentia. corna autem ſunt bacæ rubicundæ in medio nucleum duriſſimum habentes, unde Virgil. lapidoſaq; corna. {Verum etiam generoſa} aurei ac crocei coloris nouisq; ceris ſimillima. {Arbutei fœtus} arbuti fructus. eſt autem arbutus humilis arbor poma ferens rubicunda. {Hoc pecus omne meum.} hæ omnes meę ſunt oues.

Arbored

{Cin

RAPH. circumeant

CIRCVMEANT} circumire & ingredi poſſint. eſt autem ordo, tu ipſa præſens potes uidere diſtẽtum uber in cruribus, ut uix circumeant. quod uero quidam ſuſtineant potius quàm circumeant putant eſſe legendum, ſpecie recti, ut in pleriſque aliis decipiuntur. { Diſtentum uber} plena ubera. ſignificat autem ingreſſum ouiũ magnitudine uberum impediri. { Aliis in ouilibus hœdi} in aliis ſtabulis quę a capris caprilia, ut ab ouibus ouilia uocantur. { Durant } condenſant in caſeum. { Deliciæ faciles } quæ facile haberi poſſunt. {Vulgata munera } uulgaria dona, quales ſunt damæ, lepores, capræ, columbæ. {Demptusq́; cacumine nidus} de arboris ſummitate acceptus. { Inueni geminos } hæc ſunt illa munera, quæ non eſſe uulgaria Polyphemus ait. {Dominæ}amicæ. amatores nanq; amicas appellare dominas ſolent. Tibullus, Quam iuuat immitis uentos audire cubantem, Et dominum tenero continuiſſe ſinu. {Exere } emitte. { Certe ego me noui} ſe quoque formoſum eſſe colligit Polyphemus. {Quantus}quàm magnus. {Neſcio quem regnare Iouem } cum quodam contemptu hoc ait Polyphemus, ut qui ab omni religione eſſet alienus. { Nec mea quod duris horrent denſisſima ſetis } hypallage eſt. nam dura corpora denſisſimis ſetis intelligun tur horrere. colligit autem multis ſimilibus Polyphemus, pilos & ſetas potius ſibi decori quàm dedecori eſſe. { Velent} tegant. { Hirtæ ſetę} erectę. { Vnum eſt media lumen mihi fronte } hypophoræ & obiectioni, quæ fieri poſſet occurrit Polyphemus, fateturq́; ſe unum quidem duntaxat oculum habere, ſed ita magnum ut par duobus eſſe posſit. {Sed inſtar} ad magnitudinem & ſimilitudinem magni ſcuti. {Quid? non hæc omnia magno } exemplo Solis Polyphemus oſtendit uni cum oculum ſibi ornamento eſſe, cum Sol qui omnia

Nil mihi credideris: præſens potes ipſa uidere,
Vt uix * ſuſtineant diſtentum cruribus uber.
Sunt fœtura minor tepidis in ouilibus agni:
Sunt quoque par ætas aliis in ouilibus hœdi.
Lac mihi ſemper adeſt niueum: pars inde bibenda
Seruatur, partem liquefacta coagula durant.
Nec tibi deliciæ faciles, uulgataq́; tantùm
Munera contingent, damæ, leporesq́;, capræq́;,
Parq́; columbarum, demptus'ue cacumine nidus:
Inueni geminos, qui tecum ludere posſint
Inter ſe ſimiles, uix ut dignoſcere posſis,
Villoſæ catulos in ſummis montibus urſæ.
Inueni, & dixi: Dominæ ſeruabimus iſtos.
Iam modò cæruleo nitidum caput exere ponto,
Iam Galatea ueni, nec munera deſpice noſtra.
Certè ego me noui, liquidæq́; in imagine uidi
Nuper aquæ: placuitq́; mihi mea forma uidenti.
Aſpice ſim quantus. non eſt hoc corpore maior
Iuppiter in cælo. (nam uos narrare ſoletis,
Neſcio quem regnare Iouem) coma plurima toruos
Prominet in uultus, humerosq́;, ut lucus, obumbrat.
Nec mea quòd duris horrent denſisſima ſetis
Corpora, turpe puta. turpis ſine frondibus arbor:
Turpis equus, niſi colla iubæ flauentia uelent:
Pluma tegit uolucres: ouibus ſua lana decori eſt.
Barba uiros, hirtæq́; decent in corpore ſetæ.
Vnum eſt in media lumen mihi fronte, ſed inſtar
Ingentis clypei. quid? non hæc omnia magno
Sol uidet è cælo? Solis tamen unicus orbis.
Adde, quòd in ueſtro genitor meus æquore regnat.
Hunc tibi do ſocerum. tantùm miſerere, precesq́;
Supplicis exaudi: tibi enim ſuccumbimus uni.
Quiq́; Ioue, & cælum ſperno, & penetrabile fulmen,
Nerei, te *uereor. tua fulmine ſæuior ira eſt.
Atque ego contemptus eſſem patientior huius,
Si fugeres omnes: ſed cur, Cyclope repulſo,
Acin amas? præfersq́; meis amplexibus Acin?
Ille tamen placeatq́; ſibi, placeatq́; licebit,
Quod nollem, Galatea tibi: modò copia detur,
Sentiet eſſe mihi tanto pro corpore uires.
Viſcera uiua traham, diuulſaq́; membra per agros,
Perq́; tuas ſpargam, ſi ſe tibi miſceat, undas.
Vror enim, læſusq́; exæſtuat acrior ignis:
Cumq́; ſuis uideor, translatam uiribus Aetnam
Pectore ferre meo: nec tu Galatea moueris.
Talia ne quidquam queſtus (nam cuncta uidebam)
Surgit, & ut taurus uacca furibundus adempta,
Stare nequit, ſyluaq́;, & notis ſaltibus errat:
Cùm ferus ignaros, nec quidquam tale timentes
Me uidet, atque Acin, Videoq́;, exclamat, & iſta
Vltima ſit, faciam, Veneris concordia ueſtræ.
Tantaq́; uox, quantam Cyclops iratus habere
Debuit, illa fuit. clamore perhorruit Aetna.
Aſt ego uicino pauefacta ſub æquore mergor.
Terga fugæ dederat conuerſa Simethius heros:
Et, Fer opem Galatea, precor, mihi ferte parentes,
Dixerat, & ueſtris periturum admittite regnis.
Inſequitur Cyclops, partemq́; è monte reuulſam
Mittit: & extremus quamuis peruẽnit ad illum
Angulus è ſaxo, totum tamen obruit Acin.

uereor

uidet, uno ſit oculo contentus. { Meus genitor} Neptunus. { In ueſtro æquore} ubi uos uiuitis ô Nereides. {Tibi enim ſuccumbimus Vni} ſubiicimus nos tibi ſoli. {Sperne}contemne. {Nerei}Galatea Nerei filia. eſt enim uocandi caſus. {Cuius contemptus} quo me ſpernis. {Patientior}tolerãtior. {Placeatq́; ſibi} pulcher ſibi uideatur, ſuaq́; forma ſuperbus ſit. {Modo copia detur} modo ipſum comprehendere posſim. hęc autem cum maxima indignatione a Polyphemo iactata fuere. { Sentiet eſſe mihi} hoc eſt cognoſcet me, pro menſura tam magni corporis uires habere. {Traham} extraham. { Diuulſa } diſcerpta. { Si ſe tibi miſceat } ſi tecum coeat, atq; concumbat. {Vror} crucior. {Læſus } offenſus amor. {Exæſtuat } feruet, inflammatur. {Acrior} acrius & uehementius. nomen enim pro aduerbio ponitur. { Cumq́; ſuis uiribus}cum ſuis ignibus. uires enim Ætnæ incendia ſunt asſidua. { Moueris} commoueris ad miſericordiam, ut mihi morem geras. { Ferus} terribilis. {Ignaros } neſcios nos uideri, eoq́; ſecuros. {Veneris ueſtræ}ueſtræ uoluptatis. { Veſtris regnis} in ueſtra aquarum regna. { Quamuis extremus angulus } quamuis ultima pars anguli. hinc uero colligitur quàm magnum fuerit illud ſaxum, quod in Acim Polyphemus iecit. {Obruit } texit, cooperuit.

At nos, quod fieri ſolum per fata licebat:
Fecimus, ut uires aſſumeret Acis auitas.
Puniceus de*mole cruor manabat, & intra
Temporis exiguum rubor euaneſcere cœpit.
Fitq; color primò turbati fluminis imbre,
Purgaturq; mora. tum moles *tacta dehiſcit,
Viuaq; per rimas, *proceraq; ſurgit arundo,
Osq; cauum ſaxi ſonat exultantibus undis.
Miraq; res ſubitò media tenus extitit aluo
*Incinctus iuuenis *flexis noua cornua cannis:
Qui, niſi quòd maior, quòd toto cærulus ore eſt,
Acis erat: & ſic quoque erat tamen Acis in amnem
Verſus: & antiquum tenuerunt flumina nomen.

ARG. Glaucus Anthedonis filius, piſcator, cum ſpecioſos piſces cepiſſet, & eos uellet recentisſimos in urbem ferre, in opaco loco proximo mari eos dum requieſceret, ac retia ſiccarentur, ſub recentisſimam herbam expoſuit: at illi uigore eius, ſuccoq; contacti, reparato ſpiritu quem amiſerant, merſerunt ſe in profundum. at Glaucus experrectus, exiſtimans uim quandam diuinitatis eſſe in herba, ipſa quoque ieiunium polluit, alienatusq; mente ex alto ſe præcipitauit in pelagus, ſed inter deos marinos receptus: qui ut Scyllam Gratheidis filiam eodem mari uerſantem conſpexit, pulchritudine eius accenſus fugientem proſecutus eſt.

DEſierat Galatea loqui: cœtuq; ſoluto
Diſcedunt, placidisq; natant Nereides undis.
Scylla redit: neque enim medio ſe credere ponto
Audet: & aut bibula ſine ueſtibus errat arena,
Aut, ubi laſſata eſt, ſeductos nacta receſſus
Gurgitis, incluſa ſua membra refrigerat unda.
Ecce fretum ſcindens, alti nouus incola ponti,
Nuper in Euboica uerſis Anthedone membris,
Glaucus adeſt, uiſæq; cupidine uirginis ardet.
* Et quæcunque putat fugientem poſſe morari,
Verba refert. fugit illa tamen, ueloxq; timore
Peruenit in ſummum poſiti prope littora montis.
Ante fretum eſt ingens apicem collectus in unum
Longa ſub arboribus conuexus ad æquora uertex.
Conſtitit hîc, & tuta loco monſtrum ne: Deus'ne
Ille ſit ignorans, admiraturq; colorem,
Cæſariemq; humeros, ſubiectaq; terga tegentem,
Vltimaq; excipiat quòd tortilis inguina piſcis.
Senſit, & innitens, quæ ſtabat proxima, moli,
Non ego prodigium, nec ſum fera bellua, uirgo,
Sed Deus, inquit, aquæ: nec maius in æquore Proteus
Ius habet, aut Triton, Athamantiadesq; Palæmon.
Antè tamen mortalis eram: ſed ſcilicet altis
Deditus æquoribus, tantùm exercebar in illis.
Nam modò ducebam ducentia retia piſces:
Nunc in mole ſedens moderabar arundine linum.
Sunt uiridi prato confinia littora, quorum
Altera pars undis, pars altera cingitur herbis:
Quas neque cornigeræ morſu læſere iuuencæ,
Nec placidæ carpſiſtis oues, hirtæ'ue capellæ.
Non apis inde tulit *collectos ſedula flores:
Non data ſunt capiti genialia ſerta, nec unquam
Falciferæ *ſecuere manus. ego primus in illo
Cæſpite conſedi, dum lina *madentia ſicco:
Vtq; recenſerem captiuos ordine piſces,

RAPH. PER fata} permittentibus fatis. {Vires auitas} uires Simethi fluuii, ut in fluuium conuerteretur. hoc autem iccirco fictum eſt, quia Acis fluuius eſt Sicilæ ex Ætna monte decurrens tanto impetu, ut inde fuerit appellatus. nam Acis ſagitta interpretatur. {Tum moles tacta dehiſcit} tum rupes percuſſa aperitur. [Sunt tñ qui iacta malint, ꝓ tacta, ut de ſaxo a Polyphemo iacto intelligatur.] {Properataq; ſurgit arundo} ꝑperata quidē legitur, ſed Procera, hoc eſt recta et lōga, arūdini magis cōuenire uidetur. tametſi ꝑperata, ꝓ ꝑperāter ac feſtināter nata, intelligi posſit. {Extitit} extra ſtetit. {Incinctus iuuenis flexis} ſic qdē legitur, ſed inflexis forſitā et cinctus ſit legēdū, ut utrūque in alterius locū trāsferatur, hoc modo, Inflexis iuuenis cinctus noua cornua cannis. nā fluuiorū dii cornua habere finguntur, qđ boū ſimiles eſſe dicunt & pp ſtrepitū, & pp circū, lexiones, quas cornua uocant. cincta autem cornua cānis iccirco habere fingūtur, qđ ferè in ripis fluminum arundines naſcuntur. {Cœrule⁹} niger. {Et antiquū tenuerunt flumina nomē} Acis nāq; fluuius ille fuit appellatus. {Deſierat Galatea loqui} finē ſermoni ſuo impoſuerat Galatea. hæc aūt ad cōnectēdā cum ſuperioribus Glauci transfigurationem a poeta narrātur. nā Glaucus Polybi filius piſcator cū eſſet, forte piſces captos in prato expoſuit, q cū in mare reſiliuiſſent ut cauſſam huius rei cognoſceret, dentibus cœpit illas herbas mādere, in qbus iacuerant piſces. ſed ſtatim mutata natura ſe in mare præcipitauit, quē, dii miſerati, in deū marinū, ſiue (ut Stra. refert) in balenam trāſmutarunt. Glaucū autē piſcem inde fuiſſe denominatum aiunt, qđ qdē iccirco fictū fuiſſe Palephatus ait, qa Glaucus optimus fuit urinator, qui cum ſub aqua nataret ad inſulam quādam cultoribus uacuā, indeq; poſt tres, ampliuſ'ue dies rediens, ſe apud marinos deos fuiſſe profitebatur, ſicq; rudibus tunc hominibus facile perſuaſit, ſe marinū deū fuiſſe affectū. {Scylla redit ad litus reucititur è mari. {Seductos receſſus gurgitis} ſecretos ſinus. {Nouus incola} Glauc⁹ q paulo ante in deū marinū fuerat cōmutatus. fuerūt autē tres Glauci poetarū carminibus clari. is q in deū marinū fuit cōuerſus, & quē Ilia. 7. ſcribit Home. cū ferreis Diomedis armis ſua aurea permutaſſe, & quē narrat Virg. in Georg. ob cōtemptā Venerem dentibus ſuarum equarum fuiſſe laniatum. fuit & Glaucus Cariſtius pugil, de quo Pauſanias. & Glaucus Minois filius, q cum in doliū mellis cecidiſſet, extinctus ope Æſculapii reuixit, de quo Higinus. eſt ēt Glaucus Lyciæ & ſinus & fluuius, ut Stra. & Pli. narrant. {In Euboica Anthedone} Anthedon urbs eſt Bœotiæ maritima, ab Anthedone Dii & Alces Abātis filio denominata, uel quod omniū ſit, ἀνθηροτάτη, id eſt floridisſima. eſt & alia eodem nomine iuxta Gazam itidē maritima, unde Anthedonius. eſt etiā portus Authedonius. {Euboica} qa Euboeā Bœotię adiacet. {Morari} remorari, retinere. {In ſummū} in ſummitatē & cacumē. {In unū apicē} in unum cacumen. {Coniectus} coactus. {Cōuexus} inclinatus. locū aūt deſcribit ꝑcipitio ac cōmodatū {Ad æquora} in mare uerſus. {Tortilis piſcis} q ſe facile torquet {Vltima inguina} ultimā inguinū partē. ad id aūt alludit poeta qđ Strabo ait, Glaucū in balenā fuiſſe trāsfiguratū. {Senſit} animaduertit Glaucus eā mirari, & addubitare utrū deus an mōſtrū eſſet. {Et innitens moli} adhærens rupi et ſaxo. {Non ego ꝓdigiū} mōſtrū. {Sed deus aque} ſed deus marinus. {Maius ius} maiorem potētiā. {Sed. ſ. altis Deditus æquoribus} ſed piſcādi in mari ſtudioſus. ſignificat .n. Glaucus ſe fuiſſe piſcatorē. {Tātū} ſolū. {Nam modo ducebā} interdū inquit Glauc⁹ retibus, interdū hamis piſces capiebā. {Ducebā} trahebā. {Linū} hami lineā. {Sūt uiridi prato} topographia & loci deſcriptio. {Morſu læſere} depauere. {Genialia ſerta} genio ac uoluptati cōuenientes coronas. {In illo cęſp.} in illo herboſo litore, Cæſpes. n. dicit terra cū ꝓpria herba auulſa. {Recenſerē} dinumerarē. {Captiuos} captos. {Lina mad.} retia madefacta per metonymiā. {Inſu-

Acis in flumen.

Glaucus in deum marinū

more
iacta
properataq;
Inflexis fluxus
His
collecta
ſemine
manantia

Inſuper expoſui, quos aut in retia caſus,
Aut ſua credulitas in aduncos egerat hamos.
Res ſimilis fictæ: ſed quid * mihi fingere prodeſt?
Gramine contacto cœpit mea præda moueri,
Et motare latus, terraq; ut in æquore, niti.
Dumq; moror, miror q; ſimul, fugit omnis in undas
Turba ſuas, dominumq; nouum, littusq; relinquunt.
Obſtupui, dubitoq; diu, cauſſamq; requiro,
Num deus hoc aliquis, num ſuccus fecerit herbæ.
Quæ tamen has, inquam, uires habet herba? manuq;
Pabula decerpſi, decerptaq; dente momordi.
Vix bene combiberant ignotos guttura ſuccos,
Cùm ſubitò trepidare intus præcordia ſenſi,
Alteriusq; rapi naturæ pectus amore.
Nec potui reſtare diu: repetendaq; nunquam
Terra uale, dixi, corpusq; ſub æquore merſi.
Dii maris exceptum ſocio dignantur honore:
Vtq; mihi, quæcunque feram, mortalia demant,
Oceanumq;, Tethynq; rogant. ego luſtror ab illis,
Et purgante nefas nouies mihi carmine dicto
Pectora fluminibus iubeor ſupponere centum.
Nec mora, diuerſis lapſi de partibus amnes
Totaq; uertuntur ſupra caput æquora noſtrum.
Quæ poſtquam* redeunt, alium me corpore to to,
Ac fueram nuper, nec eundem mente recepi.
Hactenus acta tibi poſſum memoranda referre,
Hactenus & memini: nec mens mea cetera ſenſit.
Hanc ego tum primùm uiridem ferrugine barbam,
Cæſariemq; meam, quam longa per æquora uerro,
Ingentesq; humeros, & cærula brachia uidi,
Cruraq; pinnigero curuata nouisſima piſce.
Quid tamen hæc ſpecies, quid diis placuiſſe marinis,
Quid iuuat eſſe Deum, ſi tu non tangeris iſtis?
Talia dicentem, dicturum plura reliquit
Scylla Deum. furit ille, irritatusq; repulſa,
Prodigioſa petit Titanidos atria Circes.

RAPH. INSVPER} deſuper, ſuperne. {Egerat} impulerat. {Res ſimilis fictæ} uidebitur ſubaudiendum. {Sed quid mihi fingere prodeſt?} ac ſi diceret, nullam habeo cauſſam cur fingere debeam. {Gramine} herba. {Mea preda} capti piſces, iamq; mortui. {Niti} ſalire. ſalientes enim niti ſolent, ut longiores edant ſaltus. {Motare} frequenter mouere. {Dumq; moror miror q; ſimul} agnominatio lepida. {Has uires} tantam uim, ut mortuos piſces uiuos efficere posſit. {Trepidare} ſalire, moueri. {Pectus rapi} animum teneri. {Alterius naturæ} æquoris ac piſcis. {Reſtare} reſiſtere amori & cupiditati alterius naturæ. {Socio honore} nam me quoque in ſuum numerum admiſerunt. {Feram} habeam. {Demant} auferant. {Luſtror} purgor. {Nefas imam} pietatem, humanamq; infirmitatem. {Supponere} ſubiicere. {De diuerſis partibus} de diuerſis regionibus. {Quæ poſtquam redeunt} poſtquam inquit, fluuii æquoraq; a me receſſerunt, aliũ me eſſe percipi, quàm paulo ante fueram. {Recepi} percepi. {Nec eundẽ mente} nam mentem quoque mutaueram. {Acta memoranda} facta memoria digna. {Viridem ferrugine} cœruleam & ſubnigram. Ferrugo nanq; eſt (ut Seruius exponit) purpura nigrior. unde Virgilius. cũ caput obſcura nitidum ferrugine texit. {Verro} traho. {Cruraq; pinnigero} crura ſua ait Glaucus, in piſcis quidem caudam fuiſſe transformata. {Curuata} cum inflexione quadam mutata. {Pinnigero piſce} in piſcem pinnas habentẽ. {Non tangeris} non moueris. {Furit} in furorem ſtimulatur. {Irritatus} indignatus, ira inflammatus. {Prodigioſa atria} ędes monſtrorum plenas. homines nanq; multi in feras uarias mutati, illic detinebantur. {Titanidos Circes} Titani, hoc eſt Solis filiæ.

modò

reddunt,

IACOBI CONSTANTII FANENSIS.

NEc mihi quòd pater eſt fraterni ſanguinis inſons} Quomodo pater, ſi non Telamon pater Aiacis ſed Peleus patruus Phocum fratrem interfecit? Ouidius in undecimo huius operis. Felix & nato felix & coniuge Peleus, & cui, ſi demas iugulati crimina Phoci, omnia contigerant. & in ſecundo Faſtorum: Ipſum quoq; Pelea Phoci Cæde per Æmonias lauit Acaſtus aquas. dicendum poetam noſtrum hoc loco eorum opinioni ſuffragari, qui ſcribunt Telamonem cum Peleo Phocum fratrem occidiſſe: quod Statianus interpres in ſeptimo Thebaidos commentario tangit. uel (quod magis placet) Theodoro aſtipulari. qui (ut Plutarchus ſcribit in Parallelis) primo Metamorphoſeon tradit Telamonem ſolum de induſtria Phocum, cum quo ſimultatem gerebat, uenatum duxiſſe, & comparente apro, ipſum uenabulo confodiſſe, cum illud in aprum dirigere ſimulaſſet. Diodorus ab his diſſentiens omnibus libro quinto ait: Hunc iacto imprudenter diſco, interfectum fuiſſe a Peleo. adeo uaria & inconſtantia a diuerſis perſæpe traduntur. {Iphitiden} Lego hippaſiden, id eſt, Socum Hippaſi filium ab Vlyſſe interfectum, ut narrat Homerus in Iliados undecimo libro, & nos in prima collectaneorum hecatoſty diximus capite uigeſimoſexto, ubi etiam docuimus non uerſu ab hoc tertio. {Cum Pheridamante Thoona} ſed cum Cherſidamante eiuſdem Homeri auctoritate in eodem libro eſſe legendum. {Et ueterum terras infames cæde uirorum Tranſierat, tandem portu uotoq; potitus Vela dat, ut referat Tirynthia tela ſagittas} interme dius in his uerſus perquã multis codicibus deſideratur, ideoq; non uiſus eſt occultandus. {Quantus uero niuere eſſe ſolebat} Nouem cubitorum altitudinis fuiſſe Achillem, Licophrõ in Alexãdra teſtatur. {Sed finita tamen} Emendati codices habent. Nec finita tamen, ut ſit correctio Rhethoricus color, & Hemiſtichium hoc ad illud ſuperius referatur, Finita eſt publica clades, non autem ad illud inferius. Soli mihi pergama reſtãt. nã eo cauſſa redditur, cũ publica clades ſibi Hecubæ non finita. {Tot generis natisq; potens} Quinquaginta filios et duodecim filias Priamũ habuiſſe (ex diuerſis tamẽ intelligere licet mulierib*) Homerus in Iliados ſexto teſtatur. quod uolui dicere, quia multi natas in numero quinquaginta filiorũ cõprehẽderũt. {Locus extat & ex re Nomen habet} Iulius Pollux libri quinti capite quinto, hunc locum κύνὸς σῆμα cynos ſema, id eſt canis ſepulcrum appellatum fuiſſe, a quodam generoſo cane ibi ſepulto inquit, ut alterum locum in agro Calydonio a cane Atalantę (cui nomen Aura fuit) ibi tumulata. ſed inualuiſſe opinionẽ Hecubã in canẽ mutatã eidẽ in Helleſponto loco nomẽ indidiſſe. eſt & Libyæ locus Cynoſſema ut Stephanus ſcribit. {Iupiter annuerat} Non ab re latini poetæ Annuere, non uerbis rẽ ꝓmittere deos & præcipue Iouem ſcripſerunt. quoniã capitis nutus (ut Home. in Iliad. i. cõfingit) peculiare eſt ac maximũ Iouis & deorũ ſignũ ꝓmittẽdi, quod nunq̃ reuocari, nunq̃ falli, nunq̃ irritum fieri poteſt. {Bisq; duas natas} has Oenotropus, id eſt uini mutatrices Stephanus cognominatas teſtatur, cuius etiam patrem Ananium, id eſt renouatum uocat. quoniam (ut puto) cum pro mortuo fuerit a matre in Apollinis ara derelictus, ab eo fuerit educatus, ac ueluti reuocatus ad uitam. {Euboea duabus & totidem natis Andros fraterna petita eſt} Priſcianus in corruptum incidit codicem, qui libro ſeptimo deabus hoc loco legit. Sed non improbo quòd potita legit non petita, quamuis nec petita ſit explodenda. {Cæſarumq; boum fibris de more cre-

T matis}

matis} Atqui ad Apollinis Delii aran non ſacrificabatur animatum, ut Cenſorinus de natali die, & Macrobius 3. Saturnalium referunt: Lege primam collectaneorum hecatoſtyn, capite 74. {Vocalemq́; ſua terram Dodonida quercu} quoniam ſecundū multorum opinionem Dodonę quercus uocalis erat, & ipſamet effabatur oracula: uide quæ in prima collectaneorum hecatoſty ſcripſimus cap. 35. {Reſecuta Crațide natam} Cratæis hoc modo ſcribenda eſt, nam græce κραταῒς. ſed ſciendum (ut Apollonii tradit interpres) nonnullos Hecaten, alios Lamiam, alios Cretæin Scyllæ fuiſſe matrē memorię tradidiſſe, quemadmodum quoſdam Phorcynis, quoſdam Phorbantis filiam eandem Scyllam factitaſſe, quam Homerus deſcribit 12. Odyſſeæ. {Acis erat Fauno nymphaq́; Simethide cretus}. Quicunque hoc nomen per t, & y, ſcribunt, errant tota uia, quoniam ἄκις a Theocrito & Græcis cæteris ſcribitur, atq; Acis Siciliæ fluuius, in quem hic fingitur commutatus, propter currendi celeritatem, id nomen adeptus eſt. nam ἀκὶς telum ſignificat.

## GIBERTI LONGOLII ANNOTATIONES in librum XIII. Ouid. Metamorph.

*Conſedere duces, & uulgi ſtante corona,*
*Surgit ad hos clypei dominus ſeptemplicis Aiax.*

Παρασκευὴ & ſigna ſunt, qualis ſit futura Aiacis oratio, nempe inconſulta, iræ & indignationis pleniſſima. pulchre autem hic a poeta τὸ πρέπον, obſeruatum eſt, nam cum alioqui Aiax bellicoſiſſimus prædicetur, nuſquam illi, eloquentiæ aliqua uirtus tribuitur: quare illius oratio ſimplex, nec etiam artificioſa, ſed fere tota ethica, hoc eſt moralis, exprimens ſcilicet ingenium dicentis, in procemio ſtatim exclamat iratorum conſuetudine, nec recte omnia ſua geſta prædicat, quibus ſe digniorem Vlyſſe demonſtrare geſtit, ſed ſuperbe admodum ubiq; ſe iactat, quod a Rhetoribus tamen prohibitum minime fieri debet. ſtatum habet coniecturalem duplicem. Quæritur enim uter horum ſit præſtantior, deinde utri ſint tradenda Achillis arma.

*Suſtulit ad proceres, expectatoq́; reſoluit*

{Expectatoq́; reſoluit} Ad attentionem faciendam, uel hoc præcipue pertinet, cum dicturi paululum expectant, cum grauitate quadam, & uultus ſeueritate.

*Ora ſono, neque abeſt facundis gratia dictis.*

{Oratio Vlyſſis antipale generis iudicialis ut præcedens, ſtatum habet eundem cum ſuperiore, hoc magis artificioſa quia & maximos mouet affectus, & ſua ſine ulla arrogantia prædicat, confutat planè & aperte ut deinceps oſtendemus.

*Ne'ue mihi noceat, quòd uobis ſemper Achiui.*

{Aiax ante ſua oratione perſuaſerat, Vlyſſi non habendam eſſe fidem, quod facundia facile falleret auditores. id hiſce uerbis diluit Vlyſſes, docetq́; iniquum fore, ſi facundia, qua toties Græcis profuerat, ſibi nunc officiat. quare auditores, qui ante inſtituerant non habendam eſſe fidem orationi, dociles facit & aptos ſiue promptos, ad audiendam ac cognoſcendam cauſſam.

# HENRICI GLAREANI

## *annotationes in librum decimumtertium.*

*Surgit ad hos clypei dominus ſeptemplicis Aiax,*

Vt Aiax clypei dominus dicatur, non equidem intelligo, & enarratori id explicandum erat. Cęterum ipſe ſeptēplicis enarrat, ſeptem boum coriis tecti. cum hic certus numerus pro incerto ponatur. quippe priore libro non ita longe ab initio ubi Cygnus in Achillem mittit telum, ita ait poeta, Quod & æs & proxima rumpit Terga nouena boum, decimo tamen orbe moratum eſt. quare non eſt neceſſaria huiuſmodi expoſitio de clypeo ſeptemplici, & de domino optarim, dignum aliquid lectu traditum.

*Sed demit honorem Aemulus Aiaci.*

{Sicut neque hoc oppido difficile explicat. puto autem per contemptum dici, ut alia. Vlyſſem uidelicet hominem nihili, Aiaci dedecori eſſe, qui cum contendat.

*Expoſitum Lemnos noſtro cum crimine haberet.*

{Lemnos (idem ait) inſula eſt una ex Cycladibus. id ita uerum eſt, ut quod priore libro non ita longe ab fine, ait, Meſſenem urbem propè Arcadiam eſſe, & Eliden Arcadiæ iuxta Olympiam. Verum hæc librariorum uitio accidiſſe reor: nam Raphael hic Geographica non ignorauit.

*Sed neque materno quod ſum generoſior ortu.*

{Sed & hoc quoque explicandum erat commentatori, ut puto. certe quantum memini, apud auctores dubium eſt de legitima Telamonis uxore. nam Heſione ex qua natus eſt Teucer, Telamonis concubina fuiſſe dicitur.

*Nec Telamoniadas etiam nunc hiſcere.*

{Vide num poſuerit nunc pro tunc, ut ſępe fit. cæterum de Aiacis in principes rebellione eo in libro haud ſcio meminerit Homerus, ſed de prioribus annis hoc κατὰ σιωπὴν intelligi poteſt opinor.

*Cæranon Iphitidemq́ue Alaſtoraq́; Chromiumq́;.*

{Prima hæc duo carmina ſunt ex Iliad. 5. quarum alterum Virgil. lib. 9. Aenei. ad finem habet. Tertium eſt ex Iliad. 11. ubi tamen Cherſidamante non Pheridamante legitur. quare ex his locis hic nomina reſtituenda ſunt.

*Qua patuit ferro letalem condidit enſem.*

{Raphael exponit, quatenus patuit & ceſſit ferro, quod ego planè fateor me non intelligere, ſed puto de armato Aiace hoc dictum, qui quæſierit locum, depoſitis ab ea parte armis, qua munitiſſimi eſſe ſolebant, ut ferrum conderet.

*Pugnantem pro ſe proauitaq́; regna tuentem.*

{Illud ſe, & Hectorem & Aſtyanacta referre poteſt. proauita autem generaliter dixit, pro maiorum regno, & tuentem proprie a tuor, unde & tutor.

*Immergitq́; manus, fœdataq́; ſanguine ſonti.*

{Raphaël ſontis legiſſe uidetur: nam exponit, ſanguine ſontis, id eſt, ſanguine nocentis ac ſcelerati Polymneſtoris. ſed ſonti etiam legi poteſt.

*Sacra & ſacra altera patrem.*

{Ita ſanè legit Raphael, & priora ſacra ueſtæ ignem intelligere uidetur, alii ſacer maſculinum legunt, & neutrum plurale ſubiungunt, Sacer Aeneas, & ſacra altera, nempe patrem humeris. ego lectori diiudicandum relinquo.

*Ecce facit mediis natus ab Echione Thebis.*

{Facit cum pondere, quaſi qui adhuc faciat. quidam etiam ab Orione legunt, pro ab Echione, ſed magis placet Raphaelis lectio.

*Et iam Dulichios portus Itachaq́; Samumq́;.*

{Quidam Samemq́; legendum putant, ſed Strab. lib. 10. ſatis indicat Samum & pro inſula Cephalenia, quæ Tetrapolis eſt accipi, & pro urbe. hoc autem loco ingenue agit Raphael, qui has fabulas, alteram de iudice in ſaxum conuerſo, alteram de Moloſſi filio ſe ignorare fatetur. ego eas obſcuras cenſeo, itaq; a poeta obiter attactas, ut ita dicam.

*Quam dum pectendos præbet Galathea capillos*

{Mollis nymphæ uitam expreſſit: præbet autem, iis intelligo, qui ei famulabantur.

*Puniceus de mole cruor manabat.*

{Hoc in loco manifeſte puniceum intelligit rubrum colorem nempe ſanguinis. ſubiungit enim ſequente uerſu, Temporis exiguum rubor euaneſcere cœpit. Ariſto. in Meteoris ubi de Iride, infimum eius colorem Alurgon uocat ſupremum phœniceum, cum tamen paſſim interpretes Alurgon puniceum uertant.

*Cum moles tacta dehiſcit.*

{Omnes tacta legunt, at ego iacta malim, intelligo enim ſaxum a Polyphemo iactum. ſequente autem uerſu pro properata, quidam legunt procera.

# P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

## LIBER DECIMVSQVARTVS.




ARGVMENTVM.

A R G. Glaucus Anthedonius ſupradictus Scyllam circa Siciliam conſpicato dum adamaſſet, & quia nollet ſequi appetentem, uenit ad Circem, obſecrans remedia, ut amanti ſuccurreret: quem illa non leui cupiditate capta, nequiens a propoſito retardare, amorem indicat rogatus, dicens quæ eſſet, quæ ſibi præferretur. Inſtructa enim Hecates carminibus uenit in locum, in quo Scylla ablui conſueuiſſet, uenenisq; imbuit, quibus illa ſenuſpube canibus eſt efferata: ut amantibus odio, ac timor eſſet. Quod ob factum, illa poſtea in Vlyſſem amatum ab ea exercuit ſæuitiam: quod Glaucus factum hoc a Circe dolenter tulit.

IAmq; giganteis iniectam faucibus Aetnam,
Aruaq; Cyclopum, quid raſtra, quis uſus aratri
Neſcia, nec quidquam iunctis debentia bobus,
Liquerat Euboicus tumidarum cultor aquarum:
Liquerat & Zanclen, aduerſaq; mœnia Rhegi,
Nauifragumq; fretum, gemino quod littore preſſum
Auſoniæ, ſiculæq; tenet confinia terræ.
Inde manu magna Tyrrhena per æquora uectus,
Herbiferos adiit colles, atque atria Glaucus
Sole ſatæ Circes uariarum plena ferarum.
Quam ſimul aſpexit, dicta, acceptaq; ſalute,
Diua dei miſerere, precor, nam ſola leuare
Tu potes hunc, dixit, (uidear modò dignus) amorẽ,
Quanta ſit herbarum Titani potentia nulli,
Quàm mihi, cognitius, qui ſum mutatus ab illis.
Ne'ue mei non nota tibi ſit cauſſa furoris,
Littore in Italico Meſſenia mœnia contra
Scylla mihi uiſa eſt. pudor eſt, promiſſa, preceſq;,
Blanditiasq; meas, contemptaq; uerba referre.
At tu, ſiue aliquod regnum eſt in carmine, carmen
Ore moue ſacro: ſiue * expugnatior herba eſt,
Vtere tentatis operoſæ uiribus herbæ.
Nec medeare mihi, ſaneſq; hæc uulnera, mando,
Fineq; nil opus eſt: partem ferat illa caloris.
At Circe (neque enim flammis habet aptius ulla
Talibus ingenium: ſeu cauſſa eſt huius in ipſa,

RAPH. IAMQVE giganteis } Glaucus cum a Scylla fuiſſet ſpretus, ſe ad Circem Solis filiam herbis, carminibusq; potentisſimam contulit, eamq; rogauit, ut ſibi opẽ ferret, efficeretq; carminibus ut a Scylla redamaretur. ſed Circe illius ſtatim amore capta, ipſum in ſuos aplexus pellicere tentauit, a quo ſpreta cum fuiſſet, omnium indignationem in Scyllam conuertit, ac ſinum quendam in quem deſcendere Scylla ipſa conſueuerat, uenenis infecit, quibus pubetenus in uaria monſtra conuerſa, cum ſibimet ipſi diſpliceret, in fretum Siculum deſiluit, ubi cum alios, tum in Circes odium Vlysſis ſocios ſubmerſit, ac forſitan etiam Aeneæ ſtruxiſſet inſidias, niſi iam in ſaxum fuiſſet conuerſa, quod etiãnum a nautis uitatur. {Giganteis faucibus } capitibus gigantum, qui oppresſi Aetna dicuntur. {Quid raſtra} ſint, uerbum quod ſæpæ eleganter prætermittitur, ſubaudiatur. {Neſcia} arua nanque illa nunquam fuerant arata. { Euboicus cultor } Glaucus Anthedonius. { Tumidarum aquarum} periphraſis eſt maris. { Liquerat & Zanclem } Zancle, ut in ſuperiore diximus libro, eadem eſſe cum Meſſena uidetur. {Aduerſaq; mœnia Rhegi } Rhegium è rhegione Meſſenæ ſitum eſſe ſignificat. Rhegium autem eſt urbs in finibus Calabriæ, ubi Sicilia ab Italia diſtracta fuiſſe memoratur. unde & Rhegium ἀπὸ τοῦ ῥήγνυσθαι dictum eſt, hoc eſt ab abrumpendo, quod eo in loco Sicilia ab Italia fuerit abruta, ut Plinius tradit. { Nauifragum fretum } in quo multa fiunt naufragia. nam a nauibus frangendis nauifragum componitur. quod nomen cum ſit hoc loco quattuor ſyllabarum, corrupte fere tribus effertur. { Preſſum } anguſtatum. {Gemino littore} duobus littoribus, Ithalico & Siculo. { Auſoniæ Siculæq; tenet confinia } freto nanque Siciliæ ab Italia diſterminatur. { Inde } a freto. nam mare inferum quod & Tyrrhenum uocatur, uſque ad fretum protéditur. { Herbiferos colles } Circæum ſignificat, in quo monte Circe dicitur habitaſſe, quæ homines carminibus, ſuccisq; herbarum in feras conuertebat. { Simul } poſtquam. {Modo} dummodo. { Leuare } leuem facere. {Titani} ô Circe filia Titanis & Solis. {Cognitius notius. { Qui ſum mutatus } cauſſam exponit, cur nulli ſit notius, quanta ſit herbarum potentia quàm ſibi, quia inquit, ab illis ſum conuerſus ex homine in Deum marinum. { Mei furoris } amoris tam uehementis. {Meſſenia mœnia contra } è regione Meſſenæ urbis, quã et Zanclen appellatam fuiſſe diximus. eſt autem anaſtrophe, præpoſitio nanq; quę pręponi debet poſtpoſita eſt. {Pudor eſt referre} me pudet tibi narrare. blanditiis nanq; uſus erat Glaucus, Deo non conuenientibus. { Aliquod regnum } aliqua potentia. {Expugnatior } potentior ad expugnandum & uincendum. [Sed quid ſi legas expugnantior id enim magis actiue diceretur. ] { Operoſæ } efficacis. { Fineq; nil } quia nihil opus eſt fine, hoc eſt, nolo ut amori meo finis imponatur. { Partem ferat illa caloris } hoc eſt, illa quoq; mei amore capiatur. uellet enim Glaucus efficeret Circe, ut a Scylla redamaretur. {Ingenium aptius } naturam aptiorem. { Talibus flammis } talibus amoribus. { In ipſa } in ipſius uoluntate ad amores libidinemq; prona.

Scylla in monſtrũ.

expugnantior.

RAPH. INDICIO paterno} indicio Solis, qui illius cum Marte concubitum Vulcano indicauit, quare Venus indignata, omnem Solis progeniē turpiſsimis amoribus inquinauit. {Volentem}me ſubaudiamus. {Paríliq; cupidine} pari amore. {Dignus eras ultro poteras rogari} ſponte inquit ob pulchritudinem tuam poteras ac debebas a Scylla rogari. {Adſitq; tuæ fiducia formæ} hoc eſt tuæ pulchritudini confide. {Voueo} uotis exopto. hic autem oſtendit, Glaucum ſingulari quadam pulchritudine fuiſſe ornatum. {Spernentem} Scyllam. {Sequenti Redde uices} me uiciſſim ſequere ac redama. {Vnoq; duas ulciſcere facto} & me, quæ tibi ea quæ rogaſti, concedere nolo, & Scyllam quæ te eſt aſpernata. {Prius in æquore} ante rerum natura commutabitur, quàm ego ab amanda Scylla deſiſtam. {Frōdes} arbores. pars enim pro toto per ſynecdochen frequenter uſurpatur. {Algæ} herbæ ſunt maris peculiares algæ. {Soſpite Scylla} incolumi & uiua. {Quatinus} quoniam. quatenus uero in quãtum ſignificat. {Ledere nō poterat} deus enim erat. {Amans} cauſſa cur nolet quia amans. {Repulſam Veneris} propter coitus repulſam. {Infamia pabula} infames herbas propter nocumenta. {Hecateia carmina} incantationes ab Hecate matre acceptas {Cœrula uelamina} cœruleas ueſtes & nigras. {Proceſſit} exceſſit. {Feruēteſq; æſtib⁹ undas} periphraſis eſt freti, quod a feruendo eſt dictum. ſignificat autem Scyllā pedibus fretū fuiſſe ingreſſam. {Ponit ueſtigia} ingreditur. {Sũmaq; decurrit} hoc eſt per ſummitatem maris currit ſiccis pedibus, quod niſi eſſet dea, maxime mirãdum foret. {Paruus erat gurges} gurgitem deſcribit, in quo ſe lauare ſolebat Scylla Glauci amica {Medio cum plurimus orbe Sole erat} periphraſis eſt meridiei. {Medio orbe} medio cœlo. {Prēuitiat} ante inficit præcorrumpit. {Portentificis uenenis} portenta ac

Scyllæ inguina in canes.

Scylla in ſcopulũ.

Seu Venus indicio facit hoc offenſa paterno)
Talia uerba refert. Melius ſequerere uolentem,
Optantemq; eadem, pariliq; cupidine captam.
Dignus eras, ultro * poteras certeq; rogari: [*potius*]
Et ſi ſpem dederis, mihi crede, rogaberis ultro.
Ne dubites, adſitq; * tuæ fiducia formæ. [*mea*]
En ego cùm dea ſim, nitidi cùm filia Solis,
Carmine cùm tantùm, tantùm quoq; gramine poſſim,
Vt tua ſim, uoueo. ſpernentem ſperne: ſequenti
Redde uices: unoq; duas ulciſcere facto.
Talia tentanti. prius, inquit, in æquore frondes,
Glaucus, & in ſummis naſcentur montibus algæ,
Soſpite quàm Scylla noſtri mutentur amores.
Indignata dea eſt: & lædere quatinus ipſum
Non poterat, nec uellet amans, iraſcitur illi,
Quæ ſibi prælata eſt: Venerisq; offenſa repulſa,
Protinus horrendis infamia pabula ſuccis
Conterit, & tritis Hecateïa carmina miſcet:
Cæruláq; induitur uelamina, perq; ferarum
Agmen adulantum media procedit ab aula:
Oppoſitumq; petens contra Zancleïa ſaxa
Rhegion, ingreditur feruentes æſtibus undas.
In quibus, ut ſolida ponit ueſtigia terra,
Summaq; decurrit pedibus ſuper æquora ſiccis:
Paruus erat gurges curuos ſinuatus in arcus,
Grata quies Scyllæ, quò ſe referebat ab æſtu
Et maris, & cæli, medio cùm plurimus orbe
Sol erat, & minimas à uertice fecerat umbras.
Hunc dea præuitiat, portentificisq; uenenis
Inquinat: hîc * fuſos latices radice nocenti [*preſſos*]
Spargit, & obſcurum uerborum ambage nouorum
Ter nouies carmen magico demurmurat ore.
Scylla uenit, mediaq; tenus deſcenderat aluo,
Cùm ſua fœdari latrantibus inguina monſtris
Aſpicit: ac primò non credens corporis illas
Eſſe ſui partes, refugitq;, abigitq;, timetq;
Ora proterua canum: ſed quos fugit, attrahit unà.
Et corpus quærens femorum, crurumq;, pedumque,
Cerbereos rictus pro partibus inuenit illis.
Statq; canum rabies, ſubiectaq; terga ferarum
Inguinibus truncis, uteroq; extante coercet.

ARG. Docet eandem Scyllam transformatam eſſe in ſaxum: ne Æneæ nauiganti in Italiam nocere poſſit.

FLeuit amans Glaucus, nimiumq; hoſtiliter uſæ
Viribus herbarum fugit connubia Circes.
Scylla loco manſit, cumq; eſt data copia primùm,
In Circes odium ſociis ſpoliauit Vlyſſem.
Mox eadem Teucras fuerat merſura carinas,
Ni prius in ſcopulum, qui nunc quoque ſaxeus extat,
Transformata foret: ſcopulum quoque nauita uitat.

ARG. Cercopes propter fraudem, ſcelusq;, quia boni ſemper inſidiatores fuerunt, exoſus eſt Iuppiter: qui cum uellet eos conuenientem animo figuram habere, in ſimias conuerſi ſunt. Itaque de earum nomine (nam Græcis pithecos ſimia dicitur) inſulas quas hi incoluerant, pythecuſas uocauit.

HVnc ubi Troianæ remis, auidamq; Carybdim
Euicere rates, cùm iam prope littus adeſſent
Auſonium, Libycas uento referuntur ad oras.
Excipit Aenean illic animoq;, domoq;,
Non bene diſſidium Phrygii latura mariti

monſtra facientibus. {Inquinat} inficit. {Preſſos latices} ſuccos expreſſos ex herbis noxiis. {Magico ore} hypallage eſt. magicum enim carmen accipimus. {Demurmurat} deorſum murmurat. {Fœdari} deturbari. {Abigit} depellit manibus. {Ora proterua} probra, rapida. {Corpus fe.} carnem ac pulpam ſummarum coxarum. femora enim ſummitates coxarum dicuntur, ac pro inguinibus ponuntur, unde femoralia declinantur, quibus pudenda teguntur. {Cerbereos rictus} ora canum Cerbero ſimilium. {Stat} horret. {Inguinibus truncis} mutilatis: nam inguina in canes fuerant conuerſa. {Vtero ex} eminente uentre. {Coercet} continet, comprimit. {Fleuit amans Glaucus} quia amans fleuit Scyllæ fatum. {Scylla loco manſit} in eodem gurgite remanſit. {In Circes odiũ} ſciebat enim Vlyſſem a Circe amari. multos autem è ſociis in freto Siculo amibt Vlyſſes, ut in Odyſſea narrat Homerus.
[Τόφρα δέ μοι σκύλλη γλαφυρῆς ἐκ νηὸς ἑταίρους
Ἓξ ἕλεθ' οἳ χερσίν τε βίηφί τε φέρτατοι ἦσαν.
Odyſſ. 12.]
{Mox} paulo poſt. {Teucras carinas} naues Æneæ Troiani. {Fuerat merſura} ſubmerſiſſet, niſi quo tempore illac tranſiuit Æneas, in ſcopulum iam mutata fuiſſet. {Ni prius in ſcopulum} & alii geographi, & Plinius in primis ſcribunt, Scyllam ſaxum eſſe ingēs, freto imminens, quod in parte ſuperiore humanam habet effigiem, in inferiore uero plures habet cauernas, quibus unde refractæ latratus canum et luporum ululatus referre uidentur. {Hunc ubi Troianæ} errores Æneæ deſcribit poeta, ut eum ad Pithecuſam eũ deduxerit inſulam, commodius Cercopum in Simias Metamorphoſin deſcribere poſſit. {Auidam Charybdim} quæ deuorat naues atque euomit. {Non bene latura} nam ſe ipſam interfecit, ut ex carmine Virgiliano etiã pueris eſt notum.

{Sido-

Sidonis: inq; pyra ſacri ſub imagine facta
Incubuit ferro, deceptaq; decipit omnes.
Rurſus arenoſæ fugiens noua mœnia terræ,
Ad ſedes Erycis, fidumq; relatus Aceſten,
Sacrificat, tumulumq; ſui genitoris honorat.
Quasq; rates Iris Iunonia penè cremarat,
Soluit, & Hippotadæ regnum, terrasq; calenti
Sulphure fumantes, * Acheloidumq; relinquit
Sirenum ſcopulos: orbataq; præſide pinus
Inarimen, Prochytenq; legit, ſteriliq; locatas
Colle Pythecuſas, habitantum nomine dictas.
Quippe deûm genitor fraudem, & periuria quondã
Cercopum exoſus, gentisq; admiſſa doloſæ
In defornie uiros animal mutauit: ut iidem
Disſimiles homini poſſent, ſimilesq; uideri:
Membraq; contraxit: naresq; a fronte remiſſas
Contulit, & rugis perarauit anilibus ora:
Totaq; uelatos flauenti corpora uillo
Miſit in has ſedes: nec non prius abſtulit uſum
Verborum, & natæ dira in periuria linguæ:
Poſſe queri tantùm rauco ſtridore reliquit.

A A G. Apollo Iouis & Latonæ filius Glauci filiam cum diligeret, optandam ueniam tribuit: at illa in longum uictura tempus, ſpatians in litore, hauſto pugno arenæ, petit tot annorum ſpatium, quot partes eius dinumerare poſſet: igitur præſtata fide, ſenectute dilapſo corpore relicta eſt uox, quæ ſibyllam indicaret. Deus uero pro concubitu ſi conſenſiſſet, æternam quoque iuuentam dediſſet, ſed illa neglexit dei uoluntatem.

HAs ubi præteriit, & Parthenopeïa dextra
Mœnia deſeruit, læua de parte canori
Aeolidæ tumulum, & loca fœta paluſtribus undis
Littora Cumarum, uiuacisq; antra Sibyllæ.

RAPH. SIDONIS} Dido Sidonia decepta ab Ænea, qui eam reliquit, quæ ſibi illum ut maritum copularat. {Arenoſæ terræ} Carthaginis, unde Hiarbas apud Virg. Cui littus arandũ Dedimus. {Ad fines Erycis} mons eſt Siciliæ, Eryx ab Eryce amici Bebriciorum regis & Veneris filio denominatus. qui uiribus corporis præſtans tandẽ cũ Hercule ceſtibus pugnãs occubuit, unde Venus Erycina fuit appellata. {Iris Iuno.} a Iunone miſſa. notũ eſt autem ex quinto Virg. {Hippotade re.} Æolias inſulas. nã Æolus Iouis fuit filius ex Aceſta Hippotæ Troiani filia. [De ratione nominis Hippotadę, ſupra uide annotationes.] {Sirenũ Acheloidũ} Acheloi filiarũ. Sirenes.n. Acheloi filiæ ex Calliopæ muſa fuiſſe dicũtur, q̃ iuxta fretũ Siculũ habitantes ſuauiter adeo canebant, ut illac nauigãtes ſopirẽt, ſomnoq; oppreſſos, mergerent. tres autẽ fuiſſe dicũtur, Parthenope, Leucoſia, Ligia. [De Sirenibus, in ſcholiis Homeri Odyſſea. μ. in hũc modum legitur: κατὰ μὲν τοὺς πολλοὺς Ἀχελώου καὶ Στερόπης τῆς Παρθάονος αἱ Σειρῆνες, κατ' ἐνίους δὲ Ἀχελώου καὶ Τερψιχόρης, μιᾶς τῶν μουσῶν· ἑλόμεναι δὲ παρθενίαν, ἐμισήθησαν ὑπὸ Ἀφροδίτης, καὶ ἴσχουσαι πτερὰ ἀπέπτησαν εἰς τὸ Τυρρηνικὸν κλίμα, καὶ νῆσον κατέσχον ἀνθεμοῦσαν ὀνομαζομένην. Ὀνόματα δὲ αὐτῶν Ἀγλαοφήμη, Θελξιέπεια, Πεισινόη καὶ Λιγεία. quæ nomina ut a ſuperioribus, quæ a Regio ponũtur, uariãt, ita rurſum ſunt, qui aliter eadẽ tradãt, ut in Cõmentariis Apollonii, ubi hæc ponuntur θελξινόη μολπὴ καὶ ἀγλαόφωνος. Pauſanias autẽ in Bœoticis addit, eaſdem etiam cum Muſis aliquando certaſſe canendo, uictisq; pennas ablatas, ex quibus Muſæ ſibi coronas fecerint, ſed hæc pasſim obuia. illud uero hoc loco uidẽdũ, utrũ ꝓ Acheloidũ, legendũ ſit Acheloiadũ ab Acheloicis deducto patronymico. neq; enim aliter uerſus cõſtat, & annotarũt idẽ alii quoq;.] {Orbataq; præſide pinus} nauis Palinuro gubernatore priuata, ut plene Virgilius narrat. {Inarimen Prochytenq; legit} tranſit. Inarime autẽ inſula eſt in ſinu cãpano, in qua eſt mons flãmas eructãs. Prochyte uero inſula eſt ſic dicta, quod terræ motu ab Ænaria ſit profuſa. nã προχέω ſignificat profundo. {Pithecuſas habitantum nomine dictas} Pithecuſa inſula eſt in ſinu Cãpano, urbẽ in mõte habens, Pithecuſas a multitudine ſimiarũ dicta. nã πίθηκος ſimia dicitur. Iupiter enim Cercopũ perfidiam odio habẽs, eos in ſimias conuertit, hancq; inſulã illis asſignauit habitandã. Plinius uero audacter ab Ouid. diſſentiens, ſcribit Pithecuſam nõ a ſimiarũ multitudine, ut aliqui exiſtimauere, ſed a figulinis doliariorũ denominatam eſſe: Pithos nanq; doliũ a Græcis appellatur. {Cecropidũ exoſus} cum maxima Atheniẽſium, q & Cecropidæ dicũtur, ignominia ſic legitur, cũ præſertim nuſquã lectũ ſit, Atheniẽſes Ioui odio fuiſſe, quare loco Cecropidũ audacter cõtẽderim Cercopũ penultima producta eſſe legẽdũ. nã (ut ſcribit Suidas) Cãdulus & Atlas fratres fraudulentisſimi fuerunt, qui propter ſceleſtos mores Cercopes nominati ſunt: hoc eſt, deceptores, quod ad uenas omnes ac Ioue quoq; decipere conati ſunt. quare indignatus Iupiter in ſimias, quas Græci πιθήκους uocãt, transformauit. Cercopas autẽ homines fuiſſe doloſos ac perfidos indicio eſt hoc Græcorũ prouerbiũ, ἀγορὰ κερκώπων, id eſt, forũ Cercopũ. quod quidẽ prouerbiũ in malignos et fraudulẽtos uſurpatur. inde etiã κερκωπίζειν Gręci dicũt, ꝓ eo quod eſt decipere & fraudare. Videtur autẽ ad id alludere, qđ Cercopitheci ſimię caudatę dicũtur, quamuis ἀπὸ τῆς κέρκου, hoc eſt a cauda cognominẽtur. Cercopa ſanè (ut ait Sex. Pom.) Gręci appellãt lucrari undiq; cupientẽ, quaſi κέρδωνα, quem nos quoq; lucrionẽ uocamus. Hora. quoq; in Cercopas carmine inuectus eſt, ut narrat Plutarchus. {Poſſe queri} facultatẽ querẽdi, ac lamẽtãdi. uerbũ.n. ꝓ nomine poſitũ eſt. {Has ubi præteriit} aduẽtũ Æneæ ad Sibyllã deſcribit poeta, ut Sibyllã ipſam in uocẽ tandẽ conuerſam fuiſſe exponat. nã Sibylla dum eſſet uirgo ab Apolline amata, cũ ab eo, ut quicquid uellet peteret, hortãte, impetraſſet, ut tot annos uiueret, quot in manu arenas tenebat, oblita eſt adiicere uoto, ne unquã ſeneſceret. quare cum Phœbo morem gerere noluerit, ad tãtũ decrepitatis peruenit, ut a corpore derelicta, tota in uocẽ fuerit cõmutata. {Parthenopeia mœnia} Neapolim, quæ et Parthenope ab una Sirenũ illic ſepulta fuit appellata. {Canori Æolidæ} Miſeni Aeoli filii, quo nõ præſtantior alter Aere ciere uiros, Martẽq; accẽdere cãtu, ut canit Virgilius, unde etiã promontoriũ Miſenũ fuit appellatũ. {Littora Cumarũ} Cumæ urbs Cãpaniæ antiquisſima Italicarũ urbiũ. atq; Sicularũ, a Chalcidẽſibus quidẽ cõdita (ut Strabo inquit) ſed a Cumæis denominata. nã Coloniæ ductores Hippocles Cumæus, & Megaſthenes Chalcidẽſis inter ſe pepigerunt, ut Chalcidẽſiũ quidẽ colonia eſſet, a Cumæis uero nomẽ acciperet, Alii ἀπὸ τῶν κυμάτων, hoc eſt, ab undis Cumas ſcribunt fuiſſe denominatas. ſed prior nominis huius ratio mihi uerior eſſe uidetur. {Viuacis Sibyllę} quæ ſeptingẽtos iã annos uixiſſet, ut ipſa paulo poſt narrat. Adamatę nãq; ab ſe Apollo cõditionem tulit, ut quicquid uellet optaret: ſe enim nihil negaturũ. illa hauſta manu arena petit ut tot annos uiueret, nec adiecit ne ſeneſceret. quare adeo conſenuit, ut uox ei ſola ſupereſſet. Sibylla uero ex ſententia Marci Varronis omnis fœmina uates nuncupatur, uel ab unius Delphidis nomine, uel a conſiliis deorum enunciands, σιοὺς enim deos, & conſilium βουλὴν appellabant Æolico genere ſermonis. itaq; Sibyllam dictam eſſe, quaſi Θεοβούλην ſcribit Varro, easq; decem numero fuiſſe, quas quidem omnes enumerauit ſub auctoribus, qui de ſingulis ſcriptitarunt. Prima autem fuit Perſica, Secunda Libyca, Tertia Delphica, Quarta Cimeria, Quinta Erythræa, Sexta Samia, Septima Cumana nomine Amalthea, quæ ab aliis Herophile, uel Demophile nominatur, Octaua Helleſpontica. Nona Phrygia, Decima Tiburs nomine Albumea. Cęterũ Cumana, ad q̃ peruniſſe Aeneã Ouid. narrat, nouẽ libros attuliſſe ad regẽ Tarquinium

Acheloiadumq;

Cercopes in ſimias.

Sibylla in uocẽ.

Sibyllæ decem.

Sibyllini libri.

nium priſcum narratur, ac pro eis trecentos Philippeos poſtulaſſe. regemq; aſpernatum precii magnitudinem, mulieris inſaniam deriſiſſe. Illam in conſpectu regis tres combuſiſſe, ac pro reliquis idem precium poſtulaſſe. Tarquinium multo magis mulierem inſanire putaſſe, quæ demum tribus aliis exuſtis, cum in eodem precio perſeueraret, moto rege anus pertinacia, reſiduos trecentis aureis emiſſe. [ Auctor Gel. lib. i. c. 9. de Sibyllis autẽ earumq; numero, et nominibus, Lact. li. i. c. 7. & Pauſanias in Phocicis qui Cumæam hanc Sibyllam, non Herophilem ſed Demo uocatam addit, idq; auctore Hyperocho quodam Cumano ciue.

RAPH. MANES paternos } animam Anchiſæ patris. { Furibunda } furenti ſimilis. {Deo recepto} Apolline accepto. {Dextera} fortitudo. {Per ferrum } per enſem, quo multos hoſtium interfecit Æneas. {Pietas ſpectata p ignes} nam ex incendio Troiano & deos penates, & patrem Anchiſen humeris exportauit Æneas. {Elyſiasq; domos } Elyſium a poetis fingitur locus eſſe apud inferos, ubi animæ eorum qui bene uixerunt, quieſcere in ſumma felicitate dicuntur. [Vocãt autem ἠλύσιον proprie Athenienſes, ut inquit Polemon, τὸ κατασκαφὲν χωρίον ſiue ut Heſychius & alii quidam τὸ ἱερὸν, καὶ θεῖον, τέρπνον, ἄφθαρτον, ἀκήρατον, ὃ καὶ παράδεισον λέγουσιν οἱ ἕλληνες, ἀπὸ τοῦ μὴ λύσιν ἔχειν, quoniam ibi animæ a corporibus non ſoluantur ut idem Heſychius ait. quamuis Seruius contra, qui ἀπὸ τῆς λύσεως Elyſium dictum putat, quoniã piorum animę illic poſt corpus atq; animæ ſolutionẽ ac diſcretionem habitent. atque hoc alii circa Ægyptũ ſtatuere, alii circa finẽ Oceani, unde & Beatorum inſulæ de eodem intellexerunt. Virg. autem apud inferos poſuit, ſeparatum atque diſtinctum ab eo loco, ubi noxii puniuntur.]

Æneas ad inferos.

{Regna nouisſima} inferos. {Simulacraq; cha. pa.} hoc ex eorum opinione dictũ eſt, qui aiunt hominem ex tribus conſtare, anima, corpore, & ſimulacro. animamq; cœlum petere, corpus reddi terræ, ſimulacrum ad inferos deſcendere. {Inuia uirtuti nulla eſt uia} nam ſubaudiatur. eſt enim ſententia cauſſam continens, cur ſit ad inferos deſcenſurus Æneas. {Iunonis Auernæ} Proſerpinæ. nemus enim iuxta Auernum & Plutoni & Proſerpinæ fuit dicatum. {Formidabilis Orci} formidandi Plutonis. {Inde ferens laſſos} ab inferis reuertens. { Laſſos paſſus} hypallage eſt. ipſe enim laſſus intelligitur. { Fallit ſermone laborem} hoc eſt, loquendo efficit, ut labor non ſentiatur. {Numinis inſtar} ad ſimilitudinem deæ pro dea. { Muneris eſſe tui } me uitam abs te dono accepiſſe. { Tribuam tibi thuris honores } hoc eſt, tibi tanquam deæ ſacrificabo. {Et ſuſpirati. hauſtis } ſuſpiriis tractis. {Humanum} mortale. {Dignare} dignum puta. {Lux ęterna} uita perpetua. {Patuiſſet} expoſita & aperta fuiſſet. {Optatis potiere tuis} uoti tui compos fies. { Pulueris hauſti} eruti. { Tot natales } tot annos. {Vana} ſtulta. {Excidit} è memoria fugit, oblita ſum. { Hos tamen ille mihi da.} dediſſet. {Si Venerem pate. } ſi paſſa fuiſſem illum coire mecum. { Innuba } uirgo, ſine nuptiis. { Felicior ætas} iuuenilis ætas. {Terga de.} fugit. {Ægra ſen.} ab effectu, quòd ægros homines reddat. { Quæ patienda diu } quæ mihi per longum tẽpus eſt tolleranda. { Sæcula ſe.} ſeptingentos annos. nam ſæculum centum annorum ſpatium complectitur. { Super eſt ui.} poetica locutio, ſupereſt ut uideã. {Tercentum meſſes & muſta} tercentum annos intelligimus. {Talia connexũ} pulcra phantaſia ad deſcribendum ſociorum Vlysſis in uarias feras Metamor. deſcendit poeta, ac eorundem in humanam figuram reſtitutionem. Macareum enim Neritium atq; Achæmenidem Vlysſis comites fingit ea, quę ſibi euenerunt commemorare. de Odyſſea autem Homeri hæc ſumuntur. { Conuexum per iter} arduum. { Memorante} narrante. { Euboicam in urbem } Cumas dicit, quæ a Chalcidenſibus Euboicæ populo conditæ fuerunt.

Intrat: &, ut manes adeat per auerna paternos,
Orat. at illa diu uultum tellure moratum
Erexit: tandemq; Deo furibunda recepto,
Magna petis, dixit, uir factis maxime, cuius
Dextera per ferrum eſt, pietas ſpectata per ignes.
Pone tamen, Troiane, metum: potiere petitis,
Elyſiasq; domos, & regna nouisſima mundi,
Me duce, cognoſces, ſimulacraq; cara parentis.
INVIA uirtuti nulla eſt uia. dixit: & auro
Fulgentem ramum ſylua Iunonis Auernæ
Monſtrauit, iusſitq; ſuo diuellere trunco.
Paruit Aeneas: & formidabilis Orci
Vidit opes, atauosq; ſuos, umbramq; ſenilem
Magnanimi Anchiſæ: didicit quoque iura locorum,
Quæq; nouis eſſent adeunda pericula bellis.
Inde ferens laſſos aduerſo tramite paſſus,
Cum duce Cumæa fallit ſermone laborem.
Dumq; iter horrendum per Opaca crepuſcula carpit,
Seu Dea tu præſens, ſeu diis gratisſima, dixit,
Numinis inſtar eris ſemper mihi: meq; fatebor
Muneris eſſe tui, quæ me loca mortis adire,
Quæ loca me uiſæ uoluiſti euadere mortis.
Pro quibus aerias meritis euectus ad auras,
Templa tibi ſtatuam, tribuam tibi turis honores.
Reſpicit hunc uates, & ſuſpiratibus hauſtis.
Nec dea ſum, dixit, nec ſacri turis honore
Humanum dignare caput, ne neſcius erres.
Lux æterna mihi, cariturаq; fine dabatur,
Si mea uirginitas Phœbo patuiſſet amanti.
Dum tamen hanc ſperat, dum præcorrumpere donis
Me cupit, Elige, ait, uirgo Cumæa, quid optes:
Optatis potiere tuis. Ego, pulueris hauſti
Oſtendens cumulum, quot haberet corpora puluis,
Tot mihi natales contingere uana rogaui.
Excidit, ut peterem iuuenes quoque protinus annos.
Hos tamen ille mihi dabat, æternamq; iuuentam,
Si Venerem paterer. contempto munere Phœbi
Innuba permaneo, ſed iam felicior ætas
Terga dedit, tremuloq; gradu uenit ægra ſenectus:
Quæ patienda diu eſt: nam iam mihi ſæcula ſeptem
Acta uides: ſupereſt, numeros ut pulueris æquem,
Tercentum meſſes, tercentum muſta uidere.
Tempus erit, cùm de tanto me corpore paruam
Longa dies faciet, conſumptaq; membra ſenecta
Ad minimum redigentur onus: nec amata uidebor,
Nec placuiſſe deo. Phœbus quoque forſitan ipſe
Vel non agnoſcet, uel dilexiſſe negabit:
Vſque adeò mutata ferar: nulliq; uidenda,
Voce tamen noſcar: uocem mihi fata relinquent.

ARG. Æneas iter in Italiam tendens, ad Læſtrigonas uenit, ubi Macareus Neritius comes Vlysſis apparuit: congreſſusq;, eos eſt commitatus, itaq; cum expoſuiſſet Achemenides apud Cyclopem quæ eſſent pasſi ſocii, ſimiliter & ille quæ apud Circen cum comite Eurylocho: qui potione accepta in porcos commutati ſunt: nouisſime Vlyſſes remedio Mercurij eo uenit, & ſocios recuperauit ab eadem Circe priſtinæ formæ reſtitutos. ex eo Circen iunxiſſe ſe ei in matrimonium. Monuit deinde Æneam ne litoribus Circes accederet.

TAlia conuexum per iter memorante Sibylla,
Sedibus Euboicam Stygiis emerſit in urbem
Troius Aeneas: ſacrisq; ex more litatis

{Nutricis

Littora adit non dum nutricis habentia nomen.
Hîc quoque ſubſtiterat poſt tædia longa laborum
Neritius Macareus: comes experientis Vlyſſei:




Deſertum quondam mediis in rupibus Aetnæ
Noſcit Achæmeniden, improuiſoq́; repertum
Viuere miratus, Quis te caſus'ue, Deus'ue
Seruat Achæmenide? cur, inquit, barbara Graium
Prora uehit? petitur ueſtra quæ terra carina?
Talia quærenti iam non hirſutus amictu,
Iam ſuus, & ſpinis * concreto tegmine nullis
Fatur Achæmenides: Iterum Polyphemon, & illos
Aſpiciam fluidos humano ſanguine rictus,
Hæc mihi * ſi potior domus eſt, Ithaciq́;, carina:
Si minus Aeneam ueneror genitore: nec unquam
Eſſe ſatis potero (præſtem licet omnia) gratus.
Quòd loquor, & ſpiro, cælumq́;, & lumina Solis
Aſpicio, (* poſſum'ne ingratus, & immemor eſſe?)
Ille dedit: quòd non anima hæc Cyclopis in ora
Vênit, & ut lumen iam nunc uitale relinquam,
Aut tumulo, aut certè non illa condar in aluo,
Quid mihi tunc animi, ſi non timor abſtulit omnem
Senſum, animumq́;, fuit, cùm uos petere alta relictus
Aequora conſpexi? uolui inclamare, ſed hoſti
Prodere me timui. ueſter quoque clamor Vlysſis
Penè rati nocuit. uidi, cùm monte reuulſum
Immanem ſcopulum medias permiſit in undas.
Vidi iterum, ueluti tormenti uiribus acta,
Vaſta giganteo iaculantem ſaxa lacerto.
Et ne deprimeret fluctus'ue, lapis'ue carinam
Pertimui, iam me non eſſe oblitus in illa.
Vt uerò fuga uos ab acerba morte reduxit,
Ille quidem totam gemebundus obambulat Aetnam,
Prætentatq́; manu ſyluas, & luminis orbus
Rupibus incurſat, fœdataq́; brachia tabo
In mare protendens, gentem execratur Achiuam,

RAPH. NVTRICIS nomen } Caietæ. nam Caieta nutrix Æneæ fuit, quæ moriens urbi & portui nomen dedit, ut carmine Virgiliano notum. tu quoque littoribus noſtris Æneia nutrix Æternam moriens famam Caieta dediſti. { Neritius Macareus } hic fortæ ad Circes potentiam explorandam ab Vlyſſe miſſus, cum potionem ab ipſa Circe acceptam guſtaſſet, una cum omnibus ſociis præter unum Eurylochum, qui nihil bibere uoluit, in porcum fuit conuerſus, ſed precibus Vlyſſis Circe eos tandem priſtinæ reſtituit figuræ, ut Home. in 10. Odyſ. libro narrat, unde hęc omnia, quæ a Macareo referuntur, ab Ouid. ſumpta eſſe uidentur. quæ uero narrat Achæmenides, in nono ipſius Odyſſ. leguntur. { Hic quoque ſubeſt } illic quoq; remanſerat. { Neritius } Ithacenſis. neritus enim Ithace mons eſt. { Experientis Vlyſſei } experti multa & paſſi Vlysſis. { Deſertum quondam } olim derelictum. { Noſcit Achæmenidem } Achæmenides timore Polyphemi Cyclopis in Sicilia ab Vlyſſe relictus, ab Aenea illac nauigante, fuit exceptus, ut ex carmine Virgil. etiam pueris eſt notum. { Seruat } ſeruauit. Putabat enim Macareus illum periiſſe. { Cur barbara Graium } miratur Achæmenidem Græcum, Vlyſſisq́; comitem, cum Troianis Græcorum hoſtibus nauigare. { Petitur ueſtra quæ terra carina } hoc eſt quo nauigatis? { Iam non hirſutus amictu } iam non aſperis indutus ueſtibus, quales in Ætna latitans gerebat. alludere autem poeta uidetur ad ea, quæ de Achæmenide Virgil. ſcribit. Cum ſubito è ſyluis in acie confecta ſuprema. Ignoti noua forma uiri miſerandaq́; cultu procedit: ſupplexq́; manus ad littora tendit. Reſpicimus: dira illuuies, immiſſaq; barba, Conſertum tegmen ſpinis: at cætera Graius, Et quondã patriis ad Troiam miſſus in armis. { Iã ſuus } iam ſui iuris. { Iterum Polyphemon } illi interrogationi reſpondet. { Cur barbara Graium Prora uehit? } ſe autem gratum erga Aeneam oſtendit Achęmenides. { Illos rictus fluidos } illa fluentia ora. { Aſpiciam } optandi eſt modus. { Ni potior domus eſt } niſi melior & charior hæc domus eſt mihi, quam ſit & mea & Vlysſis nauis. { Quod loquor & ſpiro } quod uiuo. fatetur autem Achęmenides ſe uitam ab Æneam cepiſſe, illiq; ſe omnia debere. eſt autem ordo: ille dedit quod loquor & ſpiro. { Poſſim ne ingratus } parentheſis qua ſignificat Achæmenides ſe nunquam in Aeneam ingratum eſſe poſſe. { Vt lumen iam nunc uitale relinquam } hoc eſt, ut contingat me ſtatim mori. { Vt tumulo condar } ſepeliar. illud autem uerbum dedit, huc quoque eſt referendum. { Aut certe } correctio eſt dicti prioris. poſſet enim in mari perire. { In illa aluo } Cyclopis notiſſima. { Quid animi fuit? } quis animus eſſe debuit? [ Niſi timor abſtulit omnẽ ſenſum, animumq́;, ] Ita in pleriſque legitur, ſed quia repugnat uerſus, alii addunt, non, ut ſit: Niſi non timor abſtulit omnem ſenſum, animumq́;. atqui dubitari poteſt, utrum magis legendum ſit, niſi quod. nam hoc ſententiæ magis reſpõdet: uult enim indicare omnem ſenſum atq; animum ademptnm ſibi fuiſſe timore ac metu. { Veſtræ quoq; clamor Vlysſis. Perati noc. } Alludit ad id, quod apud Homerũ fingitur Odyſ. 9. ubi Vlyſſes naui aufugiens, Polyphemũ clamando, & indicando q nam ipſe eſſet (nam ſe Neminem antea dixerat) in ſe irritat, quare iactu ingentis ſaxi pene & ipſe & tota nauis ab eodem Polyphemo obtrita. Verſus Hom. ſunt.

ὣς ἐφάμην, ὁ δ᾽ ἔπειτα χολώσατο κηρόθι μᾶλλον,
ἧκε δ᾽ ἀπορρήξας κορυφὴν ὄρεος μεγάλοιο,
Κὰδ δ᾽ ἔβαλε προπάροιθε νεὸς κυανοπρῴροιο,
Τυτθὸν ἐδεύησεν δ᾽ οἰήιον ἄκρον ἱκέσθαι, &c.

{ Permiſit } cõiecit. { Veluti tormenti uiribus acta } tormentũ inſtrumẽtum eſt bellicum a torquendis, & cum impetu mittendis lapidibus dictũ. { Acta } impulſa. { Giganteo lacerto } maximo, brachio, quantus gigãtẽ deceret, per quod uaſta Polyphemi magnitudo ſignificatur. { Deprimeret } demergeret. { Fluctus'ue } ſaxorũ iactu excitatus. { Iam me non eſſe oblitus in illa } perinde inquit timui, ac ſi in illa naue ego quoque fuiſſem. { Reduxit } liberauit. { Et luminis orbus } oculo priuatus. { Incurſat rupibus } incidit in ſaxa, ſic ut pedes lędat. { Tabo } ſanie corporum deuoratorum. { Execratur } deteſtatur.

conſerto
ni
poſſim

Atque ait: O' ſi quis referat mihi caſus Vlyſſem,
Aut aliquem ex ſociis, in quem mea ſæuiat ira,
Viſcera cuius edam, cuius uiuentia dextra
Membra mea laniem, cuius mihi ſanguis inundet
Guttur, & eliſi trepident ſub dentibus artus:
Quàm nullum, aut leue ſit damnũ mihi lucis adẽptæ?
Hæc, & plura ferox. me luridus occupat horror
Spectantem uultus etiam nunc cæde madentes,
Crudeleſq; manus, & inanem luminis orbem,
Membraq;, & humano concretam ſanguine barbam.
Mors erat ante oculos, minimum tamen ipſa doloris:
Et iam prenſurum, iam nunc mea uiſcera rebar
In ſua merſurum: mentiq; hærebat imago
Temporis illius, quo uidi bina meorum
Ter, quater affligi ſociorum corpora terræ:
* Cùm ſuper ipſe iacens, hirſuti more leonis, *dum*
Viſceraq;, & carnes, cumq; albis oſſa medullis,
Semianimeſq; artus auidam condebat in aluum.
Me tremor inuaſit: ſtabam ſine ſanguine mæſtus,
Mandentemq; uidens, eiectantemq; cruentas
Ore dapes, & fruſtra mero glomerata uomentem.
Talia fingebam miſero mihi fata parari:
Perq; dies latitans multos, omnemq; tremiſcens
Ad ſtrepitum, mortemq; timens, cupidusq; moriri,
Glande famem pellens, & miſta frondibus herba,
Solus, inops, exſpes, letho, pœnæq; relictus.
* Hanc procul aſpexi longo poſt tempore nauem, *Haud*
Orauiq; fugam geſtu, ad littusq; cucurri:
Et moui: Graiumq; ratis Troiana recepit.
Tu quoque pande tuos, comitum gratisſime, caſus,
Et ducis, & turbæ, quæ tecum eſt credita ponto.
Aeolon ille refert Tuſco regnare profundo,
Aeolon Hippotaden cohibentem carcere uentos,
Quos bouis incluſos tergo (memorabile munus)
Dulichium ſumpſiſſe ducem, flatuq; ſecundo
Lucibus iſſe nouem, & terram aſpexiſſe petitam.
Proxima poſt nonam cùm ſeſe Aurora moueret,
Inuidia ſocios, prædæq; cupidine * uictos *captos*
Eſſe ratos aurum, dempſiſſe ligamina uentis,
Cum quibus iſſe retro, per quas modò uenerat undas,
Aeoliiq; ratem portus repetiſſe tyranni.
Inde Lami ueterem Læſtrygonis, inquit, in urbem
Venimus: Antiphates terra regnabat in illa.
Miſſus ad hunc ego ſum numero comitante duorum:
Vixq; fuga quæſita ſalus, comitiq;, mihiq;.
Tertius è nobis Læſtrigonis impia tinxit
Ora cruore ſuo. fugientibus inſtat, & agmen
Concitat Antiphates: coeunt, & ſaxa, trabeſq;
Conijciunt, merguntq; uiros, merguntq; carinas.
Vna tamen, quæ nos, ipſumq; uehebat Vlyſſem,
* Fugit: &, amiſſa ſociorum parte dolentes, *effugit*

RAPH. O SI quis referat } ordo eſt. O quàm nullum ſit, aut leue damnum lucis ademptæ, ſiquis caſus referat mihi Vlyſſem. {Referat} reuehat. {Sęuiat} ſæuitiam, ac crudelitatem exerceat. {Laniem} lacerem. {Inundet} undæ more impleat. {Eliſi artus} contuſa membra. {Trepident} palpitent. {Lucis ademptæ} effoſſi oculi. {Hæc & plura ferox} locutus eſt, iactauit, ſimile'ue uerbum eſt ſubaudiendũ. {Luridus horror} ab effectu, quod luridos & nigros faciat. {Cæde} ſanguine. {Et inanem luminis orbem} circulum oculo uacuum: {Membraq;} uaſta ſubaudiamus. {Concretã} coniunctã. {Minimũ tñ ipſa doloris} afferebat, erat'ue ſubaudiatur. ſe aũt ex morte, q̃ ſibi inſtare uidebatur, minimũ doloris cepiſſe Achæmenides ait, q̄d uidebat Polyphemum oculo priuatum, ſuæ crudelitatis pœnas dediſſe. [Aut potius q̄a timore ſenſus atq; animus illius ita impediti erãt, ut morte minimũ moueretur, dũ cætera q̃ uiderat, q̄q̄ metuebat, ſibi ipſe ob oculos ponebat. quin & mortẽ optare potius, q̃ cætera illa ſuſtineret. quod autem mox ſequitur. {Viſceraq; & carnes, cumq; albis oſſa medullis} apud Homerum his uerbis dicitur,

ἤσθιε δ' ὥστε λέων ὀρεσίτροφος οὐδ' ἀπέλειπεν
Ἔγκατά τε, σάρκας τε. καὶ ὀστέα μυελόεντα]

{Rebar} opinabar, putabã. {Hærebat} affixa erat. {Affligi} allidi. [Quo uidi bina meorum, ter quater affligi, &c. plerìq; poſt ter diſtinguunt, ut ſit ſenſus, quo tp̄e uidi quater affligi terrę ter bina, hoc eſt ſex corpora meorũ. qm̃ is numerus eorũ qui a Cyclope laniati fuerũt, ab Homero tradit. Sed tñ et altero pacto recte legi uidetur poſſe, ut ter quater cõiũcti accipiantur ꝑ multipliciter ſeu multis uicibus, ut apud Virgiliũ. Terq; quaterq; beati, ut ſit ſenſus. qñ uidi ſingulis uidelicet uicibus bina meorũ corpora, terræ multipl'r, ac ſæpius illiſa ab illo deuorari. [Sed hæc leuiora.] {Semianimes} ſemimortuos. {Auidã condebat in aluũ} deuorabat. {Sine ſanguine} pallidus. {Mãdentẽq; ui.} quia uidebam. eſt.n. participium cauſſam ſignificãs, cur mœſtus ac ſine ſanguine ſtaret Achæmenides. {Fruſta} carniũ partes. [Intelligit autẽ id, quod Home. fingit, uino ab Vlyſſe dato Cyclopi, eodẽq; inebriato, poſtea in ſomnũ et uomitũ effuſum illũ, atq; ita iacentẽ ab Vlyſſe & ſociis excęcatũ.] {Glomerata} cõiũcta. {Talia fata} talẽ mortẽ. {Cupidusq; moriri} moriẽdi. eſt enim Græca figura. moriri aũt ſecũdũ quartã declinauit cõiugationẽ, cũ frequẽtius ſecundum tertiam dicatur. {Glande famem pellens} glandibus & herba ueſcens. {Exſpes} extra omnẽ ſpẽ conſtitutus. {Et moui} cõmoui, ꝑſuaſiq; ut me acciperet {Graiũ} Gręcũ, ac ſi dicere ſibi hoſtẽ. {Et turbæ} & comitum. {Quę tecũ eſt credita põto} quæ ſe tecũ mari commiſit. {Aeolon ille refert} Aeolus Iouis ex Aceſta filia Hippotæ Troiani filius regnaſſe dicitur apud inſulas Aeolias, ab ipſo appellatas, qui ex conſurgẽtibus nebulis ita uentos prædicebat futuros, ut eos in ſua poteſtate habuiſſe ſit creditus. ad hunc (ut Homerus ſcribit Odyſſeæ decimo) cum Vlyſſes perueniſſet: quo cõmodius in patriam nauigaret, uentos in utres ligatos ab ipſo accepit. ſed ſocii aurum eſſe putantes, utrem ſoluerunt, unde erumpentes uenti maximam excitarunt tempeſtatem, qua ad Aeolum redire coacti fuerunt. {Thuſco profundo} in Thuſco mari: {Hippotaden} Hippotæ nepotem. [Immo filium ut ex Apollonio & aliis conſtat, ſed de hoc ſupra lib. 11. annotauimus.] {Cohibentem} coercentem, continentem. {Bouis tergo} in utre ex tergore & pelle bouis confecto. {Terram petitam} Ithacam expetitam. {Proxima poſt nonam aurora} decima dies. {empſiſſe ligamina uentis} diſſoluiſſe uentos. {Dulichium} ducẽ Vlyſſem. {Inde Lami ueterem} Lamus antiquisſimus Læſtrigonum rex fuit, qui populi fuerunt feritate famoſi, in ultimo Italiæ angulo habitantes: ad eos cum ueniſſet Vlyſſes, Antiphates regnabat, a quo non nullis & nauibus & ſociis fuit ſpoliatus. Lęſtrigones autem primi poſt Cyclopes Siciliam habitaſſe feruntur. [Eam uidelicet partem, quam poſtea Leontini tenuere, ut in Comment. Odyſſeæ legitur.] {Ad hunc} ad illum. {Tinxit} madefecit. {Læſtrygonis} Antiphatæ. {Concitat} conuocat. {Agmen} Lęſtrygonũ multitudinẽ. {Coeũt} cõueniũt, cõcurrũt.

{Terris

RAPH. TERRIS allabimur illis } ad illas terras nauigauimus. Circæum autē manu oſtendit,quod quidem promontorium eſt Latii, a Circe dictum, in quo urbs erat nomine Circæi. {Procul uidenda}neq; enim tutum eſt accedere propius. {Immanſueti}crudelis. illud uero epitheton parū feritati Cyclopis conuenire uidetur. [Sic apud Gel. lib. 2.c.6.reprehenditur Virg. quod dixiſſet Illaudatum Buſiridē,quaſi id epitethō tenuius ac leuius foret, quā pro Buſiridis crudelitate. ſed ut illud ibidē a Gellio defenditur, ita hoc loco Ouidiū quoq; recte, & aliorū exēplo, immanſuetum Cyclopē dixiſſe, pro & ualde ac prorſus crudeli exiſtimandū eſt.] {Ire negabamus } nolebamus ire. {Circæa ad mœnia } Circæorum urbis eſt periphraſis: Circæum aūt eſt ēt planicies in Cholchis,ut Timeus ait a Circe denominata. quod autē hic dixit Ouid. {Biſq; nouem ſocios Circæa ad mœn. miſi} id apud Homerum hoc modo legitur.

Noſq; alludentes

Solenni

Ἐκ δ' ἔθορε κλῆρος μεγαλήτορος Εὐρυλόχοιο
βῆ δ' ἰέναι ἅμα τῷ γε δύω καὶ εἴκοσ' ἑταῖροι, &c.

nec numerus fallit, pręter quā in uno. Homerus .n. uiginti duos cum Eurylocho ad Circē abiiſſe. Ouidius aūt 18. cū Macareo, Polyte, Eurylocho, & Elpenore,qui ſimul numerati & ipſi uiginti duo ſunt, uno uidelicet pauciores,q̄ quot Hom.habet.] {Simul } poſtq̄. {Thecti} domus.ꝑ ſynecdochen. {Mille lupi}multi.finitus.n.numerus ꝓ infinito eſt poſit᷑. {Leæq;}& leęnę.{Sed nulla} ferarū ſubaudiatur. idcirco autē nulla earum timenda uidebatur, quia nōdum humanitatē depoſuerāt,eoq; hominibus adulabātur.{Comitant}archaiſmos:comitātur.n.nunc dicimus. {Marmore tecta } marmoreis tegmētis incruſtata.{Aurato amictu}aurato pallio.{Gramina} herbas.{Secernunt} diſcernūt. {Variaſq; coloribus her.} uariorū colorum herbas. {Opus exigit}perficit, cōplet.{Quis uſus}quę utilitas. {Quo in folio} in qua herba,ſynecdochicos a parte nanq; totū intelligimus. {Penſas}ponderatas.neq; enim pharmaca niſi pōderentur recte componi poſſunt.{Diffudit uult.} exhilarauit.{Et reddit omnia uotis}hoc eſt,omnia pro uotis reſpondit. { Hordea toſti grani}hypallage eſt. gratia.n.hordei toſti intelligimus.{Cū lacte coagula paſſo} periphraſis eſt caſei.{Sacra dextra}execrabili.{Arenti ore} ſicco,per qđ intelligimus ipſos fuiſſe bibēdi auidos.{Horreſcere} horridus fieri.{Nec iā poſſe queri}& cœpi nō poſſe queri & lamentari. iam.n.in porcum fuerat cōuerſus. {Occalleſcere}in callum cōmutari. {Pando roſtro } recuruo. {Colla tumere toris}extātibus carnibus tumida fieri.{Illa ueſtigia feci} brachia in crura anteriora fuiſſe cōmutata ait. {Cumq; eadem paſsis }cum ſociis meis, qui eadē erant paſſi in ſtabulo claudor.{Tantū medicamina poſſunt} parētheſis eſt acclamationem cōtinens in Circes medicamēta.{Maneret}eſſet. {Ab illo certior } factus ſubaudiat. {Pacifer Cyllenius} Mercurius qui ad pacē mittitur queadmodū Iris ad diſcordiā. [Vel ēt propter caduceum,qui Mercurio attribuitur,qui pacis ſignum, & pręconii qui pacis & induciarū cauſſa mittūtur,geſtamē eſt.] {Moly uocant ſuperi}quod ſubaudiatur, qđ ſuperi uocāt Moly.de hac uero herba ex ſnīa Hom. ſic Plin. ſcribit lib.24.cap.4.Laudatiſſima herbarum eſt Homero,quā uocari a diis putat Moly. inuentionem eius Mercurio aſsignat,cōtraq; ſumma beneficia demonſtrat, naſci eam hodie circa Phenæus,& in Cyllene Arcadiæ tradūt, ſpecie illa Homerica radice rotunda, nigraq; magnitudine cœpę: follio ſcyllæ, effodi aūt difficulter. Græci auctores florē eius luteum pinxere, cum Hom. cādidum ſcripſerit.Inueni ē pitis herbarū medicis,qui & in Italia naſci eā dicerent, afferiq; mihi ē Campania aliquot diebus effoſſam inter difficultates ſaxeas, radicis 30. pedes longæ ac ne ſiquidē ſolidæ ſed abruptæ. atq; hoc quidem Plin.Homer aūt uerſus ſunt ex Odyſ. x

ὣς ἄρα φωνήσας πόρε φάρμακον ἀργεϊφόντης
Ἐκ γαίης ἐρύσας, καί μοι φύσιν αὐτοῦ ἔδειξε·
ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος·
Μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί, χαλεπὸν δέ τ' ὀρύσσειν
Ἀνδράσι γε θνητοῖσι, θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται.]

{Tha-

Multaq; conqueſti terris allabimur illis,
Quas ꝓcul hinc cernis,ꝓcul hinc (mihi crede) uidē- (da eſt,
Inſula uiſa mihi. tuq;, ò iuſtiſsime Troum,
Nate dea, ( neque enim, finito Marte, uocandus
Hoſtis es Aenea ) moneo, fuge littora Circes.
Nos quoque Circæo religata in littore pinu
Antiphatæ memores, immanſuetiq; Cyclopis
Ire negabamus, * uel tecta ignota ſubire.
Sorte ſumus lecti : ſors me, fidumq; Politen,
Eurylocumq; ſimul, nimijq; Elpenora uini,
Biſq; nouem ſocios Circæa ad mœnia miſit.
Quæ ſimul attigimus, ſtetimuſq; in limine tecti,
Mille lupi, miſtiq; lupis, urſiq;, leæq;,
Occurſu fecere metum : ſed nulla timenda,
Nullaq; erat noſtro factura in corpore uulnus.
Quin etiam blandas mouere per aera caudas,
*Noſtraq; adulantes comitant ueſtigia; donec
Excipiunt famulæ, perq; atria marmore tecta
Ad dominam ducunt. pulchro ſedet illa receſſu
+Sublimi ſolio, pallamq; induta nitentem.
Inſuper aurato circum uelatur amictu.
Nereides, Nymphæq; ſimul, quæ uellera motis
Nulla trahunt digitis, nec fila ſequentia ducunt,
Gramina diſponunt, ſparſoſq; ſine ordine flores
Secernunt calathis, uariaſq; coloribus herbas.
Ipſa, quod hæ faciunt opus, exigit: ipſa quis uſus
Quoue ſit in folio, quæ ſit concordia miſtis,
Nouit, & aduertens penſas examinat herbas.
Hæc ubi nos uidit, dicta, acceptaq; ſalute,
Diffudit uultus, & reddidit omnia uotis.
Nec mora, miſceri toſti iubet hordea grani,
Mellaq;, uimq; meri, & cum lacte coagula paſſo:
Quiq; ſub hac lateant furtim dulcedine, ſuccos
Adiicit. accipimus ſacra data pocula dextra.
Quæ ſimul arenti ſitientes hauſimus ore,
Et tetigit uirga ſummos dea dira capillos,
(Et pudet, & referam ) ſetis horreſcere cœpi,
Nec iam poſſe queri, pro uerbis edere raucum
Murmur, & in terram toto procumbere uultu:
Oſq; meum ſenſi pando occalleſcere roſtro,
Colla tumere toris: & qua modò pocula parte
Sumpta mihi fuerant, illa ueſtigia feci:
Cumq; eadem paſsis ( tantùm medicamina poſſunt )
Claudor in antra, Suis ſolum caruiſſe figura
Vidimus Eurylocum: ſolus data pocula fugit:
Quæ niſi uitaſſet, pecoris pars una maneret,
Nunc quoque ſetigeri: nec tantæ cladis ab illo
Certior, ad Circem ultor ueniſſet Vlyſſes.
Pacifer huic dederat florem Cyllenius album:
Moly uocant ſuperi: nigra radice tenetur.
Tutus eo, monitiſq; ſimul cæleſtibus intrat
Ille * domus Circes: & ad inſidioſa uocatus
Pocula, conantem uirga mulcere capillos
Reppulit, & ſtricto pauidam deterruit enſe.

domum

RAPH. THALAMO} in thalamum. {Coniugii dotem} coitus præmium. {Sociorum corpora} ut reſtituat ſociorum corpora priſtinæ figuræ. {Percutimur caput} poetica eſt ſynecdoche. nam in proſa caput nobis percutitur diceremus. {Magis hòc} tãto magis. {Illum flentẽ} Vlyſſem ſubaudiamus. {Quã nos teſtãtia gratos} ante omnia gratias Vlyſsi egiſſe ait. {Hoc quoque cum multis} Picis iuuenis in auem ſui nominis portentoſam Metamorphoſin narrat Achæmemidi Macareus. nam Picus Saturni filius rex fuit Latii, qui cũ iam Canentem ex Venilia Iani filiam duxiſſet uxorem, a Circe forte in uenatione uiſus, ſtatimq́; amatus, cum ei morem gerere nollet, in auem ſui nominis fuit mutatus. {Paratis} inſtructis. {Ad talia ſacra} magica. {Cum duce meo} cum Vlyſſe. {Illa} famula. {Signum} ſtatuam. {Inſigne} ornatum. {Accipe} audi. {Adiice} adhibe. {Proles Saturnia} filius Saturni. {Forma uiro} tali erat pulchritudine quali & ſtatua ipſius. {Licet ipſe decorem} tantum fuiſſe decoris in uiuẽte Pico, quantum eſt in ipſius imagine ait. {Nec adhuc ſpectaſſe tot annos} ſignificat Picum tunc, cum mutatus fuit, nondum ad uiginti annos perueniſſe. eſt autem ordo: Nec poteras edere ipſum quater quinquennẽ ſpectaſſe tot Graia pugna: hoc eſt, in palæſtra, quam iccirco Graiam pugnam uocat, ꝙ a Græcis fuit inſtituta. Innuit autem eũ uiſum fuiſſe iuniorem, q̃ erat quòd uero quidam Graiam palæſtram pro bello Troiano putant accipiendam, mihi non probatur. {Quas Albula} Tybris qui a colore aquæ prius Albula dicebatur. {Quaſq; Numici} Numicus fluuius eſt Laurentis agri, in quem Æneã cecidiſſe ferunt. {Quas Anienis aquæ} Anio fluuius eſt Latii haud longe ab urbe in Tyberim defluens. {Almo} fluuius haud lõge ab urbe Roma diſtans, qui in Tyberim

Picus in auẽ ſui nõis.

Inde fides, dextræq́; datæ, thalamoq́; receptus,
Coniugij dotem ſociorum corpora poſcit:
Spargimur ignotæ ſuccis melioribus herbæ,
*Percutimurq́; caput conuerſæ uerbere uirgæ,
Vebaq́; dicuntur dictis contraria uerbis.
Quò magis illa canit, magis hòc tellure leuati
Erigimur: ſetæq́; cadunt, bifidoſq́; relinquit
Rima pedes: redeunt humeri, & ſubiuncta lacertis
Brachia ſunt. flentem flentes complectimur illum,
Hæremusq́; ducis collo: nec uerba locuti
Vlla priora ſumus, quàm nos teſtantia gratos.
Annua nos illic tenuit mora: multaq́; præſens
Tempore tam longo uidi, multa auribus hauſi,
Hoc quoque cum multis, quod clàm mihi rettulit una
Quattuor è famulis ad talia ſacra paratis.
Cum duce nanque meo Circe dum ſola moratur,
Illa mihi niueo factum de marmore ſignum
Oſtendit iuuenile, gerens in uertice picum,
Aede ſacra poſitum, multiſq́; inſigne coronis.
Quis foret, & quare ſacra coleretur in æde,
Cur hanc ferret auem, quærenti, & ſcire uolenti,
Accipe, ait, Macareu, dominæq́; potentia quæ ſit,
Hinc quoque diſce meæ: tu dictis adiice mentem.

ARG. Picus Saturni filius, Latii rex, cum Canentem Iani ex uenilia filiam duxiſſet uxorem, a Circe uenatione uiſus, ſtatim ab ea amatus eſt. cui cum morem gerere nollet, ab ea in auem ſui nominis mutatus eſt.




Picus in Auſoniis, proles Saturnia, terris
Rex fuit, utilium bello ſtudioſus equorum.
Forma uiro, quam cernis, erat: licet ipſe decorem
Aſpicias, fictaq́; probes ab imagine ueram.
Par animus formæ: nec adhuc ſpectaſſe tot annos
Quinquennem poterat Graiam quater edere pugnã.
Ille ſuos Dryadas Latiis in montibus ortas
Verterat in uultus: illum fontana petebant
Numina Naiades, quas Albula, quaſq́; Numici,
Quas Anienis aquæ, curſuq́; breuiſsimus Almo,
Nar'ue tulit præceps, & opacæ Farfarus undæ,
Quæq́; colunt Scythicæ ſtagnum nemorale Dianæ,
Finitimoſq́; lacus. ſpretis tamen omnibus unam
Ille colit nympham, quam quondam in colle Palati
Dicitur ancipiti peperiſſe Venilia Iano.
Hæc ubi nubilibus primùm maturuit annis,
Præpoſito cunctis Laurenti tradita Pico eſt,

non longe è fonte ingreditur. unde etiam a poeta breuiſsima curſu eſſe dicitur. in Almone autem ſingulis quibusq́; annis 6. Calen. Aprilis (ut refert Macro. Cybeles ſimulacrum lauari conſuetum erat. {Nar ue tulit p̃ceps} Nar fluuiis eſt Vmbriæ in Tyberim labens. {Et opacæ Farfarus undæ} Farfarus fluuius eſt Sabinorum. {Scithicæ Dianæ} quæ ab Oreſte una cum Iphigenia ex Taurica regione Ariciã uſque allata fuit. [Vel etiã cui Scythico, ſeu Taurico ritu, hoc eſt, humano ſanguine aliquando ſacrificatum fuit, donec Romani crudelitatem iſtam auerſati, ſacrificandi morẽ hunc aboleuerunt, ut & Seruius annotat in ſecundum Æneid. ad quod alludens Virg. in 7. dixit,

Pinguis ubi & placabilis ara Dianæ.

Quaſi iam mitioris & ſanguine humano non amplius gaudentis.] {Stagnum nemorale} inter nemora poſitum. nam (ut Strabo ſcribit) Artemiſio, id eſt, Dianæ & luco & templo lacus adiacet, inſtar pelagi fluctuans, qui undiq; ſyluis circundatur. {Venilia} uxor fuit Iani antiquiſsimi Italiæ Regis. {Ancipiti Iano} bicipti atque bifronti.

{Rara

Rara quidem facie, ſed rarior arte canendi:
Vnde Canens dicta eſt: ſyluas, & ſaxa mouere,
Et mulcere feras, & flumina longa morari
Ore ſuo, uolucreſq; uagas retinere ſolebat.
Quæ dum fœminea modulatur carmina uoce,
Exierat tecto Laurentes Picus in agros,
Indigenas fixurus apros, tergumq; premebat
Acris equi, leuaq; haſtilia bina gerebat,
Phœniceam fuluo chlamydem comprenſus ab auro.
Venerat in ſyluas & filia Solis eaſdem,
Vtq; nouas legeret fecundis collibus herbas,
Nomine dicta ſuo Circæa reliquerat arua.
Quæ ſimulac iuuenem uirgultis abdita uidit,
Obſtupuit: cecidere manu, quas legerat herbas:
Flammaq; per totas uiſa eſt errare medullas.
Vt primùm ualido mentem collegit ab æſtu,
Quid cuperet, faſſura fuit: ne poſſet adire
Curſus equi fecit, circumfuſuſq; ſatelles.
Non tamen effugies, uento rapiare licebit,
Si modò me noui, ſi non euanuit omnis
Herbarum uirtus, nec me mea carmina fallunt.
Dixit: & effigiem nullo cum corpore falſi
Finxit apri, præterq; oculos tranſcurrere regis
Iuſsit, & in denſum trabibus nemus ire uideri,
Plurima quà ſylua eſt, & equo loca peruia non ſunt,
Haud mora, continuò prædæ petit inſcius umbram
Picus, equiq; celer ſpumantia terga reliquit:
Spem ſequens uanam, ſylua pedes errat in alta.
Concipit illa preces, & uerba precantia dixit,
Ignotoſq; deos ignoto carmine adorat,
Quo ſolet & niueæ uultum confundere Lunæ,
Et patrio capiti bibulas ſubtexere nubes.
Tunc quoque cantato denſatur carmine cælum,
Et nebulas exhalat humus: cæciſq; uagantur
Limitibus comites, & ab eſt cuſtodia regis.
Nacta locum, tempuſq;, Per ò tua lumina, dixit,
Quæ mea cœperunt, perq; hanc, pulcherrime, formã,
Quæ facit, ut ſupplex tibi ſim dea, conſule noſtris
Ignibus, & ſocerum, qui prauidet omnia, Solem
Aſpice, *Accipe, nec durus Titanida deſpice Circen.
Dixerat: ille ferox ipſamq;, preceſq; repellit:
Et, quæcunque es, ait, non ſum tuus: altera captum
Me tenet, & teneat per longum, comprecor, æuum:
Nec Venere externa ſocialia fœdera lædam,
Dum mihi Ianigenam ſeruabunt fata Canentem.
Sæpe retentatis precibus Titania fruſtra,
Non impunè feres, neque, ait, reddêre Canenti:
Læſaq; quid faciat, quid amans, quid fœmina, diſces
Rebus, ait: ſed amans, & læſa, & fœmina Circe eſt.
Tum bis ad occaſum, bis ſe conuertit ad ortum:
Ter iuuenem baculo tetigit, tria carmina dixit.
Ille fugit: ſed ſe ſolito uelocius ipſe
Currere miratus, pennas in corpore uidit:
Seq; nouam ſubitò Latis accedere ſyluis
Indignatus auem, duro fera robora roſtro
Figit, & iratus longis dat uulnera ramis.
Purpureum, chlamydis pennæ traxere colorem:
Fibula quod fuerat, ueſtemq; momorderat aurum,
Pluma fit, & fuluo ceruix præcingitur auro,
Nec quidquam antiquum Pico, niſi nomina reſtant

RAPN. RARA quidem facie} præſtans facie. omne enim rarum præclarum eſt. {Vnde Canens dicta eſt} nam Canens nomine proprio uocabatur, propter excellentem canendi peritiam. {Morari} remorari, ſiſtere. {Ore ſuo} cantu ſuo. {Exierat tecto} domo egreſſus erat. {In agros Laurenteis} in agros Laurentum, Laurẽtes enim populi fuerunt Latii, a Laurento urbe. {Fixurus} confecturus, percuſſurus. {Acris equi} ferocis. {Phœniceam} purpuream. {Ab auro} ab aureo cingulo comprehẽſam, & cinctam chlamydem habens. {Et filia Solis} etiam Circe Solis filia. {Circæa arua} Circæum montem a Circe denominatum, in quo Circæi oppidum fuit, ut paulo ante diximus. {Abdita} abſcõdita. {Obſtupuit} emphaſis pulchra. hinc enim facile colligitur, quanta foret Pici pulchritudo, qua ſtatim Circe ita capta eſt, ut obſtupuerit. {Valido ab æſtu} a uehementi amore. {Circumfuſuſq; ſatelles} circumpoſiti miniſtri, eſt enim ſynecdoche. {Licebit} pro licet: quãuis. {Si modo me noui} meam potentiam. {Euanuit} uana facta eſt. {Præter} iuxta. {Trabibus} arboribus ex quibus trabes fiũt. {Inſcius} prædam non cognoſcens eſſe falſam. {Vmbras prædæ} imaginem apri ſimulati & uiſi. {Spem uanam} umbram corpore carentem. {Errat} uagatur. {Concipit illa preces} uota, quibus a diis id quod cupiebat, impetraret. {Ignoto carmine} obſcuris & non intellectis uerbis. {Confundere} obſcurare. {Patrio capiti} Soli. {Denſatur cœlum} in nubem cogitur aer, ut inquit, Virg. {Cæcis} ignotis. {Et abeſt cuſtodia regis} comites regis abſunt. {Tibi} qui es mortalis. {Conſule} ſuccurre, medere. {Durus} crudelis. {Et quæcunque es ait} cum quodam contemptu hæc ait Picus, ac ſi diceret: etiam ſi eſſes filia Iouis, nedum Solis. {Ianigenam} Iano genitam. {Retentatis} iteratis. {Non impune feres} non abibis ſine pœna. {Neque reddere Canenti} neque redibis ad canentẽ. {Diſces rebus ait} re ipſa, inquit cognoſces. {Circe eſt} hæc cum maxima indignatione dicuntur, perinde ac ſi diceret, Circe læſa eſt, quæ omnium incantamentorum & ueneficiorum eſt peritiſsima. {Solito uelocius} citius quam ſolebat. iam enim in auem fuerat conuerſus. {Accedere} adiungi. {Duro fera robora roſtro} hypallage eſt, dura nanque robora fero percuti roſtro intelligimus. {Figit} percutit. {Fibula quod fuerat} fibula aurea. {Momorderat} depilauerat. nam fibulæ ueſtes mordere uidentur, cum eas pilis priuent. ſignificat autem Pici aureum baltheum in torquem fuluum, quo collum Pici auis cingitur, fuiſſe conuerſum. {Nec quicquam antiquum Pico, niſi nomina, reſtat} Picus Martius iccirco hæc auis cognominatur, ꝙ Marti ſit conſecratus, a Pico autem Picenum deducitur, Italiæ regio, quæ uulgo nunc Marchia Anconitata uocatur, ꝙ Sabini cum Aſculum conderent, in eorum uexillo Picus conſedit. {Interea comites} Pici comites cum uim Circæ afferre pararent, in uarias feras conuerſi fuere.

{Tenuæ

Interea comites clamato ſæpe per agros
Nequidquam Pico, nullaq; in parte reperto,
Inueniunt Circen ( nam iam tenuauerat auras,
Paſſaq; erat nebulas uentis, ac Sole reſolui )
Criminibusq; premunt ueris, regemq; repoſcunt,
Vimq; ferunt, ſæuisq; parant inceſſere telis.
Illa nocens ſpargit uirus, ſuccosq; ueneni,
Et noctem, noctisq; deos, * Ereboq;, Chaoq;
Conuocat, & longis Hecatem ululatibus orat.
Exiliere loco ( dictu mirabile ) ſyluæ,
Ingemuitq; ſolum, uicinaq; palluit arbor,
Sparſaq; ſanguineis * rubuerunt pabula guttis:
Et lapides niſi mugitus edere raucos,
Et latrare canes, & humus ſerpentibus atris
Squallere, & tenues animæ uolitare uidentur.
Attonitum monſtris uulgus pauet. illa * pauentum
Ora uenenata tetigit mirantia uirga:
Cuius ab attactu uariarum monſtra ferarum
In iuuenes ueniunt: nulli ſua manſit imago.

ARG. Vxor quoq; Pici canens ſecundum Tyberim deflens, deſiderio uiri amiſsi extabuit: ita tamen ut locus memoriam nominis præberet poſteris, Canens enim nominatus eſt.

* PReſſerat occiduus Tarteſia littora Phœbus,
Et fruſtra coniux oculis, animoq; Canentis
Expectatus erat. famuli, populusq; per omnes
Diſcurrunt ſyluasq;: atque obuia lumina portant.
Nec ſatis eſt nymphæ flere, & lacerare capillos,
Et dare plangorem: facit hæc tamen omnia, ſeq;
Proripit, ac latos errat ueſana per agros.
Sex illam noctes, totidem redeuntia Solis
Lumina uiderunt inopem, ſomniq;, cibiq;
Per iuga, per ualles, quà ſors ducebat, euntem.
Vltimus aſpexit feſſam, luctuq;, uiaq;
Tybris, & in gelida ponentem corpora ripa.
Illic cum lacrymis ipſos modulata dolores.
Verba ſono tenui mærens fundebat: ut olim
Carmina iam moriens canit exequialia Cycnus,
Luctibus extremum tenues liquefacta medullas
Tabuit, inq; leues paulatim euanuit auras.
Fama tamen ſignata loco eſt: quem ritè Canentem
Nomine de nymphæ ueteres dixere coloni.
Talia multa mihi longum narrata per annum,
Viſaq; ſunt. Reſides, & deſuetudine tardi
Rurſus inire fretum, rurſus dare uela iubemur:
Ancipitesq; uias, & iter Titania uaſtum
Dixerat, & ſæui reſtare pericula ponti.
Pertimui, fateor, nactusq; hoc littus, adhæſi.

ARG. Refert Macareus Æneam aduerſus Rutulos pro Latino dimicātes, ab Euandro auxilium petiſſe, & quemadmodum Turnus Venulò legato a Diomede item auxilium poſtulaſſet, qui ſub Dauno Iapygiæ rege domicilium poſuiſſet, qui id ſe facturum negaſſet. eo quod pro Ænea Venus ſtaret, quam in bello Troiano a ſe uulneratam. Refert quoque ut Diomedis comites Veneris contemptu cupientes in illud proficiſci bellum, a dea in aues mutati ſunt, quæ de nomine ducis Diomedeę ſunt appellatæ. eorum nomina hæc ſunt Aginon, Lycus, Idas, Rhetenor, Nycteus. Quæ uolucres albi coloris cygnis ſimiles ſunt.

FInierat Macareus: urnaq; Aeneïa nutrix
Cōdita marmoreo tumulo, breue carmen habe-
Hîc me Caietam notæ pietatis alumnus (bat.
Ereptam Argolico, quo debuit igne, cremauit,
Soluitur herboſo religatus ab aggere funis,

RAPH. TENVAVERAT} tenues ac ſubtiles reddiderat. eſt autem parentheſis, qua narratio uerisſimilis efficitur. {Criminibus ueris} uera criminatiōe. {Vimq; ferunt} uiolentiam Circę afferrre uolunt. {Inceſſere} inuadere. {NOctis deos Hecatem, Plutonē, & reliquos inferos deos. nam nox apud inferos ſemper eſſe putatur. {Ereboq;, Chaoq;} hoc eſt, ab Erebo uſque & Chao incipiens Circe, ſiue ab inferis deos noctis inuocat. eſt enim Erebus obſcuriſſimus inferni locus, unde ortam eſſe noctem Varro ſcribit. Chaus autē, quod Chaos in primo appellauit poeta, fuit quædam rerum omnium confuſio, ex qua dii quoque nati eſſe feruntur. ad illud autem Ouid. alludere uidetur, quod Pronapides poeta Græcus ſcriptum reliquit, Chaum Demogorgonis primi deorum omnium uxorem fuiſſe, ex qua Erebum, Terramq; ſuſcepit, unde Nox, miſeria, Egeſtas, Fames, Tartarus, Clotho, Lacheſis, Atrops, Pluton, multaq; alia nata eſſe finguntur. [Ceterumq;. neque illud prætereundum hoc loco, quoſdam legere Erebon'que Chaonq;, ut ſint accuſatiui, non ablatiui, referanturq; uelut ſpecies, ad præcedēs genus, noctis deos. neq; repugnat declinatio. nam ueteres Latini, ea nomina, quæ græcè primo contractorum ordine flectuntur, ut ſunt Chaos Melos &c. ſecūdo Latinorum declinarunt. ſic Plautus Captiuis, dixit, Horæum, Scombrum, & Trigona, & Cetum & mollem Caſeum. & Virg. 4. Georg. Aq; Chao denſos diuū numerabat amores.] {Edere} emittere. {Tenues animæ} ſine corpore. {Vulgus} comites Pici. {Mirantia} ſtupētia. {Mōſtra} monſtroſæ figuræ. {In iuuenes ueniunt} nā illi in uarias feras fuerunt conuerſi. {Preſſerat occiduus} Canens uxor Pici cum uirum nuſquam inueniret, ita ſe lacrymis tradidit, ut paulatim iuxta Tyberim in auras fuerit reſoluta. locus autem ille Canens a Canentis nymphæ nomine fuit appellatus. {Tarteſia litora} occidentalia, nam Tarteſſus urbs eſt ulterioris Hiſpaniæ. {Lumina} funalia, faces. {Seq; proripit} è domo. {Et dare plangorem & edere eiulatum. {Veſana} inſana, ac furens. {Inopem} expertē, carentem. {Carmina exequialia} exequiis conuenientia. Cygnus autem morti uicinus ſuauiſsime canere memoratur. {Tabuit paulatim abſumpta eſt. {Euanuit} reſoluta eſt. {Rite} merito. & recte ob memoriam illius nymphæ, quæ mariti deſiderio illic uitam cum morte commutarat. {Perlongum annum} quo apud Circen fuimus. {Reſides} deſides, pigri, facti autē ſubaudiatur. {Inire} intrare. {Dare uela} nauigare. {Seui ponti} furentis, in tempeſtatem concitati maris. {Æneia nutrix} Caieta Æneæ nutrix, quæ mortua ac ſepulta & portui, & urbi nomen dedit. {Breue carmen} epitaphiū dicit. {Alumnus} Æneas a me alitus atque educatus. {Argolico igne} quo a Græcis Ilium fuit intenſum. {Funis religatus} quo naues religatæ tenentur. huiuſmodi autem funis ora uocatur a Quintil. Tametſi quidam lora putent eſſe legendum, non aram.

Canens in aurā, locoq; nomen dedit.

Pici comites in feras.

*Erebonq; Chaonq;*

*maduerūt*

*elientium*

*Sparſera*

{Inta-

Et procul inſidias, infamatæq; relinquunt
Tecta deæ, lucoſq; petunt, ubi nubilus umbra
conuulſa In mare* cum fulua prorumpit Tibrys arena:
Faunigenæq; domo potitur, nataq; Latini,
Non ſine Marte tamen, bellum cum gente feroci
Suſcipitur: pactaq; furit pro coniuge Turnus:
Concurrit Latio Tyrrhenia tota, diuq;
Ardua ſollicitis uictoria quæritur armis.
Auget uterque ſuas externo robore uires:
Et multi Rutulos, multi Troiana tuentur
Caſtra, neque Aeneas Euandri ad mœnia fruſtra.
At Venulus fruſtra profugi Diomedis ad urbem
Venerat. ille quidem ſub Iapyge maxima Dauno
Mœnia condiderat, dotaliaq; arua tenebat.
Sed Venulus Turni poſtquam mandata peregit,
Auxiliumq; petit: uires Aetolius heros
Excuſat, nec ſe, aut ſoceri committere pugnæ
Velle ſui populus, aut quos è gente ſuorum
Armet, habere ullos ne'ue hæc commenta putetis,
(Admonitu quanquàm luctus renouentur amari)
Perpetiar memorare tamen. Poſtq̃ alta cremata eſt
Ilion, *Ilios, & Danaas pauerunt Pergama flammas,
Naryciuſq; heros a uirgine, uirgine rapta,
diſiecit Quam meruit pœnam ſolus,* digeſsit in omnes:
Spargimur, & uentis inimica per æquora rapti
Fulmina, noctem, imbres, iram cæliq;, mariſq;
Perpetimur Danai, cumulumq; Capharea cladis.
Ne'ue morer referens triſtes ex ordine caſus,
Græcia tum potuit Priamo quoque flenda uideri.
Me tamen armiferæ ſeruatum cura Mineruæ
Fluctibus eripuit. patriis ſed rurſus ab agris
Pellor, & antiquo memores de uulnere pœnas,
Exigit alma Venus: tantoſq; per alta labores
Aequora ſuſtinui, tantos terreſtribus armis,
Vt mihi felices ſint illi ſæpe uocati,
Quos communis hyems, importunuſq; Caphareus
Merſit aquis, uellemq; horum pars una fuiſſe.
Vltima iam paſsi comites, belloq;, fretoq;,
Deficiunt, finemq; rogant erroris. at Agmon Agmon in auem.
Feruidus ingenio, tum uerò & cladibus aſper,
Quid ſupereſt, quod iam patientia * noſtra recuſet
Ferre uiri? dixit. quid habet Cytherea, quod ultrà,
(Velle puta) faciat? nam dum peiora timentur,
Eſt locus in uoto: ſors autem ubi peſsima rerum eſt,
Sub pedibus timor eſt, ſecuraq; ſumma malorum
Audiat ipſa, licet, & quod facit, oderit omnes
Sub Diomede uiros, odium tamen illius omnes
Spernimus, & magno ſtat magna potentia nobis.
Talibus iratam Venerem Pleuronius Agmon
ueteremq; Inſtimulat uerbis, * ueterumq; reſuſcitat iram.
Dicta placent paucis. numeri maioris amici
Agmona corripimus. cui reſpondere uolenti
Vox pariter, uociſq; uia eſt tenuata, comæq;
In plumas abeunt, plumis quoque colla teguntur, de hiſce auibus uide Plin.li.10. cap.44.
Pectoraq;, & tergum: maiores brachia pennas
ornatur Accipiunt, cubitiq; leues* ſinuantur in alas.

RAPH. INFAMATÆ deæ}infamia laborantis Circes.{Prorūpit}cū impetu ingreditur. {Faunigeneæq; d.}Latini Fauni filii. hæc aūt iccirco narrat poeta, ut ſociorum Diomedis in aues cygni ſimiles Metamorphoſin cum ſuperiore aptius connectat. {Cum gen.fer.}Rutulorum, ut ex carmine quoq; Virgiliano eſt notum. {Concurrit Latio Tyrrhēia tota}Thuſciæ populi cōtra Latinos bellū pro Troianis ſuſcipiunt. {Externo rob.}externis militibus.{Neq; Æn.Euandri ad mœ.fruſt.} nam Euāder in Troianorū auxiliū & Pallantem filium miſit, & ut a Thuſcis imploraret auxiliū hortatus eſt, ut Virg.quoq; canit.{At Venul.fru.} Venulus a Turno ad Diomedē, qui in Apulia urbē ę dificauerat, miſſus orator, nihil auxili ab eo impetrauit, qđ diceret cum alia quædam, tū Troiāos nimiū diis eſſe gratos & charos.{Profugi Diom.} procul a patria ob uxoris turpitudinē fugati. nā Diomedes a bello Troiano in patriā reuerſus Ægialem uxorē cōperit Cyllero. Stheneli filio adhæſiſſe, a qua cū receptus non foret, aufugiens peruenit in Apuliam, ubi a Dauno cum parte regni filia accepta, urbem noīe Argyripā ædificauit. {Sub Iapy. Dauno} Daunus rex fuit Apuliæ, a quo Daunia fuit appellata. Iapyx aūt a Iapygia declinatur. q eadē eſt cum Apulia, ab Iapyge Dedali filio cognominata. Sanè Iapyx urbis quoq; nomē eſt, quæ nunc Barium dicitur. eſt ēt Iapyx uentus Apuliæ peculiaris.{Ætolius her.} Diomedes Tydei Ætolię regis filius. {Excuſat} in excuſationē adducit.{Cōmen.}ficta.{Perpetiar} ſuſtinebo. {Memorare} narrare. {Ilios}urbs Troia quę & Iliō dicitur.{Nariciuſq; he.}Aiax Oilei filius, qui fuit Naricius. Narix enim quæ & Nariciū & Narice dicitur, urbs fuit Locridis, unde Naricius declinatur. Aiax aūt Oilei filius Caſſandrā Priami cum in templo Palladis ſtupraſſet, non in ſe ſolum, ſed in omnes Græcos iram numinis cōcitauit. nā in patriam nauigantes & ipſe fulmine percuſſus, orta maxima tēpeſtate, & alii per maria fuere diſiecti.{A uirgine Pallade, quæ perpetuā ſeruauit uirginitatem.{Virgine rapta} Caſſandra ſtuprata. {Dii geſsit} diſipauit dimiſit. {Spargimur} diſsipamur, diſpergimur. {Cumulumq; Capharea cladis} Caphareus promontorium eſt Eubœæ in Helleſpontum ſpectans, ad cuius radices ira Mineruæ ac fraude Nauplii Palamedis patriis Græcorum claſſis maximum fecit naufragium. [Nauplius enim cum cędem Palamedis filiis inſidiis ac fraude Vlyſſis interfecti, ulciſci uellet, ea nocte, qua Græciā Troia redeuntes, circa Caphareum, tempeſtate periclitabantur, conſcenſo ſcopulo, & face accenſa, ad cuius lucem Græci, tanquā in portum nauigarent, naues illorum in ſaxa & radices mōtis impingere, atq; ita perire fecit.] {Priamo quoq; flen.uideri} nimia eſt calamitas, quæ hoſtibus quoq; flenda uidetur. {Antiquo de uulnere} nam in bello Troiano Diomedes cum Ænea congreſſus, cum ſibi eum auxilio Veneris eripi uideret, in ipſam deam ſagittas coniecit quare dea irata, a Diomede uxoris animum ſic abalienauit, ut illum ab excidio Troiano reuerſum in ædes accipere noluerit. {Memores pœnas} quas in memoria habebat. {Importunus Caphareus, ſine portu, pernicioſus. {Deficiunt} me derelinquere uolunt. {At Agmon Feruidus} Agmō cum Venerem contemneret, in auem cygno ſimilē unà cum quibuſdam è ſociis fuit commutatus. {Feruidus ingenio} feroci ingenio præditus. {Et aſper} etiam indignatus. {Recuſet ferre}nolit pati.{Eſt locus in uoto} uotis & precibus locus relinquitur. tūc enim homines ad preces confugiunt, cum peiora timent. {Sors autem ubi peſsima rerum eſt}ubi peſſimus eſt rerū ſtatuus. {Sub pedibus timor eſt}nihil timetur. {Secura} ſine timore. {Sub Diomede} exiſtens ſubaudiamus. {Spernimus} contēnimus. {Magna potētia} Veneris. {Stat ma.} conſtat nā patriā propter ipsā amiſimus. {Pleuronius Agmon} Pleuron urbs eſt Ætoliæ, unde Pleuronius deriuatur. {Reſuſcitat} iterum excitat. {Numeri maioris amici} plures amici. {Tenuata} tenuis & exigua facta.

{Mi

Magna pedis digitos pars occupat, oraq; cornu
Indurata rigent, finemq; in acumine ponunt.
Hunc Lycus, hunc *Idas, & cum Rethenore Nyctеus,
Hunc miratur Abas: & dum mirantur, eandem
Accipiunt faciem, numerusq; ex agmine maior
Subuolat, & remos plauſis circumuolat alis.
Si uolucrum quæ ſit dubiarum forma requiris:
Vt non cycnorum: ſic albis proxima cycnis.

ARG. Lauiniæ regionis locum arboribus obumbratum, Pan Mercurii filius tenuit, quem poſtea nymphæ coluerunt: has paſtor Appulus cum procacibus maledictis terruiſſet, ne amplius linguam in propatulo haberet, numine earum in arborem oleaſtrum extabuit, cuius fructus ſuo amore linhuæ paſtoris aſperitatem refert.

VIx equidem has ſedes, & Iapygis arida Dauni
Arua gener teneo minima cum parte meorũ.
Hactenus Oenides. Venulus Calydonia regna,
*Peuceriosq; ſinus, Meſſapiaq; arua relinquit.
In quibus antra uidet, quæ multa nubila ſylua,
Et leuibus guttis manantia ſemicaper Pan
Nunc tenet: at quodam tenuerunt tempore nymphæ,
Apulus has illa paſtor regione fugatas
Terruit, & primò ſubita formidine mouit.
Mox ubi mens rediit, & contempſere ſequentem,
Ad numerum motis pedibus duxere choreas.
Improbat has paſtor, ſaltuq; imitatus agreſti
Addidit obſcenis conuicia ruſtica dicti:
Nec prius obticuit, quàm guttura condidit arbor,
Arbor enim eſt: ſuccoq; licet cognoſcere mores.
Quippe notam linguæ baccis oleaſter amaris
Exhibet: aſperitas uerborum ceſsit in illas.

ARG. Turnus aduerſus Æneam pro Lauinia ſponſa dimicans, cum immittere ignem claſsibus conaretur, mater deorum, quia ex Ida monte Phrygiæ ſibi ſacrato eſſent factæ, impetrauit precibus ab Ioue, ut in nympharum ſpeciẽ conuerſæ, dearũ marinarum numero augere poſſent.

HInc ubi legati rediere, negata ferentes
Arma Aetola ſibi, Rutuli ſine uiribus illis
Bella infauſta gerunt: multumq; ab utraque cruoris
Parte datur. fert ecce auidas in pinea Turnus
Tecta faces: ignesq; timent, quibus unda pepercit.
Iamq; picem, & ceras, alimentaq; cetera flammæ
Mulciber urebat, perq; altum ad carbaſa malum
Ibat, & incuruæ fumabant tranſtra carinæ:
Cùm memor has pinus Idæo uertice cæſas,
Sancta deûm genitrix tinnitibus æthera pulſi
Aeris, & inflati compleuit murmure buxi:
Perq; leues domitis inuecta leonibus auras,
Irrita ſacrilega iactas incendia dextra,
Turne, ait: eripiam, nec, me patiente, cremabit
Ignis edax nemorum partes, & membra meorum.
Intonuit dicente dea: tonitrumq; ſecuti
Cum ſaliente graues ceciderunt grandine nimbi:
Aëraq;, & tumidum ſubitis concurſibus equor:
Aſtræi turbant, & eunt in prœlia fratres.
E quibus alma parens unius uiribus uſa,
Stuppea præruptit Phrigiæ retinacula puppis:
Fertq; rates pronas, medioq; ſub æquore mergit.
Robore mollito, lignoq; in corpora uerſo,
In capitum facies puppes mutantur aduncæ:
In digitos abeunt, & crura natantia remi:
Quodq; ſinus fuerat: latus eſt: mediisq; carina
Subdita nauiigiis ſpinæ mutatur in uſum,
Lina comæ molles, antennæ brachia fiunt.

RAPH. MAGNA pedis digitos pars occupat} hypallage eſt. magnã enim pedis partem a digitis fuiſſe occupatam intelligimus. {Cornu} roſtro. {Finemq; in acumine ponunt} acutum habent roſtrum. {Ex agmine} multitudine comitum. huiuſmodi autem aues Diomedeæ a nomine ducis fuerunt appellatæ. {Plauſis alis} cum quondam ſtrepitu motis. {Dubiarũ uolucrum} auium de quibus dubitatur, an Cygni ſint, an aliæ a Cygnis. {Proxima} ſimillima, nam Diomedeæ ſunt ſimiles oloribus. {Hactenus Oenides} Diomedes Oenei nepos. {Venulus Calydonia regna} Diomedis Calydoni, nam Calydon urbs eſt Ætoliæ. {Puteolosq; ſinus} Puteoli urbs eſt Apuliæ a multitudine puteorũ dicta. legitur etiam, Peucetios. {Meſſapia arua} Apulia a Meſſapo duce cognominata. legititur etiam, Melapia. {In quibus antra uides} paſtoris cuiuſdam Apuli in oleaſtrum metamorphoſin poeta exponit. {Nubila} obſcura. eſt enim hoc loco appoſitum. {Manantia} ſtillantia. {Semicaper Pan} Pan deus eſt paſtorum, qui a parte poſteriori capro ſimilis pingebatur. {Mouit} commouit ad fugiẽdum. {Ad numerum} ad rhythmum & geſtus rationem. {Duxere choreas} tripudiarunt. {Improbat} uituperat. {Condidit} abſcõdidit. {Succo} ex ſucco, qui eſt amarus & aſper. {Notam} ſignum. {Oleaſter} oliua eſt ſylueſtris. {Ceſsit} tranſiuit. {Rutuli} populi fuerunt, quibus imperauit Turnus. hæc autem narrantur, ut commodius nauium Æneæ tranſmutationem in nymphas inſerere poſsit poeta. nam cum Turnus Rutulorum rex ignem immiſiſſet in claſſem Troianorum, mater deum eas naues, quia in Ida monte ſibi dicato fabricatæ fuerant, comburi non eſt paſſa. uerum in nymphas eas marynas commutauit. {In pinea tecta} peripraſis eſt nauium, quæ ex pineis tabulis conficiuntur. {Mulciber} Vulcanus, ignis. {Inflati buxi} tibiæ quæ ex buxo cõficitur. {Domitis leonibus} currus enim Cybeles, ut in ſuperioribus ſcripſimus, a leonibus trahitur. {Irrita} uana. {Sacrilega} dextra, hypallage eſt. ipſe enim ſacrilegus intelligitur. {Aſtrei turbant} Aſtræi uenti Auroræ & Aſtræi gigantis filii. ſic enim & Heſiodus in theogonia.

Ἀστραίῳ δ᾽ ἠὼς ἀνέμους τέκε καρτεροθύμους
Ἀργέστην, ζέφυρον, βορέην λαιψηροκέλευθον,
Καὶ νότον, ἐν φιλότητι θεῷ θεὰ εὐνηθεῖσα.]

{Stuppea retinacula} periphraſis eſt orarum, id eſt funium, quibus naues adterram religantur. {Robore mollito} duricie molli facta. {In corpora uerſo} in carnes. {Carina ſubdita} lignum ſuppoſitum. nam carina proprie lignũ eſt illud, quo fundum nauis in duas diſtingui partes uidetur. {Lina} funes ex lino confecti.

Aupalus in Oleaſtrum.

Socii Diomedis in aues.

{Cærulu

(RAPH.) CÆRVLVS color}niger.{Duriſq; in montibus ortæ. Molle fretũ} antitheton elegans, quo maxime ſenſus adornatur, Durum nanq; opponitur molli. {Nec eas ſua tangit origo} hoc eſt, nihil mouentur cupiditate ſuæ originis uidendæ. nihil curant redire in montes, ubi ſunt ortæ. (Nauis in ſaxum.) {Nariciæ ratis}ſic quidem legitur, ut intelligatur nauis Aiacis Oilei, qui fuit Naricius. mihi uero magis Neritiæ uidetur legendum, ut de Vlyſsis naufragio ſentire poetam intelligamus. (duriſq;) Neritus enim mons eſt Ithacæ, patriæ Vlyſsis, unde Neritius declinatur. {Puppes Alcinoi} Alcinous Vlyſſem, quē naufragũ hoſpitio ſuſceperat, inſtructa naue in Itacam uehendũ curauit, ſed nauis ipſa in ſcopulum, qui eſt (Ardea ciuitas in auem.) poſt Phalacriũ Corcyræ promontorium, ſimili ſpecie träſfigurata fuiſſe a Neptuno in 13. Odyſ. ab Hō. narratur. {Animata claſſe} tranſmutata claſſe in nymphas animam habentes. {Quod deorum eſt inſtar} ad ſimilitudinem. nã animi ut dii ſunt immortales. hæc autem a poeta narrantur, ut aptius Ardeæ urbis in auem Metamorpho. ſubiũgat. nam Ardea patria fuit Turni, quã Victores Troiani cũ incéderent, forte auis ex incendio nunquã antea uiſa, euolauit, quæ a nomine urbis Ardea fuit appellata. [Fabulã hãc & Maphæus tractat in libro, quē Virgilianis ſup addidit, ſed ille (illa) ultro ac ſpōte ſua incēſam Ardeam ſentire uidetur. ita enim habet uerſus:

Nanq; ex diuerſa caderent dum parte Latini:
Et calido Turnos fœdaret ſanguine terram,
Vrbem ingens flamma, & muros inuaſerat altos:
Fumabatq; rutis miſeri patris Ardea tectis &c.

fuerunt autem qui incendium hoc ad Hannibalis tempora referrent, eo adducti uidelicet, q poeta dixit. {Quam poſtquã Barbarus enſis abſtulit} quaſi Barbarus enſis non ſatis commode aut recte de (ſemel,) Troiano diceretur. deinde etiam Sereni cuiuſdam auctoritate nitentes, cuius uerba in hunc modũ citãt, illud nanq; Ouid. Metamorphoſeos fabuloſum eſt, incenſam ab Hannibale Ardeam, & in hanc auē conuerſam. quaſi non potuerit pro Ænea, Hannibalis nomē perperam irrepere, aut a librariis falſo ſubſtitui. neq; enim hic Ouidius, quæ tempore belli Punici, ſed quæ temporibus Æneæ accidiſſent, deſcribere uoluit. quod ſi quid difficultatis adeo habeat hic locus, malim pro Quã, Quē legere, ut de Turno inteliigeretur, eo ſcilicet enſe Barbaro, hoc eſt, Troiano interempto, deinde & Ardea incendio conſumpta, ex fauillis ac cinere huius Ardeam auem prognatam. ſed hoc puto durius, itaq; ueterem interpretationem retineamus. {Soceri} Latini regis. {Viciſſe} uictoriam, uerbum pro nomine poſitum eſt. ſic Perſius: Scire tuũ nihil eſt. {Deponendiq; pudore} bella ſubaudiamus. utrunq; enim pudebat deponere bellũ. {Turnusq; cadit} ab Ænea interfectus. {Barbarus enſis} Troianus. {Abſtulit} ſuſtulit, deleuit. {Patuerunt} diſſoluta fuerunt. {Congerie e media} e medio rogo. {Præpes} auis. nam præpetes aues maiores dicuntur, quæ uolatu ſuo dant auguriũ. {Plauſis alis}concuſsis. {Et ſonius} & uox tenuis & exilis, eſt autem polyſindeton. {Deplangitur} percutitur. {Suis pennis} ſuis alis. {Iamq; deos omnes} Æneas cum ad ultimũ ætatis ſuæ tempus ueniſſet, precibus omniũ deorum conſenſu in deũ, quē Latini Indigetem appellarũt, fuit träſmutatus. {Ipſamq; Iunonē} quæ ſemper ei fuerat aduerſata. {Coercuit} coegit. {Creſcentis Iuli} Iulus Æneæ fuit filius, qui patri in regno Latino ſuccefsit. {Calloq; parentis Circũfuſa ſui}hoc eſt collum Iouis patris ſui complexa. {Quamuis paruum} quantumuius paruũ. {Inamabile regnũ}inferorũ regnum. {Immotos tenuit} ſignificat Iunonem (Ardea ciuitas in auem.) quoque annuiſſe Ioui, ut Æneas in deorum numerũ admitteret, qui.n.annuũt, caput mouet. {Tũ pa.}Iupiter. {Is} Æneas. {Grates agit}gratias agit, in ſoluta dicimus orōne. {Iunctis co.}currus Veneris a colũbis trahi fingitur. {Numicius un.} Numicius fluuius eſt Latii, qui & Numicus dicitur, in quem cũ cecidiſſet Æneas, neque inuentus eſſet, creditus eſt in deũ Indigetē fuiſſe cōmutatus. {Serpit} lēte labitur. {Quæ

Cærulus, ut fuerat, color eſt: quaſq; antè timebant,
Illas uirgineis exercent luſibus undas.
Naiades æquoreæ: * ſummiſq; in montibus ortæ
Molle fretum celebrant: nec eas ſua tangit origo.
Non tamen oblitæ quàm multa pericula ſæpe
Pertulerint pelago, iactatis ſæpe carinis
ſuppoſuere manus, niſi ſi qua uehebat Achiuos.

A R G. Naues Æneæ in ſpeciem nympharum uerſas deorum uoluntate docet, ex recordatione odiſſe Græcos, ideoq; hilares, uidiſſe fluctuantia fragmina nauis Vlyſsis, qui naufragium fecerat, item Alcinoi nauem, qua Vlyſſes in Itacham uehebatur, in ſaxum transfiguratam.

CLadis adhuc Phrygiæ memores, odere Pelaſgos.
Neritiæq; ratis uiderunt fragmina lætis
Vultibus, & lætis uidere rigeſcere puppem
Vultibus Alcinoi, ſaxumq; in⁎creſcere ligno.

A R G. Turno ab Ænea interempto, Ardea urbs regnum Turni incendio ad cinerem redacta: ex qua uolucris emerſa eſt, quæ patrio eius nomine uocaretur a poſteris ardea.

Spes erat, in nymphas animata claſſe marinas
Poſſe metu monſtri, Rutulum deſiſtere bello:
Perſtat: habetq; deos pars utraq;: quodq; deorũ eſt
Inſtar, habent animos. nec iam dotalia regna,
Nec ſceptrum ſoceri, nec te, Lauinia uirgo,
Sed uiciſſe petunt: deponendiq; pudore
Bella gerunt. tandemq; Venus uictricia nati
Arma uidet, Turnusq; cadit: cadit Ardea, Turno
Soſpite dicta potens. quam poſtquam barbarus enſis
Abſtulit, & trepida patuerunt tecta fauilla,
Congerie, è media, tum primùm cognita præpes
Subuolat, & cineres plauſis euerberat alis,
Et ſonus, & macies, & pallor, & omnia, captam
Quæ deceant urbem, nomen quoque manſit in * ipſa
Vrbis: & ipſa ſuis deplangitur Ardea pennis.

A R G. Venus ut animaduertit filium Æneam laboribus exhauſtis ad finem ueniſſe æui, petit ab Ioue patre, ut promiſsis fidem faceret. cuius ille præcibus auditis, efficit in agro Laurenti flumine Numicio mortalitatem ablueret interq; indigetes deos transferretur, ita ut a poſteris ſicut ceteris diis ſacra ei adminiſtrarentur.

IAmq; deos omnes, ipſamq; Aeneia uirtus
Iunonem ueteres finire coegerat iras:
Cùm bene fundatis opibus creſcentis Iuli,
Tempeſtiuus erat cælo Cythereius heros.
Ambieratq; Venus ſuperos: colloq; parentis
Circumfuſa ſui, Nunquam mihi, dixerat, ullo
Tempore, dure pater, nunc ſis mitiſsimus, opto:
Aeneæq; meo, qui te de ſanguine noſtro
Fecit auum, quamuis paruum, des optime numen
Dummodo des aliquod. ſatis eſt inamabile regnum
Aſpexiſſe * ſimul, Stygios ſemel ipſe per amnes,
Aſſenſere dei: nec coniux regia uultus
Immotos tenuit, placatoq; annuit ore.
Tum pater, Eſt is, ait, cæleſti numine dignus:
Quæq; petis, pro quoq; petis, cape, nata, quod optas.
Fatus erat. gaudet, grateſq; agit illa parenti:
Perq; leues auras iunctis inuecta columbis
Littus adit Laurens, ubi tectus arundine ſerpit
In freta flumineis uicina Numicius undis.

Hunc iubet Aeneæ quæcunque obnoxia morti
Abluere, & tacito deferre ſub æquora curſu.
Corniger exequitur Veneris mandata: ſuisq́;
Quidquid in Aenea fuerat mortale, repurgat,
Et* reſperſit aquis: pars optima reſtitit illi. reſpergit
Luſtratum genitrx diuino corpus odore
Vnxit, & Ambroſia cum dulci nectare miſta
Contigit os, fecitq́; deum: quem turba Quirini
Nuncupat indigitem, temploq́;, arisq́; recepit,

ARG. Tyberinus Albanorum rex, Thuſco amni, qui tunc dicebatur Albula, merſus interiit, ac nomen fluuio reliquit, item Auentinus, a quo mons dictus, urbis Albæ accepit imperium, ſub hoc, Pomona, Hamadryadum nympharum hortorum cultrix, feliciumq́ arborum; unde nomē a pomis obtinet, hanc cum Vertumnus diligeret, ſolitus in uarias figuras mutari & ea refugiente concubitum ſolicitudine aſsidua uereretur, nouiſsime in anū conuerſus eſt, eiq́ multa retulit, quibus fœminæ flecti ſolerent, ut ſibi iungeretur. ipſa autem perſeuerante in propoſito, nouiſsime refert quoq; fuiſſe in Cypro Anaxereten uirginem, quæ propter ſuperbiā punita fuiſſet a Venere: uerſusq́ in ſuam formam concubuit cum ea.

INde ſub Aſcanii ditione binominis Alba,
Resq́; Latina fuit. ſucceſsit Syluius illi:
Quo ſatus antiquo tenuit repetita Latinus
Nomina cum ſceptro. clarus ſubit* Alba Latino ecce
Epitus ex illo: poſt hunc Capetusq́;, Capysq́;,
Sed Capyx antè fuit. regnum Tiberinus ab illis
Cæpit: & in Tuſci demerſus fluminis undis,
Nomina fecit aquæ. de quo Remulusq́;, feroxq́;
Acrota ſunt geniti. Remulus maturior annis
Fulmineo periit imitator fulminis ictu.
Fratre ſuo ſceptrum moderatior Acrota forti
Tradit Auentino, qui, quo regnarat, eodem
Monte iacet poſitus, tribuitq́; uocabula monti.
Iamq́; Palatinæ ſummam Proca gentis habebat.
Rege ſub hoc Pomona fuit: qua nulla Latinas
Inter Hamadryadas coluit ſolertius hortos,
Nec fuit arborei ſtudioſior altera fœtus:
Vnde tenet nomen. non ſyluas illa, nec amnes:
Rus amat, & ramos felicia poma ferentes.
Nec iaculo grauis eſt, ſed adunca dextera falce:
Qua modò luxuriem premit, & ſpatiantia paſsim

RAPH. QVÆCVNQVE ob. mor.} q̄cunq; morti ſubiecta. {Corniger} fluuius. omnes.n.fluuii cū cornibus pingebātur. {Reſtitit illi} remāſit illi Aeneæ: aīa nanq; immortalis æternitati fuit cōſecrata. {Luſtratū} purgatū. {Ambroſia} immortalitas interpretatur, herba aūt eſſe fingitur, qua dii ueſcuntur. {Cū dul. ne.} ut ambroſia pro deorū cibo ponitur, ita nectar p̄ eorūdē ſuauiſsima accipitur potione. {Cōtigit} tetigit. {Turba Qu.} popul' Rom. {Nūc. ind.} dii indigetes, quos Græci heroas uocant, ex mortali & deo nati putabātur. unī Aeneā Latini deū indigetē appellarūt, unī indigetare antiqui dicebāt, p̄ eo qd' eſt inuocare. Macr. nanq; uirgines Veſtales ita indigetant. Apollo medice. Apollo Pæan. {Nūcupat} nūcupauit, appellauit. {Inde ſub Aſc. bin.} Aſcanius, q̄ & Iulus fuit appellatus, Aeneæ in regno ſucceſsit, cui Syluius, ſic dictus, qd̄ in ſyluis ſit natus, cui Latinus, cui Epitus, cui Capys, cui Capetus, cui Tyberinus, q̄ in Albula ſubmerſus, nomen fluuio dedit, cui Remulus, cui Acrota, cui Auentinus, q̄ colli nomē dedit, ibi ſepultus, cui Palatinus, ſub quo rege Pomona hortorum dea Vertūno deo, q̄ ſe in uarias uertebat figuras, omnib' aliis ſpretis, tādē nupſit. uarias aūt Vertūni Metamorphoſeis poeta ſcribit. {Sub ditione} ſub imperio. {Aſcanii bi.} duo nomina habentis. nam & Aſcanius & Iulus prima lanugine, quę ἴουλος Græce dr̄, fuit cognominatus. aut Alba binominis. quod Alba logna fuit. eſt .n. ambiguū. [Sed prior tn̄ expoſitio, melior.] {Alba, resq́; Latina fuit} Alba urbē, quę ab ſitu lōga fuit denominata, ab Aſcanio Aeneæ filio fuiſſe ædificatam, & ab Alba ſue illic triginta porcellos enixa, nominatam etiā pueri ſciunt. duæ ſanæ fuerunt Albæ. altera ad Faucinum lacū unde Albenſes declinantur, altera Romæ uicina, unde Albani. {Res Latina} imperium Latinū. {Succeſsit Syluius illi} hic poſthumus fuit Aeneæ ex Lauinia natus. Syluius autem uocatus, quod in ſyluis cum matre a paſtore quodam Tyrrheno educatus eſſet. auctor Dionyſius lib. 1. Ceterum inter Syluium hunc, & Latinum, qui mox ſequitur, Dionyſius recenſet Aeneam Syluiū, cuius & Virg. meminit lib. 6. Et qui te nomine reddet. Syluius Aeneas, pariter pietate uel armis Egregius. {Latinus} Siluii Aeneæ filius; ſecundum Dionyſium, Poſthumi nepos. poſt Latinum autem alii recenſent Albam, poſt Albam Dionyſius Capetum, quē alii quidam Atym. Ouid. aūt hic Epythū uocat, & Euſebius.] {Ab illis} poſt illos. {Thuſci fluminis} periphraſis eſt Albulæ, qui poſtea Tyberis a Tyberino rege in illo ſubmerſo fuit appellatus. [De quo Remulusq;, feroxq;, Acrota} Poſt Tyberinum Dionyſium, & item alii quidam Agrippā Syluium numerant, Tyberini filium, qui annos regnauerit tres & triginta. poſt Agrippam autem Remulum huius filium, quem tamen Dionyſius Alladium uocat, cuius hæc uerba ſunt: Poſt Agrippam Alladius undeuiginti annos, res quædam tyrannica, & cum diis inimicitias gerens. nā ab eo deſpiciente apparatæ ſunt fulgurum imitationes, & fragores tonitruis ſimiles, quibus terreri homines tanquā eſſet deus, poſtulabat. ceterum imbribus & fulminibus in eius domum cadentibus atq; lacu, iuxta quem habitabat, inſolito modo inundante, cum tota domo abſorptus eſt.] {Maturior annis} maior natu. {Mitator fulminis} cum enim uellet uideri fulmina iaculari, a Ioue fulmine uero percuſſus eſt. {Sceptrum} imperium. {Poſitus ſepultus. {Tribuitq́; uocabula monti} Auentinus enim unus ex collibus Romæ urbis ab Auentino rege illic ſepulto, fuit cognominatus, quā quam Varro alias quoque huius nominis origines tradat. {Summæ gentis} præſtantiſsimæ. [Fallitur hoc loco regius, qui ſummæ gentis, pro ſummam gentis, legit, Palatinumq́; pro Proca inter reges accipit: ita enim hic uerſus in ipſius editione habetur. iamq́; Palatinus ſummæ loca gentis habebat. cum uerior lectio ſit, Iamq́; Palatinæ ſummam Proca gentis habebat. ut ſumma gentis accipiatur, pro imperio, & ſumma parte gentis Palatinæ, hoc eſt, quæ circa Palatium & ea loca. ubi poſtea Roma cōdita fuit, tum habitabat. neque enim alibi legitur, Albanorum regum aliquem Palatinum dictum, aut eundē Auentino ſucceſsiſſe. ſed Dionyſius & ipſe etiam Ouidius infra in Faſtis poſt Auentinum, Procum numerant patrem Amulii & Numitoris.] {Pomona} dea fuit pomorum, unde etiam fuit Pomona uocata. {Latinas inter Hamadryades nym.} Hamadryades nanq; dicuntur nymphæ, quæ unà cum arboribus exoriuntur & occidunt. unde ēt nomē ſumpſerunt. ἅμα nanq; ſimul, δρῦς δρυὸς dicitur quercus. {Solertius} diligentius. {Vnde teno.} Pomana.n. a pomis nomen eſt conſecuta. poma uero dicuntur omnes fructus, quicunq; ex arboribus nati eſui ſint apti, ſiue molli, ſiue duriore cortice tecti, quamuis Macr. atq; Ser. poma a nucibus diſtinguentes, ſcribant nuces generaliter uocari, quæ duriore cortice tegantur. poma uero quæ molliore. Sed pomum generale nomē eſt omniū fructuum, quicunq; ex arboribus naſcuntur, cū ex aliorū ſcriptorū, tū ex Ouidii uerbis aperte colligi poteſt. {Nō ſyluas illa} Pomona, inquit, nō amat ſyluas ut uenetur, non amnes ut piſcatū eat. {Felicia poma} dulcia, non amara, & aſpera. {Nec iaculo grauis eſt, nec dextra Pomonæ, inquit, iaculum geſtat, ſed falcem, qua luxuriantes ramos recidat. {Luxuriem} luxuriantes ramos; {Premit} recedit.

{Bra-

RAPH. BRACHIA} ramos. {Cōpeſcit} cohibet. {Lignū} ſurculum alterius arboris. {Alieno alum.} ſurculo ex alia arbore in aliā translato. {Fibras} tenuiores, ſubtilioresq; radices. {Vim agreſtum} uiolentiā ruſticorum. {Pomaria} pomaria loca arboribus frugiferis cōſita dicuntur, atq; pomorū repoſitoria. *Syluanusq;* {Satyri} dii ſunt ſylueſtres magnopere ſaltu gaudentes. {Panes} dii ſunt paſtorum cornuti. {Sylenusq; ſuis} Silenus Bacchi fuit nutricius, uoluptati maxime deditus. Satyri autem ſenes (ut ſcribit Pauſanias) Sileni uocantur. {Quiq; deus} periphraſis eſt Priapi. {Hos quoque Vertumnus} Vertumnus deus eſt bene uertendarū rerum, hoc eſt uendendarum atq; emendarū, a uertendo dictus, quod ſe in uarias uerteret formas, ut ipſe de ſe apud Propertiū narrat, opportuna mea eſt cunctis natura figuris. In quæcūq; uoles uerte, decorus ero. *peritior* inde Vertumnalia dicta ſunt, quæ menſe Octobri in honorem Vertumni celebrabantur, ut auctor eſt Varro. Vertumnus autem Romæ in uico Thuſario ſacellū habuit, ut Pędianus, Porphyrioq; ſcribunt. {Neq; erat felicior illis} nam eum quoq; Pomona aſpernabatur. {Duri meſſori} aſperi, ac laborum patientis. meſſor autem eſt, qui frumenta metit ac ſecat. {Defectū gramen} periphraſis eſt fœni, per qđ ſignificat Vertumnum fœniſecæ figurā aliquādo ſuſcepiſſe. *aut* uarias autē Vertumni Metamorphoſeis poeta deſcribit. {Sæpe manu ſtimulos} ſæpenumero, inquit, in bubulcū Vertumnus commutabatur, ut Pomona potiri poſſet. {Frondator erat} frondator dicitur frondium putator. {Induerat ſcalas} ſumpſerat, ſi autem coniunctio ſubaudiatur. {Lecturum} collecturum. {Redimitus tempora} circundata habens tempora. {Tantoq; peritior inquit} quanto cultiores habes hortos ſubintelligamus. {Intemerate} inuiolate. {Qualia nunquam} facete hæc a poeta

Brachia compeſcit: fiſſa modò cortice, lignum
Inſerit, & ſuccos alieno præſtat alumno.
Nec ſentire ſitim patitur, bibulæq; recuruas
Radicis fibras labentibus irrigat undis.
Hic amor, hoc ſtudiū, Veneris quoq; nulla cupido eſt.
Vim tamen agreſtum metuens, pomaria claudit
Intus, & acceſſus prohibet, refugitq; uiriles.
Quid non & Satyri, ſaltatibus apta iuuentus,
Fecere? & pinu præcincti cornua Panes?
*Silenusq; ſuis ſemper iuuenilior annis?
Quiq; deus fures uel falce, uel inguine terret,
Vt potirentur ea? ſed enim ſuperabat amando
Hos quoque Vertumnus: neque erat felicior illis.
O`quoties habitu duri meſſoris ariſtas
Corbe tulit, uériq; fuit meſſoris imago.
Tempora ſæpe gerens, fœno religata recenti,
Defectum poterat gramen uerſare uideri.
Sæpe manu ſtimulos rigida portabat, ut illum
Iuraſſes feſſos modò diſiunxiſſe iuuencos.
Falce data frondator erat, uitisq; putator.
Induerat ſcalas, lecturum poma putares.
Miles erat gladio, piſcator arundine ſumpta.
Denique per multas aditum ſibi ſæpe figuras
Repperit, ut caperet ſpectatæ gaudia formæ.
Ille etiam picta redimitus tempora mitra,
Innitens baculo, poſitis per tempora canis
Aſsimulauit anum, cultosq; intrauit in hortos.
Pomaq; mirata eſt, Tantoq; * potentior, inquit,
Omnibus es nymphis, quas continet Albula ripis,
Salue uirginei flos intemerate pudoris.
Paucaq; laudata dedit oſcula, qualia nunquam
Vera dediſſet anus: glebaq; incurua reſedit,
Suſpiciens pandos autumni pondere ramos.
Vlmus erat contrà ſpecioſa nitentibus uuis:
Quam ſocia poſtquam pariter cum uite probauit,
At ſi ſtaret, ait, cælebs ſine palmite truncus,
Nil præter frondes, quare peteretur, haberet.
Hæc quoq;, quæ iuncta eſt uitis requieſcit in ulmo,
Si non iuncta foret, terræ acclinata iaceret.
Tu tamen exemplo non tangeris arboris huius:
Concubitusq; fugis, nec te coniungere curas.
Atque utinam uelles. Helene non pluribus eſſet
Sollicitata procis, nec quæ Lapitheïa mouit
Prœlia, nec coniux timidi, *ac audacis Vlyſſei.
Nunc quoque cùm fugias, auerſeriſq; petentes,
Mille uiri cupiunt, & ſemideiq;, deiq;,
Et quæcunque tenent Albanos numina montes.
Sed tu, ſi ſapies, ſi te bene iungere, anumq;
Hanc audire uoles, quæ te plus omnibus illis,
Plus, quàm credis, amo, uulgares reiice tædas,
Vertumnumq; tori ſocium tibi delige: pro quo
Me quoq; pignus habe. neq; enim ſibi notior ille eſt,
Quàm mihi. nec toto paſsim uagus errat in orbe:
Hæc loca magna colit: nec uti pars magna procorum
Quam modò uidit, amat: tu primus, & ultimus illi
Ardor eris, ſoliq; ſuos tibi deuouet annos.
Adde, quòd eſt iuuenis, quòd naturale decoris
Munus habet: formaſq; aptè fingetur in omnes,
Et quod erit iuſſus, (iubeas licet omnia) fiet.
Quid, quòd amatis idē? q̃ q quæ tibi poma colūtur,

inferūtur, laſciuioraq;, ait, fuiſſe Vertumni oſcula, q̃ quæ a uera uetula unquam dari potuiſſent. {Pandos} curuos. {Autumni pondere} hoc eſt pomis. {Contra} e regione. {Probauit} commendauit, approbauit. {Atſi ſtaret ait cœlebs} his ſimilitudinibus uult perſuadere Pomonæ Vertumnus, ut nubat, cum præſertim a multis petatur. {Cælebs} ſine coniuge. Vites enim ſic ulmos amplectuntur, ut uxores uiros. Cælibes enim dicuntur qui ſine coniuge uiuunt, quaſi cæleſtē uitam agentes. {Sine palmite} ſine uite. nam palmites uitium rami dicuntur uuas ferentes. {Peteretur} expeteretur. {Non tangeris} non moueris. {Helene nō pluribus eſſet} Helenæ pulchritudo notior eſt, quàm ut loco ſit commemoranda. {Sollicitata} uexata. {Nec quæ Lapitheia mouit} Hippodamiā dicit, cuius pulchritudine bellū fuit excitatum inter Lapithas & Cētauros, ut in 12. copioſe narratur. Lapithæ autem populi fuerunt Theſſaliæ, a Lapitho Periphantis filio cognominati. {Nec cōiux timidi aut audacis Vlyſſei} timidi in pugna, audacis inſtruendis inſidiis. Penelope uero Vlyſsis uxor formoſiſsima fuiſſe ſcribitur, & a quāplurimis ꝓcis amata. {Auerſeris} aſperneris. {Hanc anum} ſeipſum oſtendit cum quadam ſenili grauitate Vertumnus. {Vulgares tædas} nuptias per ſynecdochen. a parte nanque totum intelligimus. quinque faces nanq; ex tæda arbore confectæ nouæ nuptæ præferebant. {Procorum} amatorum, quibus nihil eſt inconſtantius. proci autem a prouocando, hoc eſt a petendo dicti, qui mulieres in matrimonium petunt. unde & procaces, a nimium petendo meretrices dicuntur. {Deuouet} dedicat, deſtinat. ſanè deuouere hoc loco in bonā accipitur partē, alibi in malam. Virgilius. Pręcipue infelix peſti deuota futuræ. {Decoris} pulchritudinis. {Fingetur} formabitur, transfigurabitur.

V Primus

Primus habet, lætaq; tenet tua munera dextra.
Sed neque iam fœtus deſiderat arbore demptos,
Nec quas hortus alit cum ſuccis mitibus herbas,
Nec quidquam, niſi te miſerere ardentis: & ipſum
Quod petit, ore meo præſentem crede precari,
Vltoresq; deos, & pectora dura peroſam
Idaliam, memoremq; time Rhamnuſidis iram.
Quoq; magis caueas (etenim mihi multa uetuſtas
Scire dedit,) referam tota notiſsima Cypro
Facta, quibus flecti facilè, & miteſcere poſsis.

A R G. In inſula Cypro Anaxarete fuit eſt progenie Teucri Salaminii,q̃ forma ceteras gentes eiuſdē ciuitatis ſupergreſſa eſt. ſed ut pulchritudo eminens fuit, ita propter aſpernationem uirorum abominãda omnibus. quam cũ Iphis eiuſdem ciuitatis amore diligeret, neq; aditum ad eam haberet, dolens ꝙ in tam grauem ſortem incidiſſet, ne diutius deleret: ad extremum noctu clam ante fores puellæ ſuſpendio eius amore ſe liberauit. cui cum funus pro dignitate fortunæ per publicum maxima frequentia duceretur, & patientiſsime ex ſuperiori parte domus proſpiceret, ob nimiam crudelitatem, animiq; duritiã in ueſtigio ſuo a Venere ſaxo durata eſt: ita ut apud Salaminios ſpecies eius proſpicientis Veneri: nomen acceperit. dehinc Vertumnus rediens in ſuam ſpeciem pomona potitus eſt.




Viderat a ueteris generoſam ſanguine Teucri
Iphis Anaxareten humili de ſtirpe creatus:
Viderat, & totis perceperat oſsibus ignes:
Luctatusq; diu, poſtquam ratione furorem
Vincere non potuit, ſupplex ad limina uenit:
Et modò nutrici miſerum confeſſus amorem,
Ne ſibi dura foret, per ſpes orauit alumnæ:
Et modò de multis alicui blanditus amicis,
Sollicita petiit perpenſum uoce fauorem.
Sæpe ferenda dedit blandis ſua uerba tabellis.
Interdum madidas lacrymarum rore coronas
Poſtibus intendit, poſuitq; in limine duro
Molle latus, triſtiſq; feræ conuitia fecit.
Sæuior illa freto ſurgente, cadentibus Auſtris,
Durior, & ferro, quod Noricus excoquit ignis,
Et ſaxo, quod adhuc uiuum radice tenetur,
Spernit, & irridet, factiſq; immitibus addit
Verba ſuperba ferox, & ſpe quoq; fraudat amantem.
Non tulit impatiens longi tormenta doloris
Iphis, & ante fores hæc uerba nouiſsima dixit.
Vincis Anaxarete: neque erunt tibi tædia tandem
Vlla ferenda mei: lætos mollire triumphos,
Et Pæana uoca, nitidaq; incingere lauro.
Vincis, enim, moriorq; libens. age, ferrea, gaude.
Certè aliquid laudare mei cogêris, eritq;
Quo tibi ſim gratus, meritumq; fatebere noſtrum.
Non tamen antè tui curam exceſsiſſe memento,

RAPH. PRIMVS habet} primitiæ enim frugũ Vertumno dicabantur: ut ipſe apud Propertium commemorans cauſas cur Vertũnus dicatur, ait. Seu q̃ uertentis fructum percipimus anni, Vertumni rurſus credidit eſſe ſacrum. Primum mihi uariat liuentibus uua racemis, Et coma lactenti ſpicea fruge tumet. hic dulces ceraſos, hic autumnalia pruna Cernis, & æſtiuo mora rubere die. inſitor hic ſoluit pomoſa uota corona. cum prius inuito ſtipite mala tulit. {Cum ſuccis mitibus} dulcibus, ſua uibus. {Miſerere ardentis} ardenter te amantis. {Idaliam} Venerem ab Idalio Cypri nemore dictam. {Rhamnuſidis irã} Rhãnuſis, quæ & Rhamnuſia dicitur, pro Nemeſi ponitur, quæ dea ulciſcitur ſuperbos, a Rhamnunte Atticæ uico, ubi maxime colebatur, denominata. cuius quidem in capitolio ſacellum eſt, quamuis nomine careat Romano, ut Plin. ſcrib. [lib. 9. cap. 45. & rurſum lib. 28. cap. 2. de ſimulacro autem eiuſdem deæ ab agotacrito Rhamnunti conſecrato, idem Plinius lib. 36. cap. 5.] {Vetuſtas} ſenectus, Senes nanque iccirco prudentiores uidentur, quia multarum rerum peritiam habent. {Multa ſcire dedit} multarum rerum peritiam mihi tribuit. eſt enim uerbum pro nomine poſitũ, quale eſt illud Perſii: Scire tuum nihil eſt. {Viderat a ueteris} Iphis Cyprius Anaxeretes puellæ amore captus, cum nullis precibus ea poſſet potiri, uitam finire decreuit, ad ianuam igitur amatæ cum ſe ſuſpendiſſet, maximo mœrore matrem affecit. cum uero funus efferretur, Anaxerete ad feneſtram accedens, ut inde exequias ſpreti iuuenis ſpectaret, in ſaxum fuit commutata. {Veteris Teucri} de Teucro Telamonis filio intelligimus, q propter mortẽ Aiacis a patre domo pulſus, Salamina in Cypro cõdidit. {Miſerum amorem} eam enim, a qua non amabatur, amabat. {Sollicita uoce} pluſquam diligenti oratione. {Perpenſum fauorem} impenſum & magnum, ac diligenter animaduerſum. ea autem omnia deſcribit Ouidius, quibus amatores utuntur, ut puellis amatis potiri poſſint. {Intendit} alligauit. {Poſuitq; in limine duro Molle latus} antitheton eſt. durum nanque opponitur molli. Iphin autem ſæpenumero in limine ianuæ Anaxeretes iacuiſſe, ait. {Conuicia fecit} maledixit. {Seræ} quæ ianuã clauſam tenebat. {Sæuior illa freto ſurgente} quod in tempeſtatem excitatur. {Cadentibus Auſtris} flare deſinentibus. tunc enim ſæuiſsimi ſunt. {Noricus ignis} Norici populi ſunt Alpini ferro abundantes. {Quod adhuc uiuum radice tenetur} hoc eſt quod nondũ e terra eſt effoſſum. ſaxa enim nondum a ſua radice auulſa, & uiua dicuntur & duriora ſunt. {Spernit & irridet} Anaxaretidis Iphi humilitatem contemnens, illius querelas irridet. {Factis immitibus} aſperis, crudelibus. illum nanque a ianua fortaſſe depulit. {Et ſpe quoque fraudat amantem} quod crudele admodum uidetur. {Fraudat} priuat. {Et pæana uoca} hoc eſt uocibus lætitiæ utere, qualibus uotis compotes gaudia ſua exprimere ſolent, ut alibi Ouidius. Dicite io Pæan, io Pæã dicite Pæan. Pæan uero hymnus quoque eſt in Apollinem, qui a triumphantibus canebatur. {Incingere} coronare inquit uiridi lauro, id quod triũphantes ſolent. {Ferrea} dura atque crudelis. {Certe aliquid mei cogeris laudare} quod mihi ipſe mortem conſciui, ut tibi rem gratam facerem, {Curam tui} amorem, quo te proſequor. {Exceſiſſe} a me ſubauditur.

{Gemina

RAPH. · GEMINA lu.}& uita mea,& te quę mihi altera lux es.{Crudelia lum.}crudeles oculos.{Humentes} lacrymantes.{Hæc ti.ſer.pla.}huiuſmodi inquit Coronæ tibi ſunt gratæ,ut laqueo collũ inſerã. hæc aũt cũ maxima Anaxaretes inuidia dicũtur.{Inſeruitq; c.}laqueo ſubintelligatur. {Eliſa f.}cõpreſſa ceruice. {Icta} percuſſa {Famuli} Anaxaretes.{Fruſtraq; le.}alleuatũ. iam .n. mortuus erat. {Nã p.} Iphidis ſubaudiatur.eſt aũt parentheſis.{Funera du.} ducẽdas ac celebrandas exequias curabat. {Lurida}nigra, qualia sũt mortuorũ mẽbra. {Portabat}portãda curabat. {Arſuro fe.}capulo cõburẽdo. Feretrũ .n. unà cũ cadauere cõburebatur. {Quã iã de ul.ag.}quã iã Nemeſis ſuperbiæ ultrix perſequebatur. {Tectũ} cubiculũ. {Iniit} intrauit.{Vixq; bene imp. le.} ordo eſt, uixq; bene Anaxarete proſpexerat Iphin lecto & feretro impoſitũ, cum illius oculi diriguere.{Diriguere ocu.} cũ ſubaudiendũ,ut intelligatur, cum oculi rigidi ſunt facti. {Hæſit}affixa eſt. {Saxũ}ſaxi duricies quæ paulo ante in pectore illius erat.{Salamis} quæ & Salamin dr, inſula eſt cum urbe eiuſdẽ nominis, & urbs in Cypro a Teucro Telamonis filio ædificata: & de hac hoc loco accipiendũ.{Veneris pro.} Venus proſpiciens dicta uidetur, ꝙ uirginum ſuperbiã amatores cõtemnentium proſpiceret, atq; prouideret. Nymphe autẽ cũ ſit uocandi caſus ſine diphthongo ſcribatur. [Immo proſpicientis cognomẽ accepit a ſpecie & forma proſpicientis de feneſtra Anaxaretes, q̃ eãdẽ ſpecie a Venere in ſaxũ cõuerſa fuit. quanquã alibi apud auctores, eos qui reſtant,neq; fabulæ huius, neque cognomenti iſtius mẽtio ulla fit. ſed hoc tempo rum iniuriæ acceptũ ferendum,qua lõge plures cum huius, tum aliarum rerum auctores amiſimus,quã retinemus.] {Lentos fa.}diuturnam ſuperbiã. {Sic ti.} optãtis eſt aduerbium hoc loco illud ſic.{In iu.}in iuuenilem figuram. {Qualis ubi op.} quã pulcher eſſet Vertũnus anili habitu depoſito,apta ſimilitudine oſtẽdit poeta.{Inq; fig. Ca. dei nym.eſt} ſic quidem legitur,ſed nanq; loco illius

Anaxarete in ſaxum.

Grata

Quàm uitam: geminaq; ſimul mihi luce carendũ eſt.
Nec tibi fama mei uentura eſt nuntia lethi.
Ipſe ego, ne dubites, adero, præſenſq; uidebor,
Corpore ut exanimi crudelia lumina paſcas.
Si tamen ò ſuperi mortalia facta uidetis,
Eſte mei memores: nihil ultrà lingua precari
Suſtinet: & longo facite ut narremur in æuo:
Et quæ dempſiſtis uitæ, date tempora famæ.
Dixit: & ad poſtes ornatos ſæpe coronis
Humentes oculos, & pallida brachia tollens,
Cùm foribus laquei religaret uincula ſummis,
Hæc tibi ſerta placent crudelis, & impia, dixit:
Inſeruitq; caput: ſed tum quoque uerſus ad illam eſt:
Atque onus infelix eliſa fauce pependit.
Icta pedum motu, trepidantum, & multa gementum
Viſa dediſſe ſonum eſt, adapertaq; ianua factum
Prodidit. exclamant famuli, fruſtraq; leuatum
(Nam pater occiderat) referunt ad limina matris.
Accipit illa ſinu, complexaq; frigida nati
Membra ſui, poſtquam miſerarum uerba parentum
Edidit, & matrum miſerarum facta peregit,
Funera ducebat mediam lacrymoſa per urbem,
Luridaq; arſuro portabat membra pheretro.
Fortè uiæ uicina domus, quà flebilis ibat
Pompa, fuit: duræq; plangoris ad aures
Venit Anaxaretes, quam iam deus ultor agebat,
Mota tamen, Videamus, ait, miſerabile funus,
Et patulis iniit tectum ſublime feneſtris.
Vixq; bene impoſitum lecto proſpexerat Iphin:
Diriguere oculi calidusq; è corpore ſanguis
Inducto pallore fugit: conataq; retrò
Ferre pedes, hæſit: conataq; auertere uultus,
Hoc quoque non potuit. paulatimq; occupat artus,
Quod fuit in duro iam pridem corpore, ſaxum.
Ne'ue ea ficta putes, dominæ ſub imagine ſignum
Seruat adhuc Salamis: Veneris quoq; nomine templũ
Proſpicientis habet. Quorũ memor, ò mea, lentos
Pone, precor, faſtus, & amanti iungere nymphe.
Sic tibi nec uernum naſcentia frigus adurat
Poma, nec excutiant rapidi florentia uenti.
Hæc ubi nequidquam formas deus aptus in omnes,
Edidit, in iuuenem rediit, & anilia demit
Inſtrumenta ſibi: taliſq; apparuit illi,
Qualis ubi oppoſitas nitidiſsima Solis imago
Euicit nubes, nullaq; obſtante reluxit:
Vimq; parat: ſed ui non eſt opus: inq; figura
*Capta dei nympha eſt, & mutua uulnera ſenſit.

ARG. Poſt Amulii,ac Numitoris Albanorum regum interitum,Romulus urbis a ſe conditæ cœpit imperium.qui cum aduerſus Titum Tatium pro raptu uirginum dimicaret,hoſtis appropinquauit urbi,portis obſeratis, una patefacta eſt,Tarpeia uirgine prodente patriã. quod ut præſenſit Venus, pro filii incolumitate a nymphis, quæ proxime Iano erant, genuinũ petiit auxiliũ. data ergo uenia,ſecundum portã,quam Sabini irrupturi erant, recluſo fonte ſcaturiẽtes aquæ, quæ antea latuerant,cœperunt: quæ cũ frigidæ hoſtiũ introitũ non prohiberent,ex frigidis in calidas uerſæ,hoſtem auerterunt: uictoriaq; Romulus potitus,rebus urbis compoſitis, iura reddens populo, ſicut petierat mater,raptus in cælum eſt: ita ut Quirinus nouo nomine uocaretur.

PRoximus Auſonias iniuſti miles Amuli
Rexit opes: Numitorq; ſenex amiſſa, nepotum

inq;,ut reponatur ſenſus expoſcit. exponit enim poeta cur ui opus non fuerit. nam Pomona forma Vertumni capta facile ei morem geſsit. hanc uero emendationem noſtram inepti quidam Scalforniæ reprehendunt, ut uerſum perturbãtem.ſic enim aiunnt,Syllaba breuis natura produceretur, quaſi uero hoc & ipſi non uiderimus, ac non illud ſecuti ſumus,quod nõ ſolũ a grammaticis, ſed a Fabio quoq; Quintiliano pręcipitur.ſ.literam ſæpenumero in metro excludi:quo quidẽ modo nulla uis carmini affertur. ſed de hoc quoque alibi plura. [Quos hic Scalfornias, ut ipſe uocat,regius ſugillet, neſcio. illud certe uerũ apparet, quod uulgo dici ſolet. ſuũ cuiq; pulchrũ. nã quod ad eliſionẽ conſonãtis s, attinet,ut quidem cõſtat,a ueteribus eã uſurpari ſolitã fuiſſe, ita rurſum in toto hoc poeta exẽplum eius alibi non extat, nec apud Vig. qui tamen Ennianæ uetuſtatis amator fuit,præter unũ illud.inter ſe coiſſe uiro & decernere ferro,qđ tamen & ipſum in finẽ cõmatis ſiue tomes incidit,ut ea ratione defendi queat. proinde utcunq; debacchetur Regius in aduerſarios ſuos,neminem puto eliſionis iſtius ſuæ aſtipulatorẽ inueniet,ſiue, Inq;,ſiue,atque, ſiue quocunq; tandẽ legendum concedamus.] {Et mutua uulnera ſenſit} nã & ipſa Vertumni amore cœpit ardere. {Proximus Auſonias} ad hiſtoriã regũ Albanorũ, intermiſſa narratione mutationũ Vertumni,redit poeta.nã *Palatini Amulius & Numitor filii fuerũt,qui cũ ea cõditione a patre regnũ Albanorũ accepiſſent, ut alternis annis regnarent, Amulius ſemel occupatũ imperiũ fratri reddere nunq̃ animũ inducere potuit,ſed Romulus & Remus ex filia Numitoris a Marte cõpreſſa nati, & Amulium interfecerunt, & regnum auo reſtituerunt. ipſi uero urbem Romã ędificarunt, ubi cum Romulus omnia compoſuiſſet,iamq; ſenior eſſet effectus, Martis precibus in deorum numerũ fuit translatus. {Iniuſti Amuli}fratrem enim contrarius & fas regno fraudauit. [Occiſo etiam filio illius Lauſo ut 4. Faſtorũ idem Ouid. meminit.]

ſiue, Procæ,ut ſupra annotauimus.

Aquæ frigidæ i calidas.

Munere regna capit : feſtiſq; Palilibus urbis
Mœnia conduntur . Tatius , patreſq; Sabini
Bella gerunt : arciſq; uia Tarpeia recluſa ,
Dignam animam pœna congeſtis * exuit armis .




Inde ſati Curibus tacitorum more luporum
Ore premunt uoces , & corpora uicta ſopore
Inuadunt , portaſq; petunt , quas obiice firmo
Clauſerat Iliades : unam tamen ipſa recluſit ,
Nec ſtrepitum uerſo Saturnia cardine fecit .
Sola Venus portæ cecidiſſe repagula ſenſit :
Et clauſura fuit , niſi quòd reſcindere nunquam
Diis licet acta deûm . Iano loca iuncta tenebant
Naiades Auſoniæ gelido rorantia fonte .
Has rogat auxilium . nec nymphæ iuſta petentem
Suſtinuere deam : uenaſq; , & flumina fontis
Elicuere ſui . non dum tamen inuia Iani
Ora patentis erant , nec iter præcluſerat unda .
Lurida ſupponunt fœcundo ſulphura fonti ,
Incenduntq; cauas fumante bitumine uenas .
Viribus his , aliiſq; uapor penetrauit ad ima
Fontis , & Alpino modò quæ certare rigori
Audebatis aquæ , non ceditis ignibus ipſis .
Flammifera gemini fumant aſpergine poſtes ,
Portaq; nequidquam rigidis promiſſa Sabinis
Fonte fuit præſtructa nouo , dum Martius arma
Indueret miles . quæ poſtquam Romulus ultro
Obtulit , & ſtrata eſt tellus Romana Sabinis
Corporibus , ſtrata eſtq; ſuis : generiq; cruorem
Sanguine cum ſoceri permiſcuit impius enſis .
Pace tamen ſiſti bellum , nec in ultima ferro
Decertare placet , Tatiumq; accedere regno .
Occiderat Tatius , populiſq; æquata duobus
Romule , iura dabas : poſita cùm caſſide Mauors
Talibus affatur , diuûmq; , hominumq; parentem :
Tempus adeſt genitor , quoniam fundamine magno

RAPH. FESTIS Pal.}Palilia feſta erāt,q̃ in honorē Palis paſtorū deę celebrabātur,q̃bus Roma à Romulo & Remo cō dita fuiſſe dr̄,q̃ dies a Priſcis Romanis maxime celebrabantur . Vt latius idē poeta docet 4.Faſt. Meminit aūt Plut. in uita Romuli & Propertius in fabula Tarpeiæ his uerbis .

Vrbi feſtus erat , dixere Palilia patres ,
Hic primus cœpit manibus eſſe dies &c.

{Tatius , patreſq; Sabini Bella gerūt}propter raptū Sabinarum . nota eſt autē hiſtoria.{Arciſq; uia tarpeia recluſa}ordo eſt & ſenſus , & tarpeia uirgo exuit atque depoſuit animā pęna dignam armis & ſcutis in eam congeſtis,poſt recluſam & apertam arcis uiam . notior eſt autem hæc hiſtoria,q̃ ut hoc loco ſit pluribus repetenda.Tarpeius autem mons eſt, qui poſtea Capitolinus fuit dictus . in bello aūt Sabino Tarpeia Tarpeii , qui arci præſidebat , filia Sabinorū ornamentis , quæ in ſiniſtris geſtabant capta,hoſtibus prodidit arcem,qui cū pacti eſſent ſe daturos id quod in ſiniſtis geſtabant, in eam ſcuta coniecerunt , quo & fidem datam ſeruarent , & proditricē ulciſcerentur . [Vide Liuiū lib. 1.ab urb.con.Plutar.in uita Rom.Dionyſium lib.2. qui uarias ueterum Hiſtoricorum de conſilio & facto Tarpeiæ recenſet. totā autē hanc rem ēt Propertius deſcripſit lib.4.] {Sati Curibus}Sabini . nā Cures Sabinorum urbs eſt. {Ore pre.u.}ſilent. {Et corpora uicta ſopo.} Romanos ſomno oppreſſos . {Iliades}Romulus Iliæ filius . {Iano loca iuncta tene.} tēplo Iani . deſcribit aūt poeta mutationē aquarum frigidarum in calidas. nam in ipſo prælio cum fugerent Romani,precibus Romuli aquæ calidæ ſcaturire ceperunt , quibus Sabini prohibiti ſunt ulterius Romanos perſequi . poeta uero precibus Veneris id factum fuiſſe ait . {Iani patentis } aperti . nam Iani templum apertum ſignificabat urbem bello implicitam eſſe . clauſum uero pace gaudere . {Lurida ſul.}qđ luridū colorem & pallidum efficiunt.{Fumāte bitumine}ardente.Bitumē uero genus eſt picis facillime ignes cōtrahentis . [Eandē hanc fabulam deſcribit idē poeta 1 . Faſtorum.niſi quod illic non nymphis , ſed Iano calefactionem aquarum iſtam tribuit his uerſibus .

Et iam contigerant ( inquit Ianus ) portam , Saturnia cuius
Dempſerat oppoſitus inuidioſa ſeras ,
Cum tanto ueritus committere numine pugnam .
Ipſe meæ moui callidus artis opem .
Oraq; , qua pollens ope ſum , fontana recluſi ,
Sumq; repentinas eiaculatus aquas .
Ante tamen madidis ſubieci ſulfure uenis .
Clauderet ut Tatio feruidus humor , iter .

quod autem hic de Venere meminit poeta,& quod eius conſilio Sabini retenti fuerunt, ei fictioni cauſam dediſſe uidetur , quod eodem loco Romæ , ubi pugna hæc commiſſa fuit, poſtea Veneris Cluacinæ ſimulacrum dicatum fuit , quæ cognomentum hoc a Cluēdo, hoc eſt, pugnādo accepit ut Plin,lib. 15. cap. 29. teſtatur . & aquarum occaſionem , a lacu , qui ibidem fuit , in quem Curtius equo pręcipitatus, a ſe Curtium appellari fecit , traxiſſe poetam uériſimile eſt . cuius & Liuius , & Plutar. & ceteri meminere.] {Certare Alpino rigori } contendere cū Alpium frigore , quod eſt uehementiſsimum. eſt autem conſtructio Græca,certo nanque tecum non tibi Latine dicimus . {Rigidis Sabinis } ſeueris . {Præſtructa } obſtructa , obturata. {Martius miles}Romanus , a Marte nanque per Romulum originem ducunt Romani . {Strata eſt} cooperta fuit . {Generiq; cruorem } Romani enim Sabinorum filias uxores acceperunt . {Pace tamen ſiſti bellum } inter uentu Sabinarum bellum illud fuiſſe ſublatum notius eſt , q̃ ut ſit exponendum . {Tatiumq; accedere regno } nam inter reliquas pacis conditiones hoc etiam placuit , ut Tatius unà cum Romulo æqua poteſtate , paribusq; honoribus regnaret . { Occiderat Tatius } de morte Tatii , qui annis quinque cum Romulo imperauit , & Titus Liuius,& Dionyſius Halycarnaſſeus copioſe ſcribūt, Lauinii fuit interfectus a proximis legatorum , qui ad res repetēdas miſsi,nō ſolum ſua a Tatio non impetrarant , ſed a Sabinis quibuſdam,inuito Romulo,cōtra ius & fas perēpti fuerant.{Æquata}ęqualia facta . {Tēpus adeſt ſoluere } figura eſt græca . nam ſoluendi in ſoluta oratione diceretur . {Fundamine magno } firmo fundamento .

{Res

*edidit

Res Romana ualet, & præſide pendet ab uno)
Præmia iam promiſſa mihi, dignoq́; nepoti
Soluere, & ablatum terris imponere cælo.
Tu mihi concilio quondam præſente deorum
(Nam memoro, memoriq́; animo *pia uerba notaui) *ſua
Vnus erit, quem tu tolles ad ſidera cæli,'
Dixiſti. rata ſit uerborum ſumma tuorum.
Annuit omnipotens, & nubibus aera cæcis
Occuluit, tonitruq́;, & fulgure terruit *orbem, *urbem
Quæ ſibi promiſſæ ſenſit data ſigna rapinæ,
Innixusq́; haſtæ, preſſos temone cruento
Impauidus conſcendit equos Gradiuus, & ictu
Verberis increpuit, pronumq́; per aera lapſus,
Conſtitit in ſummo nemoroſi colle Palati.
Reddentemq́; ſuo non regia iura Quiriti
Abſtulit Iliaden. corpus mortale per auras
Dilapſum tenues: ut lata plumbea funda
Miſſa ſolet medio glans intabeſcere cælo,
Pulchra ſubit facies, & puluinaribus altis
Dignior eſt, qualis trabeati forma Quirini.
Flebat ut amiſſum coniux, cùm regia Iuno
Irin ad Herſiliam deſcendere limite curuo
Imperat, & uacuæ ſua ſic mandata referre:

ARG. Herſilia coniux Romuli cum fleret amiſſum coniugem, a Iunone ei poſt datam immortalitatem, Ora nuncupata eſt; quorum templa a populo Romano in colle Quirinali conſtituta ſunt.

O Et de Latio, ò & de gente Sabina
Præcipuum matrona decus, digniſsima tanti
Antè fuiſſe uiri coniux, nunc eſſe Quirini.
Siſte tuos fletus; & ſi tibi cura uidendi
Coniugis eſt, duce me lucum pete, colle Quirino
Qui uiret, & templum Romani regis obumbrat.
Paret, & in terram dictos delapſa per arcus,
Herſiliam iuſsis compellat uocibus Iris.
Illa uerecundo uix tollens lumina uultu,
O' dea (nanq; mihi, nec quæ ſis, dicere promptum eſt:
Et liquet eſſe deam) duc, ò duc, inquit, & offer
Coniugis ora mihi: quem ſi modò poſſe uidere
Fata ſemel dederint, cælum accepiſſe uidebor.
Nec mora, Romuleos cum uirgine Thaumantæa
Ingreditur colles. ibi ſidus ab æthere lapſum
Decidit in terras: a cuius lumine flagrans
Herſiliæ crinis cum ſidere ceſsit in auras.
Hanc manibus notis Romanæ conditor urbis
Excipit, & priſcum pariter cũ corpore nomen.
Mutat, Oramq́; uocat: quæ nũc dea iuncta Quirino (eſt.

RAPH. RES Romana} imperium Romanũ. {Et præſide pendet ab uno} & unius præſidis & regis nutu regitur, atq; gubernatur. {Dignoq́; nepoti} Romulo. {Imponere cœlo} in numerum deorum referre. {Nam memoro} in memoria habeo. alias memorare ſignificat narrare: eſt aũt parentheſis, ordo nanq; eſt, Tu mihi quondã & olim dixiſti cõcilio deorũ præſente, unus erit Romulus, quẽ tu o mors, tolles & extolles in ſidera cęli. {Et nub. aera cæcis} hoc ex hiſtoria ſumptum eſt. nã Romulus, ut narrat T. Liuius, cũ ad exercitũ recenſendũ concionem in cãpo ad Capræ paludẽ haberet, ſubito coorta tẽpeſtas cũ magno fragore tonitribusq; tã dẽſo regem operuit nimbo, ut cõſpectum eius cõcioni abſtulerit, nec deinde in terris Romulus fuit uiſus. creditus eſt aũt a patribus ꝑꝑ morũ aſperitatẽ fuiſſe diſceptus, ſed plebi perſuaſerunt ipſum in ſidera fuiſſe translatũ. {Promiſſæ rapinæ} rapiẽdi Romuli e terris in cælũ. {Senſit} cognouit. {Verberis} flagellis equi uerberantur {Nemoroſi Pala.} nemoribus obſiti. Palatiũ autem unus eſt ex collibus Romanis, imperatorum ſede clariſsimus, quod nunc uulgus palatium maius uocat. {Non re iu.} Regi non conuenientia. de litibus enim priuatorũ iudicabat. [Aut, nõ regia ꝑ ciuilia, & ęqualia, cuiuſmodi nõ a regibus, qui omnia ſuo arbitrio moderãtur, ſed in repub. & in ciuitatibus ęquali iure, & iiſdẽ legibus conſtitutis dicũtur.] {Suo Qui.} ſuis Romanis. {Intabeſcere} liqueſcere, atque conſumi. {Et pul. alt.} ſedibus atq; altaribus excelſis. Puluinaria nanq; dicuntur, qui in deorũ tẽplis ſternebantur. {Trabeati} trabea induti. nam Romulus dum uiueret, trabea ueſte utebatur. Trabearum aũt genera ſunt tria, ut ſcri. Suet. in lib. de genere ueſtiũ, unum qđ diis ſacratur, qđ totum eſt purpureũ, alterũ eſt regum, quod quidẽ eſt purpureũ, ſed albo infectum: tertium eſt augurale de purpura & corola mixtum. [Alii legũt. & puluinaribus altis Dignior eſt, qualis trabeati for. Quir. ut ſit ſenſus, talem tunc apparuiſſe, qualis poſtea imago aut effigies eius cũ trabea, ſiue trabea induti, pingi, ac fingi cõſueuit.] {Limite cu.} arcum dicit per quẽ Iris decurrere dicitur. Herſiliæ aũt Romuli uxoris Metamorph. exponit poeta. nã & ipſa in deã nöie Orã fuit cõuerſa. {Nũc eſſe Quir.} qui in deorum numerũ translatus eſt. {Siſte tu. fle.} hoc eſt tuis fletibus finẽ impone. {Pete lucum} uade ad lucum. {Colle Quirino} qui a Quirino, Quirinali fuit cognominatus. {Romani regis} Romuli, qui poſt mortem Quirinus fuit appellatus. {Per arcus pictos} per arcus uariis coloribus diſtinctos. {Et liquet} cõſtat. {Offer} oſtẽde. {Ora} faciẽ, figurã. {Cælum accepiſſe uidebor} felix mihi eſſe uidebor. {Cũ uirgine Thauman.} cum Iride Thaumantis filia. {Romuleos col.} Quirinalem collem. {Ceſsit} receſsit. {In aur.} in aerẽ. {Notis amicis. {Romanæ cõditor urbis} Romulus. {Et priſcũ par.} nã corpus ex mortali effectũ eſt immortale, & pro Herſilia Ora fuit cognominata. {Quæ nunc dea iun. Quir. eſt} nã Ora in templo Romuli colebatur.

Romul' in deũ.

COEL. RHOD. PORRO in noctibus Atticis, Horam reperias ꝓ dea Quirino iuncta, quam Herſiliam Ouidius intelligat Metamorphoſeon 14. cum ita canit:

Hanc manibus notis Romanæ conditor urbis
Excipit & priſcũ pariter cũ corpore nomen
Mutat, Horãq́; uocat, quæ nunc dea iuncta Quirino eſt.

in ueterũ monumentis obſeruatum, & illud, uaſa dici horoſcopa, quibus cõmonſtrantur horæ, quæ & helitropia uocitata interim comperiuntur, ſi ſolis & umbrarum ratione conſtent. porro notationem genitalis horæ, horoſcopon quoque uocant, quod quinto ciuitatis diuinæ Aurelius Auguſt. ſcribit, unde illud prodiit Perſianum. Geminos horoſcope uaro Producis genio. Et uerbum horoſcopare, quo utatur Manilius, & ſigna horoſcopantia apud Firmicum. Solis uero umblicus (quem & ſtylum hemiſphærii dicunt monſtrantis horas) eſt, quem gnomonẽ itẽ appellamus, & ſciatheram, cuius umbra inter noſcuntur horæ, unde & ipſa umbrarum ratio gnomonice dicta, ab Anaximene Mileſio inuenta, qui item primus ſciathericum excogitatum oſtendit Lacedæmone: uel ut alii Anximander.

IACOBI CONSTANTII FANENSIS.

NI prius in ſcopulum, qui nũc quoq; ſaxeus extat. Trãſformata foret} ſcylleũ dicit, quod ita appellatũ ait Procopius in tertio de bello Gothorũ, ꝙ magna latronum multitudo (quos Græci σκύλλακες uocãt) uſq; ad ſua tꝑa eũ ſinũ incoluerit. nõ ꝙ Scylla mulier mõſtroſa ac belluina forma ibi habitauerit. {Fraudẽ & piuria quondã Cercopũ exoſus} Cercopes in Lydia populos fuiſſe Zenobius tradit, imman-

ſueti ingenii atq; fallacis,qui cũ,in' Herculem apud Omphalen exiſtentem,multa dixiſſent conuicia,ab ipſo domiti & ſupplico affecti fuerunt . iidem, cum Ioue poſtea uoluiſſent decipere, ab ipſo mutatati fuerunt in ſaxum . unde illa nata ſunt ꝓuerbia,q̃ narrat interpres ἀγορὰ κερκώπων .i. forum Cercopum, & κερκωπίζειν id eſt cercopizare in prauos & peſsimorum homines morum: quæ nõ retuliſsẽ niſi impreſſores corrupiſſent . {Mors erat ante oculos minimum tamen ipſa doloris } ordo eſt : ipſa mors minimum tamen, id eſt, minima pars doloris erat ente oculos . ſenſus autem talis . mors ( ſi dolorem conſideres , quem mortis imagine mens mea ſuſtinebat ) minima erat doloris portio , ac pene nihil, quia mori deſiderabam ; ſed tam durum mortis genus formidabam . Hoc autem declarat inferius cum ait mortẽq; timens cupidusq; moriri . {Nimiiq; elpenora uini } ex homeri ſententia dictum,qui undecimo Odyſſeæ tradit Elpenorẽ immoderato uino ebriũ in domo Circes e ſcalis decidiſſe,ac fracta colli iunctura obiiſſe.Ouid.3.triſtium: at miſer Elpenor tecto delapſus ab alto & in Ibin : Neue gradus adeas Elpenore cautius altos . Vimq; feras uini quo tulit ille modo.{Et reddidit omnia uotis}in quibuſdã exẽplaribus lego omina,quod non diſplicet,ut ſit ſenſus. bene uouẽtibus bona uouiſſe Circen, quemadmodũ mos eſt ut fiat, ut cum bonã diem uouenti,bona dies & annus reſpondetur . {Signũ oſtendens iuuenile}in meo codice legitur Iuuenale, quod nõ minus probo. nam Iuuenalis ab antiquioribus potius q̃ Iuuenilis dicebatur . unde Iuuenalia & Iuuenales ludi tacito , Suetonio , Capitolino,& aliis . nunc Iuuenalis & iuuenilis dicitur ut auctor eſt Priſcianus in quarto .{Quaſq; Numici} Numicus & Numicius.hic fluuius dicitur,quamuis aliqui cõtra ſentiãt.Silius in 8. Haud procul hinc paruo deſcendens fonte Numicus Labitur.Sed danda uenia iis,qui Numicum dici poſſe inficiantur,quoniã hic Silii uerſus cum multis aliis in omnibus ferè codicibus deſiderabatur . qui a nobis ſunt reſtituti,ut in primæ collectaneorũ Hecatoſtys c.92.apparet. {Puteolosq; ſinus } Puteolos a puteorũ olore ideſt malo odore dictos exiſtimat Steph. atq; eſſe cõpoſitum nomen.Feſtus non,ſed uel a puteo uerbo.i.fœteo deriuatos,propter olidum aquæ putorẽ:uel a puteis arbitratur , quorũ ibi eſſet multitudo: ut olidas illas aquas exciperent . ſed aduertas uelim Feſti codicẽ eſſe corruptũ.{Fert ecce auidas in pinea Turnus Tecta faces} melius texta.idem 1.Faſt. Pinea nõ ſano ter pede texta ferit.& alibi : Pinea texta ſonant.{Et lætis uidere rigeſcere puppes uultibus Alcinoi: ſaxũq; increſcere ligno}Lego puppẽ Homeri teſtimonio & Procopii,quorũ hic in 4.de bello Gotthorum ſic inquit: Nauem ex alba petra:quę in phæacide regione apud mare uiſitur,aliqui eam eſſe autumant: qua Vlyſſes Ithacã fuit aduectus. bene externorũ militũ ducem geſsit . ſed litteris inſculptis declaratur a mercatore quodã Ioui Caſio oblatã:quem incolæ uenerantur. & ciuitas ubi hæc ſpectatur,noſtris etiam temporibus Caſiopolis appellatur . {Clarus ſubit ecce Latino} Clarus nomen propriũ eſt hoc loco nõ adiectiuũ , ſignificatq; eum regem,qui Alba dictus fuit. nã poetis mutare interdũ nomina cõuenit,auctore Seruio. clarũ aũt appellauit,quem cæteri Albã,ob id , ꝙ omnia alba eadẽ clara ſunt. & ne Clarũ ſignificare Albã quid dubites : uide quo modo in 4.Faſt.hoc idem poeta ipſe eſt æmulatus . Subit alba Latinũ.{Epitus ex illo}id eſt poſt illum Clarum intellige: non autem poſt Latinum,ut nõnulli exponunt,quia cõtra teſtarẽt oẽs hiſtorici cum eodẽ poeta : qui ibidem ait, Proximus eſt titulis Epitus alba tuis.{Feroſq; Acrota} quemadmodũ Albã mutato nomine Clarum appellauit, ita Agrippam nunc acrotam uocat:quod nomen ſine plauſu poteſt interpretari : Eſtq; conuenientiſsimum cognomen Agrippæ . nam qui interioribus pedibus naſcuntur (cum non ſine ſummo id periculo fiat)omni plauſu penitus uacant.{Silenusq; ſuis ſemper iuuenilior annis } in quibuſdam codicibus legitur,Syluanus . ſed magis placet Silenus . idem in Faſtis , nequitia eſt, quæ te non ſinit eſſe Senem . {Sæuior illa freto ſurgente cadentibus Auſtris } in nonnullis exemplaribus lego Hœdis, quod non diſplicet.quoniam Hœdorũ nõ ſolũ ortus, ſed & occaſus efficit tẽpeſtates:ut Seruius ſcribit . ſed alterã quoq; lectionem tueri his Gellii uerbis poſſumus : quæ ſunt noctium Atticarum lib.2.cap.ult. Fluctus qui flante Aquilone maximi ac creberrimi excitantur : ſimulac uentus poſuit ſternuntur,ac conflacceſcũt:& mox fluctus eſſe deſinunt . at non idem fit flante auſtro uel Aphrico : quibus iam nihil ſpirantibus,unde tamen fractus diutius timent . & a uento quidam iamdudum tranquillæ ſunt.ſed mare eſt etiam atq; etiã undabundũ.{Et corpora uicta ſopore inuadunt, portasq; petũt:quas obice firmo Clauſerat Iliades } Priſc.in 2.ſic legit, ut corpora uicta ſopore inuadãt:portasq; premant,quas obice fultas Clauſerat Iliades . quæ lectio magis quadrare uidetur,qui ſequitur.unam tamen ipſa recluſit . nam antea aperiri portas neceſſum eſt,q̃ introeat quiſquam. {Vnam tamen ipſa recluſit } portam intelligit ad radices collis Viminalis , quam Ianualem Varro & Macrobius uocant : ac Palatinã antea nuncupatam Fabius Pictor uidetur innuere .

# HENRICI GLAREANI

## *annotationes in librum decimumquartum.*

*Inde manu magna Tyrrhena per æquora uectus .*

ILlud manu magna ambiguitatem habet , & exponendum a cõmentatore erat . utrum pro magna potentia , an pro magno famulatu accipi debeat , ſed deſpiciat hoc lector , res eſt parui momenti .

*Dignus eras , ultro poteras certeq; rogari .*

Senſus eſt, dignus eras,& certe poteras ultro rogari . quidam diſtinguunt poſt ultro , quod mihi non probatur . eſt autẽ cõiunctio,q;,dure in tertium tranſlata locũ. porrò decimonono inde carmine,Rhegion egreditur,de circe intelligendum eſt , non de Scylla , quod in Raphaelis cõmentario librariorum culpa deprauatum puto .

*Sulphure fumantes Acheloidumq; relinquit .*

Aut Diaſtole eſt in Acheloidum , aut ad i adiectum eſt e, quod apud Græcos frequentiſsimum eſt.nã ſupra lib.5.corripitur. Vobis Acheloides unde Pluma pedesq; auium . In tertio autem poſtea carmine inarimen uno uerbo dictum quod Græcis eſt, & apud Homerum Iliados 2. εἰν ἀρίμοις , multi admonuerunt ante nos, primum apud Virgilium innouatum. poſtea ſecutos Ouidium , Lucanum , Statium , ac ceteros,quare nunc omittimus .

*Læua de parte canori Aeolidæ tumulum .*

Hoc uix intelligitur,nam omnia hæc ad dextram Æneas habuit,cum ab Sicilia in Latium nauigat , ſed aut in ſiniſtra parte intelligemus Miſenum,dum Neapolim tendebat Æneas.tantum.n.prominet Miſenum promontorium, aut aliã quandam inſulã Ouidium intelligere uoluiſſe credemus , quam ad ſiniſtram reliquerit Æneas, in qua Miſenum ſepultum uoluerit . at nihil aſſeueramus .

*Didicit quoque iura locorum .*

Alluſiſſe eum credo ad loca apud inferos,quos circulos uocant 6. Æneid. lib. ceterum illud iure explicandum erat latius Commentatori .

*Hæc mihi ni potior domus eſt .*

Obſcurũ hoc uĩ,ſed intellectu leuatur. nam imprecatur ſibi in Polyphemi antrum reditum, ſi non dixerit uerum nẽpe,Æneæ domũ ipſi potiorẽ q̃ ſit uel propria,uel Vlyſsis nauis,ut recte expoſuit Raph.Ergo potior,ſcilicet quàm mea .

*Veſtræ quoque clamor Vlyſsi . Penè rati nocuit .*

Ex Odyſ.1 .hoc ſũptũ eſt, Vlyſſes,inuitis ſociis Polyphemo inclamat,cũ iactus ſcopuli naui eius ꝓpè male ceſsiſſet.

*Quo uidi bina meorum Ter quater affligi .*

Poſt ter diſtinguendum uidetur,ut ſit ſenſus, uidi ter bina corpora meorum.Sex.n.deuorauit,binos identidẽ arripiẽs Polyphemus . quanquam dura eſt cõpoſitio,quemadmodũ

& ſe-

& ſequente item carmine, dum ſuper ipſe iacens. denique hoc quoque annotatione nõ indignũ, quod uiſcus, omnes exponunt carnẽ, cum poeta hoc in loco connectat, Viſceraq́; & carnes. ſed quantum mihi uidetur illud Hom. Odyſſ ι. exprimere uoluit: ἐγκατά τε σάρκας τε καὶ ὀστέα μυελόεντα.

*Orauiq́; fugam geſtu.*

Quo pacto orauit fugam, qui cum eis diſcedere cupiebat? Sed intelligendum, Oraui, ut me acciperent, ac inde fugerent, quod & factum eſt.

*Bisq́; nouem ſocios Circæa ad mœnia miſit.*

Homerus Odyſſ. κ. ait 22. cum Eurylocho miſſos, ſed uel non admodum curauit Ouidius eum numerum. uel alios ſecutus eſt auctores. at res eſt nullius momenti.

*Redeunt humeri, & ſubiecta lacertis brachia.*

Vel ex hoc loco ſatis claret, poſt humeros ſtatim eſſe lacertos: deinde brachia proxime ad manus. cuius contrariũ noſtra ætate tradidere quidam Grammatici, & in his nominatim Calepinus.

*Quinquennem poteras Graia quater edere pugna.*

Dura eſt hæc compoſitio, præter huius poetæ morem. Raphael tamen recte expoſuiſſe uidetur: nec poteras edere quater quinquennẽ ſpectaſſe tot annos Graia pugna. lector tamen de eo ſenſu cogitet, ego enim adhuc hæreo.

*Ingemuitq́; ſolum, uicinaq́; palluit arbor.*

Explicandum etiã hoc loco Cõmentatori, ut opinor, erat, cur poſt maiora poeta minora ſubiungeret, deinde quæ illa uicina fuerit arbor. quæ in hoc mihi notantur, ut ingenia excitem, nam ego plane hæſito.

*Maiores brachia pennas Accip. cubitiq́; leu. ten. in al.*

Hic locus uidetur contrarius eſſe huic, de quo paulo ante admonuimus, brachium eſſe manui proximius, quam lacertum, ſanè cubitum hic pro lacerto accipitur. opinor. Sed licentia poetica hæc confuſa uidentur. nam libro primo de Daphane uidetur ordine recto, quãquã retrogrado, dixiſſe laudat digitosq́; manusq́;, brachiaq́;, & nudos media plus parte lacertos. quanquam eo in loco Raphael mulierum Romanarum habitum a poeta deſcribi putat. at id ego non exiſtimo, quin uirginis uenatricis mores expreſſos exiſtimarim potius.

*Intonuit dicente dea.*

Intonuit imperſonaliter accipitur, pro tonitru factũ eſt. Grammatici uocant uerba exemptæ actionis. operæpreciũ autem eſt uidere, in hac nauium metamorphoſi mirabile poetæ ingenium. qui tam multas inuenerit ſimilitudines, ubi nulla propè modum uidebatur.

*Inde ſub Aſcanij ditione binominis Alba.*

Etſi Aſcanii filius maior Iulus dictus eſt, tamẽ ipſe quoque Aſcanius Iulus nominabatur, ut clare patet apud Maronẽ. binominis autem melius ad genitiuum Aſcanii quàm Alba nominatiuum referetur. mirum autem duos Albanorum reges hoc in loco omiſſos a poeta, Æneam Syluium, ac Albam, quartum ac ſextum. Albam tamen in quarto Faſt. non omittit, in ſoluta oratione nõ poterat id mirum uideri, ſed in carmine, niſi quod in Faſtis duo carmina omiſſa, hic aliquot, omnino ſuſpicor: & Commentator hæc, quaſi nihil adſit difficultatis, leuiter tranſilit. nos in Dionyſium ac Liuium annotationibus editis, hæc multis diſſeruimus: quare hic obiter ea attigimus.

*Nec coniux timidi aut audacis Vlyſſei.*

Mire hæc connexa uidentur, timidi in pugna, audacis in ſtruendis inſidiis exponit Raphael. ſed hoc modo per ac melius cõnecterentur. uide utrum ſit corectio prioris dicti. quaſi diceret, ſi timidus nõ eſt appellãdus. appelletur audax.

*Iſta pedum motu trepidantum & multa timentum.*

Poſt motu diſtinguendum, ut ſit ſenſus, Ianua iſta motu pedum, uidelicet, Iphios ſuſpenſi ac morientis, uiſa eſt dediſſe ſonum trepidantum, ac multa timentum.

*Veneris quoque nomine templum Proſpicientis habet.*

Strabo lib. 14. ait: poſt Carpaſiam Cypri urbem eſſe montem ac promontorium, montis ſummum Olympũ dici, ubi Veneris Atreæ templum ſit, quod nec adire, nec uidere mulieribus conceſſum. Ptolemæus uidetur Aphrodiſium uocare. Raphael ait, Venerem Proſpicientem dictam, quod uirginum ſuperbiam amatores contemnentium proſpiceret, ac prouideret, quod mihi non probatur.

*Nondum tamen inuia Iani.*

*Ora petentis erant.*

Mirum, quẽ auctorẽ ſecutus ſit hic Ouidius. nihil enim apud alios de hoc inuenio. Commentator, ut ſolet, tanquã res bene nota ſit, leuiter tranſit ac tacet.

# P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

## LIBER DECIMVSQVINTVS.




ARGVMENTVM.

Mycilus Alemonis filius procreatus Argis, cum quieti ſe dediſſet, Hercules uiſus eſt, qui eum moneret, ut patriam relinqueret, & ſecundum Æſarem amnem conſcideret. qui cum facere extimeſceret. quia lex uetaret deſerere patriam, & in aliam ciuitatem tranſire, rurſus admonitus eſt. metuens itaq; penates, ſuos deſtituit, ideoq́; in iudicium publicum eſt deuocatus, & cum omnem populum aduerſus ſe haberet, iudicaturis calculi albi, ac nigri dati ſunt: ut atri damnarent, candidi abſoluerent, Mycilus itaq; pertimens periculum capitis Herculem inuocauit, ut laboranti ſibi, quia eius iuſsis obtemperaſſet, ferret auxilium: cuius preces non incaſſum abierunt. nam cum calculi moræ patriæ in urna effuſi deducti eſſent, omnes apparuerunt in colorem album conuerſi. quamobrem ille metu liberatus, per Ionium pelagus nauigans, cum in Italiā ueniſſet, & Æſarem amnem attigiſſet, ſicut præceptum erat, urbem conſtituit: eamq́; a proximo tumulo, cui & Tares Neptunni filius ſubiectus erat, Tarentum nominauit.

Quæritur interea, quis tantæ pondera molis
Suſtineat, tātoq́; queat ſuccedere regi.
Deſtinat imperio clarum prænuntia ueri
Fama Numam. non ille ſatis cognoſſe Sabinæ
Gentis habet ritus animo maiora capaci
Concipit, & quæ ſit rerum natura, requirit.
Huius amor curæ, patria, curibusq́; relictis,
Fecit, ut Herculei penetraret ad hoſpitis urbem.
Grata quis Italicis auctor poſuiſſet in oris
Mœnia quærenti, ſic è ſenioribus unus

RAPN. QVÆRITVR intereaɂ quo commodius & librum libro, & metamorphoſin metamorphoſi coniungat poeta, eorum ſequitur opinionem, qui ſentiunt Numam Pōpilium in magnā Græciā fuiſſe, ut Pitagoricis dogmatis inſtrueretur. quam quidē opinionem Liuius cōpluribus refellit argumentis, ſed hoc potiſsimum quod Pithagoras tempore Numę nō fuit. {Tantæ molis} tanti imperii per translationē. {Tanto regi} quantus fuit Romulus. {Clarum Numā} nobilē, ſua iuſtitia, atque integritate notū. Numa enim Pōpilius Curibus in Sabinis ortus, uir inclita iuſtitia & religione conſultiſsimusq́;, ut in illa quiſquam ætate eſſe poterat, omnis diuini atq; humani iuris, uiſus eſt ſenatui populoq́; Romano dignus, qui Romulo in regno ſuccederet. {Ritus} mores. {Requirit} inquirit, ſcrutatur. {Huius amor curæ} cupiditas perdiſcēdæ rerum naturæ. {Curibus} Cures (ut Strab. narrat) opulentiſsima fuit Sabinorū urbs, ex quà euocati ſunt T. Tatius, & Numa Pōpilius reges, unde Romani Quirites fuere cognominati. ſic.n. ab iis appellātur, qui conciones ad populū habent. {Penetraret} cū difficultate iret. per uarios nāq; populos illū tranſire oportuit. {Herculei hoſp.} Crotonis. nam Croton redeuntē ex Hiſpania Herculem cum Geryonis armentis hoſpitio ſuſcepit: a quo etiā didicit futurū tempus, quo illic ciuitas inſignis nomine illius conderetur, quod & uerū fuit. nam Micylus quidam Alemonis filius in ſomnis ab Hercule eſt admonitus, ut patria relicta (Argolicus nanq; erat) ſe cōferret ad * Aeſaris fluui hoſtia, ibiq́; urbē ædificaret. Is cū ſarcinulas colligere cępiſſet, reus eſt factus, ꝙ contra leges commigrare uellet. mors enim illi propoſita erat, qui patriā deſerere tētaſſet. cum uero ferenda ſententia foret, & aut ſuffragiis nigris condemnandus, aut albis abſoluendus, ſibi timēs, Herculem, cui paruerat, rogauit, ut ſibi auxilio eſſet. Statimq́; calculi omnes ex nigris facti ſunt albi. quare abſolutus Micylus in loco ſibi ab Hercule monſtrato, urbem ædificauit, quam de nomine Crotonis ibi ſepulti, Crotonē appellauit. [Myſcellus ſcribendum puto pro eo, quod uulgo, ſed falſo, Mycilus legitur. tracta aūt eſt fabula ex hiſtoria, cuius Strab. lib. 6. & 7. Suidas in uoce Myſcelus. & cōmen. Ariſtoph. in Nubibus meminerunt. eſt autem talis.

* alii habēt, Æſeri.

Cum Achiui monitu oraculi coloniā deducturi eſſent, Myſcelus quidam, qui de loco Apollinem conſuleret, miſſus eſt. is reſponſum accepit, ut ibi conderet urbem, ubi imbre ἐξ αἰθρίας, hoc eſt, cælo ſereno irrigatus fuiſſet: quod quidem ille tametſi impoſsibile factu exiſtimaret, claſſe tamen comparata in Italiam nauigauit. ceterum cum diu uariis periculis & laboribus uexaretur, neq; cōdendæ urbis locum inueniret, accidit, ut ex mœrore forte quodam in gremio pellicis recumberet, atque illa ut erat pro uiro ſollicita, lacrymas in caput recumbentis deliquaret. his igitur excitatus ille, & oraculi admonitus (erat enim pellici αἰθρία nomen) cœpit eodem loco urbem cōdere, eamq́; Crotonem appellauit. Strabo autem ēt illud addit. quòd cū Myſcelus, ex oraculo Crotonem condere miſſus, Sybaritarum terram coſpicatus eſſet, eamq; multo fertiliorem ac meliorem indicaſſet, denuo oraculum interrogauit, num Crotone omiſſa Sybarim ædificaret, atque ibi tum reſponſum illi datum in hunc modum:

Μύσκελλε βραχύνωτε πάρις σέθεν ἄλλο ματεύων,
Κλάσματα θηρεύεις, ὀρθὸν δ' ὅτι δῶτις, ἐπαίνει.

quos uerſus Eraſmus explicat in prouerbio: Donum quodcunque dat aliquis, proba. iam apud Suidam hoc quoque fabulæ adiicitur, quo tempore Myſcelus ad oraculum cōſulendum abiit, eodem tempore illuc & Archiam ueniſſe a quo Syracuſæ cōditæ, isq; reſponſum pariter datum, hoc modo:

Χώρης καὶ πόλεως οἰκήτορα λαὸν ἔχοντες
Ηλθετ' ἐρησόμενοι Φοῖβον, τίνα γαῖαν ἵκησθε
Αλλ' ἄγε δὴ φράζεσθ' ἀγαθὸν πότερόν κεν ἕλοισθε,
Πλοῦτον ἔχειν κτεάνων, ἢ τιρπνοτάτην ὑγίειαν.

atque ita Archiam Diuitias, Myſcelum Salubritatem elegiſſe, indeq́; factum, ut Syracuſæ diuitiis, Croto, ſalubritati cæli memorabilis eſſet, quod & prouerbia teſtantur, Syracuſarum decima, & Crotone ſalubrior. ceterum neque illud hoc loco prætereundum, quæcunque Suidas, Strabo, & alii de Myſcello tradunt, ea a Pauſania in Phocicis Phalanto, ei a quo Tarentum conditum, attribui. quod eo hic adieci, quod & Lactantius in argumento, ſiue ea librariorum culpa eſt, pro Crotone, Tarentum poſuit. fuit autem hic Myſcelus patria Achiuus, ex oppido uetuſto, quod Rypas aliquando dixerunt, auctor Strabo lib. 8.

{Non

Rettulit indigenis, ueteris non inſcius æui.
Diues ab Oceano bobus Ioue natus Iberis,
Littora felici tenuiſſe Lacinia curſu
Fertur, & armento teneras errante per herbas
Ipſe domum magni, nec inhoſpita tecta Crotonis
Intraſſe, & requie longum releuaſſe laborem:
Atque ita diſcedens auo dixiſſe, nepotum
Hîc locus urbis erit: promiſſaq; uera fuerunt.
Nam fuit Argolico generatus Alemone quidam
* Mycilus, illius diis acceptiſſimus æui.
Hunc ſuper incumbens preſſum grauitate ſoporis
Clauiger alloquitur: patrias agè deſere ſedes,
Et pete diuerſi lapidoſas Aeſaris undas.
Et, niſi paruerit, multa, ac metuenda minatur.
Poſtea diſcedunt pariter, ſomnusq;, Deusq;.
Surgit Alemonides, tacitaq; recentia mente
Viſa refert, pugnatq; diu ſententia ſecum.
Numen abire iubet: prohibent diſcedere leges:
Pœnaq; mors poſita eſt, patriam mutare uolenti.
Candidus Oceano nitidum caput abdiderat Sol,
Et caput extulerat denſiſſima ſidereum nox:
Viſus adeſſe idem Deus eſt, eademq; monere,
Et, niſi paruerit, plura, & grauiora minari.
Pertimuit, patriumq; ſimul transferre parabat
In ſedes penetrale nouas. fit murmur in urbe,
Spretarumq; agitur legum reus: utq; peracta eſt
Cauſſa prior, crimenq; * patens ſine teſte probatum,
Squallidus ad ſuperos,* tendens reus ora, manusque,
O cuius cælum bis ſex fecere labores,
Fer precor, inquit, opem: nā tu mihi criminis auctor.
Mos erat antiquis, niueis, atriſq; lapillis,
His damnare reos, illis abſoluere culpa.
Tunc quoque ſic lata eſt ſententia triſtis: & omnis
Calculus immitem demittitur ater in urnam.
Quæ ſimul effudit numerandos uerſa lapillos,
Omnibus è nigro color eſt mutatus in album:
Candidaq; Herculeo ſententia numine facta,
Soluit Alemonidem. grates agit ille parenti
Amphitryoniadæ: uentiſq; fauentibus æquor
Nauigat Ionium, Lacedæmoniumq; Tarentum
Præterit, & Sybarim, Salentinumq; Neæthum,
Thurinoſq; ſinus, Temeſenq;, & Iapygis arua.
Vixq; pererratis, quæ ſpectant littora, terris,
Inuenit, Aeſarei fatalia fluminis ora,
Nec procul hinc tumulum, ſub quo ſacrata Crotonis
Oſſa tegebat humus: iuſſaq; ibi mœnia terra
Condidit, & nomen tumulati traxit in urbem.
Talia conſtabat certa primordia fama
Eſſe loci, poſitæq; Italis in finibus urbis.

ARG. Pythagoras Samius tyrannidem fugiens, cum patriam reliquiſſet, in Italiam uenit, & quæ didicerat de rerum natura, mundiq; aperit. Admodum ſeculi aurei docet ad uſus quoque neceſſarios cuncta prębente, nefas eſſe animalibus ueſci: quod eſſent humanos conſanguineæ animæ mortalium: & quod terra, in eorum corporibus in corpora animæ transfunderentur. poſtea docet unde occidendorum animalium uſus primum inoleuerit. nam paulatim conceſſum eſt, ut malefici feræ dolis interceptæ occiderentur: & manſuetarum fœtus ſues, quod fruges ſatas eruerent. Item capri, quod uitem maturam præcerpere aſſueuiſſent, nec deinde fructus creſceret.

RAPH. NON inſcius æui uete.} priſcarum hiſtoriarum peritus. {Ioue natus} Hercules. {Bobus Hiberis} Hiſpanis, Geryone interfecto abactis. Hiberia nanque eſt Hiſpania ab Hibero fluuio cognominata. {Litora Laci.} Lacinium promontorium eſt Italiæ inter Adriaticum mare, & Ioniū a Lacinio latrone, quē Hercules interfecit, dictum, in eo templum fuit Iunonis Laciniæ. unde Virgil. Attollit ſe diua Lacinia contra. {Longum laborem} longi itineris defatigationem. {Acceptiſſimus} gratisſimus. {Hanc ſuper incumbens} anaſtrophe eſt. illa nanque prępoſitio ſuper, quæ præponi deberet, poſtponitur. {Preſſum grauitate ſop.} hoc eſt graui ſomno oppreſſum. {Clauiger} Hercules. {Æſaris diu.} remoti, longe moti. eſt enim fluuius Calabriæ iuxta Crotonem labens. [Vt & Strab. meminit libro ſexto] {I, pete} ad petendum & quærendum uade. {Recentia uiſa} noua inſomnia. {Pugnat} diſſidet. {Denſiſſima} obſcurisſima. {Caput ſyde.} ſyderibus ornatum. {Viſus adeſſe} hæc particula, cum, eſt ſubaudienda. {Idem Deus} Hercules. {Patrium penetrale} paternum domicilium. {Agitur reus} accuſatur. peragere autem reum, damnare eſt. {Spretarum legum} contētarum. {Sine teſte} ipſe nāque confeſſus eſt ſe commigrare decreuiſſe. [Cauſſam autem priorem uidetur dixiſſe reſpectu τῆς δὲ προλογίας, quam uocant.] {Fecere cæl.} aperuere, acquiſiuere. {Nam tu mihi criminis auctor} nam tu mihi perſuaſiſti, ut commigrarem. {Lata eſt ſententia triſtis} ab effectu. condemnatus nanque fuerat Micylus. proprie autem ſententia a iudicibus ferri dicitur, quamuis in exemplaribus ferè, Data corrupte legatur. {Candida ſententia} ad calculos alludit. {Lacedæmonium Tarentum} a Lacedæmoniis cōditum. nam Tarentū urbs eſt Calabrię, quæ & Taras a Græcis appellatur, a Tara Neptuni filio ędificata a Parthenis uero Lacedæmoniorum duce Phalanto amplificata, ut & Iuſtinus & Plutarchus copioſe ſcribunt. {Et Sybarim}. Sybaris urbs eſt, & fluuius Calabriæ. urbs autem poſtea Thurion fuit cognominata, quæ a Crotoniatis fuit capta. {Salentinumq; Neræthum} Neęthum quidem legitur, ſed corrupte, ut ex Strabone (libro ſexto) collegimus, qui ait Neęthum Salentinorum eſſe fluuium, a nauium Æneæ conflagratione dictum. quare hic quoq; Neæthum legamus. Salentini autem populi ſunt a Salentina urbe dicti. {Thurinoſq; ſinus} Thurii urbs eſt Calabriæ, quæ & Thuria & Thurion dicta eſt a Thuria fonte. hæc prius Sybaris, nouisſimè Copiæ fuerunt appellatæ, unde Thurinus declinatur. {Temeſenq;} Temeſe urbs eſt Calabriæ. [Hæc eadem & Tempſa aliquando dicta fuit, ab Auſonibus condita, mox ab Ætolis, qui cum Thoante ad eam Italiæ partem appulſi fuerunt, occupata, atque inde iterum a Brutis. hinc & Temeſęus Genius, de quo prouerbio dicitur. eadémq; intelligitur fuiſſe, de qua apud Homerum Odyſſ. prima. Mentes ait:

Πλέων εἰς οἴνοπα πόντον ἐπ' ἀλλοθρόους ἀνθρώπους
Ἐς Τεμέσην μετὰ χαλκὸν, ἄγω δ' αἴθωνα σίδηρον.

auctor Strabo. quanquam rurſum ſunt, qui locum hunc corruptum ſuſpicentur, & pro Temeſen, neſcio quid aliud legi debere putent. ſed ego, quoniam mox ſequitur, & Iapygis arua, & Strabo quoque in deſcriptione Iapygiæ Temeſes meminit; non uideo quid difficultatis, aut uitii locus hic habeat. niſi quod ſuum cuiq; iudicium relinquo,] {Et Iapygis arua} Iapygia urbs eſt Calabriæ, ab Iapyge heroe dicta. {Fatalia ora} hoſtia ratis & iuſſu Herculis quæſita. {Tumulum} ſepulcrum. {Iuſſa terra} ab Hercule. {Et nomen tumulati traxit in urbem} nam Croton a Crotone heroe fuit dicta, unde Crotoniatæ declinantur. eſt & alia urbs eodem nomine, Thuſciæ olim Metropolis. {Primordia} principia. {Poſitæ urbis} Crotonis.

*Myſcelus*, *patet* *tollens*

{Vit

VIr fuit hic ortu Samius, ſed fugerat unà
Et Samō,& dominos,odioq́; tyrānidis exul
Sponte erat : isq́; licet cæli regione remotus ,
Mente deos 'adiit : & quæ natura negabat
Viſibus humanis, oculis ea pectoris hauſit.
Cumq́; animo , & uigili perſpexerat omnia cura ,
In medium diſcenda dabat : cœtumq́; ſilentum ,
Dictaq́; mirantum magni primordia mundi ,
Et rerum cauſſas , & quid natura , docebat :
Quid deus , unde niues , quæ fulminis eſſet origo,
Iuppiter , an uenti diſcuſſa nube tonarent :
Quid quateret terras , qua ſidera lege mearent :
Et quodcunque latet . primusq́; animalia menſis
* Arguit imponi . primus quoque talibus ora
Docta quidem ſoluit, ſed non & credita uerbis.
Parcite , mortales , dapibus temerare nefandis
Corpora : ſunt fruges , ſunt deducentia ramos
Pondere poma ſuo , tumidæq́; in uitibus uuæ :
Sunt herbæ dulces , ſunt quæ miteſcere flamma ,
Molliriq́; queant , nec uobis lacteus humor .
Eripitur , nec mella Thymi redolentia flore .
Prodiga diuitias, alimentaq́; mitia tellus
Suggerit,atq; epulas ſine cæde,& ſanguine præbet.
Carne feræ ſedant ieiunia , nec tamen omnes :
Quippe equus,& pecudes,armentaq́; gramine ui-
*At quibus ingeniū eſt immāſuetūq;,ferūq;, (uūt.
Armeniæ tigres , iracundiq́; leones ,
Cumq́; lupis urſi dapibus cum ſanguine gaudent.
Heu quantum ſcelus eſt, in uiſcere uiſcera condi,
Congeſtoq́; auidum pingueſcere corpore corpus,
Alteriusq́; animantem animantis uiuere letho .
Scilicet in tantis opibus, quas optima matrum
Terra creat , nil te, niſi triſtia mandere ſæuo
Vulnera dente iuuat, * ritusq́; referre Cyclopum?
Nec , niſi perdideris alium , placare uoracis,
Et malè morati poteris ieiunia uentris ?
At uetus illa ætas, cui fecimus Aurea nomen ,
Fœtibus arboreis , & quas humus educat herbis,
Fortunata fuit, nec polluit ora cruore .
Tunc & aues tutæ mouere per aera pennas,
Et lepus impauidus mediis errauit in aruis :
Nec ſua credulitas piſcem ſuſpenderat hamo .
Cuncta ſine inſidiis, nullamq́; timentia fraudem,
Plenaq́; pacis erant . poſtquam non utilis auctor
Victibus inuidit , ( quiſquis fuit ille deorum )
Corporeasq́; dapes auidam demerſit in aluum ,

*Arcuit* — *In* — *victusq;*

RAPH. VIR fuit hic ortu Samius} periphraſis eſt Pythagoræ. nam Pythagoras Samius fuit, qui odio tyrannorum patriā relinquens, Crotonem uenit, ubi philoſophiam profiteri cœpit, unde etiam philoſophi Italici fuerunt cognominati. Pythagoras autem primus omnium μετεμψύχωσιν, hoc eſt, animarum de corporibus in corpora tranſitum inuexit, eoq́; uetuit ne carnibus homines ueſcerentur, quo faciliori uictui aſſueſcerent, ſemperq́; cibos parabiles haberent. hinc. n. & ſanitatem corpori, & ingenio acumen acquiri aiebat. multa autem Metamorphoſeis ex Pythagoricis dogmatis poeta deſcribit. {Hic} pro illic Crotoni, quo ſe contulit Numa Pompilius, ut Pythagoram audiret. {Ortu} origine. {Et dominos} tyrannos. {Mente} mentis contemplatione. {Deos adiit} cœleſtia ac diuina ſcrutatus eſt. {Oculis pen.} ingenio. {Hauſit} percepit, intellexit. {Vigili cu.} diligenti ſtudio. {Dabat} proponebat. {Cœtūq; ſilen.} alludit ad morem Pythagoreorum, quibus ad certum uſque tempus) ut Gellius ſcribit cap.9.lib.i. pro æſtimato captu ſolertiæ ſilentium iniungebatur. {Dictaq́; miran.} uerba Pythagoræ ob ſummam grauitatem admirantum. tanta nanque fuiſſe auctoritate Pythagoras traditur, ut diſcipuli, etiam ſi nullam dictorum rationem aſſignaſſet, maximam adhiberent fidem, rogatiq́; alicuius dicti rationem, reſponderent, αὐτὸς ἔφη, hoc eſt ipſe dixit, Pythagoram innuētes, exiſtimarentq́; ſe Dei uocem audire. Pythagoras quidem fuit appellatus, quòd non minus quā Pythius uera loqueretur. {Magni primor. modo} de quibus uariæ ſunt philoſophorum opiniones, ut in primo diximus. {Et rer. cauſ.} in quibus inueniendis maxime philoſophi laborant. {Et quid natu.} ſit uerbum ſubaudiatur. natura autem ab Ariſtotele diffinitur, eſſe principium motus & quietis. hæc autem omnia a phyſicis tractantur. {Quid Deus} quæ nam ſit Dei diffinitio. Deum autem ſcribit Plato eſſe ſummum bonum, omniumq́; bonorū auctorē. {Vnde ni.} qua ex cauſa niues generentur. Vt ſcribunt phyſici, ex pluuia frigoris condenſata niues generatur. {Quæ ful. eſſet ori.} ex colliſione nubium fulmen exprimi putatur. {Iupiter an uenti} quæ cauſſa tonitru foret. alii nanque tonitru eſſe aiunt aeris uehementem ſtrepitum. alii autem eruptionem uentorum effracta nube cum maximo impetu coeuntium. {Quid quateret terras} quid faceret terræmotus. Venti autem in ſubterraneis cauernis recluſi, neque exitum habētes in cauſſa terremotuum eſſe dicuntur. {Qua ſydera lege mearent} alia nanq; ſyderum cum mundo alia contra mundum meare dicuntur. {Et quodcunque latet} omnia, inquit, hominibus alioquin incognita, docebat Pythagoras. {Arguit} reprehendit, ſed arcuit per c, rectius legeretur, hoc eſt uetuit. {Parcite mor.} grauiſſima Pythagoræ oratio, qua hominibus diſſuadet, ne carnibus ueſcātur. hæc autem de Empedocle, qui Pythagoræ dogmata carminibus complexus eſt, ſumpta eſſe uidentur, id quod facile ex iis, quæ de Pythagora ſcribit Gellius, percipi poteſt. tātum uero ab uſu carnium Pythagoras abhorruiſſe a Diogene ſcribitur, ut aræ Delii Apollinis genitoris, quem ſolum colebat, frumenta, hordeum, ac placētas ſine ullo igne impoſuerit, nec ulla unquam iecinora, ut in Deliorū rep. Ari. teſtatur. {Parcite temera.} nolite uiolare. {Deducentia} inclinantia. {Tumidæ} ſucci plenę. {Lacteus humor} periphraſis eſt lactis. {Molliri} mollia fieri, & coqui. {Thymi} herba eſt apibus gratiſſima thymus. {Prodiga tellus} quæ omnia copioſe effundit. {Suggerit} ſubminiſtrat. {Et pecu.} oues. {Armentaq́;} boues. {Ingenium} natura. {Heu quantum ſcelus eſt} a turpi diſſuadet Pythagoras hominibus, ne carnibus ueſcantur. {In uiſcera} in uentrem, & inteſtina. {Viſcera} carnes. {Animantem} hominem. {Ritus Cyclopum} qui carnibus humanis, crudisq́; ueſcebantur. Diſſuadet autem ab inhoneſto. turpe nanq; eſt homini imitari & feras, & ſæuos Cyclopum mores. {Male mor.} malis moribus prędití. hæc autem cum interrogatione, & ironia legenda ſunt. {Cui feci au. nomen} figurata eſt locutio, quam auream appellauimus. a felicitate uero aureæ ætatis ſumptum eſt hoc argumentum. {Fœtibus ar.} fructibus arboreis, fructibus arborum. {Fortunata} felix & beata. {Polluit} inquinauit. {Mouere pen.} uolauerunt. {Tutæ ſe.} ſine periculo. neque enim tunc illis retia tendebantur. {Impauidus} intrepidus ſine ullo timore. {Victibus} facilitati uiuendi. {Quiſquis fuit} ignoratur; nanque quiſnam fuerit, tametſi Iouem fuiſſe ſcribant poetæ. {Corporeas dapes} epulas ex corpore & carne confectas.

Pythagoræ dogmata.

{Fecit

Fecit iter ſceleri. primoq́; è cæde ferarum
Incaluiſſe * poteſt maculatum ſanguine ferrum.
Idq́; ſatis fuerat: noſtrumq́; petentia lethum
Corpora miſſa neci ſalua pietate fatemur.
Sed quàm danda neci, tam non epulanda fuerunt.
Longius inde nefas abiit, & prima putatur
Hoſtia Sus meruiſſe mori: quia ſemina pando
Eruerit roſtro, ſpemq́; interceperit anni.
Vite caper morſa Bacchi mactatus ad aras
Dicitur ultoris. nocuit ſua culpa duobus.
Quid meruiſtis oues placidum pecus, inq́; tuendos
Natum homines? pleno quæ fertis in ubere nectar,
Molliaq́; nobis ueſtras uelamina lanas
Præbetis, uitaq́; magis, quàm morte iuuatis.
Quid meruere boues, animal ſine fraude, doloq́;,
Innocuum, ſimplex, natum tolerare labores?
Immemor eſt demum, nec frugum munere dignus,
Qui potuit, curui dempto modò pondere aratri,
Ruricolam mactare ſuum, qui trita labore
Illa, quibus toties durum renouauerat aruum,
Tot dederat meſſes, percusſit colla ſecuri.
Nec ſatis eſt, quòd tale nefas committitur: ipſos
Inſcripſere deos ſceleri, numenq́; ſupernum
Cæde laboriferi credunt gaudere iuuenci.
Victima labe carens, & præſtantiſſima forma
(Nam placuiſſe nocet) uitis præſignis, & auro
Siſtitur ante aras, auditq́; ignara precantem,
Imponiq́; ſuæ uidet inter cornua fronti,
Quas coluit, fruges: percuſſaq́; ſanguine cultros
Inficit in liquida præuiſos forſitan unda.
Protinus ereptas uiuenti pectore fibras
Inſpiciunt, menteſq́; deûm ſcrutantur in illis.
Vnde fames homini uetitorum tanta ciborum eſt?
Audetis ueſci genus ò mortale? quod, oro,
Ne facite: & monitis animos aduertite noſtris:
Cumq́; boum dabitis cæſorum membra palato,
Mandere uos ueſtros ſcite, & ſentite colonos.
Et quoniam Deus ora mouet, ſequar ora mouentem
Rite deum, Delphusq́; meos, ipſumq́; recludam
Aethera, & auguſtæ reſerabo oracula mentis.
Magna, nec ingeniis inueſtigata priorum,
Quæq́; diu latuere, canam. iuuat ire per alta
Aſtra, iuuat terris, & inerti ſede relicta,
Nube uehi, ualidiq́; humeris inſiſtere Atlantis:
Palanteſq́; homines pasſim, ac rationis egentes
Deſpectare procul, trepidoſq́;, obitumq́; timentes
Sic exhortari, * ſortemq́; euoluere fati.

putes

riemq́;

ARG. Pythagoram eundem inducit referentem, cuncta rerum temporibus mutari: ſi quidem ipſe annus uertitur in quattuor ſpecies, ueris, æſtatis, autumni, & hiemis: & quæ naſcuntur, quoniam in initio prodita teneras, imminutasq́ ſpecies habeant: deinde creſcendo robuſtæ ętatis, nouisſime ſeneſcentis fieri. ſe quoque memoria tenere bello Troiano Euphorbum Panthoidem fuiſſe, & poſtea quam a Menelao ſit occiſus in bello, animam eius in ſe eſſe transfuſiam, clypeumq́ eius, dum in ætates ductus ſit, quo uſus, eſſet in bello, in templo Iunonis Argiuæ cognouiſſe.

O Genus attonitum gelidæ formidine mortis,
Quid Styga, qd tenebras, & noīa uana timetis,

RAPH. {FECIT iter} aperuit uiam. {Sceleri} cædibus, & homicidiis. {Idq́; ſatis fuerat} ut feras interficeremus. {Noſtrumq́; petentia lethū} feras quidem nobis pernicioſas interficiendas eſſe ait, ſed earum carnibus non eſſe ueſcendū. {Inde} a cæde ferarum deuentum eſt ad cędem cicurum, ac manſuetorum animalium, & quod peius eſt, hominum quoque. {Pando} recuruo. {Eruerit} ſubruerit, ſubuerterit. Sus autem Cereri immolari ſolebat, ut caper Baccho. {Spem anni} ſegetem, & frumentū. {Morſa} corroſa. {Nocuit ſua culpa duobus} cōcedit Pythagoras ſuem quidem & caprum merito fuiſſe iugulatos. uerum oues & boues nihil prorſus unquam mali cōmiſiſſe, ac potius humano generi maximopere prodeſſe, eoq́; non eſſe interficiendos. {Duobus} ſui, et capro. {Nectar} lac ſuauisſimum. ex arte autem commoda, quæ ex ouibus habentur, amplificat Pythagoras, quo facilius ab illis occidendis homines deterreantur. {Tolerare} ad tolerandū. {Immemor} ingratꝰ. {Demū} affectui ſeruit hoc loco demum, quemadmodum & tandem aliquando. {Ruricolam} boue, quo rura & arua coluntur. {Qui trita labore} interpretatio eſt. idē enim dicit per diuerſa uerba. eſt autē ordo: qui percusſit ſecuri illa colla, quibus toties durū aruum, trahendo aratrum, renouauerant. tunc autē renouatur aruum cum aratro proſcinditur. {Lumen ſupernum} Iouem, ſiquidem Ioui ſacrificant iuuencum. {Victima labe carens} uitio ac morbo. in cæde uero & immolatione boum deſcribenda cōmoratur Pythagoras, quo facilius ab illis interficiendis homines dehortetur. ad id aūt alludit poeta, quod paulo ante dixi, Pythagoram nō uictimas, ſed placentas in Deorum ſacrificiis obtuliſſe. cruentas nanq hoſtias diis offerri uetabat, ſolāq́; aram, quæ ſine ſanguine eſſet, adorandam cenſebat. {Nā placuiſſe nocet} niſi enim placeret, non immolaretur, eſt autē parēthesis. {Et auro} auratis cornibus. {Quas coluit fruges} mola nanque ſalſa, quæ ex farre & ſale conſtabat, imponebatur uictimarū fronti. {Cultros inficit in liquida præ forſitan unda} hoc eſt, quorum imaginem, aut etiā quos ipſas in aquas, quæ ſacrificiis adhiberi ſolet, iuxtaq́; poni ubi hoſtiæ iugulantur, ante fortasſis uidit.] {Inſpciūt} inde haruſpices ſunt dicti, ab harugis, hoc eſt uictimis inſpiciendis. {Scrutantur} inquirunt. {Vetitorum ciborum} prohibitarum carnium. {Veſci} carnibus ueſci homines proprie dicuntur, qđ Græci κρεωφαγεῖν dicunt. {Veſtros colonos} nam boues ut coloni arua colunt. {Et quoniā Deus ora mouet} Apollo me hortatur, ut loquar. {Delphos meos} Apollinis Delphici, quē unum colo, oracula. {Auguſtæ men.} diuinæ. maximam autem excitat attentionem, cum pollicetur ſe de diuinis, quæ nulli alii unquam inueſtigata fuerunt, diſputaturū. {Ire per alta aſtra} inueſtigare cœleſtia. {inerti ſe.} immobili terra. {Pallantes} errantes. {Deſpectare} deorſum a cælo ſpectare. {Sortē fa.} naturam atq conditionē fati. ſed tamen exemplaria ſunt, in quibus ſeriem legi animaduerti, ſicq́; uidetur eſſe legendum. nam fatum (ut Stoici diffiniunt) eſt connexa rerum ſeries, per quam mundus adminiſtratur. {O genus attonitum} immorrales animas eſſe Pythagoras ait, uariaq́; ſubire corpora oſtendit. Hanc uero μετεμψύχωσιν, hoc eſt, animę de corpore in corpus cōmigrationē, ab Ægyptiis ſumptam eſſe innuit Herodotus in Euterpe ſcribens, Ægyptios primos extitiſſe, qui dicerent animam hominis eſſe immortalem, quòd mortuo corpore ſubinde in aliud atq aliud corpus, ut quodque gigneretur immigraret, atque ubi per omnia ſe circumtuliſſet terreſtria marina, uolucria rurſus in aliquod genitum hominis corpus introire, atq hunc ab ea introitum fieri intra annorum tria milia. hanc orationem ſumit a Græcis, qui uſurpauerunt tanquam ſuam, alii prius, alii poſterius. quorum ego nomina ſciens, non duco ſcribenda. {Humeris ua. Atlan.} qui cælum ſuſtinere fingitur. pollicetur autem Pythagoras ſe noua de animorum immortalitate eſſe commemoraturum.

Eſſe

Materiam uatum, falſiq; pericula mundi?
Corpora, ſiue rogus flamma, ſeu tabe uetuſtas
Abſtulerit, mala poſſe pati non ulla putetis.
Morte carent animæ, ſemperq; priore relicta
Sede, nouis domibus uiuunt, habitantq; receptæ.
Ipſe ego (nam memini) Troiani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondam
Hæſit in aduerſo grauis haſta minoris Atridæ.
Cognoui clypeum læuæ geſtamina noſtræ,
Nuper Abanteis templo Iunonis in Argis.
Omnia mutantur: nihil interit. errat, & illinc
Huc uenit, hinc illuc, & quoslibet occupat artus
Spiritus: eq; feris humana in corpora tranſit,
Inq; feras noſter, nec tempore deperit ullo.
Vtq; nouis facilis ſignatur cera figuris,
Nec manet, ut fuerat, nec formam ſeruat eandem,
Sed tamen ipſa eadem eſt: animam ſic ſemper eandem
Eſſe, ſed in uarias doceo migrare figuras.
Ergo, ne pietas ſit uicta cupidine uentris,
Parcite, uaticinor, cognatas cæde nefanda
Exturbare animas: nec ſanguine ſanguis alatur.
Et quoniam magno feror æquore, plenaq; uentis
Vela dedi: nihil eſt toto quod perſtet in orbe.
Cuncta fluunt, omniſq; uagans formatur imago.
Ipſa quoque aſſiduo *labuntur tempora motu, *noluuntur
Non ſecus ac flumen. neque enim conſiſtere flumen,
Nec leuis hora poteſt, ſed ut unda impellitur unda,
Vrgeturq; eadem, ueniens urgetq; priorem:
Tempora ſic fugiunt pariter, pariterq; ſequuntur,
Et noua ſunt ſemper. nam quod fuit antè relictum eſt,
Fitq; quod haud fuerat, momentaq; cuncta nouantur.
Cernis & emenſas in lucem tendere noctes,
Et iubar hoc nitidum, nigræ ſuccedere nocti.
Nec color eſt idem cæli, cùm laſſa quiete
Cuncta iacent media, cumq; albo Lucifer exit
Clarus equo: rurſusq; alius, cùm præuia lucis
Tradendum Phœbo Pallantias inficit orbem.
Ipſe Dei clypeus, terra cùm tollitur ima,
Manè rubet, terraq; rubet, cùm conditur ima.
Candidus in ſummo eſt, melior natura quòd illic
Aetheris eſt, terræq; procul contagia fugit.
Nec par, aut eadem nocturnæ forma Dianæ
Eſſe poteſt uſquam, ſemperq; hodierna ſequente,
Si creſcit, minor eſt: maior, ſi contrahit orbem.

COEL. RHOD. ESSE autem inferos, conſtanter aſſerit Chriſtiana ueritas, ex ueteribus omnino pauci. Plinius quidem, ut in pleriſque, hæreſi deprauata, ſuſtuliſſe eos uidetur: Si ulli, inquit, eſſent inferi, eos iam refodiſſent auaritiæ manus. Marcus quoq; Tullius cum alibi, tum in oratione pro Cluentio, falſa eſſe quæ de inferis tradũtur, indubitanter aſtruxit, ſed in Cõſolatione ad Martiã Seneca, Illa, inquit, quæ nobis inferos faciunt terribiles, fabula eſt. Lucretius libro De natura tertio, non alibi eſſe inferos ſtatuit, quam in hac uita. ſic enim ait:

Atqui animarũ ẽt q̃cunq; Acheronte profundo.
Prodita ſunt eſſe, in uita ſunt omnia nobis.

Sed & apud Ouidium Pythagoras,

Quid Styga, quid tenebras, & nomina uana timetis?

RAPH. MATERIAM uatum} poetarum, qui multa de inferis ſcribũt, quos nullos Pythagoras ſentit, cum animæ de corporibus in corpora tranſeant. {Falſi mundi} ficti. {Tabe} morbo, corruptione. {Non ulla} nulla. {Morte carent animæ} ratio eſt & cauſſa, cur homines nulla mala patiantur. {Nouis domibus} nouis corporibus, hęc autem eſt Pythagoræ μετεμψύχωσις. {Ipſe ego Panthoides Euphorbus eram} exemplo ſui oſtẽdit Pythagoras, animas de corporibus in corpora trãſire. nã tẽpore belli Troiani, ait, ſe fuiſſe Euphorbũ Panthi filium a Menelao interfectum, cuius etiã clypeum cognouit in templo Iunonis Argiuæ locatum. (Euphorb' in Pythagorã.) Pythagorici autem aſſerũt animã eſſe immortalem, idq; exemplo Æthalidæ probant, quem aiunt tẽpore belli Troiani reuixiſſe, fuiſſeq; Euphorbum Panthi filium. deinde Pyrrhũ Cretenſem, poſtea Eleum quendam, cuius nomen ignoratur, tandem Pythagoram ipſum. Pythagoras uero ubi monſtrat animas de corporibus in corpora tranſire, ait ſe primũ fuiſſe Æthalidem Mercurii filium, deinde Euphorbum Troianũ: poſtea Mercurii filium ex Samia meretrice, tum Pythagorás. memoriam autem ſemper retinuiſſe Mercurii dono, cuius Æthalides filius fuit. {Hæſit} fixa eſt. nam Euphorbus a Menelao haſta fuit transfixus {Abanteis Argis} Argos clariſſima urbs eſt Peloponneſi, in qua Abas regnauit, unde Abantei Argi dicuntur: tametſi ab aliis legatur agris Abanteis, exponaturq; Euboicis. Abantes enim populi Eubœæ fuerunt. [De Euphorbo, & quomodo idem Patroclum uulnerarit, ipſe autem a Menelao occiſus fuerit, Homerus Iliad. 16. & deinceps tradit, de clypeo autem, quem hic Ouidius Argis in templo Iunonis ſuſpenſum, & a Pythagora agnitum dicit, Laertius in uita Pythagoræ hoc modo: ἐπεὶ δὲ Εὔφορβος ἀποθάνοι, μεταβῆναι (inquit) τὴν ψυχὴν αὐτοῦ εἰς Ἑρμότιμον, ὃς καὶ αὐτὸς πίστιν δοῦναι θέλων, ἐπανῆλθεν εἰς Βραγχίδας, καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερὸν, ἐπέδειξεν ἣν Μενέλαος ἀνέθηκεν ἀσπίδα, ἔφη γὰρ αὐτὸν, ὅτ' ἀπέπλευσεν ἐκ Τροίας, ἀναθεῖναι τῷ Ἀπόλλωνι τὴν ἀσπίδα, διασεσηπυῖαν ἤδη, μόνον δὲ διαμένειν τὸ ἀλεφάντινον πρόσωπον. Sed hæc eo ab Ouidianis differunt, quod clypeũ quẽ ille Argis Iunoni, hic apud Branchidas in Aſia Didymæo Apollini ſuſpẽſum dicit.] {Nihil interit} ex ſententia omnium philoſophorum hæc dicũtur, qui ſentiunt quidem omnia poſſe reſolui in quattuor elementa, uel in materiam primam, ut ſentit Ariſto. ſed minime in nihilum redigi. Vnde Perſius.

De nihilo in nihilum nil poſſe reuerti.

{Vtq; nouis facilis} hac ſimilitudine colligit Pythagoras, ſubſtantiã uarias quidem ſuſcipere formas, nũquam tamen interire. {Facilis cera} mollis. {Sed tamen ipſa eadem eſt} quo ad ſubſtantiam, ſiquidem ſubſtantia quamuis uarias ſuſcipiat qualitates & formas, tamen nunquam ipſa mutatur. {Ergo ne pietas ſit uicta} ne igitur pietas inquit, uioletur, nolite animas è corporibus cũ perturbatione quadam expellere, ea interficiendo. {Parcite exturbare} nolite expellere. {Cognatas animas} cognatorum ueſtrorum animas. {Et quoniam magno feror æquore} in profundiſſima uerſor quæſtione. cuncta autem eſſe in continuo fluxu ait. {Quod perſtet} quod permanet a mutationeq; ſit alienum. {Vagans} fluxa, mutabilis. {Ipſa quoq; aſſiduo} exemplo temporis colligit Pythagoras, omnia eſſe in continuo fluxu. {Et iubar hoc nitidum} hunc ſolis ſplẽdorem. {Media quiete} media nocte. alium autẽ cæli eſſe colorem in media nocte colligit, alium in crepuſculo, quando Lucifer lucere deſinit. primus uero Pythagoras (ut ſcribit Diogenes) eandem ſtellam Luciferum, Heſperumq; appellauit. {Inficit} tingit colore rubicundo. {Pallantias} Aurora Pallantis gigantis filia. {Ipſe Dei clypeus} ipſe ſolis orbis. ſolem autẽ eundem non manere colligit. {In ſummo} in cœli ſummitate. {Nocturnæ Dianæ} Lunæ, q̃ ſemper aut creſcit, aut decreſcit, nec unquã in eodẽ permanet ſtatu. {Si cõtrahit orbẽ} ſi circulum efficit & rotunda eſt, [Alii, ſi minuit orbem, & decreſcit.]

{In ſpecies

Quid? non in ſpecies ſecedere quattuor annum
Aſpicis, ætatis peragentem imitamina noſtræ?
Nam tener, & lactens, puериq; ſimillimus æuo
Vere nouo eſt. tunc herba * nitens, & roboris expers
Turget, & inſolida eſt, & ſpe delectat agreſtes.
Omnia tum florent, florumq; coloribus almus
Ludit ager: neque adhuc uirtus in frondibus ulla eſt.
Tranſit in Aeſtatem poſt Ver robuſtior annus,
Fitq; ualens iuuenis, neque enim robuſtior ætas
Vlla, nec uberior, nec, quæ magis ardeat, ulla eſt.
Excipit Autumnus, poſito feruore iuuentæ
Maturus, mitiſq;, inter iuuenemq;, ſenemq;
Temperie medius, ſparſus quoque tempora canis.
Inde ſenilis Hyems tremulo uenit horrida * paſſu,
Aut ſpoliata ſuos, aut quos habet, alba capillos.
Noſtra quoque ipſorum ſemper requieq; ſine ulla
Corpora uertuntur: nec, quod fuimus'ue, ſumus'ue,
Cras erimus: fuit illa dies, qua ſemina tantùm,
Speſq; hominum * primæ materna habitauimus aluo.
Artifices Natura manus admouit: & angi
Corpora uiſceribus diſtentæ condita matris
Noluit, eq; domo uacuas emiſit in auras.
Editus in lucem iacuit ſine uiribus infans:
Mox quadrupes, rituq; tulit ſua membra ferarum;
Paulatimq; tremens, & non dum poplite firmo
Conſtitit, adiutiſq; aliquo conamine neruis.
Inde ualens, ueloxq; fuit, ſpatiumq; iuuentæ
Tranſit, & emeritis medii quoque temporis annis,
Labitur occiduæ per iter decliue ſenectæ.
Subruit hæc æui, demoliturq; prioris
Robora: fletq; Milon ſenior, cùm ſpectat inanes
Illos, qui fuerant ſolidarum * morte ferarum
Herculeis ſimiles, fluidos pendêre lacertos,
Flet quoque, ut in ſpeculo rugas conſpexit aniles
Tyndaris, & ſecum, Cur ſit bis rapta, requirit.
TEMPVS edax rerum, tuq; inuidioſa uetuſtas
Omnia deſtruitis, uitiataq; dentibus æui
Paulatim lenta conſumitis omnia morte.
Hæc quoque non perſtant, quæ nos Elemẽta uocamus:
Quaſq; uices peragant, (animos adhibete) docebo.

*recens, — nisu, — primo materniq;, — mare*

ARG. Ipſa quoque initia quattuor, ex quibus generantur omnia, transfigurari moribus ſuis. Reſolutam enim tellurem in aquas abire, attenuatam aquam efficere aera, & aera rurſus per eundem ordinem retexi: ſpiſſatum ignem enim in aera uerti, hunc in aquam, hanc in terram abire. Cæteraq; rerum perinde uariari, quæ tempus, aut natura acceptas ab initio facies cogit amittere. Eadem fluminibus etiam fontibus ac terrenis locis accidere,

RAPH. IN ſpecies quattuor} partes, uer, æſtatem, autumnum, hyemem, quæ quidem ſibi inuicem cedunt. {Ætatis noſtræ} annum ætatis hominis referre ſcribit. nam ut quattuor ſunt anni partes. ita ex Pythagoræ ſententia, quattuor ſunt hominis ætates. Pueritia quæ uiginti annos implet. Adoleſcentia uiginti. Iuuenta uiginti. Senectus uiginti. Pueritia autem ueriſimilis uidetur. Adoleſcentia æſtatí. Iuuenta autumno. Senectus hyemi.

Quatuor hominũ ætates.

{Nã tener} Ver pueritiæ, eſtatatem iuuentæ, autumnum primæ ſenectuti, hyemem decrepitati ſimilem eſſe ait. {Roboris expers} firmitate carens. {Turget} tumeſcit ſuccorum copia. {Inſolida} infirma. {Et ſpe delectat agreſtes} agricolas. ſperant enim ſe fruges omnis generis collecturos. {Almus ager} ab alendo almus dicitur ager, ꝙ homines ſuis fructibus alat. {Ludit} ludere uidetur & luxuriare. {Neque adhuc uirtus in frondibus ulla eſt} tenellæ nanque tẽpore ueris ſunt frondes, ut puerorum corpora ſine ullo robore & firmitate. {Trãſit in æſtatẽ} ueri ſuccedit æſtas. {Robuſtior annus} pars anni robuſtior. {Fitq; ualens iuuenis} ualenti, fortiq; ac robuſto iuueni fit ſimilis. {Nec uberior} fœcundior. {Ardeat} ferueat uariis cupiditatibus. {Excipit autumnus} æſtatem ſubſequitur autumnus, qui uiridi, primæq; ſenectuti ſimilis uidetur. {Sparſus quoq; tempora canis} tempora canis capillis ſparſa habens. nã tẽpora prima caneſcere incipiunt. {Senilis hyems} ſenectus hyemi ſimilis. {Alba capil.} canos habẽs capillos. eſt enim ſynecdoche poetica ẽt pueris nota. {Noſtra quoq; ipſorũ} noſtra ẽt corpora in continuo eſſe fluxu colligit Pythagoras. {Vertuntur} mutãtur. {Fuit illa dies} illud fuit tẽpus, quo ſemine tantum, quæ ſpermata a Græcis dicuntur, fuimus. Semẽ uero maris & fœminæ ait Pythagoras, ad generationem hominis cõuenire, a quo qdẽ Ariſtoteles diſſentit, ſoliuſq; maris ſperma eſſe, idq; in utero mulieris foueri ait. {Speſq; hominum primo} primum inquit ſpes hominum fuimus ex ſpermate nanq; in uterum mulieris proiecto, homines natum iri ſperantur. {Aluo} utero. aluus nanq; eſt per quam defluunt ſordes. Vterus autem in quo mulieres concipiunt, qui & loci a doctis ſcriptoribus appellantur, ab imperito autem uulgo matrix uocatur, cum matrix ſit fœmina fœtus gratia comparata. Columella de gallinis loquens, nam & octies anno pullos educat, ſi eſt bona matrix. {Admouit} adhibuit. primum nanque Embrya efficit, quos Embryones imperiti medici uocant. {Et angi} ſuffocari. {Diſtentæ matris} grauidę, uentremq; diſtentum, ac repletum habentis. {E domo} ex utero. {Mox quadrupes} manibus nanque ac pedibus infantes repunt more brutorum. {Aliquo conamine} aliqua re, qua niti poſſint. {Emeritis} exhauſtis, præteritis. {Labitur decliue} aſſidue tanquam fluuius per loca decliuia currit. [Imo per iter decliue, hoc eſt, deuexum & deorſum uergens, perinde ut Sol cũ ad occaſum tẽdit, proinde et ſenectã occiduã dixit, qđ ea ultima ſit ætatũ hominis, perinde ut occidens, ultima meta curſus ſolaris.] {Occiduæ ſenectæ} ad ſenectã, q̃ facile occidit ac moritur. {Subruit} euertit. {Demolitur} deſtruit. {Fletq; Milon} Athleta fuit Crotoniata tantis uiribus, ut uno ictu nudæ dextræ taurum interfeciſſe tradatur, humeriſq; per ſtadium ſine fatigatione portaſſe. {Solidarum morte ferarum} robuſtarum. alludit autem ad id quod dixi Milonẽ Crotoniatã tantũ corporis uiribus ualuiſſe, ut taurum uno dextræ ictu interimeret. Ferè autẽ in exemplaribus more pro morte corrupte legitur. [De Milone Crotoniata meminere Valerius lib. 9. c. 12. Athenæus lib. 10. & Pauſa. in Eliacis poſterioribus. Traditur autẽ non ſolum bouem humeris geſtaſſe, ſed & totũ ſolus deuoraſſe, unde & epigrãma in ipſum tale factũ.

Τοῖος ἔην Μίλων ὅτ' ἀπὸ χθονὸς ἤρατο βρῖθος
Τετραετῆ δάμαλιν ἐν Διὸς εἰλαπίναις
Ὤμοις δὲ κτῆνος τὸ πελώριον ὡς νέον ἄρνα
Ἤνεγκεν δι' ὅλης κοῦφα πανηγύριος,
Καὶ θάμβος μὲν, ἀτὰρ τοῦδε πλέον ἤνυσε θαῦμα
Πρόσθεν πισαίου ξεῖνε θυηπολίου
Ὃν γὰρ ἐπόμπευσεν βοῦν ἄζυγον, εἰς κρέα, τόνδε
Κόψας, πάντα κατ' οὖν μοῦνος ἐδαίσατό νιν.]

{Fluidos} flaccidos, uiribꝰ actoris uacuos. {Tyndaris} Helena, q̃ bis ob pulchritudinẽ rapta fuit. primũ a Theſeo, deinde a Paride. bene igitur Helena turpis ac deformis ſenectute effecta mirat̃, cur bis fuerit rapta. {Tempꝰ edax rerũ} apoſtrophe ad tẽpꝰ graui philoſopho maxime conueniens. {Dentibus æui} multitudine annorum. ſiquidem anni dentes æui dicuntur, quibus omnia rodi uidentur. alludit autẽ ad dentes rotarum, quibus horæ menſurantur in horologiis. {Lenta morte} lente ac tarde uenienti. {Hęc quoque non perſtant} elementa quoque in continuo fluxu eſſe oſtendit. ſunt autem quattuor, quorum duo, tellus & aqua ſunt grauia. Duo aer & ignis leuia.

Sperma in hominem.

Elementorũ mutationes.

{Genitalia

QVattuor æternus genitalia corpora mundus
Continet : ex illis duo ſunt oneroſa , ſuoq;
Pondere in inferius tellus, atque unda feruntur :
Et totidem grauitate carent, nulloq; premente
Alta petunt, Aer, atque Aere purior ignis.
Quæ quanquàm ſpatio diſtant, tamen omnia fiunt
Ex ipſis, & in ipſa cadunt : reſolutaq; tellus
In liquidas rareſcit aquas : tenuatus in auras
Aeraq; humor *abit : dempto quoque pondere, rurſus — *habet, ſeu, adit :
In ſuperos aer tenuisſimus emicat ignes.
Inde retrò redeunt, idemq; retexitur ordo.
Ignis enim denſum ſpiſſatus in aera tranſit :
*Hinc in aquas : tellus glomerata cogitur unda. — *Hic
Nec ſpecies ſua cuique manet, rerumq; nouatrix
Ex aliis alias reparat natura figuras.
Nec perit in *tanto quidquam (mihi credite) mundo, — *toto
Sed uariat, faciemq; nouat : naſciq; uocatur
Incipere eſſe aliud, quàm quod fuit antè : moriq;
Deſinere illud idem. cùm ſint huc forſitan illa,
Hæc translata illuc : ſumma tamen omnia conſtant.
Nil equidem durare diu ſub imagine eadem
Crediderim, ſic ad ferrum uenistis ab auro
Secula : ſic toties uerſa eſt fortuna locorum.
Vidi ego quod fuerat quondam ſolidisſima tellus,
Eſſe fretum : uidi factas ex æquore terras :
Et procul a pelago conchæ iacuere marinæ,
Et uetus inuenta eſt in montibus anchora ſummis.
Quodq; fuit campus, uallem, decurſus aquarum
Fecit : & eluuie mons eſt deductus in æquor.
Eq; paludoſa ſiccis humus aret arenis :
Quæq; ſitim tulerant, ſtagnata paludibus hument.
Hîc fontes natura nouos emiſit, & illic
Clauſit, & antiquis tam multa tremoribus orbis
Flumina proſiliunt, aut exſiccata reſidunt.

ARGVMENTVM

Agmen Lyci conſumptum oſtendit alias apparuiſſe : alias non.

Sic ubi terreno Lycus eſt epotus hiatu,
Exiſtit procul hinc, alioq; renaſcitur * ore. — *Emiſſum.

Eraſinus in Arcadia fluere uiſus, modo latens, terræ uoragine abſumptus, poſtea Argis eſt redditus uoluntate Iunonis.

Sic modò combibitur, tecto modò gurgite lapſus
Redditur Argolicis ingens Eraſinus in agris.

Caicum flumen Myſiæ aliis nunc ripis, aliis in initio fluxiſſe fertur.

* Et myſum capitisq; ſui, ripæq; prioris
Pænituiſſe, aliaq; ferunt nunc ire Caicum.

RAPH. GENITALIA corpora} quattuor elementa, ex quibus omnia generantur. {Nulloq; premente} pondere ſubaudiatur. {Fiunt} generantur. {Ex ipſis} quattuor elementis. {Et in ipſa cadunt} in ipſa reſoluuntur. nam elementa dicuntur ex quibus omnia conſtant, & in quæ ultima reſoluuntur. {Reſolutaq; tel.} elemẽtorũ alterũ in aliud tranſire probat. nam & terra in aquam, & aqua in aerẽ, et aer in ignẽ, & contra ignis in aerem, aer in aquã, aqua in terrã conuertuntur. [Tenuatur in auras, aeraq; humor abit, ita plerique codices habent. neq; reclamat Regius. mihi uero ſic legendũ uidetur, tenuatus in auras, Aeraq; humor abit, ut intelligamus, terrã rarefactã in aquã, aquã in aerẽ, & inde aerẽ in ignẽ tranſire. id.n. & ſequentia ꝓbãt, cũ ait, ignis.n. denſum ſpiſſatus in aera trãſit. {Hic} .i. aer (ita.n. legẽdũ, nõ ut uulgo habet, hinc) ĩ aquas, tellus glomerata cogitur unda. neq;. n. ſimpliciter infimũ, aut ſummum elemẽtũ in cætera omnia uertitur, ſed quodq; in ꝓximũ ſuũ, ut docẽt Phyſici. nã quod qdã ꝓ abit, habet ſubſtituũt, id æq; ineptũ ac uanũ eſt]. {Tenuisſimus} purisſimus. {Supos ignes} ætherẽ, q omniũ elemẽtorũ ſupremus eſt. {Retexitur} reſoluitur. {Tell' glo. co. unda} hoc eſt, aqua trãſit in terram. {Glomerata un.} ex aqua condenſata. {Nec pe. in tan.} quæ nãq; perire uidẽtur, in quattuor elementa, uel (ut Ariſt. ſentit) in primã materiã reſoluũtur. {Mihi credi.} hoc ſibi credi poſtulat Pythagoras, q a uulgo parum uerisſimile uidetur. {Naſciq; uo.} qd naſci, quidq; mori ſit, eleganter deſcribit. naſci.n. aliqd dicit, cũ aliud q̃ qđ fuit ante incipit eſſe. mori uero cũ id deſinit eſſe, qđ ante fuit. {Cum ſint huc forſitã il.} Corruptionẽ unius alterius generationẽ eſſe ait, eaq; q̃ perire uidẽntur, in alia conuerti. {Huc} in hoc corpus. {Illuc} in ilud corpus. {Sũma tñ omnia cõſtat} in ſumma inqt, omnia eadẽ ꝑmanẽt. nã uel in quattuor elemẽta ſecũdũ Pythagorã, uel in primã materiã ex Ariſtotelis ſentẽtia omnia reſoluũtur. {Sub ima. ea} ſub eadem figura. {Sic ad fer.} ad ferreã ætatẽ. {Ab au.} ab ætate aurea. eſt autẽ apoſtrophe ad ſæcula. {Verſa eſt} mutata eſt. hinc aũt colligit id qđ toties ait Ariſt. Corruptionẽ unius, alterius eſſe generationẽ. {Vidi e. qđ fue.} id multis exẽplis colligi põt. nã ubi nũc eſt fretũ Siculũ, ibi fuit terra & qdẽ ſolidisſima. ut.n. Pli. narrat, Sicilia Italiæ olim fuit auulſa. Cyprus Syriæ, Eubœa Bœotiæ, Eubœæ Abãtis & Macris, tametſi in Plin. lib. 12. cap. 88. & 99. ferè legatur corrupte, Atlãtẽ, & Macriã belbicũ Bithyniæ, Leucoſia Syrenũ ꝓmõtorio. {Vidi fa. ex æquore ter.} nã ꝓterq̃ qđ nouæ inſulæ in mari naſcũtur, tota Ægypt' olim mare fuiſſe narratur. Hybãda ꝑterea quõdã inſula Ioniæ ducentis nunc a mari abeſt ſtadiis. {Et pro. a pela.} ẽt in mõtibus et qdem altisſimis cõchæ marinæ reperiũtur, ex quo colligitur illic mare aliquãdo fuiſſe. {Et eluuie} diluuio. {Paludoſa} terra ſubaudiatur. ex paludibus autẽ etiã nunc fertilisſimi agri fiũt, id qđ de Põtinis paludibus etiã Horatius in Arte poetica ſcribit:

Debemur. morti nos, noſtraq; ſiue receptus
Terra, Neptunus claſſes Aquilonibus arcet,
Regis opus, ſterilisq; diu palus aptaq; remis
Vicinas urbes alit, & graue ſentit aratrũ.

{Quæq; ſi. tu.} q̃ ſicca fuerant loca, a paludibus ſunt occupata. {Stagnata} ſtagna facta. {Hument} humeſcunt, humida facta ſunt. {Hic fon. no.} fontes noui ſæpenumero oriuntur, maximeq; ubi ſyluę ſucciduntur, ut Plin. lib. 2. c. 80. ſcribit, interdum etiam areſcunt. {Tremoribus orbis} terræ motibus. nam (ut refert Plin.) uarie quatitur terra, & mira eduntur opera, alibi proſtratis mœnibus, alibi hiatu profundo hauſtis, alibi egeſtis molibus, alibi emisſis amnibus, nonnunquam etiam ignibus, calidius'ue fontibus alibi auerſo fluminum curſu: {Excæcata} occulta. [Alii autem exiccata legunt, quam lectionem & ipſe approbo. durum enim nimis eſt, excæcatum pro occultatum, aut abſcõditum dici, cum alterum actiuæ poteſtatis ſit, alterum pasſiuæ.] {Sic ubi terreno. Lycus eſt} uariis probat exemplis, multa flumina modo oriri, modo occultari. Lycus autem fluuius eſt Aſiæ, a Cadmo monte fluens, qui ut Herod. ſcribit, iuxta Coloſſas Phrygiæ oppidum terræ hiatum ſubiens occulitur, deinde quinque ferè poſt ſtadia emergens, illabitur & ipſe in Mæandrum. Hæc autem & Plin. ſcribit. Subeunt inquit terras, rurſusq; redduntur Lycus in Aſia, Eraſinus in Argolica, Tigris in Meſopotamia. ſed duo item alii ſunt fluuii hoc nomine, alter ex Arcadia in litus Burræ labitur, alter apud Eretrios exiſtit. {Sic modo cum bibitur} Eraſinus fluuius eſt Arcadię, qui (ut ſcribit Herodotus) a Stymphalide palude oritur, at nunc quidem in argolico agro exit, cum antea exitum non haberet. {Et Myſum} Caicus fluuius eſt Myſiæ, qui alueum priſtinum mutauit.

Corruptio unius eſt generatio alterius.

{Nec

*Amaſenum flumen Siciliæ intumeſcere, refluere, interdum ſiccari.*

Nec non Sicanias uoluens Amaſenus arenas
Nunc fluit, interdum ſuppreſsis fontibus, aret.

*Anigrum flumen iucundiſsimam aquam ſitientibus præſtitiſſe: poſtea quam Centauri ab Herculeis ſagittis confecti, cruorem in eo abluerint, aſpero aduenientes fugaſſe odore.*

Ante bibebatur, nunc quas contingere nolis,
Fundit Anigrus aquas, poſtquam (niſi uatibus omnis
Eripienda fides) illic lauere bimembres
Vulnera clauigeri, quæ fecerat Herculis arcus.

*Hypanim Scythiæ amnem marini factum liquoris ait, cum fuerit in initio dulciſsimi, ob fontem religionis eiuſdem, in eum influentem.*

Quid? non & Scythicis Hypanis de montibus ortus,
Qui fuerat dulcis, ſalibus uitiatur amaris?

*Antiſſa, & Pharos, item Tyros in Phœnicia inſulæ fuerunt, nunc uero continenti coniunctæ.*

Fluctibus ambitæ fuerant Antiſſa, Pharosq́;,
Et Phœniſſa Tyros: quarum nunc inſula nulla eſt.

*Item Leucades inſulæ tres in ſalo ſunt nunc, a fluctibus olim relictæ, Item zancle olim coniuncta Italiæ, nunc freto diſcriminatur: propterea id contigit, quod Latonæ fides eſt ibi negata.*

Leucada continuam ueteres habuere coloni:
Nunc fretà circumeunt. Zancle quoque iuncta fuiſſe
Dicitur Italiæ, donec confinia pontus
Abſtulit, & media tellurem reppulit unda.

*Helice, & Buris Achaiæ urbes ponto uoratæ ſunt.*

Si quæris Helicen, & Buran Achæidas urbes,
Inuenies ſub aquis, & adhuc oſtendere nautæ
Inclinata ſolent cum mœnibus oppida merſis.

*Tumulum ſecundum Trozenam urbem ex area factum eruptionem ſpiritus qui terræ increuerat.*

Eſt prope Pittheam tumulus Trœzena ſine ullis
Arduus arboribus, quondam planiſsima campi
Area, nunc tumulus. nam (res horrenda relatu)
Vis fera uentorum cæcis incluſa cauernis
Expirare aliqua cupiens, luctataq́; fruſtra
Liberiore frui cælo, cùm carcere rima
Nulla foret toto, nec peruia flatibus eſſet,
Extentam tumefecit humum: ceu ſpiritus oris
Tendere ueſicam ſolet, aut direpta bicornis
Terga capri. tumor ille loci permanſit, & alti
Collis habet ſpeciem, longoq́; induruit æuo.

*Fons in Africa Ammonis, ſolis ortu, obituq; caleſcit, poſtmodum in glaciem uertitur.*

Plurima cùm ſubeant audita, aut cognita nobis,
Pauca ſuper referam. quid? non & lympha figuras

RAPH. NEC non Sica.} Amaſenus fluuius eſt Siciliæ, qui æſtate ferè exiccatur. {Ante bib.} Anigrus, qui & Aniger dicitur, fluuius eſt Graciæ, qui è dulci factus eſt amarus, poſtquam in eo ſe lauerunt Centauri ab Hercule uulnerati: quamuis alii tradant Melampodem, ut Prœtidas ab inſania purgaret, illis ad explationem aquis uſum fuiſſe; propter quod ex dulcibus amaras fuiſſe effectas. [uide Eliaca Pauſaniæ priora.] Piſces etiã gignit peſsimi ſaporis. hic autem fluuius ante Minyæus appellabatur, cuius aquæ irrigatio maculas albas, & impetigines ſanat, qua ex cauſſa Alpheum quoque quod Alphos, id eſt maculas curet, nomen ſortitum eſſe litteris proditum eſt. {Quid non & ſcythicis Hypanis} fluuius eſt Scythiæ ex magna palude profluens, circum quã (ut ſcribit Herodotus lib. quarto) paſcuntur equi ſylueſtres candidi. is quinq; ferè dierũ nauigationẽ anguſtus, & dulcis fluit. ſed mox quattuor a mari dierum nauigatione, ſanè q̃ amarus, propter amarum qui in eum influit fontem. eſt autem hic fons in finibus Scytharum Aratorum & Halyzonum, eodem nomine, quo locus unde emanat, Scythica lingua exampeus, id eſt ſacræ uiæ. {Fluctibus ambitæ} ex inſulis continentẽ fieri, ac ex continente inſulas exemplis colligit Pythagoras. nam Antiſſa cum antea per ſe inſula eſſet cum urbe eiuſdẽ nominis, nunc Lesbo (ut Plinius ſcribit li. 2. c. 89.) eſt adiuncta. {Pharos} Pharos quoq; inſula olim fuit, Ægypto adiacens, nũc autem continens eſt facta, quæ turrim habebat multis tabulatis excelſam, & albo lapidæ mirifice ſtructam eodem nomine, quo inſula, quam quidẽ Soſtratus Gnydius regum amic⁹ pro nauigantiũ ſalute (ut refert Strabo lib. 17. extruxit. [Meminit & Plin. lib. 2. cap. 85.] {Tyros} Tyros uerò urbs eſt Phœniciæ, quæ Alexandri magni temporibus inſula fuit. nam aggere ab ipſo continenti fuit coniuncta, dum illam obſideret. [ut Curtius lib. 4. cap. 1. & cęteri.] {Leucada con.} Leucas urbs eſt, quę olim Epiro fuit coniuncta. Leucadem autem uocauerunt (ut Strabo opinatur) a Leucate ſumpto uocabulo. eſt autẽ albicanti colore petra in pelapus proiecta, atq; Cephaleniæ & Leucadi adiacens, in qua eſt Apollinis Leucatæ Fanum. urbem autem poſuit pro inſula Ouid. nam (ſi referenti Plinio credimus) Leucadia peninſula eſt iuxta ſinum Ambracium, quondam Neritis appellata, accolarum opere abſciſſa a continenti, ac reddita uentorum flatui, congeriem arenę accumulantium. oppidum autem in ea Laucas quondam Neritum dictum. {Zancle quoq;} Zancle urbs eſt Siciliç, quę nunc Meſſena dicitur, olim Italiæ adiuncta. eam (ut Strab. lib. ſexto, refert) condidere Meſſenii, qui Peloponneſum habitant, a quibus & nomen accepit, nam prius a curuitate locorum Zancle fuit uocata. nam curua Zancleia uocabant Naxii, qui illam prius ædificarunt. {SI quæris Helicen} Helice urbs fuit Achaiç, in qua Calliſto nata fuiſſe dicitur, unde ſępenumero pro maiori ponitur urſa. [Helice Achaiæ urbs fuit, ab Helicæ Selinuntis filia, Ionis coniuge nominata, auctores Stephanus, Pauſanias & Strabo. Calliſto autem. cuius hic Regius meminit, non in Achaia, ſed Arcadia nata fuit, neq; ab urbe Helice cognomen ullum accepit, ſed quod urſa maior Helice a poetis dicitur, minor autem Cynoſura, diuerſam rationem habet. nam Aratus, & qui eum ſequuntur, quorum & Higinus meminit, Helicen & Cynoſuram, nymphas Idæas, Iouis nutrices fuiſſe tradunt, quas Iupiter officii ac miniſterii ſui cauſſa inter ſydera retulerit. buanquam ſiquis ad etymologiam uocum reſpiciat, Helicen ἀπὸ τοῦ ἑλίσσειν, hoc eſt uertendo, eo quòd tota ſupra terram uertatur, dictum inueniat. Cynoſuram autem a ſpecie & poſitu ſtellarum, quòd canis caudam referat. {Burã} Bura item urbs fuit Achaiæ, cuius ut Helices in ſinu Corinthio, ut ſcribit Plinius, etiamnum ueſtigia apparent. eſt autem in monte ſita, a Bura Iouis filia & Helices dicta, ut pauſanias in Achaicis ſcribit, quæ terręmotu, & ipſa quoque cum Helice deleta eſt, adeo concuſſa fuit, ut ne deorũ quidẽ ſtatuæ integræ fuerint relictę. ſoli autem Burenſiũ, qui tũc abfuerunt, Buran poſtea habitarunt. {Eſt propè Pittheiam} Pitthei Æthræ patris patriam. nam Trœzen urbs eſt Peloponneſi, a Trœzene Pelopis filio dicta, quę & Aphrodiſias, & Saronia, & Poſidonias, & Apollonias, & Anthanis fuit appellata. planiciem autem in mõtes conuerti, & contra mõtes in planiciem tranſire. colligit Pythagoras. eã autẽ huiuſmodi mutationis cauſsã aſsignat, q̃ & Ariſtoteles in Meteoris affert. uentos .n. ſubterraneos neq; exitũ habẽtes in cauſſa eſſe ait, ut plana interdũ montes efficiantur. {Res horrenda} admiranda. eſt autem acclamatio. {Vis fera} uiolentia terribilis. {Cæcis} occultis. {Aliqua} uia. {Luctata} conata. {Flatibus} flaminibus. {Aut direpta bicornis Terga capri} periphraſis eſt utrium. {Plurima cum ſubeant} in mentem ueniant. {Super} inſuper.

Datq́; , capitq́; nouas ? medio tua corniger Hammon
Vnda die gelida eſt , ortuq́; , obituq́; caleſcit .

Athamanis Theſſaliæ regionis fonti lignum tenuata luna admotum accenditur.

Admotis Athamantis aquis accendere lignum
Narratur , minimos cum luna receſsit in orbes .

Flumen quoque apud Ciconas eſt, ex quo qui bibit, in lapidem conuertitur.

Flumen habent Cicones , quod potum ſaxea reddit
Viſcera , quod tactis inducit marmora rebus .

Crathis amnis , & ei confinis Sybaris , capillos aurei coloris efficiunt .

Crathis , & hinc Sybaris ueſtris conterminus oris ,
Electro ſimiles faciunt , auroq́; capillos .

Salmacis fons in Caria contactu ſui liquoris, cogit in molliciem corporis obſcœni uerti , Beneficio Mercurii & Veneris dicitur eſſe factum .

Quodq́; magis mirum ſunt q non corpora tãtùm ,
Verùm animos etiam ualeant mutare liquores .
Cui non audita eſt obſcœnæ Salmacis unda ?

Lacus eſt in Æthiopia hauſto liquore ad ſitim ſedandam , aut in inſaniam, aut in ſoporem uertit .

Aethiopesq́; lacus ? quos ſi quis faucibus hauſit ,
Aut furit , aut patitur mirum grauitate ſoporem .

Clitorius fons in Arcadia uinum in odium adducit : quod Melampus Amithaonis filius Prœtidas cum ab inſania liberaſſet , nouiſsime remedia in eum proieciſſe fertur .

Clitorio quicunque ſitim de fonte leuarit ,
Vina fugit , gaudetq́; meris abſtemius undis .
Seu uis eſt in aqua calido contraria uino ,
Siue , quod indigenæ memorant , Amithaone natus
Prœtidas attonitas poſtquàm per carmen , & herbas
Eripuit furiis , purgamina mentis in illas
Miſit aquas , odiumq́; meri prrmanſit in undis .

RAPH. MEDIO tua corniger Hammon} Iupiter ſub figura arietis in Libya hac de cauſſa colitur, quod cum Liber pater per Libyæ deſerta exercitum ducens, ſiti laboraret, patrem rogauit, ut ſibi auxilio eſſet, cui repente aries occurrit , quem ſecutus, limpidiſsimum fontem inuenit . in tantæ autem rei memoriam & templum magnificentiſsimum extruxit, & inſtituit, ut Iupiter ſub figura arietis coleretur . fons uero ille (ut ſcribit Plini⁹) interdiu frigidius , noctib⁹ feruet. {Admotis Athamãtis aquis} in Dodone ſcribit Plinius lib. 2. cap. 103. Iouis fons cũ ſit gelidus , & immerſas faces extinguat, ſi extinctæ admouentur, accendit . idẽ meridie ſemper deficit, quã de cauſſa Anapauomenon uocãt. Mox increſcens ad mediũ noctis exuberat, ab eo rurſus ſenſim deficit . quamuis autem Athamantis legatur , Athamanis tamen ab Ouidio forſitan ſcriptũ fuit. nam Athamania, quæ & Athamanis dicitur , Theſſaliæ regio eſt, in qua fons ille eſſe perhibetur . hinc etiã Athamanes populi dicuntur . eſt autẽ hypallage , Admotum aquis lignum intelligitur. [Solinus cap. 12. fontem de quo hic dicitur , Epiri dicit, Sacrum cognomento, Plinius lib. 2. cap. 103. Dodoneum, Ioui ſacrum. eſt autem Dodone pars Epiri . quod igitur regius cõtendit Athamanis , legendũ eſſe, ut ſit fœmininum gentile ab Athamania , q̃ Plinius Ætolorum populũ, Stephanus Illyrici partẽ, alii Theſſaliæ faciunt: id ita accipio , ſi uocabulum uicini loci , pro proprio ſumatur, deinde Athamanis non de terra , ſed de aqua ſiue unda , quod nomen proximo uerſu præcedit intelligatur . quanquam etiã Strabo lib. 7. Athamanes inter Epiroticos recenſet his uerbis, ἠπειρῶται δ᾽ εἰσὶ καὶ ἀμφίλοχοι, καὶ οἱ ὑποκείμενοι καὶ συνάπτοντες τοῖς ἰλλυρικοῖς ὄρεσι τραχεῖαν οἰκοῦντες χώραν, μολοττοί τε καὶ ἀθαμᾶνες καὶ αἴθικες καὶ τυμφαῖοι καὶ ὀρέσται. &c.
{Recreſcit} decreſcit. {Flumen habent Cicones} huius fluminis nomen non memini me legiſſe , niſi Hebrum intelligamus . Plinius uero ſic ſcribit . in Ciconum flumine & in Piceno lacu Velino lignum deiectum, lapideo cortice obducit. Cicones aũt Thraciæ populos eſſe ſæpi⁹ iã ſcripſim⁹.

COEL. RHOD. CÆTERVM, in hac calẽtiũ aquarũ ratione, non nec illud eximiũ eſt, ac inueſtigãdũ anxie, qđ ipſe etiã penè pure apud Aponũ adnotaui, dũ Patauii capeſſerẽ ingenii cultum, ab illis ſubinde lapides gigni: hoc extra omnẽ admirationẽ mihi fuit, ſcaturiunt ibi feruẽtiſsimæ aquæ, in ſupercilio non multũ tarrecto, in ſubiecto molendinũ eſt, quod uerſat balinei aqua per conuallẽ decurrẽs, Volaticã, ut nũc paſſim dicitur, in quã impetu deuoluitur aqua ꝑ arctũ . uidimus rotã , ueluti quodã artificio lapidea circũtectã cruſta, & quũ oculis nõ ſatis crederẽ, duritiem materiæ experturus, cultelli ſatis ualidi mucronẽ inſigniter retuſum animaduerti . id utpote adoleſcẽti, q nihil admodũ interioris ſciẽtiæ attẽtaſſem , miraculũ eſt uiſum . mox repetita urbe, quũ rẽ ſcholaſticis qbuſdã expoſuiſſem in foro, riſu exceptus ſum ab omnibus ferre, tanq̃ inuſitata neſcio q̃, & abſurda ac ſcurrilia ꝓtulerem . ſed haud ita multo interſtitio facto, illuc ꝓfecti mecũ in rẽ præſentem uerisſima ſenſerũt, q̃ prius inſcite ludibrio habuerãt . uerum ea omnia poſt , quum Plinii , tum aliorum doctrina confirmata reperi . nam & Seneca (ut de Strabone taceam lib. 13.) Naturaliũ tertio ad hũc modũ ſcribit: Intereſt utrũ loca ſulfure, an nitro, an bitumine plẽna tranſeãt . hac ratione corruptæ cum uitæ periculo bibuntur : unde & apud Ouid. legimus :
Flumen habent Cicones qđ potum ſaxea reddit
Viſcera, quod tactis inducit marmora rebus .

{Crathis & hinc Sybaris} Crathis & Sybaris fluuii ſunt Calabriæ , q capillos flauos efficiunt. eſt ẽt Crathis Achaiæ fluuius, iuxta Ægas labens, a miſcendis aquis cognominatus, qđ a duobus fluminibus incremẽta ſuſcipiat, a quo et Italicus (ut Strabo Pauſanias aiunt) fuit appellatus . [Crathidis qdẽ meminit Pauſanias in Achaicis & Arcadicis . de utroq; autẽ Strabo. lib. 6. his uerbis : ἐφεξῆς δ᾽ ἐστὶ διακοσίοις σταδίοις ἀχαιῶν κτίσμα ἡ σύβαρις δυοῖν ποταμῶν μεταξύ, κράθιδος καὶ συβάριδος. Et paulo poſt, ὁ μὲν οὖν σύβαρις τοὺς πίνοντας ἵππους ἀπ᾽ αὐτοῦ, πτυρτικοὺς ποιεῖ, διὸ καὶ τὰς ἀγέλας ἀπείργουσιν ἀπ᾽ αὐτοῦ. ὁ δὲ κράθις τοὺς ἀνθρώπους ξανθοτριχεῖν καὶ λευκοτριχεῖν ποιεῖ λουομένους, καὶ ἄλλα πολλὰ πάθη ἰᾶται.]
{Cui nõ audita eſt} Salmacis fons eſt Cariæ, in quem qui ingrediuntur, effœminati egrediũtur . cuius rei cauſſam in ſuperioribus diximus libris. {Mirum grauitate ſoporem} periphraſis eſt Lethargi . [Solinus cap. 32. etiã lacũ in Æthiopia dicit eſſe, quo perfuſa corpora uelut oleo niteſcãt.]
{Clitorio qcunq; ſitim} Clitorius fons eſt Arcadiæ, q potus odiũ uini inducit. [Pauſanias fluuiũ uocat Clitorẽ , iuxta oppidũ Clitoriũ, a Clitore Azanis filio nominatũ . de natura aũt aq̃ ẽt Vibius ſequeſter meminit , & Vitruuius lib. 8. q & epigrãma, circa fontẽ illũ lapidi iã olim inſcriptũ tale refert.

Ἀγρότα σὺν ποίμναις τὸ μεσημβρινὸν ἤν σε βαρύνῃ
Δίψος ἀν᾽ ἐσχατιὰς Κλείτορος ἐρχόμενον .
Τῆς μὲν ἀπὸ κρήνης ἄρυσαι πόμα , καὶ παρὰ νύμφαις
Ὑδριάσι στῆσον πᾶν τὸ σὸν αἰπόλιον .
Ἀλλὰ σὺ μήτ᾽ ἐπὶ λουτρὰ βάλῃς χροΐ, μή σε καὶ αὔρη
Πημήνῃ τερπνῆς ἐντὸς ἐόντα μέθης .
Φεῦγε δ᾽ ἐμὴν πηγὴν μισάμπελον , ἔνθα Μελάμπους
Λουσάμενος λύσσης Προιτίδας ἀργαλέης ,
Πάντα καθαρμὸν ἔκοψεν ἀπόκρυφον, εὖτ᾽ ἂρ ἀπ᾽ Ἄργους
Οὔρεα τρηχείης ἤλυθεν Ἀρκαδίης. ]

{Calido uino} ex ſentẽtia phyſicorũ calidũ eſt natura uinũ . {Indigenæ} accolæ ibi geniti. {Amythaone na.} Melãp⁹ medicus, q Prœti Argiuorũ regis filia quattuor putãtes ſe uaccas eſſe eo furore liberauit, quẽ ipſis Iuno, ut ſcribit Pherecydes, ut alii Ven⁹, immiſerat, ꝙ ille ſe pulchriores ẽe iactarẽt. {Prœtidas} Prœti Argiuorũ regis filias, quarũ noĩa ſũt hęc, Mera, Furyale, Lyſippe, & Iphianaſſa, quã qdẽ Melãpus parte regni accepta , poſteaquam illas curauit , uxorem accepit .

{Hæc

*Lyncestius amnis Thraciæ hanc uim obtinet, poteſtate mutata, ut aquam eius bibentes ebrii fiant,*

Huic fluit effectu diſpar Lynceſtius amnis,
Quem quicunq; parum moderato gutture traxit,
Haud aliter titubat, quàm ſi mera uina bibiſſet.

*In Arcadia ſecundum Phenon urbem aquæ feruntur, quæ potæ nocte nocent, luce autem innocuæ cognoſcuntur.*

Eſt lacus Arcadiæ, Pheneum dixere priores,
Ambiguis ſuſpectus aquis, quas nocte timeto,
Nocte nocent potæ, ſine noxa luce bibuntur.

*Ortygia inſula olim mobilis erat, Symplegades quoq; cautes in ponto concurrentes, flatibus ſolitæ moueri, nunc fixæ fundamentis tenentur loco.*

Sic alias, aliasq́; lacus, & flumina uires
Concipiunt: tempusq́; fuit, quo nauit in undis
Nunc ſedet Ortygiæ. timuit concurſibus Argò
Vndarum ſparſas Symplegadas eliſarum,
Quæ nunc immotæ perſtant, uentisq́; reſiſtunt.

*Ætna mons Siciliæ in ignem uerti cœpit, cum initio riguerit.*

Nec quæ ſulphureis ardet fornacibus Aetna,
Ignea ſemper erit: neque enim fuit ignea ſemper.
Nam ſiue eſt animal Tellus, & uiuit, habetq́;
Spiramenta locis flammam exhalantia multis,
Spirandi mutare uias, quotiesq́; mouetur,
Has finire poteſt, illas aperire cauernas.
Siue leues imis uenti cohibentur in antris,
Saxaq́; cum ſaxis, & habentem ſemina flammæ
Materiam iactant, ea concipit ictibus ignem,
Antra relinquentur ſedatis frigida uentis.
Siue bitumineæ rapiunt incendia uires,
Luteaúe exiguis ardeſcunt ſulfura fumis.
Nempe ubi terra cibos, alimentaq́; pinguia flammæ,
Non dabit, abſumptis per longum uiribus æuum,
Naturæq́; ſuum nutrimen deerit edaci.
Non feret illa famem, deſertaq́; deſeret ignes.

*In pallente, quæ ſub Aquilone iacet, homines dicuntur in uolucres uerti, nouies cum in Tritoniacam paludem merſi ſint.*

Eſſe uiros, fama eſt, in Hyperborea Pallene,
Qui ſoleant leuibus uelari corpora plumis,
Cùm tritoniacam nouies ſubiere paludem,

*Scythides, in Scythia fœminæ uenenis ſparſæ corpora immutant, ſe in aues transfigurantes.*

Haud equidem credo, ſparſæ quoq; membra ueneno
Exercere artes Scythides memorantur eaſdem.

*Ex uitulis apes naſcuntur: quas Ariſteus fertur inueniſſe.*

Si qua fides rebus tamen eſt addenda probatis,
Non'ne uides quæcunque mora, fluidoq́; calore
Corpora tabuerint, in parua animalia uerti?
I quoque, delectos mactato obrue tauros,
(Cognita res uſu) de putri uiſcere paſsim
Florilegæ naſcuntur apes, quæ more parentum
Rura colunt, operiq́; fauent, in ſpemq́; laborant.

RAPH. HVIC fluit} Lynceſtius fluuius eſt, cuius aquam quiſquis potauerit, non minus ebrius efficitur, quam ſi immoderate uinum bibiſſet. hoc etiam Plinius lib. 2. cap. 103. quidem his uerbis affirmat: Lynceſti aqua quæ uocatur acidula, uini modo temulentos facit. item in Paphlagonia, & in agro Caleno. {Eſt lacus Arcadiæ} de Stymphalio lacu, qui eſſe fertur iuxta Pheneum campum, uel de reſtagnatione Ladonis aquæ aliorum'ue fluuiorum, quæ in Pheneo campo fieri conſueſſe ſcribitur, quamuis nihil de aquarum qualitate dicat. Plinius uero, niſi mendum inest, ſentire uidetur Pheneas paludes in Arcadia eſſe, ex quibus Ladon profluat. Arcadia autem regio eſt Achaiæ mediterranea, maxime a mari remota, quæ primo Drymonis, mos Pelaſgis fuit appellata. [Aquam de qua hic Ouid. intelligere uult, Pauſanias Stygem uocari ait ab Arcadibus, cuius uerba hæc ſunt: πηγὴ δέ ἐστιν αὐτόθι (de Cynæthaensibus loquens) ὕδατος ψυχροῦ, καὶ ὑπὲρ αὐτῆς πλάτανος πεφυκυῖα· ὃς δ' ἂν ὑπὸ κυνὸς κατάσχετος λύσσῃ, ἤτοι ἕλκος, ἢ καὶ ἄλλως κίνδυνον εὕρηται, τὸ ὕδωρ οἱ πίνοντι ἴαμα, καὶ ἄλυσσον τοῦδε εἵνεκα ὀνομάζουσι τὴν πηγήν. Καὶ οὕτω φαίνοιτο ἂν Ἀρκάσι τὸ μὲν πρὸς Φενεῷ ὕδωρ, ὃ Στύγα ὀνομάζουσιν, ἐπ' ἀνθρώπου συμφορᾷ ἀνευρημένον· ἡ δὲ πηγὴ ἐν Κυναιθεῦσιν ἀγαθὸν οὖσα ἀντίρροπον τῷ ἐκεῖ πήματι. ex quibus uerbis ſatis patet de qua aqua Ouid. intellexerit. niſi quod Pauſanias de diſcrimine lucis ac noctis nihil meminit. locus autem Plinii, quem hic Regius citat, ex lib. 4. c. 6. his uerbis: Amnes, Ladon e paludibus Phenei, Erymanthus e monte eiuſdem nominis in Alphæum defluentes, &c. neque quicquam difficultatis aut mendæ habet, quantum ego quidem uidere poſſum.] {Sine noxa} ſine nocumento. {Tempusq́; fuit quo nauit in undis} Ortygia inſula, quæ & Delos uocatur, ut ſuperius diximus, fluitare ſolebat. {Timuit conc. Ar.} Symplegades inſulæ ſunt, & quæ Cyaneæ dicuntur, contra Boſphorum Thracium, quæ a poetis olim concurriſſe finguntur, quoniam (ut inquit Plin. lib. 4. cap. 13.) paruo diſcretæ interuallo ex aduerſo intrantibus geminæ eſſe uidentur, paululumq́; deflexa acie coeuntium ſpeciem præbebant. {Vndarum eliſarum} expreſſarum duorum ſcopulorum concurſu. {Nec quæ ſulfureis ardet} cauſſas aſsignat poeta, cur Ætna Siciliæ mons notiſsimus ardeat. hinc aut etiam colligit, omnia eſſe in continuo fluxu, quod nec ſemper arſit, nec ſemper arſura eſt Ætna. tres aut affert illius incendii cauſſas. nam aut naturalis eſt *ille* ignis, aut a uentis incluſis excitatur, aut ex ſulfure & bitumine oritur. {Ictibus} iactatibus. {Frigida} ſine igni. {Bitumineæ uires} Bitumen genus eſt picis celerrime ignem rapientis. {Eſſe uiros fa. eſt} Pallene & urbs eſt Thraciæ a Pallene Sithonis filia dicta, & Cherroneſus, quæ & Phlegora antiquitus uocabatur, ubi giganteum bellum confectum fuiſſe dicitur. {Qui ſo. leui.} qui ſoleant in aues conuerti. {Cum Tritonia. paludem} Tritoniaca palus in Lybia eſſe ſcribitur, ſed poeta de ea, quæ ſit in ſeptentrione uidetur ſentire, de qua me nihil memini alibi legiſſe: ſimile de Arcadibus Plinius ſcribit, quos in lupos uerti, rurſusq́; ſibi reſtitui, tam conſtans fama fuit, ut in maledictis uerſipelles habeantur. [Ceterum quod ad Ouidii fabulam attinet, uidetur eodem pertinere & Plinii uerba, quibus ille de Hyperboreis. mox Riphei (inquit) montes, & aſsiduo niuis caſu, pinnarum ſimilitudine Pterophoros appellata regio. pars mundi damnata a natura rerum, & denſa merſa caligine, neque in alio, quàm rigoris opere, gelidisq́; aquilonis conceptaculis. pone eos montes, ultraq́; Aquilonem, gens felix (ſi credimus) quos Hyperboreas appellauere, annoſo degite eo, fabuloſis celebrata miraculis, &c. nam quod regio ipſa πτεροφόρος appellata, occaſionem fabulæ dediſſe uidetur: deinde & illud accedit, quod dicitur gens fabuloſis celebrata miraculis, quanquam neq; de Pallene Hyperborea, neq; de Tritoniaca palude alibi quicquam, quod ego ſciam extet.] {Scythides} Scythicæ mulieres, quæ ſe in aues, ut noſtratium quædam, in feles mutare dicuntur. {Sparſæ} perunctæ. {Eaſdem artes} ut ſe in aues conuertant. {Rebus probatis} de quibus periculum eſt factum. {Tabuerint} corrupta fuerint. {Fluido calore} ab effectu quod fluida & mollia corpora reddat. {Obrue} terra tege. {Delectos tauros} uitulos. nam ex uitulis (ut in Georgicis ſcribit Virgilius) apes naſcuntur. {Vſu} experientia. {De putri uiſcere} de corrupta carne. {Rura colunt} nam in agris e floribus rorem legentes uerſantur. {In ſpem} futuri & mellis & noui examinis.

Hoies in aues.

Mulieres in aues.

Apes ex cadauere bubulo

Ex equo putrefacto crabrones naſci potuiſſe primum proditur.

Preſſus humo bellator equus Crabronis origo eſt.

Cancrum demptis brachiis ſi terræ ſubiicias, ſcorpius naſcitur.

Concaua littoreo ſi demas brachia cancro,
Cætera ſupponas terræ, de parte ſepulta
Scorpius exibit, caudaq́; minabitur unca.

Bombyces quæ folia filis intexunt, in papiliones uertuntur.

Quæq́; ſolent canis frondes intexere filis
Agreſtes tineæ, res obſeruata colonis,
Ferali mutant cum papilione figuram.

Ranæ naſcuntur ex limo ſine pedibus: mox natando pedes increſcunt.

Semina limus habet uirides generantia ranas,
Et generat truncas pedibus, mox apta natando
Crura dat: utq́; eadem ſint longis ſaltibus apta,
Poſterior ſuperat partes menſura priores.

Vrſæ carnem pariunt, eamq; lambendo in figuram ſui conuertunt.

Nec catulus partu quem reddidit Vrſa recenti,
Sed malè uiua caro eſt, lambendo mater in artus
Fingit, & in formam quantam capit ipſa reducit.

Apes initio truncæ, ut uermes, naſcuntur: poſtea corporis partes, ac pennas accipere produntur.

Non'ne uides, quos cera tegit ſexangula fœtus
Melliferarum apium ſine membris corpora naſci?
Et ſetoſq́; pedes, ſeraſq́; aſſumere pennas?

Pauones, qui in tutela Iunonis habentur: item aquilæ Iouis Columbæq; Veneris: & cæteræ uolucres ex media parte oui, qui uitellus uocatur, uidentur naſci.

Iunonis uolucrem, quæ cauda ſydera portat,
Armigerumq́; Iouis, Cithereidaſq́; columbas,
Et genus omne auium mediis è partibus oui
Ni ſciret fieri, quis naſci poſſe putaret?

Ex medulla humana in ſepulchris angues proſeminantur.

Sunt qui cùm clauſo putrefacta eſt ſpina ſepulchro,
Mutari credant humanas angue medullas.

Phœnix in Aſſyriæ finibus nido ex odoribus facto, cum eſt ſenectute preſſa, ſupra recumbit, ex cuius ſanie alia renaſcitur: & uiribus roborata, nidum in urbem effert ſolis: ibiq; in templo eius monimentum patris reponit. fertur enim quinque ætatis ſæcula replere.

Hæc tamen ex aliis generis primordia ducunt,
Vna eſt, quæ reparet, ſeq́; ipſa reſeminet ales.
Aſſyrii Phœnica uocant: nec fruge nec herbis,
Sed turis lachrymis, & ſucco uiuit amomi.
Hæc ubi quinque ſuæ compleuit ſecula uitæ,
Ilicis in ramis, tremulæq; cacumine palmæ,
Vnguibus, & duro nidum ſibi conſtruit ore.
Quò ſimulac caſias, & nardi lenis ariſtas,
Quaſſaq; cum fulua ſubſtrauit cinnama myrrha,
Se ſuperim ponit, finitq; in odoribus æuum.
Inde ferunt totidem, qui uiuere debeat annos,
Corpore de patrio paruum Phœnica renaſci.

RAPH.

PRESSVS humo bellator equus} per quem bella geruntur. notum eſt autem crabrones ex equis putrefactis naſci. {Littoreo cancro} in littore moranti. hoc autem uſu cognitum eſt, ſcorpium naſci ex cācro terra obruto. {Caudaq́; minabitur unca} nam ſcorpius cauda ictus inferre memoratur. {Quæq́; ſolent canis} Bōbices dicit, q́ ſericum generāt. nā (ut Pliu. in. 11. Na.hi. ſcri.) Bombices in Aſſyria prouenientes nidos è luto fingunt ſalis ſpecie applicatos lapidi tanta duricie, ut ſpiculis pforari uix poſſint. in his et ceras largius quàm apes faciunt, deinde maiores uermiculos, hi Erucæ fiunt. fit deinde q́ uocatur Bōbilis, ex ea Nicedalus, ex hoc ſex menſibus Bombices telas araneorū more texunt, ad ueſtē, luxumq; fœminarum, quæ bombicina dicitur.

Ex equo crabrones. Ex cancro Scorpius. Tineę in papiliones. Ranæ ex limo. Caro in urſum. Apes primo ſine pedibus. Aues ex medio oui. Anguis ex hominis ſpina. Phœnix ex ſe ipſo.

[Recte quidē de bōbicibus, & earū generatione Regius, ex Ariſtotele ac Plin. uidelicet, ſed quod hic Ouid. Tineas agreſtes, Bōbices uocarit, id puto, non recte ſenſit. neque enim Bombices quiſquam tineas recte uocauerit, cum eas tineas uocēt auctores proprie, quæ arrodunt atq; cōſumāt aliquid. ut Tineas ueſtiū, Tineas alui, & id genus. deinde papiliones non ex bōbicibus ſed ex frondiū ac foliorum tineis naſcuntur. id quod uulgo notū eſt. Totus autem hic locus explicatur apud Plinium libro duodecimo cap. 32. ubi ille in hunc modū, multa autē, inquit, inſecta & aliter naſcuntur, atq; in primis ex rore. inſidet hic raphani folio primo uere, & ſpiſſatus ſole in magnitudinē milii cogitur. inde oritur uermiculus paruus, & triduo mox eruca, quæ adiectis dieb' creſcit immobilis, duro cortice ad tactum mouetur aranei, Hæc eruca. quā Chryſalidem appellant, rupto deinde cortice uolat papilio. deinde quod feralē Ouidius uocat Papilionē eo referendū quo Plin. lib. 28. c. 10. ait. Papilio quoq; lucernarū luminib' aduolans, inter mala medicamenta numeratur. huic cōtrariū eſt iecur caprinū, ſicut fel ueneficiis ex muſtella ruſtica factis, &c.] {Res obſeruata} animaduerſa, notata. {Tineæ agre.} uermiculi agreſtes. {Ferali papi.} peſtifero ac ueneno ſo. {Truncas pedibus} mutilatas & carentes pedibus. {Nec Catulos partu} Plin. lib. 8. c. 36. hoc idē ſcribit de urſis. pariunt inquit triceſimo die, ac plurimum quinos, hi ſunt candida, informiſq; caro paulo muribus maior, ſine oculis, ſine pilo, ungues tātū pminēt, hanc lambendo paulatim figurant. {Fingit} figurat, {Non'ne uides} apes ſine pedibus naſcuntur, unde ēt nomē traxere. primū enim uermiculi abſq; pedibus, aliſq; oriuntur. {Iunonis uolucrē} pauonē. {Armigerū Iouis} aqlā. {Cythereidas columb.} Veneri dicatas. [Legendū uidetur, Cythereidas columbas, facto patronymico a Cythereius, a, um, uerſus gratia.]

COEL. RHOD

QVO tamen uerſu legi commodius Cytheriacę poteſt, ſed ſyllabæ mēſus nonnihil refragatur. meminit & Academicorum ſecundo M. Tullius. neque uero hoc loco expectandum, ut de remo inflexo, aut de collo columbæ reſpondeam. nō enim is ſum, qui quicquid uidetur, tale dicā eſſe, quale uideatur. & rurſum: nam & in remo ſentio non eſſe id quod uidetur; & in columba plures uideri colores, nec eſſe plus uno. quod ad ſyllabam attinet, uariatum in ea cōperias, uti Metamorphoſeon 15.

Armigerumq́; Iouis,
Cythereidaſq́; columbas:

{Mediis è partib' oui} ex uitello oui. {Sunt qui cum clauſo} de hoc Plin. lib. 10. cap. 66. ſic ſcribit. anguem ex medulla hominis ſpinæ gigni, accepimus a multis. {Hæc tamē ex aliis} mirandam Phœnicis auis generationem deſcribit poeta, de quo & Plin. lib. 10. c. 2. ferè eadē. Aquilæ autem magnitudine eſſe narratur, auri fulgore circa collum, cætera purpureus, cœruleam roſeis caudam pennis diſtinguentibus, criſtris faciem caputq́; plumeo apice honeſtante. peculiaris eſt Arabiæ felicis. Manilius ſenator auctor eſt neminē extitiſſe, qui Phœnicem uiderit. ſacrum in Arabia Soli eſſe, uiuere annis ſexcentis ſexaginta. Seneſcētem caſia, thuriſq́; ſurculis conſtruere nidum, replere odoribus & ſuper emori; ex oſſibus deinde ac medullis naſci, primo ceu uermiculum, inde fieri pullum, principioq́; iuſta funeri priori reddere, & totum deferre nidum propè Panchaiam in Solis urbem & in ara ibi deponere. {Primordia} originem. {Aſſyrii Phœnica uocant} a colore purpureo Phœnix uidetur appellatus. {Quo ſimulac caſias} Phœnicis nidum aperte omnia deſcribit poeta. Caſia autem & nardus frutices ſuauisſimi odoris in Arabia naſcentes.

{Oneriq;

Cùm dedit huic ætas uires, oneriq́; ferendo eſt,
Ponderibus nidi ramos leuat arboris altæ,
Fertq́; pius, cunasq́; ſuas, patriumq́; ſepulcrum,
Perq́; leues auras Hyperionis urbe potitus,
Ante fores ſacras Hyperionis æde reponit.

Hyena fera ex fœmina in marem uertitur.

Si tamen eſt aliquid miræ nouitatis in iſtis,
Alternare uices, & quæ modò femina tergo
Paſſa marem eſt, nunc eſſe marem miremur Hyenam.

Chameleon uentis, & aura nutritus, quodcunque contigerit coloris, eiuſdem efficitur.

Id quoque, quod uentis animal nutritur, & aura,
Protinus aſſimilat, tetigit quoſcunque colores.

Lynces, qui ſunt in liberi tutela, urinam uertunt in lapidem.

Victa racemifero lyncas dedit India Baccho:
E quibus, ut memorant, quidquid ueſica remiſit,
Vertitur in lapides, & congelat aëre tacto.

Coralium lapis ſub aqua mollis eſt: extra dureſcit.

Sic & Coralium, quo primum contigit auras
Tempore, dureſcit, mollis fuit herba ſub undis.

Significat gentes uariari in ſpecies deorum uoluntate.

Deſinet antè dies, & in alto Phœbus anhelos
Aequore tinget equos, quàm conſequar omnia dictis.
In ſpecies translata nouas ſic omnia uerti
Cernimus, atque alias aſſumere robora gentes.
Concidere has. ſic magna fuit, cenſuq́;, uiriſq́;
Perq́; decem potuit tantum dare ſanguinis annos:
Nunc humilis ueteres tantummodo Troia ruinas
Et pro diuitiis tumulos oſtendit auorum.
Clara fuit Sparte, magnæ uiguere Mycenæ,
Nec non & Cecropis, nec non Amphionis arces.
Vile ſolum Sparte eſt: altæ cecidere Mycenæ:
Oedipodioniæ quid ſunt, niſi nomina Thebæ?
Quid Pandioniæ reſtant, niſi nomen, Athenæ?

ARG. Numa Pompilius propter ſcientiam rerum a populo Romano in regnum eſt receptus: cuius præcepta cum ante dictis hæc ſunt: Quæcunque naſcuntur, hæc creſcendo, & ſeneſcendo tranſmutari in diſſimiles ſpecies, & poſt obitum ſic conſumi: ut aut in terram abeant, quæ corpora ſunt: aut in aera, quæ ſpiritu contineri uidentur. Porro Helenus Priami filius refert, ab Ænea urbis conditæ poſitionem.

Nunc quoq; Dardaniā fama eſt conſurgere Romā,
Apenninigenæ quæ proxima Tybridis undis
Mole ſub ingenti rerum fundamina ponit.
Hæc igitur formam creſcendo mutat, & olim
Immenſi caput orbis erit: ſic dicere uates,
Faticinasq́; ferunt ſortes: quantumq́; recordor,
Dixerat Aeneæ, cùm res Troiana labaret,
Priamides Helenus flenti, dubioq́; ſalutis:
Nate Dea, ſi nota ſatis præſagia noſtræ
Mentis habes, non tota cadet te ſoſpite Troia.
Flamma tibi, ferrumq́; dabunt iter: ibis, & unà
Pergama rapta feres, donec Troiæq́;, tibiq́;
Externum patrio contingat amicius, aruum:
Vrbem etiam cerno Phrygios debere nepotes,
Quanta nec eſt, nec erit, nec uiſa prioribus annis.
Hanc alii proceres per ſæcula longa potentem,
Sed dominam rerum de ſanguine natus Iuli
Efficiet: quo, cùm tellus erit uſa, fruentur
Aethereæ ſedes, cælumq́; erit exitus illi.

RAPH. ONERI'QVE ferendo eſt} ſufficit nido auferēdo. ſic autē dictum eſt, ut dicimus aliquem non eſſe ſoluendo. {Leuat} alleuat, ac leues reddit. {Hyperionis æde} templo Solis. [quod in urbe ſolis eſt, cuiꝰ meminit Plin. lib. 5. c. 9.] {Si tamen eſt aliquid} hyæna fera eſt de qua multa a Plinio lib 8. c. 30. mira tradūtur: ſed maxime ei utrāque ineſſe naturā, & alternis annis marem, fœminamq́; fieri, & ut ſcribit Plin. ipſe, parere ſine mare uulgus credit, Ariſt. negat. collum & iuba continuitate ſpinæ porrigitur, flectiq́; niſi circumactu totius corporis nequit. {Alternare} alternis annis mutare. {Id quoq; qđ uētis} Chamæleontē dicit, q (ut Plin. lib. 8. c. 33. tradit) ſolus animaliū nec cibo, nec potu alitur, nec alio quam aeris alimento, circa caprificos fœtus innoxius alioqui, & coloris natura mirabilior. mutat nanq; eum ſubinde et oculis, et cauda, & toto corpore, redditq́; ſemper quemcūq; ꝓxime attingit præter rubrum cādidumq́;, defuncto pallor eſt. {Victa racemiferos} Lyncurium gēma eſt quæ ex urina lincum dicitur generari, unde etiam nomen fuit impoſitum. Lincurium.n. dicitur. quod ſit urina lyncis, οὖρον nanque urinā ſignificat. {Quicqd ueſica remiſit} omnis urina lyncum. {Sic & coralium} in aquis molle eſt coraliū, extra uero aquas dureſcit, ut ſuperius quoque poeta narrauit. {Quā conſequar omnia dictis} quam uerbis omnia explicare poſſim. {Sic omnia uerti cernimus} omnia eſſe in continuo fluxu, ex urbium quoq;, ac populorū excidiis ac felicitatibꝰ Pythagoras colligit. {Clara fuit Sparte} Sparta Laconica dicitur regio, a Spartis Cadmi ſociis cognominata, ſed plerunq; pro urbe ponitur. [Atq; hæc qdē Stephani traditio eſt. Pauſanias autē in Laconici a Sparta Eurotæ filia, Lacedæmonis uxore, Spartā appellatā dicit, eoq; nomine urbē ſignificari. ſic & Mycenas, de quibus ꝓximo loco ſeqtur, quas alii a Micenæo dictas uolunt, idē a Perſeo cōditas, & a capulo gladii, qui μύκης Græcis dicitur, q eodē loco illi exciderit appellatas tradit. quanquā rurſum alii ſunt, ut idem auctor eſt, qui nō a capulo gladii, ſed a fungis (nam nos quoq; μύκητας Græcis ſignificant) dictas uelint, quod eodem loco Perſeus ſiti affectus, fungum auellerit è terra, eiusq́; liquore ſiue ſucco ſitim leuarit. uide Argolicas Pauſaniæ. fuit aūt & filia Inachi quędā Mycene, uxor Areſtoris de qua Homerum intellexiſſe uolunt, Odyſſeæ M. ubi ait: Τυρώ τ᾽ ἀλκμήνη τε, ἐυστέφανός τε μυκήνη. Ab hac igitur quoque urbi nomen factum, ſunt qui uelint. Auctor idem Pauſanias eodem libro. {Mycenæ} urbs eſt Peloponneſi notiſſima, a Mycenęo Spartonis filio Phoronei fratris dicta. Mycenarum autem muri ſicut Tirynthii a Cyclopibus feruntur fabricati, eoq́; ui capi non poterant, ut Pauſ. ait. {Oedipodioniæ Thebæ} ubi Oedipus regnauit, ut Pandioniæ Athenæ ubi Pandion. {Nec'non & Cecropis} Athenæ quarum auctor fuit Cecrops. {Amphionis arces} Thebæ ab Amphione amplificatæ. {Nunc quoque Dardaniam} exemplo urbis Romæ, quæ tum maxime creſcebat, omnia eſſe in continuo motu Pythagoras oſtendit. {Dardaniā} Romam a Troianis ædificatam. {Apenninigenæ Tybridis} in Apennino monte orientis. Tybrim autem præter urbem Romam labi, notius eſt quàm ut ſit exponendum. {Vates} Sibyllas. {Sortes faticinas} fata canentes atque prędicentes. {Res Troiana} imperium Troianū. {Labaret} uacillaret, periclitaretur. {Priamides Helenus} Priami filius. fuit autem uates optimus, ut ex carmine quoque Virgiliano conſtat. {Debere urbem} urbi ædificandæ, ita uolentibus fatis obnoxios eſſe. pulchra autem phantaſia refert in Helenum poeta, quę iam ipſe uiderat. {Per ſæcula longa} per ſeptingentos annos. {De ſanguine natus Iuli} Auguſtus Cæſar. nam in Cæſaris Auguſti gratiam hęc referuntur. [qui genus maternum ad Aſcanium, qui & Iulus Æneæ filium referebat, ut Suetonius auctor eſt.]

Aues ex medio oui.

Anguis ex homini ſpina.

Hyænā modo marem, mō fœnā eſſe.

Chamæleontis natura.

Lyncuriū ex lincū urina.

Coraliū ex molli durum.

Omniū rerum uiciſſitudinē eſſe.

ROMA.

PENATIGERO Æneæ}penates gerenti. Penates autē (ut refert Macrobius ex Varronis ſententia) Dardanus ex Samothracia in Phrygiā, Æneas ex Phrygia in Italiā detulit. Dii uero penates dicūtur (ut uolūt q diligētius ueritatē ingrūt) p quos penitus ſpiramus, p quos habemus corpꝰ, p quos rationē animi. eos aūt eſſe Iouē, Iunonē, Mineruā. .Pythagora dicūtur. imperat.n. ut bos ſic arare pmittatur, ut nulla alia ui q̄ ſenectute moriatur. {Horrife. cōt bo.}ouis, in qt, lanas nobis ſuggerat cōtra frigora. arma nanq;, qbus Boreæ frigidisſimo uento reſiſtitur, ſunt ueſtes ex ouium lanis cōfectæ. {Horriferū Bo.}horrorē & frigus ferētē. {Verba preſſ.}exprimēda. {Cū pedicis}pedicæ ſunt uincula pedū, ut manicæ manū. {Tollite}remouete, auferte, abiicite. {Viſcata} uiſco infecta. {Nec formidat pēnis} ſic quidē legitur, ſed formidātis forſitā eſt legēdū, ut ceruorū ſit epithetō, q natura uel Homeri teſtimonio timidisſimi ſunt. {Pēnis} ſagittis, a parte nanq; totū p ſynecdochē frequēter ſignificatur, pēnæ.n. ſagittis adglutinātur. [Et recte legitur formidatis, ut ad pennas referatur, & falſus eſt Regius, qui pennas hoc loco pro ſagittis accipit. non n. ſagittas intelligit poeta, ſed reuera pennas, qbꝰ plerūq; puniceis, interdum ēt odoratis ſolebāt uenatores perterreface re ceruos, eaq; loca, intra quæ cerui uerſarētur, circūdare. hinc Virg quoq; de ceruis loquens 3. Georg. dixit: quàm

Hos non immisſis canibus, non caſſibus ullis,
Puniceæ'ue agitant pauidos formidine pennæ.

Et Luc.

Sic dum pauidos formidine ceruos
Claudat odoratæ metuentes aera pennę. mitia

Itē Auſon. ad Theonē:

An cum fratre uagas dumeta per auia ceruos
Circundas maculis, & multæ indagine pennæ.

Atq; eadem hæc Cœlius quoq; annotauit lib. 16. c. 11.] {Celate}occultate. {Perdite}interficite. {Siqua nocēt} noxia animalia perdēda quidē eſſe Pythagoras ait, ſed ita ne eorū carnibꝰ ueſcamur. {Ora uacēt epulis}careāt eiuſmodi epulis. {Cōgrua}homini cōuenietia. {Dictis}Pythagoræ prçceptis. {Inſtructo pec.} inſtituto animo. eorū autē opinionē ſequitur Ouid. (ut diximus) qui ſentiunt Numā a Pythagora fuiſſe inſtitutum. [De qua opinione etiā Halicarnaſſæus meminit lib. 2. antiquitatum Romanorū.] {Remeaſſe}rediiſſe. {Vltroq; pet.}q̄ſitū, ſpōteq; a Romanis inuitatū, ut copioſe Liuius narrat. {Latialis} Latini atq; Romani. nā Roma Latii eſt caput. {Coniuge q fel. nymph.} Ægeria nympha Numæ Pōpilii fuit uxor, quæ poſt uiri interitum, urbe relicta in ſyluas abiit, ac tādē miſeratione deorum in fontē fingitur cōuerſa. cum illa uero nympha cōgreſſus nocturnos ſibi eſſe Numa ſimulauit, eiusq; monitu ſe q̄ acceptisſima diis eſſent, ſacra cōſtituere populo Roma. pſuaſit, ut copioſe T. Liuius deſcribit. [Et Diony. lib. 2. antiq. Rom.] {Ducibusq; Camœnis} auctoribus muſis. nā omnia q̄cunq; Numa ſtatuebat, ad Ægerię nymphę Camœnarūq; auctoritatē referebat, qbus ēt lucū, quē mediū (ut Liuius narrat) ex opaco ſpecu fons perēni rigabat aqua cōſecrauit, quod dearū ſibi cōſilia cū coniuge ſua Ægeria eſſent. {Sacrificos

{Vtiliter Phrygibus} cum utilitate Phrygū, & Troianorū. {Pelaſgos uiciſſe} Græcos Troiā expugnaſſe. {Nec tū obl.}cōcludit, oīa in cōtinuo eſſe fluxu, & a carnibus oīno eſſe abſtinēdū, Pythagoras, cum animæ noſtræ in uaria corpora trāſeāt. {Ad me.} ad finem & cōcluſionē, Metaphora ab equis currētibus ſumpa. {Expatiemꝰ eqs} euagemur copia uerborū. {Aīæ uoluc.}leues atq; ueloces. Aīo nanq; nihil eſt uelociꝰ. {In fe. do.}in corpora ferarū. {Pecudūq; in pect. cōdi}ordo & ſenſus, nos quoq; pars mūdi ſinamꝰ, & pmittamus tuta eſſe & honeſta ea corpora, q̄ poſſunt animas habuiſſe parētū, aut fratrū, aut iūctorū nobis aliquo fœdere et affinitate, aut certe hominū, qm̄ non corpora ſolū, uerum ēt uolucres, & ueloces animæ ſumus, hoc eſt quoniā nō ſolū ex corpore, ſed ēt anima cōſtamus, & in feras & pecudes ire poſſumus. his aūt oībus colligit Pythagoras, nullo modo carnibus eſſe ueſcēdū. {Ne'ue Thyeſteis}nota eſt fabula. nā Atreus & Thyeſtes Pelopis & Hippodamiæ filii, opera Mercurii ęgre ferentis Mirtilū filium a Pelope ipſo fuiſſe interfectū, in tātā deuenere diſcordiā, ut alteri uterq; inſidias ſtrueret, cū ea conditione regnū a patre accepiſſent, ut alternis regnarēt annis. nā Thyeſtes quo facilius arietem uelleris aurei, in quo regni fata conſiſtebant (ut Seneca in Thyeſte Tragœdia narrat) ſibi uſurpare poſſet, Æropem Atrei uxorē cōpresſit, ex eaq; filios ſuſcepit. qđ cū Atreus reſciuiſſet, bello illū Mycenis in exiliū eiecit. quo qdē nō cōtētus, ſimulata gratia fratrē ad ſe reuocauit, tresq; eius filios decoctos ſic appoſuit comedendos, ut ſanguinē quoq; poculis immiſcuiſſe feratur. hoc uero nefandisſimū ſcelus ne Sol uideret, alio radios auertiſſe memoratur. {Menſis} cibis: cōtinēs.n. p cōtēto p metonymiā frequētisſime poni cōſueuit. {Cumulemus}uſq; ad cumulū repleamus. {Viſcera}inteſtina. {Quàm male cōſ.} cū q posſit pati ut interficiat uitulū, aut hœdū, aut auē, facile aſſueſcere ait, necādis hominibus. eſt aūt exclamatio, qua Pythagoras ab interficiendis animalibus māſuetis homines deterrere conatur. {Cruori hu.}ſanguini humano effundēdo. {Immotas aur.}nulla miſericordia motas. {Edētē hœd.} emittētē uagitus puerorū. {Aut ali. ueſ.} aut auē comedere. {Quātum eſt} ac ſi diceret minimū. {Ad ple. fac.} ad plenū homicidiū. {Qua trā.}ad qd, ac ſi diceret ad hominū cædē. {Inde} ex immolatione brutorū animaliū. {Bos aret}cum magna auctoritate hæc a

Atrei fabula.

Hæc Helenum ceciniſſe penatigero Aeneæ
Mente memor refero, cognataq; mœnia lætor
Creſcere, & utiliter Phrygibus uiciſſe Pelaſgos.
Ne tamen oblitis ad metam tendere, longè
Expatiemur equis: cælum, & quodcunq; ſub illo eſt,
Immutat formas, tellusq;, & quicquid in illa eſt.
Nos quoque pars mundi, quoniā non corpora ſolùm,
Verùm etiam uolucres animæ ſumus, inq; ferinas
Poſſumus ire domos, pecudumq; in pectora condi,
Corpora, quæ poſſunt animas habuiſſe parentum,
Aut fratrum, aut aliquo iunctorum fœdere nobis,
Aut hominum certè, tuta eſſe, & honeſta ſinamus:
Ne ue Thyeſtæis cumulemus uiſcera menſis.
Quàm malè conſueſcit, quàm ſe parat ille cruori
Impius humano, uituli qui guttura cultro
Rumpit, & immotas præbet mugitibus aures:
Aut qui uagitus ſimiles puerilibus hœdum
Edentem iugulare poteſt: aut alite ueſci,
Cui dedit ipſe cibos. quantum eſt quod deſit in iſtis
Ad plenum facinus? * quis tranſitus inde paratus?
Bos aret, aut mortem ſenioribus imputet annis:
Horriferum contra Borean ouis arma miniſtret:
Vbera dent ſaturæ manibus preſſanda capellæ.
Retia cum pedicis, laqueosq;, artesq; doloſas
Tollite: nec uolucres uiſcata fallite uirga:
Nec formidatis ceruos includite pennis:
Nec cælate cibis uncos fallacibus hamos.
Perdite ſi qua nocent: uerùm hæc quoq; perdite tātū:
Ora uacent epulis, alimentaq; * congrua carpant.

ARG. Ægeria poſt mortem mariti Numæ in uallem Aricinam ſe contulit lugens.

TAlibus atque aliis inſtructo pectore dictis,
In patriam remeaſſe ferunt, ultroq; petitum
Accepiſſe Numam populi Latialis habenas,
Coniuge qui felix Nympha, ducibusq; Camœnis

Sacrificos docuit ritus, gentemq́; feroci
Aſſuetam bello, pacis traduxit ad artes.
Qui poſtquam ſenior regnumq́;, æuumq́; peregit,
Extinctum Latiæq; nurus, populusq́;, patresq́;,
Defleuere Numam: nam coniux urbe relicta,
Vallis Aricinæ denſis latet abdita ſyluis,
Sacraq; Oreſteæ gemitu, queſtuq; Dianæ
Impedit. ah quoties Nymphæ nemoriſq́;, lacusq́;,
Ne faceret, monuere, & conſolantia uerba
Dixerunt. quoties flenti Theſeius heros,
Siſte modum, dixit: nec enim fortuna querenda
Sola tua eſt: ſimiles aliorum reſpice caſus,
Mitius iſta feres. utinamq́; exempla dolentem
Non mea te poſſent releuare: ſed & mea poſſunt.

ARG. Hippolytus cum propter nouercale odium propulſus eſſet patria, & Trœzena proficiſceretur, ex improuiſo mari elatus taurus, ſicut parens optauerat, grauiſſimum ei obiecit timorem: exaſperatis equis tractus interiit. Quem Æſculapius Dianæ uoluntate cuius initio comes fuerat, reduxit ad ſuperos. Hinc ab eadem dea euocatus in nemus Aricinum, mortalitatem exuit ei. Conuerſo itaque nomine deus Virbius eſt nominatus.

FAndo aliquē Hippolytū, ueſtras ſi contigit aures
Credulitate patris, ſceleratæ & fraude nouercæ
Occubuiſſe neci; mirabere, uixq́; probabo.
Sed tamen ille ego ſum: me Paſipheïa quondam
Tentatum fruſtra patrium temerare cubile,
Quod uoluit, finxit uoluiſſe, & crimine uerſo,
Indicii ne metu magis, offenſa'ne repulſæ
* Arguit: immeritumq́; pater proiecit ab urbe,
Hoſtiliq; caput prece deteſtatur euntis.
Pittheam profugo curru Trœzena petebam,
Iamq́; Corinthiaci carpebam littora ponti,
Cùm mare ſurrexit, cumulusq́; immanis aquarum
In montis ſpeciem curuari, & creſcere uiſus,
Et dare mugitus, ſummoq́; cacumine findi.
Corniger hinc taurus ruptis expellitur undis,
Pectoribusq́; tenus molles erectus in auras,
Naribus & patulo partem maris euomit ore.
Corda pauent comitum, mihi mens interrita manſit
Exiliis contenta ſuis, cùm colla feroces
Ad freta conuertunt, arrectiſq́; auribus horrent
Quadrupedes, monſtriq́; metu turbantur, & altis
Præcipitant currus ſcopulis. ego ducere uana
Frena manu ſpumis albentibus oblita luctor,

RAPH. SACRIFICOS ritus} ſacrificiorum leges. nam ſua cuique Deo ſacra, ſacerdoteſq́; inſtituit, ut eleganter Liui. ſcribit. {Ad artes pacis} ad Deorum religionem, & iura, & leges, & mores colendos. Numa enim urbem Romam ui & armis a Romulo conditam, iure, legibus, ac moribus de integro condidit. {Qui poſtquam ſenior} Numa, cum tres & quadraginta regnaſſet annos, periit. {Peregit} perfecit, ac finiuit. {Vallis Aricinæ} Aricia urbs eſt Latii haud longe ab urbe Roma diſtans, unde Aricinus declinatur. {Oreſteæ Dianæ} quā Oreſtes unā cum Iphigenia ſorore de Taurica regione in Italiam tranſtulit, ac iuxta Ariciam collocauit. nam Oreſtes, poſt interfectam matrem, in furorem conuerſus, a Pylade ſocio ad Dianam Tauricam liberandus deductus eſt, cui cum hoſpites mactarentur a ſorore Iphigenia, quæ Deæ ſacerdos erat, cognitus ſeruatꝰ, ac Thoante rege interfecto, Dianæ ſimulacrum aufugientes abſtulerunt, iuxtaq; Ariciā collocarunt. tametſi Pauſani Spartam allatum fuiſſe ſimulacrum illud cōtendit. [Ritumq́;, quo ante humano ſanguine ſacrificabatur deæ, poſtea a Lycurgo ſublatum, & ꝑ eo inſtitutum, ut adoleſcētes uerberibus in eadem ara cæderentur, unde poſtea βωμονικὼ appellat, qui ſufferendis pluribus uerberum ictibus uiciſſet. de qua re & Seruius annotauit in 7. Æneid. ſed hic Dianæ ſimulacrum principio in Italiam, inde rurſum in Laconiam deportatum dicit. Athenienſes autem etiam Brauronem, quod Atticę oppidū eſt, tranſlatum tradidere. ſed de hac re copioſe Pauſan. in Laconicis.] {Ne faceret} ne flere pergeret. {Theſeius heros} Hippolytus, qui equorum furore laceratus, precibus Dianæ uitæ fuit reſtitutus, ac tēplo Dianæ Aricinę præfectus, Virbius fuit appellatus, ſed & ipſe fata ſua ad conſolationem Ægeriæ narrat. {Siſte mo.} ſtatue, impone finē luctui. {Releuare} leuē reddere, a fletu liberare. {Fando} inter loquēdū. {Aliquē Hippo.} quēdam in ſoluta oratione diceremus. {Credulitate pat.} Theſei, q nimiū facile credidit Phędrę uxori priuignū accuſanti. {Vixq́; prob.} difficulter pſuadebo. {Me Paſipheia quond.} Phædra Paſiphaes filia, Theſei uxor Hippolyti priuigni amore capta ab illo fuit repulſa. quare indignata ſe ſuſpēdit, libellū manu tenēs, quo Hippolytū accuſabat, qđ ſe de coitu interpellaſſet. Pater credulus & filiū inſontē in exiliū expulit, & illi mortē eſt imprecatus, quā a patre Neptuno facile impetrauit, q pollicitus eſſet ſe tria ipſi præſtiturum, quæcūq; poſtulaſſet. cū igitur fugeret Hippolytus, ecce phocæ mari egreſſæ, ita pterruerūt equos quadrigarū, qbus uehebatur, ut nullo pacto potuerint inhiberi, quin p pcipitia Hippolytū immittētes prorſus dilaniarent. qui tñ ſtatim Dianæ precibus ope Æſculapii uitæ fuit reſtitutus, Virbiusq; appellatus. {Paſipheia} cū quadā uituperatione dixit, ac ſi Phædræ obiiceret Paſiphaes libidinē, quæ amore tauri capta cū illo coire ſuſtinuit. {Me fruſtra tētatū} a Phædra de ſtupro fruſtra interpellatū. {Temerare} uiolare. eſt autē ordo: Paſiphaes filia quondā finxit, me fruſtra tentatū uoluiſſe temerare patriū cubile, qđ ipſa uoluit. {Et crimine uerſo} in me ſubaudiatur. {Indicii ne metu} altera duarū cauſſarum ſe accuſatum a Phædra Hippolytus ait, uel quod timebat ne ipſa accuſaretur, uel quod repulſa fuit, & ſpreta. {Arguit} accuſauit, in uetuſtis aūt exēplaribus animaduerti ſic etiā ſcriptū eſſe: Damnauit, meritūq; nihil eiicit urbe. ſed utroq; modo idē eſt ſenſus. {Proiecit} eiecit, expulit. {Hoſtili prece} imprecatione hoſti conueniente, nō patri. Theſeus enim Neptuni patrem precatus eſt, ut Hippolytus filius diſcerperetur. {Euntis in exilium.} {Pittheiam Trœzena} in qua Pittheus Pelopis filius ac Æthræ matris Theſei pater regnauit. Trœzen autem urbs eſt Peloponneſi a Trœzene Pelopis filio, cui Pittheus in regno ſucceſſit, cognominata. ut enim Stephanus ſcribit, &. Aphrodiſias, & Saronia, & Poſſidonias, & Apollonias, & Anthamis antea fuit dicta. {Cū ma. ſurre.} tumefactū eſt. {In montis ſpe.} per emphaſim oſtendit, quātꝰ eſſet uitulus ille marinus, qui inſtar mōtis mare extolleret. {Et dare mugitus} mugire. nondū enim uitulus ille marinus ex aquis extulerat caput. Phocæ aūt ut tauri mugitus edūt: unde & uituli nomē acceperunt. {Corniger hinc tau.} deinde inqt, Phoca ut taurus cornua habēs, ex ruptis undis egreſſa eſt. {Expellitur} erūpit, cū impetu egreditur. {Exiliis con. ſuis} exilii ſui mœrore confecta. {Feroces quad.} feroces eqbus Hippolyti currus trahebatur. {Colla} capita. {Ad freta cōuertunt} ad mare ꝑpter ſtrepitū phocæ egredientis. {Horrent} timent. {Monſtri metu} lituli illius marini timore. Phocæ nanq; adeo ſunt aſpectu turpes, ut inter mōſtra marina numerētur. {Præcipitāt} in pceps iaciūt. {Altis ſco.} p alta ſaxa. {Ego du. ua} ego, inqt, fruſtra conor retrahere fræna ſpumis infecta. {Ducere} reducere, retrahere. {Vana manu} infirma. neque .n. equos potuit continere. {Luctor} enitor, conor. legitur & luſtro.

*Damnauit, meritumq́; nihil pater eijcit urbe.*

Hippolytus in Virbiū.

RAPH. TENDO} contendo. {Retro} ducere ſubaudiamus, ut retrahere intelligamus. {Lentas habenas} flexibilia lora. {Has uires} meas uires. {Rabies} ferocitas. {Perpetuum axem} continuum. axis autem eſt lignum illud, circa quod rotæ currus uertuntur. {Excutior} è curru eiectus cado. {Arcus} pedes, aut manus etiam nam manibus habenas moderantur aurigantes. {Reprenſa} retenta a radicib9, ſtirpibusq́; arborum. {Dare} edere. {Grauem ſonū} magnum efficere ſtrepitū. {Exhalare} mittere, me ſubaudiamus. {Videres} uidere poſſes. {Num potes aut audes} maiorem ſuam fuiſſe calamitatem. q̄ quæ Ægeriæ contigit, Hippolytus ait. {Componere} comparare. {Vidi quoq; luce carentia regna} hoc eſt ad inferos quoque deſcendi. {Et lacerum foui} & corpus, inquit, laniatum in ardentisſima Phlegetōtis aqua laui. eſt.n. Phlegeton unus ex inferorum fluuius, qui ardens interpretari poteſt. {Apollineę prolis} Æſculapii Apollinis filii. {Fortibus herbis} potentibus. {Atq; Pæonia} auxilio medico. Pæō enim deorum medicus peritisſimus fuiſſe perhibetur, a quo Pæonia herba, & inuenta fuit, & appellata. {Dite indignante} Plutone ægre ferente, me uitæ reſtitui. {Ne pręſens augerem muneris huius inuidiam} hôc eſt, nè ſi in Gręcia uiuerem, Athenienſium in me inuidiam concitarem, a Diana fui occultatus. {Cynthia} Diana, cuius miles erat Hippolytus. {Impune} ſine ulla mea pœna. {Addit ætatem, me natu maiorem effecit, quàm eſſem, cum ab equis fui dilaceratus. {Ora cognoſcenda} faciem qua cognoſci poſſet. innuit autem Hippolytus, ſe in nouam figuram fuiſſe tranſmutatum, ne a quoquam cognoſci poſſet. {Habendam} habitandam. {Hic poſui} in Latio iuxta Ariciam. {Nomenq́; ſimul} uidetur ſentire poeta Hyppolytum fuiſſe nominatū, quod ab equis fuit ſolutus & laniatus. nam ἵππος equus, λύω ſoluo interpretatur. {Nunc idē Virbius eſto} Virbius dictus eſt Hippolytus, quod uir bis fuiſſe uidetur, & antequam ab equis fuit laceratus, & poſtquam uitæ fuit reſtitutus. {Hoc nemus inde colo} ex eo tempore inquit, quo ab inferis ſum reuocatus, in hoc Aricino nemore habito. {Numine ſub dominæ} Dianæ, quæ iuxta Ariciam templum habebat. [Dianæ autem Virbius additur, perinde ut Veneri Adonis, Mineruæ Erichthonius, Matri Deum Attys &c. {Non tamen Aegeriæ} Numæ Pompilii uxor cum ob mariti mortem flere non deſineret, Dianæ miſeratione in fontem ſui nominis fuit conuerſa. {Leuare} leues reddere. {Liquitur} reſoluitur. {Soror Phœbi} Diana. {Tenuauit} in tenues aquas traſmutauit. {At nymphas tetigit noua res} hæc ad cōcinnam eorum quæ ſequuntur connexionem, a poeta narrantur. gleba nanque agricolæ aranti, in puerum uaticinandi peritū uiſa eſt tranſformari. {Et Amazone natus} Hippolytus Hippolytæ Amazonum reginæ filius. {Quam cum Tyrrhenus arator} hæc hiſtoria eſt non fabula. nam, ut in ſecundo de diuinatione libro Cicero ſcribit, Tages quidam dicitur in agro Tarquinienſi, cum terra araretur & ſulcus altius eſſet impreſſus, extitiſſe repente, & eum affatum eſſe qui arabat. is autem ut in libris eſt Hetruſcorum, puerili ſpecie dicitur uiſus, ſed ſenili fuiſſe prudentia, eius aſpectu cum obſtupuiſſet bubulcus, clamoremq́; maiorem cum admiratione edidiſſet, concurſum eſſe factum, totamq́; breui tempore in eum locum Hetruriam conueniſſe. tum illum plura locutum multis audientibus, qui omnia eius uerba exceperint, litteriſq́; mandauerint, omnem autem orationem fuiſſe eam, qua haruſpicinæ diſciplina continetur. {Fatalem glebam} in qua fata, & futurorum præſcientia continebantur. {Terræ formam} glebæ figuram. {Ora recentia} ora nuper ex terræ gleba figurata. {Venturis fatis} hoc eſt, diſciplinæ & arti eorum, quæ fato uentura erant cognoſcendorum. nam Tages primus omnium haruſpicinę diſciplinam Thuſcis tradidit. {Indigenę} Thuſci. {Dixere} appellauere. {Qui primus Hetruſcam} nam Tages primus omnium haruſpicinam, artemq́; diuinandi, ac prædicendi futura, Thuſcos docuit. neque Plinius a Cicerone in hoc, Ouidioq́;, diſſentit. ut quidam ait imperitus. ſed Delphon haruſpicinæ fuiſſe inuentorem ait, aliud uero eſſe docere, aliud inuenire, nemo niſi communi ſenſu careat, unquam dubitauit.

Ægeria in fontê.

Non

Gleba i[n] puerum

Et retrò lentas tendo reſupinus habenas.
Nec uires tamen has rabies ſuperaſſet equorum,
Ni rota, perpetuum quæ circum uertitur axem,
Stipitis occurſu fracta, & diſiecta fuiſſet.
Excutior curru: loriſq́; tenentibus artus
Viſcera uiua trahi, neruoſq́; in ſtirpe teneri,
Membra rapi partim, partim reprenſa relinqui,
Oſſa grauem dare fracta ſonum, feſſamq́; uideres
Exhalare animam, nullaſq́; in corpore partes
Noſcere quas poſſes: unumq́; erat omnia uulnus.
*Num potes, aut audes cladi componere noſtræ
Nympha tuam? uidi quoque luce carentia regna,
Et lacerum foui Phlegethontide corpus in unda:
Nec, niſi Apollineæ ualido medicamine prolis,
Reddita uita foret. quam poſtquam fortibus herbis.
Atque ope Pæonia Dite indignante recepi,
Tum mihi, ne præſens augerem muneris huius
Inuidiam, denſas obiecit Cynthia nubes;
Vtq́; forem tutus, poſſemq́; impunè uideri,
Addidit ætatem, nec cognoſcenda reliquit
Ora mihi: Creteną; diu dubitauit habendam
Traderet, an Delon: Delo, Cretaq́; relictis
Hîc poſuit, nomenq́; ſimul, quod posſit equorum
Admonuiſſe, iubet deponere: quiq́; fuiſti
Hippolytus, dixit, nunc idem Virbius eſto,
Hoc nemus inde colo, de diiſq́; minoribus unus
Numine ſub dominæ lateo, atque aſſentior illi.

ARG. Ægeria nympha Numæ Pompilii coniux, poſt uiri interitum, cum ſe in nemus Aricinum contuliſſet, ibi quæſtu asſiduo defleuit caſum uiri, fatigans Dianam eius regionis incolam asſiduo fletu. Nouisſime lachrymæ eius ab eadem dea tranſmutatæ ſunt in fontem: qui ex eius nomine nuncupatur Ægeria.

Non tamen Aegeriæ luctus aliena leuare
Damna ualent, montiſq́; iacens radicibus imis
Liquitur in lachrymas, donec pietate dolentis
Mota ſoror Phœbi gelidum de corpore fontem
Fecit, & æternas artus tenuauit in undas.

ARG. Cum in Thyrrenia, quæ etiam Thuſcia eſt, quidam arator iuſtum opus in dies redderet, preſſo uomere glebam opinione ſua ponderoſiorem excitauit: cuius dum miratione premeretur, animaduertit eam in figuram pueri eſſe tranſmutatam, qui Hetruſcorum lingua Tages poſtea nomine, futurorum ſcientiam inuenit,

At nymphas tetigit noua res, & Amazone natus
Haud aliter ſtupuit, quàm cùm Tyrrhenus arator
Fatalem glebam motis aſpexit in aruis,
Sponte ſua primùm, nulloq́; agitante moueri:
Sumere mox hominis, terræq́; amittere formam,
Oraq́; uenturis aperire recentia fatis.
Indigenæ dixere Tagen, qui primus Hetruſcam
Edocuit gentem caſus aperire futuros:

{Vtq́;

RAPH. VTQVE Palatinis}hoc quoque de hiſtoria ſumptum eſſe uidetur. nam Romulum,ſcribit Plutarchus, in Palatino colle ſui experiundi gratia carneam lanceam fuiſſe iaculatum, illamq́; in terra defixam,annitentibus multis conuelli nunquam potuiſſe, ſed emiſsis ramis,in eximiæ altitudinis cornum increuiſſe,locū uero eum,iis qui poſt Romulum fuerūt, parietibus circunductis, ut ſanctiſsimū templum in magna religione fuiſſe, adeo, ut ſicui propius accedenti uiſa fuiſſet arbor minus frōdeſcere, ſed ueluti ſubductis nutrimentis langueſcere, id ſtatim occurrentibus clamore ſignificaret. cum autem C. Cæſar gradus extrueret,fabris ꝓpinqua arbori loca temere fodientibus,uiolatæ radices fuerunt, arborq́; aruit, & interit. Virbium autē ita ſtupuiſſe, ait poeta, reſolutione Ægeriæ in fontem,ut ſtupuit Romulus,cum haſtam ſuam frōdeſcere uidit, mouit mihi riſum ſimul & ſtomachum fatuus quidam in hac hiſtoria referenda, q Romulum lanceam fuiſſe iaculatū ait,ingenii experiendi gatia, perinde ac ſi uires ingenii & non corporis iaculantes experiremur. {Herentem collibus Pala} fixam in mōte Palatino. {Stabat} erecta erat. {Non ferro adacto}non cuſpide terræ infixa. nam haſtæ cuſpis in radicem fuerat conuerſa. {Lenti uimi.} flexibilis uirgæ. cornus enim arbor ramos admodum flexibiles habet. {Dabat}faciebat. {Non expectatas umbras} inſperatas. {Admirantibus} haſtam in arborem fuiſſe uerſam. {Aut ſua flumi.} hoc quoq; de hiſtoria ſumptum eſt. nā, ut Valerius lib. 5. cap. 6. narrat, M. Genutio Cippo prætori paludato porta egredienti, noui, & inauditi generis prodigium incidit: nanque in capite eius ſubito ueluti cornua emerſerunt, reſponſumq́; eſt,eum regem futurū,ſi in urbem reuertiſſet. quod ne accideret, uoluntariū ac perpetuum ſibimet induxit exilium, cuius teſtādæ rei gratia capitis effigies ærea porta, qua exceſſerat incluſa eſt. corrupte aūt,at,fere in exēplaribus eſt ſcriptū,cum loco illus hęc particula aut ſit reponēda, & illud uerbū ſtupuit, hic quoq; eſt ſubaudiēdū:itaq; fabulā fabulæ poeta elegāter cōnectit:

Haſta in arborem cōuerſā.

quāquā multis nugi
cerauit,hic quoq; im
gatur,qđ ut facilius fie
do ſuo repoſuiſſe uidet
dā temeritas debacchat
Cippus aūt nō ſolū nom

ſo,q Metamorphoſin dila
ſq; in exēplaribus ſeiun
ī,at,loco aut, ex cōmo/
uādis libris quorun
letur eſſe legēdum.
pellatio quoq;.lapi
ſepulchro imponit
ans,et columnam,
epitaphia ſcribun/
Domito ab hoſte }
is ſuperatis. {Por/
r} præſignificatur,
nſtratur:unde por
monſtraq́; dicūtur,
i aliqd ꝓnunciant.
}lętū ſit ſubaudia
e minax } triſte.
aras } deos miti/
tonymiā. dii nā/
ari dicunt ꝑ ſacri
ris facta. {Odora
us } thuribus in/
Vinaq́; dat pate/
pateras uina fun/
ctatarum biden/
latarum ouium.
i ſignificent}cor
onte nata ſubau/
Trepidantia}pal/
{Tyrrhenæ gen/
ex} ex Hetruria
ruſpices euoca/
Magna molimi/
is rerum cōmu/
{A pecudis fi/
xtis pecudū. fi/
e ſunt tenuiores
ous exta uelut li
ā diſtinguūtur.
acute uidentes
Tibi.n.tibi;} ana/
quadā exulta/
tione ab haruſpice lęta ꝓdicēte fata. {Hic lo.}Romā indicat digito.{Et Latię ar.}Romanū imperiū. {Tu mo.rū. mo.} tu ſolū modo tolle moras, feſtinaq́; ut portas patētes ingrediaris.{Vrbe} in urbē. {Pereni ſcep.} ꝑpetuo regno. {Toruā fa.} cornib⁹ terribilē, atq; deturbatā. {Talia omi.} talia portenta.{Cōuocat} extra urbē. {Et ag.inſi.}ſtat in aggere alto,ut ab omnib⁹ audiat. {Priſco mo.} antiqua cōſuetudine. qua ēt priſci oratores deos inuocare ī principio orationis ſolebāt.{Dicā}īdicabo. {Cornua fro.gerit}nō forte,ut fere in exēplaribus eſt deprauatū, ſed frōte legēdū eſſe notius eſt, q̄ ut ſit admonēdū.{Famularia iu.} leges ſeruiles,qbus ut ſeruos omnes uos oporteat obedire.{Irrūpere} cū impetu intrare.{Quāuis cōiūct. il.}figurate ſe illū eſſe innuit Cippus, quē haruſpex futurū eſſe regē dixerat. {Prohibete} arcete.

pl.ræli cornua lauco.

Cippus cornut⁹.

ARG. Romulus Martis, & Iliæ filius,cum uenaretur,ex monte Auc no perſequens aprum fugientem, iaculum iecit, quod protinus in colle pal no hæſerit. locus eius montis ſcalæ rectæ cuius ima pars adeo depreſſa te eſt, ut ſit comprehenſa radicibus. Effectum eſt nouisſime, ut in arbo cornum conuerſum ſit.

VTq́; palatinis hærentem collibus olim,
Cùm ſubitò uidit frondeſcere Romulus haſt
Quæ radice noua, non ferro ſtabat adacto,
Et iam non telum, ſed lenti uiminis arbor
Non expectatas dabat admirantibus umbras.

ARG. Cippus Genutius ab hoſte uictor reuertens, priuſquam triūpha portam intraret, animaduertit cornua ſibi temporibus enata: quo prodig exte: ritus, haruſpices cum conſuluiſſet: Reſponſum eſt, eum ſi in urbem i traret, regnaturum: quod ille auerſatus, patribus conuocatis indicauit: cum perſtitiſſet,nunquam ſe tyrannum futurum: decretum eſt ei uniuerſoru conſilio tantum agri, quantum uno die aratro poſſet circundare, portaq́; qu intraturus fuiſſet, in ſigni gratiam factum ut æneis cardinibus aptaretur, qua ad memoriam poſterorum cornutum caput eius exculperetur.

AVt ſua fluminea cùm uidit Cippus in unda
Cornua:uidit enim,falſamq́; in imagine credē
Eſſe fidem, digitis ad frontem ſæpe relatis,
Quæ uidit, tetigit: nec iam ſua lumina damnans
Reſtitit, ut uictor domito ueniebat ab hoſte,
Ad cælumq́; oculos, & eodem cornua tollens,
Quicquid ait, ſuperi, monſtro portenditur iſto,
Seu lætum eſt aliquid patriæ, populoq́; Quirini,
Siue minax mihi ſit: uiridiq́; è ceſpite factas
Placat odoratis herboſas ignibus aras,
Vinaq́; dat pateris, mactatarumq́; bidentum
Quid ſibi ſignificent trepidantia conſulit exta.
Quæ ſimul aſpexit Tyrrhenæ gentis aruſpex,
Magna quidem rerum molimina uidit in illis,
Non manifeſta tamen. Cùm uero ſuſtulit acre
A pecudis fibris, ad Cippi cornua lumen,
Rex, ait, ô ſalue, tibi enim, tibi Cippe, tuiſq́;
Hic locus, & Latiæ parebunt cornibus arces.
Tu modò rumpe moras, portaſq́; intrare patentes
Adpropera: ſic fata iubent. namque urbe receptus
Rex eris, & ſceptro tutus potiere perenni.
Rettulit ille pedem, toruamq́; à mœnibus urbis
Auertens faciem, proculò procul omina, dixit,
Talia dii pellant, multoq́; ego iuſtius æuum
Exul agam, quàm me uideant Capitolia regem.
Dixit, & extemplò populumq́;, grauemq́; ſenatum
Conuocat. antè tamen capitis noua cornua fronde
Velat, & aggeribus factis a milite forti
Inſiſtit, priſcoq́; deos de more precatus,
Eſt, ait, hîc unus, quem uos niſi pellitis urbe
Rex erit, is qui ſit, ſigno, non nomine dicam.
Cornua fronte gerit, quem nobis indicat augur,
Si Romam intrarit, famularia iura daturum
(Ille quidem potuit portas irrumpere apertas,
Sed nos obſtitimus, quamuis coniunctior illo
Nemo mihi eſt (uos urbe uirum prohibete Quirites:

Vel ſi dignus erit, grauibus uincite catenis,
Aut finite metum fatalis morte tyranni.
Qualia ſuccinctis, ubi trux inſibilat Eurus,
Murmura pinetis fiunt; aut qualia fluctus
Aequorei faciunt, ſi quis procul audiat illos:
Tale ſonat populus. ſed per confuſa trementis
Verba tamen uulgi uox eminet una. Quis ille eſt?
Et ſpectant frontes, prædictaq; cornua quærunt.
Rurſus ad hos Cippus, Quē *poſcitis, inquit, habetis;
Et dempta capiti populo prohibente corona,
Exhibuit gemino præſignia tempora cornu.
Demiſêre oculos omnes, gemitumq; dedêre,
Atque illud meritis clarum (quis credere poſſit?)
Inuiti uidere caput, nec honore carere
Vlterius paſſi, feſtam impoſuere coronam.
At proceres, quoniam muros intrare uetaris,
Ruris honorati tantum tibi, Cippe, dedêre,
Quantum depreſſo ſubiectis bobus aratro
Complecti poſſes ad finem lucis ab ortu:
Cornuaq; *auratis miram referentia formam
Poſtibus inſculpunt longum manſura per æuum.

*noſcitis* · *æratis*

ARG. Grauis peſtilentia Romanis cum incidiſſet, & maxima trepidatio eos teneret, per legatos oraculum Apollinis conſultum eſt, ex quo reſponſum, ut Aeſculapium Epidauro accerſirent: nobiliſſimiq; legati, cum ſimulachrum dei petitum ad Epidaurios iuiſſent, ſtupentibus admiratione deus in draconem uerſus, per medium Epidaurum lapſus, nauem legatorum conſcendit: cum quibus uectus, Romam ut delatus eſt, inſulam Tyberis ingreſſus eſt, ibiq; ſe uirgultis occuluit: qui locus draconis uocatur.

PAndite nunc Muſæ præſentia numina uatum,
(Scitis enim, nec uos fallit ſpatioſa uetuſtas)
Vnde Coroniden circumflua Tybridis alti
Inſula Romuleæ ſacris *arceſſerit urbis.
Dira lues quondam Latias uitiauerat auras,
Pallidaq; exangui ſqualebant corpora morbo.
Funeribus feſſi poſtquàm mortalia cernunt
Tentamenta nihil, nihil artes poſſe medentum,
Auxilium cæleſte petunt: mediamq; tenentis
Orbis humum Delphos adeunt oracula Phœbi,
Vtq; ſalutifera miſeris ſuccurrere rebus
Sorte uelit, tantæq; urbis mala finiat, orant.
Et locus, & laurus, & quas habet ipſe pharetras,
Intremuere ſimul: cortinaq; reddidit imo
Hanc adyto uocem, pauefactaq; corpora mouit;

*adiecerit*

RAPH. VEL ſi dignus erit} pulc[illegible]um indignum eſſe oſtendit, qui aut uinciatur, a[illegible] Qualia ſuc.} duabus per quam accommodatis ſi[illegible] exprimit poeta, qua le murmur populi fuerit, [illegible] Cippus ſinē oratio[illegible]ni impoſuit. {Succinctus pi.[illegible]ceris. ſuccincta dicuntur altius cincta, unde [illegible]ites dicuntur, quod breuioribus ueſtib. utētes, altius cincti uideantur. pineta uero dicuntur ſuccincta, quod iuxta cacume[n] ramos emittant. id quo[d] Oui. alibi aperte ſignifica[t] cum inquit: & ſuccinct[a] comas, hirſutaq; uerti[ce] pinus. {Per} inter. {Tremente uul.} populi trepidantis. {Eminet} elatior eſt & clarior. {Præſignia} inſignia. {Gemino cornu} duobus cornibus ſimilibus. {Demiſere oculos} in terram oculo[s de]miſerunt, ne cornua c[um] ſummo dedecore ta[illegible]ni ciuis aſpicerent. {Quis credere poſſit?} pa[illegible]ſis eſt cum interrogatione, ac ſi diceret: ne[mo cre]deret Romanos i[illegible] aſpexiſſe uiri cap[ut] præclare de patria [illegible] ut cum regnū aſſe[qui poſ]ſet, noluerit. illos [illegible] de nobis bene ſu[illegible] libenter aſpicere [illegible]. {At proceres} ſe[illegible] Cippum autē iu[illegible]timi agri ob ſp[illegible]gnum donatum [illegible] Iugerum enim [illegible]ræ dicitur, qu[illegible] boum uno die poſſit exarare. {Ruris honorati} agri honorato uiro conuenienti. {Ad finem} ab ortu diei uſque ad occaſum. {Miram formam} mirandam Cippi effigiē. {Referentia} ſignificātia, repræſentantia. {Aurati po.} auro ornatis poſti. portæ illius per quam ingredi poterat Cippus. [Non auratis, ſed æratis poſtibus legendum uidetur, id quod & alii quidā annotarūt. nā apud Valeriū de eadē hiſtoria in hunc modū legitur lib.5.c.6. Genitio prætori paludato portam egredienti, noui, & inauditi generis prodigium incidit. nanq; in capite eius ſubito ueluti cornua emerſerunt, reſponſumq; eſt, eum regem fore, ſi in urbem reuertiſſet, quod ne accideret uoluntarium ac perpetuum ſibimet indixit exiliū, &c. Et mox: Cuius rei teſtādæ gratia, capitis effigies æreæ portæ, qua exceſſerat incluſa eſt, dictaq; Rauduſculana, q̄d olim Rauda, æra dicebantur. Ac de Raudo, & Rauduſculæ appellatione ēt Varro meminit lib.4. de lat. ling. proprietate.] {Pandite nunc muſæ} Muſas inuocat poeta, ut ſibi cōmemorēt, qua de cauſſa Æſculapius Apollinis ex Coronide filius Romā ab Epidauro fuerit aduectus, Graui nanq; peſtilentia laborantes Romani oraculum acceperūt, ut Aeſculapii auxilio uterentur. Miſſi igitur legati, cū ab Epidauris Deum impetrare nō poſſent, Aeſculapius ipſe in anguē conuerſus, per mediā urbem ad nauē legatorū perrexit, Romāq; aduectus, ſibi in inſula Tyberis ſedē elegit. {Præſentia numina uatū} ꝓpitii dii poetarū, Muſæ: nanq; præſidere poetis finguntur. {Vnde} qua ex cauſſa. {Coronidē} Aeſculapiū Coronei nepotē, Apollinis ex Coronide filiū, ut ſuperius copioſe fuit expoſitum. {Dira lues} peſtis a deorū ira immiſſa. {Exangui mor.} ab effectu morbus dicitur exāguis, quòd exāgues homines reddat, ut mors quoq; pallida dicitur. {Mortalia tem.} hominū experimenta. {Mediāq; tenētis orbis humū Delphos} Delphi in medio terrarum orbe a geographis eſſe ſcribūtur. {Salutifera ſor.} reſpōſo ſalutē afferēti. {Cortinaq; reddidit imo} Phœb' in cortina exiſtēs. eſt.n. cōtinēs ꝓ cōtento ꝑ metonymiā poſitū. cortina uero menſa erat in adyto templo Apollinis, quę etiam Delphica dicebatur, in qua Phœbades iacentes certa oracula reddebāt. cortinā poetæ ꝓ tripode uſurpāt, unde oracula dabantur, ſiue ea menſa fuit, ut quibuſdā uidetur, ſiue alia quædā machina tribus pedib' ſeu fulcris innixa, qua conſcenſa, & numine afflata Pythias uaticinari ſolebat, ut ex Diodori lib.16. tradit cōmentator Ariſtophan. in Pluto. ſic enim et Virgil. dixit lib.3. Æneid.

Tremere omnia uiſa repente
Liminaq;, laurusq; dei, totusq; moueri
Mēs circū, & mugire adytis cortina recluſis.

Et rurſum lib. 6.

Neque te Phœbi cortina fefellit.
Dux Anchiſiade &c.

Proprie tn̄ cortina uas dicitur tripes, ſiue lebes, cuiuſmodi olim in templo Delphici Apollinis dedicari ſolebāt, qbus & Delphicarū nomen inde factū, Plinius lib.24.c.3. ex ęre factitauere, & cortinas tripodum nomine Delphicas, quoniā donis maxime Apollinis Delphici dicabātur, & in hac ſignificatione etiā Cato de re ruſtica, cortinā plūbeā dixit, & Plinius alibi: Oleū (inquit) in cōchas, aut plumbeas cortinas fundendum, &c. ſiue ea a corte, ut quibuſdam placet, quod in cortibus uillaticis earum uſus eſſet ad aquas calefaciendas, & uina decoquenda, ſiue etiam aliunde dicta. quanquam & tripodis nomen eodem modo uſurpatur, hoc eſt, non ſolum pro menſa, ut apud Valerium lib. 4. cap. 1. ubi quod in Græco carmine τρίποδα dicitur, ille menſam uertit, ſed & pro lebete. ut apud Athenæum libro ſecundo ubi ille: ἦν γὰρ τὸ ἀρχαῖον, inquit, δύο γένη τριπόδων, οὓς καλεῖσθαι λέβητας συνέβαινεν ἀμφοτέρους, ὁ μὲν ἐμπυριβήτης

Aeſculapius in anguem.

Quod petis hic, propiore loco, Romane, petiſſes:
Et pete nunc propiore loco: nec Apolline uobis,
Qui minuat luctus, opus eſt, ſed Apolline nato.
Ite bonis auibus, prolemq; accerſite noſtram.
Iuſſa Dei prudens poſtquam accepere ſenatus,
Quam colat, *explorat, iuuenis Phœbeïus urbem;
Quiq; petant uentis Epidauria littora, mittunt.
Quæ ſimul incurua miſſi tetigere carina,
Concilium, Graiosq; patres adiere, darentq;
Orauere deum, qui præſens funera gentis
Finiat Auſoniæ, * certant addicere ſortes.
Disſidet, & uariat ſententia: parsq; negandum
Non putat auxilium: multi retinere, ſuamq;
Non emittere opem, nec numina tradere ſuadent.
Dum dubitant, ſeram pepulere crepuſcula lucem,
Vmbraq; telluris tenebras induxerat orbi:
Cum Deus in ſomnis opifer conſiſtere uiſus
Ante tuum, Romane, torum, ſed qualis in æde
Eſſe ſolet: baculumq; tenens agreſte ſiniſtra,
Cæſariem longæ dextra deducere barbæ,
Et placido tales emittere pectore uoces:
Pone metum, ueniam, ſimulacraq; noſtra relinquam:
Hunc modò ſerpentem, baculum qui nexibus ambit,
Perſpice, & uſque nota, uiſum ut cognoſcere posſis:
Vertar in hunc, ſed maior ero, tantusq; uidebor,
In quantum uerti cæleſtia corpora *poſſunt.
Extemplo cum uoce Deus, cum uoce, Deoq;
Somnus abit, ſomniq; fugam lux alma ſecuta eſt.
Poſtera ſidereos Aurora fugauerat ignes:
Incerti quid agant proceres ad templa petiti
Conueniunt operoſa Dei: quaq; ipſe morari
Sede uelit, ſignis cæleſtibus indicet, orant.
Vix bene deſierant, cùm criſtis aureus altis
In ſerpente Deus prænuntia ſibila* miſit,
Aduentuq; ſuo, ſignumq;, arasq;, foresq;,
Marmoreumq; ſolum, faſtigiaq; aurea mouit:
Pectoribusq; tenus media ſublimis in æde
Conſtitit, atque oculos circumtulit igne micantes.
Territa turba pauet: cognouit numina caſtos
Euinctus uitta crines albente ſacerdos.
En Deus eſt, Deus eſt: animis, linguisq; fauete
Quiſquis adeſt, dixit: ſis ô pulcherrime uiſus
Vtiliter, populosq; iuues tua ſacra colentes.
Quiſquis adeſt, uiſum ueneratur numen: & omnes
Verba ſacerdotis referunt geminata, piumq;
Aeneadæ præſtant & uoce, & mente fauorem
Annuit his, motisq; Deus rata pignora criſti.
Et repetita dedit uibrata ſibila lingua.
Tum gradibus nitidis elabitur, oraq; retro
Flectit, & antiquas abiturus reſpicit aras,
Aſſuetasq; domos, habitataq; templa ſalutat.

ἐμπυριβήτης, ὅς καὶ λοιτροχόος, ὁ δ' ἴτιρος, ὁ κρατὴρ καλούμενος, ἐν ᾧ τὸν οἶνον ἐκίρνων, καὶ οὗτός ἐστιν ὁ τῆς ἀληθείας οἰκεῖος τρίπους, Ἀπόλλωνος μὲν οἰκεῖος διὰ τὴν ἐκ μαντικῆς ἀλήθειαν, Διονύσου δὲ, διὰ τὴν ἐν μέθῃ.
Sed de Tripode ſuperuacaneum eſt, hic ultra aliquid adiicere, quando de uſu & uaria ſignificatione eius uocis, ad ſatietatem uſque annotauit Cœlius lib. 8. cap. 15. illud autem hoc loco addēdum, ὅλμον uocatum eam partem tripodis, in qua Pythias ſiue uates ſedere ſolebat, ut eſt in Commentariis Ariſtophanis, unde & Apollo εὔολμος a Sophocle alibi dicitur, quod eo potisſimum pertinet, ſiquis forte propter ſimilitudinem τοῦ ὅλμου & cortinæ, & alterum per alterū poetas ſignificare uoluiſſe exiſtimet. nam & uerba Athenæi, quæ ſupra citauimus, aliud quiddam, quam quod de menſa tripode ab aliis traditur, præ ſe ferre uidentur.]

explorant, — certat ita dicere. — debent — mouit

RAPH. PROPIORE loco} uicinore. nā Epidaurus Romę ꝓpinquior eſt q̄ Delphi. {Sed Apol. nato} Æſculapio, Apollinis filio. {Bonis auib'} bonis auſpiciis. {Accerſite} aduocate. {Prudens ſenatus accepere} figurate dictum tale, quale eſt illud Virgilianum: Pars in fruſta ſecant. {Explorant} diligenter inquirunt. {Iuuenis Phœbeius} Æſculapius Apollinis filius. {Petant uentis} adnauigent. {Epidauria litora} Epidaurus, quæ & Epitaurus appellatur (ut Strabo ait) urbs eſt Saronico ſinui adiacens, quæ & Miliſſia & Hæmera olim fuit dicta, templo Æſculapii maxime inſignis. {Prēſens} propitius. {Funera gentis Auſonię} peſtilentiam, qua Romani & Italæ gentes moriebantur. {Certant addicere ſortes} ſtudent ſuis dictis Apollinis reſponſa cō ſentire, & ſibi Æſculapiū adiudicare contendunt. nā addicere unum eſt ex tribus uerbis prætoris, q̄ ſunt: do, dico, addico, quod ſignificat & ad tempus uendere, & adiudicare, unde addicti dicuntur. interdum addicere ſignificat ratum facere, unde aues dicuntur addicere, quando ratum faciunt auſpicium. Liuius: Fabio auſpicanti aues ſemel atq; iterum nō addixere, qua in ſignificatione hic quoq; accipi poteſt, ut intelligātur legati dicere ſortes & Apollinis reſpōſa cōfirmare, & ratū facere id q̄d petiit. {Disſidet & uariat ſentētia} ſenatorum, inquit, Epidauriorum ſententiæ diſcordes, & uariæ erant. alii nanq; tradendū Romanis, alii negandum Æſculapium ſentiebant. {Suam opem} ſuum auxilium, hoc eſt Aeſculapium, ad quem in aduerſis confugiebant. {Dum dubitant} dum de re dubia conſultant. {Vmbra telluris} diffinitio eſt noctis. nox enim nihil eſt aliud quàm terrę umbra. {Deus opifer} Æſculapius opem & auxilium morbo laborantibus ferens. ſed qualis in æde eſſe ſolet: in hominis, non draconis facie. nam in templo ſub effigie humana colebatur Æſculapius, quamuis in anguem conuerſus, Roma fuerit aduectus. {Baculum agreſte} inuſitate baculū cum neutro epitheto copulauit poeta, cum ſit generis maſculini. {Longæ barbæ} Æſculapius nanq; barbatus pingebatur, Apollo uero ſine barba. geſtum autē exprimit poeta, quo ſæpenumero utuntur, qui ſibi barbam mulcent. {Et uſq; nota} & eo uſque animaduerte. {Ad templa operoſa} multis operibus ornata, multoq; labore extructa. {Petiti dei} Æſculapii a Romanis poſtulati. {Qua ſede} qua urbe, Epidauri an Romæ. {Aureus in ſerpente Deus} Aeſculapius, qui ſub aureo ſimulacro colebatur, in ſerpētem conuerſus. ſerpentes autem iccirco Aeſculapio ſunt ſacri, quia acutisſimi uiſus a Phyſicis eſſe dicuntur. unde & ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι, hoc eſt, a uidendo fuere dracones cognominati. hac etiam de cauſſa eos incubantes theſauris cuſtodiæ gratia antiqui finxerunt. {Prænuncia ſibila} ipſum aduentare ſignificātia. {Mouit} emiſit. {Signum} ſimulacrum Dei & ſtatuā. {En Deus eſt. Deus eſt} conduplicatio aliquid repentinū annuncianti maxime conueniens. {Animis linguisq; fauete} caſta, puraq; cogitate ac dicite. {Sis ô pulcherrime} preces ſacerdotis ad Aeſculapiū. {Aeneadæ} Romani, qui & ipſi bona ominabantur. {Rata pignora} certa ſigna, quibus innuebat ea futura quæ petierant. {Tum gradibus nitidis} ſitus effingitur ueterum templorū, in quæ eminentioribus in locis ædificata, per gradus aſcendebatur.

potius, explorant. ut idem ſit numerus. nā ſuperius dixit, acceperant.

Inde per iniectis adopertam floribus ingens
Serpit humum, flectitq; ſinus, mediamq; per urbem
Tendit ad incuruo munitos aggere portus.
Reſtitit hîc: agmenq; ſuum, turbæq; ſequentis
Officium placido uiſus dimittere uultu,
Corpus in Auſonia poſuit rate. numinis illa
Senſit onus: preſſaq; Dei grauitate, carina.
Aeneadæ gaudent, cæſoq; in littore tauro;
Torta coronatæ ſoluunt retinacula nauis.
Impulerat leuis aura ratem. Deus eminet altè,
Impoſitaq; premens puppim ceruice recuruam
Cæruleas deſpectat aquas: modicisq; per æquor
Ionium Zephyris ſextæ Pallantidos ortu
Italiam tenuit: præterq; Lacinia templa
Nobilitata Dea, Scyllæaq; littora fertur.
Linquit Iapygiam, * læuisq; Amphryſia remis
Saxa fugit: dextra prærupta Ceraunia parte,
Romechiumq; legit, Caulonaq;, Naryciamq;
Euincitq; fretum, Siculiq; anguſta Pelori,
Hippotadæq; domos regis, Temeſesq; metalla,
* Leucoſiamq; petit, tepidiq; roſaria Pæſti.

RAPH. INIECTIS floribus}ſparſis. {Reſtitit hic}apud forum conſtitit Æſculapius in ſerpentē conuerſus. {Agmenq; ſuū}Epidauriorum multitudinem dicit. {Turbæq; ſequētis officium}hoc de more principum uirorum ſumptum eſt, q comites benignis uerbis dimittere ſolent. {In Auſonia rate}in naue Romana. {Torta retinacula}periphraſis eſt funium,quibus naues ad terram ligantur. {Modicis Zephyris}temperatis uentis. {Sextæ Pallantidos ortu}ſextæ Auroræ, per quod ſignificatur,ſexto die ab Epidauro in Italiā peruenisſe. {Præterq; Lacinia templa}iuxta templa Iunonis Laciniæ. Lacinium autem promontorium eſt in fine Italiæ Iunonis templo nobile,a Lacinio latrone illic ab Hercule interfecto,cognominatum. {Scyllæaq; litora}Scyllæi ſaxa. nam Scyllæum ſaxum eſt ſublime, quod humilem a tergo terrā alluentibus undis habet in Cherrhoneſi faciem, eodem autem nomine etiā oppidū habet, (ut Strabo lib. 6.){Linquit Iapygiam}Calabriam ab Iapige Dædali filio dictā, quanquam promontoriū mihi ſignificari uidetur,qđ Acrā Iapygiā uocant, qđ (ut ſcribit Pli.)longisſime in maria excurrit Italia. {Leuibusq; Amph.re.ſa.fu.} Amphisſia ſaxa ab Amphiſſa urbe Locrorū dicta eſſe mihi uidentur,nā Locri illas Italiæ oras tenuiſſe,etiā a Virg. nō ſolū geographis ſcribuntur.hic & Naricii poſuerunt mœnia Locri. quidā uero Amphryſia legunt. [Amphiſſæ urbis meminit & Stepha. & Strabo lib. 9. ſed eam Locris Ozolis attribuunt. quod ſi igitur Regio credamus, Amphisſia legēdū eſſe,ſpeciē ꝓ genere poſitā dicamus neceſſe eſt, dictaq; Amphisſia ſaxa, pro Locrenſia.iiſdēq; Zephyriū ꝓmontoriū Locrorū, ut etiam a Strabone nominatur, intelligendū.nam qui Amphryſia legunt,ad Philoctetā & Theſſalos,ut puto,reſpiciūt, a quibus Petilia condita,Virgilio quoq; teſte.eſt enim Amphryſus fluuius Theſſaliæ,iuxta quē Apollo Admeti armēta aliquando pauiſſe dicitur. ſunt autē etiam quibus,hic uerſus, Linquit Iapygiam &c. cum ſequentibus duobus, νόθος uidetur,quod equidem miror. nam ſi protinus pro adulterino ac ſuppoſititio habendū, quicquid obſcurū,& nobis,qui ne decimā quidē eorū auctorū partē,quos Ouidius in his libris ſecutus eſt, uel uidimus, uel etiā nomine tenus accepimus,ignotum eſt,quantū uerſuum non modo huius poetæ, ſed etiam aliorum,hoc nomine notandū erit? ſed de hac re alio fortasſis loco agemus.] {Prerupta Celennia}alta, ſaxa, ſubaudiantur. uidetur autē Celenniū eſſe promontorium Brutiorū, de quo tamen alibi me nihil legiſſe memini. forſitan autē non Celennia, ſed Cenecia legendū ſit.nā Cenis (ut Pli.ſcrib.)promontoriū eſt Italiæ è regione Pelori.ſunt quidam qui legūt Ceraunia. [Quanquā de Celenniis ſaxis nihil hactenus legerim,non tamen hanc lectionem temere immutandam cenſeo,quod ut ſupra monui,multa nomina a ueteribus uſurpata fuere,quorū ratio & exempla nos latent. & in Ceneia deriuatio repugnat, cum apud Strabonē κεῦνς per y pſilon ſcribatur. cuius obliqui eandē uocalē retinent. niſi uero quis Cenynia legendū putet. de quo quidem nihil habeo,quod affirmē.] {Romechiūq; legit}tranſit. De Romechio,ſiue Promechio. ſiue Rometio(ut a quibuſdā legitur)nullā apud,geographorum quenquā inueni mentionē. quare corrupte mihi legi uidetur.fortasſis autē Rheginū loco illius eſt reponēdū,ſaxūq; ſubaudiendū. eſt.n.Rhegium urbs in litore Calabriæ è regione Meſſanæ. ſed nihil auſim affirmare,cum nullum uiderim exēplar, in quo Rheginum legatur, & nihil temere eſt aſſerendum,ne iſtorum ſimiles, qui omnia, quæ non intelligunt,ex commodo ſuo audacter immutant,ſimiles eſſe deprehendamur. attamen ne opinioni noui cuiuſdā expoſitoris, ad effutiēdas ineptias parua mercede a malignis impoſtoribus cōducti, accedere uideamur, hoc quoq; notemus, qđ Plēmyriū citra omnem legit dubitationem,temerarius, imo uero furioſus, perinde atq; ſi aut Plēmyriū in priſcis manu'ue ſcriptis exemplaribus legeretur,aut in eo tractu eſſet, cuius inſignia loco Oui. attingit. Plemmyrium quidē eſt in Sicilia caſtellum Siracuſanorum,ut Stephanus tradit, ſed non in ea parte,quę ad Italiā uergit. quare & ſibi,& Ouidii ſtudioſis rectius fatuus iſte cōſuluiſſet, ſi Romechiū unoq; ut paulo ante Amphisſia, Celenniaq; ſaxa disſimulaſſet, ac tanquam notum prætermiſiſſet. ceterū illud Ariſtotelis oraculum in dies uerius eſſe comprobatur,eos qui parum conſyderent, facile quicquid in buccam uenit enunciare. ſunt autem etiam qui Rumentū, pro Romechium, legendum putent, eoq; nomine Rhegium intelligendum: propterea quod Rumentum ueteribus abruptionem, ut Feſtus ait,ſignificabat, Rhegium autem ἀπὸ τοῦ ῥηγνῦναι, hoc eſt, rumpendo, dictum. ſed neque de hac lectione, quod affirmem habeo.] {Caulonaq;} Caulon Calabriæ mons eſt & urbs,quæ & Caulonia dicitur, prius Auſonia a uicina conualle appellata. {Nariciamq;} Naricia urbs eſt Calabriæ a Narice Locridis urbe, quæ & Naricium dicitur (ut ſcribit Stephanus) denominata. eadem autem cum Locris hæc eſſe uidetur, qui a Locris Naricis in extremo Calabriæ angulo fuerunt ædificati. {Euincitq; fretum} cum difficultate tranſit per ſiculum fretum, quod quidem eſt maxime uorticoſum. {Hippotadæq; domos regis} Strongilem inſulam, aliasq; Æolias ſignificat, in quibus regnauit Æolus Iouis filius ex Aceſta Hippotæ Troiani filia. unde etiam Hippotades cognominatur. {Temeſesq; metalla} Temeſe urbs eſt Brutiorum, quæ Tempſa a Latinis fuit appellata. Ærifodinæ autem,quæ apud Temeſam fuerant, tempore ſuo Strabo defeciſſe narrat. Temeſa item Cypri eſt urbs. {Leucoſiamq; petit} Leucoſia eſt inſula contra Pæſtanum ſinum a Sirene ibi ſepulta denominata. {Tepidi Pęſti.} ſemper uernantis. ſic Virgilius, Biferiq; roſaria Pæſti. Pæſtum autem eſt oppidum in agro Campano, a Græcis Poſſidonia dictum. {Inde legit Capreas} ſic quidem legitur, ſed Capriæ per i uocalem in penultima legendum eſſe, argumento ſunt codices Græci, in quibus ſic eſt ſcriptum. eſt autem inſula, quæ & Capriene uocatur (ut ait Stephanus) Campaniæ adiacens, Tiberii principis arce nobilis. [Capreæ, per e, in penultima recte ſcribitur, eodem modo enim & apud Plinium, Melam, Suetonium & Tacitum, ſcriptum legitur. neque uetat, quod Gręci, ut Strabo, & Stephanus, καπρίας per ι, dicunt. neque enim in omnibus Latini Græcorum ſcripturam imitantur. Alioqui & Bretii pro Brutii, Brenteſium, pro Brunduſium, & ſimilia ſcribenda erant.]

leuibusq;
Amphiſſia
Leucorūq;

{Legit}

Inde legit Capreas, promontoriumq; Mineruæ,
Et Surrentinos generoſo palmite colles,
Herculeamq; urbem, Stabiasq;, & in otia natam
Parthenopen, & ab hac Cumææ templa Sibyllæ.
Hinc calidi fontes, lentiſciferumq; tenetur
Linternum, multamq; trahens ſub gurgite arenam
Vulturnus, niueisq, frequens Sinueſſa colubris,
Minturnæq; graues, & quam tumulauit alumnus,
Antiphatæq; domus, Trachasq; obſeſſa palude,

RAPH. L E G I T} tranſit. {Promontoriumq; Mineruæ} ſic uocatur promontorium quod eſt iuxta Surrhentū, in quo olim Sirenes habitaſſe feruntur. in illius aūt extremo eſt Atheneū, hoc eſt Mineruæ ſacellū, quod Vlyſſes ædificaſſe narratur. {Et Surrenth. colles} Surrhentum urbs eſt Campaniæ uino maxime nobilis. {Herculeamq; urbem} hæc tum Heraclea, tū Heracleopolis, tum Herculanū uocat. {Stabiasq; } Stabiæ oppidum fuit Campaniæ, quod (ut Plin. ſcribit) bello ſociali a Sylla deletum, in uillas abiit.

COEL. RHOD. L A C apud Tabias cēſetur ſtateræ tantū nō primæ. ſunt uero Tabiæ, inqt, Therapeutices 5, Galenus, in mari locus in meditullio ferè Neapolis & Surrhenti, latus ad Surrhentū uergens, collis eſt præaltus in Tyrrhenum erumpens pelagus, in occaſum modice acclinatur: huic attiguus eſt in ſinu intimo collis alter haud paruus, quem ueteres Romani Veſuuiū, uel ut Græce ſcribitur βισυβίν nuncuparunt, recentiores Lesbium dixere, omnibus celebrem, ob eū qui indidem eructat ignis: qui aeris ſiccitati cōferre creditur plurimū, unde lacti Tabiano maxima conciliatur bonitas, quā adiuuat loci altitudo, & pabuli præſtantia. locū uero hunc a Plinio & Cæcilio ſignificatū contenderim, ubi ſcribitur modo, Stabii erat. ſed & apud Ouidiū Metamorphoſeos ultimo, Herculeamq; urbem Stabias, & in ocio natam Parthenopē. {Et in otia natam Parthenopē} Neapolim a Parthenope una Sirenarum ibi ſepulta, cognominatam. Neapolim uero in ocia natam, poeta ait, propter locorum amœnitatem, quo ſe Romani ociaturi conferebant. {Et ab hac Cumeæ templa Sibyllæ} & poſt hanc Neapolim tranſit Cumas Campaniæ urbē maxime a Sibylla nobilitatā: de cuius conditoribus ſatis ſuperq; in ſuperioribus diximus libris. {Hinc calidi fontes} Baias innuit fontibus calidis maxime celebres. {Lentiſciferumq; tenetur Linternū} Lentiſcum arborem ferens Linternum, quod quidem eſt oppidū Campaniæ, exilio maioris Scipionis & ſepulchro maxime nobile. {Vulturnus} fluuius eſt Campaniæ, Vulturnum urbē ab illo dictā præterlabens. {Niueisq; frequens Sinueſſa colub.} Sinueſſa Campaniæ urbs eſt, quam quidam Synopem uocitatam dixere, ut Plinius ſcribit. {Minturnæ grau.} morboſæ, grauis ac noxii aeris. Minturnę autem Latii oppidū eſt paludibus cinctū, ac Liri amne diuiſum. {Et quam tumulauit alumnus} periphraſis eſt Caietæ, quam a Caieta Æneæ nutrice denominatam eſſe, noſtri quidem ſentiunt poetæ. quidam uero quod in litore curuo ſit poſita, ſic appellatā a Laconibus putant. Curua nanq; omnia caietas Lacones uocabant. {Alumnus} Æneas a Caieta altus & educatus. {Tumulauit} ſepeliuit. {Antiphatęq; domus} Phormiarū eſt periphraſis, quas prius Hormias a ſtationis (quæ ὁρμὴ dicitur) bonitate cognominatas fuiſſe, Srtabo memoriæ prodidit. Antiphaten uero Lęſtrigonum regem fuiſſe, Phormiasq; tenuiſſe in ſuperioribus quoque diximus libris. {Thracasq; obſeſſa palude} Terracina mihi ſignificari uidetur, quæ antea Trachina, hoc eſt aſpera fuit appellata. illi nanq; (ut Srabo refert) magna palus obiecta eſt, quā duo fluui efficiunt, è quibus maiorem Aufidum uocant. Terracina uero lingua Volſcorum Anxur fuit appellata. {Et tellus Circæa} Circæum mons eſt Latii maris ac paludibus cinctus, ut inſula uideatur, a Circe quæ illum tenuit cognominatus. nam Circe Solis filia, cum Sarmatarū regem cui nupſerat, ueneno ſuſtuliſſet, regnumq; adepta, nimium crudeliter ſe gereret, a populis regno pulſa, in Italiam uenit, & in promontorio, quod ab ipſa Circæum poſtea fuit appellatum, conſedit. In quo, & urbs Circæi nomine & illius ſacellum cum Mineruæ ora olim fuiſſe, memorantur. {Et ſpiſsi litoris Ancon} ſic quidem in omnibus quæ mihi uidere contigit exemplaribus lęgitur, ſed corrupte, ut mihi uidetur. neq; enim aut geographiæ ratio, aut hiſtoria iſtiuſmodi lectioni aſtipulatur. Ancon ſiquidem urbs eſt Piceni non Latii, neq; in eo tractu præter cuius urbes Æſculapium uectum fuiſſe, poeta ſcribit. mari nanque Adriatico adiacet Ancon. Æſculapius uero per Tyrrhenum uectus Romam fuiſſe narratur. Valerius præterea Maximus lib. 1. cap. 6. (ut alios omittam hiſtoricos) non apud Anconem, ſed apud Antiū è naui Æſculapium egreſſum fuiſſe, teſtatur his uerbis: tum legati perinde atque exoptatæ rei compotes, expleta gratiarū actione, cultuq; anguis a peritis accepto, læti inde ſoluerūt ac proſperā emenſi nauigationem, poſtquam Antium appulerunt, anguis q ubiq; in nauigio remanſerat prolapſus in ueſtibulo ædis Æſculapii, myrto frequentibus ramis diffuſæ ſupereminentem excelſę altitudinis palmam circundedit, perq; tres dies poſitis, quibus ueſci ſolebat, non ſine magno metu legatorum, ne in triremem reuerti nollet, Antienſis templi hoſpitio uſus, Vrbi ſe noſtræ aduehendum reſtituit, atque in ripam Tyberis egreſsis legatis, in inſulam ubi templum ei dicatum eſt, tranauit, aduentuq; ſuo tempeſtatem, cui remedio quæſitus erat diſpulit. quo igitur modo legendum dicemus? An ita Antium eſt legendum, ut illud Virgilianum, Et ducis muſti Vulcano decoquit humorem. uerſus eſt enim hypercatalecticus. eſt autem Antium Latii urbs, haud longe ab Lauinio diſtans, unde Antiates dicuntur.

N O N minoris (puto) laudis, felicitatis certe, & euentus paris erit, is Ouidianus tandem expoſitus Ancon: pro quo non ueriti ſunt quidam, uel antrū ſupponere: uel antium addere: uel (ſi diis placet) pro Anconæ maritimo interpretari oppido, ut ſiquid ferre æquiore poſsis ſtomacho, facilius id eorum feras, qui Antrum uel Antium quamuis ſpurium partum, ſuppoſuerint. tametſi ampliandi omnes, qui cum uerba non percipiant, ſtatim immutandum curant. cæterū cur nos Ancon legamus, quid'ue ſit Ancon ut explicemus, hę rationes a nobis potisſimum ſunt. primum igitur omniū, mouēt me codices omnes, tam manuſcripti, quam æreis typis ducti, deinde uero q uerbum ſit optimū: & a multis auctoribus tum Gręcis, tum Latinis uſurpatum: poſtremo q quid ſit Ancon, quod illi ignorare ſe fasſi ſunt: nos non neſcimus. Ancon igitur a Græcis, a Latinis cubitus dicitur: ſed & loca ipſa, quæ ita in mare excurrant, ut cubiti uicem præ ſe ferre uideantur, Ancones a Græcis & Latinis quaſi cubiti dicti: ſed ne diutius in re confeſſa immorer, reſpondeant hi mihi, an ſciant unde Ancon illa Dorica celebri munita portu ciuitas dicta: nempe (puto) dicent quod uice cubiti in ſubiectum excurrat mare. Hoc & Euſtathius tertia (ni fallor) Rhapſodia (neque enim mihi nunc libri copia) ubi omnes hominis partes ad inanimata transferri docet, comprobat. quin & Geographi teſtimonium quis non admittat? Hac in Italiæ parte fuiſſe prodentis cubitos deos, id eſt Ancones. cuius hæc ſunt uerba Geographiæ primo. cæterum cubitus, (id eſt Ancon Gręcè) longus quidem & anguſtus: ac deductis a Capreaū locis ſeſe extendens. Altero ex mōtis latere Syrenū ſacellū habens, ex altero autē ad Posſidoniatē ſinū paruæ tres adiacent inſulæ deſertæ & petroſæ, quas Sirenuſſas uocant; ex quibus uerbis, tametſi non ſit iſte Ouidianus ancon, quod locorum ratio non patitur, tamē id ſatis mihi fuerit oſtēdiſſe: pluribus terrarū locis huiuſcemodi reperiri ancones, quas ſępe poetæ raro Geographi niſi nobiliores nominent. ſed quo piaculo Flacci noſtri carmen omiſerim, qui Anconis in Euxino mari cuiuſdā meminerit in quarto hoc uerſiculo: Quid memorem quas iras aquas, quas torqueat Ancon? quo in loco nequeo mihi ſatis temperare, qui inſcitiam cuiuſdam non caſtigem, qui repo-

Egnatius in libro racemationū cap. 18.

nendum

nendum Acon admonuit: cui ſi quicquam aut ſenſus ineſſet communis, aut mediocriter Græca, quæ tamen plenis hauſiſſe ſe labris iactat impudenter, delibaſſet, nunquam ad tantum inſcitiæ foret prouectus, aut Apollonii ſaltem nõ percepiſſet carmen. Apollonius quoq; Rhodius ſecundo huius Anconis meminit: cuius quoq; carmen adpoſuiſſem, ni uererer ne impreſſores, qui non ſatis aut Græca callent, aut Græcas litteras nõ habent, neceſsitate imperante, cuncta deprauarent: quo factum eſt, ut quo rarius licuit, Græca insererẽ: quæ uero inſerui, latina potius facerem.

Et tellus Circæa, & ſpiſsi littoris * Antium.
Huc ubi ueliferam nautæ aduertere carinam,
(Aſper enim iam pontus erat) deus explicat orbes,
Perq; ſinus crebros, & magna uolumina labens,
Templa parentis init flauum tangentia littus.
Aequore placato patrias Epidaurius aras
Linquit, & hoſpitio iuncti ſibi numinis uſus
Littoream tractu ſquamæ crepitantis arenam
Sulcat, & innixus moderamine nauis, in alta
Puppe caput poſuit: donec Caſtrumq;, ſacrasq;
Lauini ſedes, Tyberinaq; ad Hoſtia uẽnit.
Huc omnes populi paſsim, matrumq;, patrumq;
Obuia turba ruit, quæq; ignes Troica ſeruat
Veſta tuos, lætoq; deum clamore ſalutant.
Quaq; per aduerſas nauis cita ducitur undas,
Thura ſuper ripas, aris ex ordine factis,
Parte ab utraque ſonant, & odorant aera fumis:
Ictaq; coniectos incalfacit hoſtia cultros.
Iamq; caput rerum, Romanam intrauerat urbem;
Erigitur ſerpens, ſummoq; acclìuia malo
Colla mouet, ſedesq; ſibi circumſpicit aptas.
Scinditur in geminas partes circumfluus amnis,
(Inſula nomen habet) laterumq; a parte duorum
Porrigit æquales media tellure lacertos.
Huc ſe de lata pinu Phœbeïus anguis
Contulit, & finem, ſpecie cæleſte reſumpta,
Luctibus impoſuit, uenitq; ſalutifer urbi.

ARG. Ouidius opere peracto, docet ſe a Chao principium cœpiſſe, & ad Cæſarem deduxiſſe: quem gentibus orbis deuictis, Venus poſt ſuorum inſidias in cometen uertit.

Hic tamen acceſsit delubris aduena noſtris:
Cæſar in urbe ſua deus eſt: quem Marte, togaq;
Præcipuum, non bella magis finita triumphis,
Resq; domi geſtæ, properataq; gloria rerum
In ſidus uertêre nouum, ſtellamq; comantem,
Quàm ſua progenies. nec enim de Cæſaris actis
Vllum maius opus, quàm quòd pater extitit huius.
Scilicet æquoreos plus eſt domuiſſe Britannos,
Perq; papyriferi ſeptemflua flumina Nili
Victrices egiſſe rates, Numidasq; rebelles,
Cyniphiumq; Iubam, Mitridateisq; tumentem
Nominibus Pontum populo adieciſſe Quirini,

RAPH. SPISSI litoris} denſi ac duri. {Aſper enim iam pontus erat} parentheſis eſt, cauſſam continens, cur legati in portum Antiatẽ intrarint. mare enim iam in tempeſtatem fuerat erectum. {Et hoſp. iuncti ſibi numinis} Apollinis cõſanguinitate Æſculapio iũcti. nam Æſculapiũ, Apollinis filium fuiſſe, etiam pueri ſciunt. {Donec caſtrum} caſtrũ oppidum eſt Latii inter Lauinium & Oſtiam ſitũ. {Sacras Lau. ſe.} Lauinium urbs eſt Latii cõmune nomini Latino, Veneris tẽplum habens. {Tyberinaq; ad Oſtia uenit} ad Oſtiã Tyberis, unde urbs Oſtia fuit cognominata, quã Ancus Martius ædificauit, illucq; coloniam deduxit. {Quæq; ignes Troica ſeruat Veſta tuos} apoſtrophe eſt ad Veſtã, quã idcirco Troicã & Troianã poeta uocat, quod a Troia allata fuerit ab Ænea. uirgines autem Veſtales quoque Æſculapio obuiã proceſsiſſe ait. {Thura ſonãt} ſtrepunt. nam thura ardentia ſonitum quendã emittunt, uel cõtentum pro cõtinente poſitum eſt, ut acerras & thuribula ſonare intelligamus. {Et odorant aera fumis} & odoribus aerẽ replẽt. {Incalfacit ſanguine} dum enim uictimæ iugulãtur, cultri ſanguine caleſiunt. {Scinditur in geminas partes} inſulam deſcribit in Tyberi Romæ effectam ſegete Tarquinorum, qui poſtea campus Martius fuit appellatus, a populo in fluuim deiecta. {Huc delata pinu} illuc naue appulſa. {Phœbeius anguis} Æſculapius Apollinis filius. {Specie cæleſte reſumpta} dei figura, depoſitaq; ſerpentis forma. poetica uero licentia cæleſte pro cœleſti eſt poſitum. {Luctibus} morbo & peſti. id quod ſequitur, pro eo quod præcedit eſt poſitum. {Hic tamen acceſsit} Iulii Cæſaris animæ Metamorphoſin in ſtellam ita perſpicue deſcribit in gratiam Auguſti Cæſaris poeta, ut nihil expoſitione opus eſſe uideatur. cum enim Auguſtus ludos in honorem Iulii Cæſaris, qui in ſenatu fuerat trucidatus, celebraret, forte cometa apparuit, quam eſſe Cæſaris animam, Auguſtus ipſe aduocata concione populo Romano perſuaſit. inſulſus autem quidam non contentus ſuis ineptiis ea ſeparare, quæ Ouidius artificioſsiſſime copularat, hoc etiam loco fœtidum epigramma hexametro pentamentroq; uerſu compoſitum, temerarie nimiũ & ſtolide inſeruerat, quod quidem cum totum opus inquinaret, delendum eſſe putaui.

Amon. {Stellam comantem} periphraſis eſt cometæ. nam cometes ſtella eſſe crinita perhibetur. {Properataq; gloria re.} properãter ac cito acquiſita. {Quã ſua pro.} quam Auguſtus Cæſaris filius adoptiuus. {Nec enim de Cæſaris actis} omnibus Cæſaris geſtis adoptionem Auguſti ante ponit poeta. {Scilicet æquoreos} præſtantiſsima quæque Cæſaris geſta cum quadam ironia enumerat poeta, ut oſtendat Auguſti adoptionem illis eſſe anteferendam. {Æquoreo Britannos} æquore circundatos, ac nauigationi deditos, quos imperio Romano una cum Gallis Iulius Cæſar ſubegit. {Perq; papyriferi} Iulius Cæſar (ut ſcribit Tranquillus) Pompeiũ Pharſalico prælio fuſum, ac fugientem Alexandriam perſecutus, occiſum deprehendit, ubi cum Ptolemæo Ægypti rege, a quo ſibi quoque inſidias tendi animaduertit, bellum ſanè difficillimum geſsit, neque loco, neque tempore æquo, ſed hyeme & intra mœnia copioſiſsimi ac ſolertiſsimi hoſtis, inops ipſe rerum omnium atque imparatus, Regnum Ægypti uictor Cleopatræ, fratriq; eius minori permiſit, ueritus prouinciam facere, ne quãdo uiolentiorem præſidem nacta, nouarum rerum materia eſſet. {Papyriferi Nili} papyrum ferenti, ex qua olim chartæ conficiebantur. {Numidasq; rebelles} Numidæ populi ſunt Africæ admodũ feroces. {Cyniphiumq; Iubam} Iuba Mauritaniæ rex fuit, qui cum partes Pompeii in Africa foueret, a Cæſare fuit ſuperatus. Cyniphium aũt Iubã appellat poeta, a Cyniphe fluuio Libyæ, qui inter duas Syrtes labitur. {Mitridateisq; tum. Nominibus Pontũ} Mitridatis gloria, & uictoris, qui ꝑ quadraginta annos cũ populo Romano bellum geſsit. ab Alexandria uero deuicta, Cæſar in Syriam, & inde Pontum tranſit. ubi Pharnacem Mitridatis magni filiũ & tunc occaſione temporum bellantem, iamq; multiplici ſucceſſu præferocẽ intra quintum quo affuerat diem, quattuor quibus in conſpectum uenit horas, una acie profligauit, crebro commemorans Pompeii felicitatem, cui præcipua militiq; laus de tam imbelli genere hoſtium contigiſſet.

{Et

Et multos meruiſſet, aliquos egiſſe triumphos,
Quàm tantùm genuiſſe uirum, quo præſide rerum
Humano generi ſuperi fauiſtis abunde?
Ne foret hic igitur mortali ſemine * cretus,
Ille deus faciendus erat. quod ut aurea uidit
Aeneæ genitrix, ( uidit quoque triſte parari
Pontifici lethum, & coniurata arma moueri)
Palluit, & cunctis, ut cuique erat obuia diuis,
Aſpice, dicebat, quanta mihi mole parentur
Inſidiæ, quantaq; caput cum fraude petatur,
Quod de Dardanio ſolum mihi reſtat Iulo.
Sola'ne ſemper ero iniuſtis exercita curis?
Quam modo Tydidæ Calydonia uulneret haſta,
Nunc malè defenſæ confundant mœnia Troiæ,
Quæ uideam natum longis erroribus actum,
Iactariq; freto, ſedesq; intrare ſilentum,
Bellaq; cùm Turno gerere, aut, ſi uera fatemur,
Cum Iunone magis. quid nunc antiqua recordor
Damna mei generis? timor hic meminiſſe priorum
Non ſinit. in me acui ſceleratos cernitis enſes:
Quos prohibete, precor, facinusq; repellite, ne'ue
Cæde ſacerdotis flammas extinguite Veſtæ.
Talia nequidquam toto Venus anxia cælo
Verba iacit, ſuperosq; mouet: qui rumpere quāq̄
Ferrea non poſſint ueterum decreta ſororum,
Signa tamen luctus dant haud incerta futuri,
Arma ferunt inter nigras crepitantia nubes,
Terribilesq; tubas, auditaq; cornua cælo
Præmonuiſſe nefas. Solis quoque triſtis imago
Lurida ſollicitis præbebat lumina terris.
Sæpe faces uiſæ mediis ardere ſub aſtris;
Sæpe inter nimbos guttæ cecidere cruentæ.
Cærulus & uultum ferrugine Lucifer atra
Sparſus erat, ſparſi lunares ſanguine currus,
Triſtia mille locis Stygius dedit omina bubo:
Mille locis lacrymauit ebur, cantusq; feruntur
Auditi, ſanctis & uerba minantia lucis.
Victima nulla litat: magnosq; inſtare tumultus
Fibra monet: cæſumq; caput reperitur in extis.
Inq; foro, circumq; domos, & templa deorum
Nocturnos ululaſſe canes, umbrasq; ſilentum
Erraui ſſe ferunt, motamq; tremoribus urbem.
Non tamen inſidias, uenturaq; uincere fata
Præmonitus potuere deûm: ſtrictiq; feruntur
In templum gladii. nec enim locus ullus in urbe
Ad facinus, diramq; placet, niſi curia, cædem.

RAPH. Cæſar in deum.

ET multos meruiſſe} multo pulres triūphos meruiſſe Cęſarē q̄ egerit, aperte aſſerit poeta, quāuis ad id alludere uideatur, qđ Trāquillus ſcribit, Cæſarē poſt Hiſpaniā ulteriorem pacatā, quā ex pretura fuerat ſortitus, cum ad triūphū ſimul, cōſulatumq; Romā rediiſſet, coactū fuiſſe triūphum dimittere, ne cōſulatu excluderetur, cum editis iā comitiis, ratio eius haberi nō poſſet, niſi priuatus urbē introiiſſet. quinq; uero triūphos egit Cæſar, Gallicū, Alexandrinū, Pōticū, Africanum, Hiſpanienſem diuerſo quenq; apparatu, & inſtrumēto. {Quā tm̄ ge. uirum} quā tantum reliquiſſe filiū, quantus eſt Auguſtus, quē quidem nō genuit, ſed ſibi adoptauit Iulius Cæſar. {Ne fo. hic igitur mor. ſe. na.} hoc eſt Iulius Cæſar in numerū deorum fuit referendus, ne Auguſtus ex ſemine mortali natus uidetur. {Ille} Iulius, Cæſar. {Aurea Æneæ genitrix} pulcra Venus. {Pontifici} Cæſari q Pōtifex erat. hęc aūt de hiſtoria ſumpta fuere. nā (ut narrat Trāql.) cū Cæſar dn̄atione abuteretur, regnūq; affectaret, in ipsū a ſexaginta & amplius fuit cōſpiratū, C. Caſsio. M. q; & D. Brutis principibus cōiurationis. {Quāta mole} quanto ſtudio. {Caput} uita Cæſaris. {De Dar. Iulo} Ænee filio, a quo gens Iulia originē duxit, ut Virg. quoq; teſtatur: Iulius a magno demiſſum nomē Iulo. Iulius aūt Cæſar de gēte Iulia ſolus reſtabat. Sanè Iulus ἀπὸ τοῦ ἰούλου, hoc eſt a prima lanuginis & barbæ emiſsione fuit appellatus. eſt ēt Iulus animal multipes, parietibus adhærens ſimile Scolopendræ. eſt ēt hymnus in Cererē, ut Didymus ſcribit. ut uero Theoph. ait, aſinūq; ſign̄at Iulus. {Exercita} ſolicita, anxia. {Tydidæ} Diomedis, q Venerē Æneæ fauentē, ipſumq; nube operientē, ſagitta uulnerauit. {Nūc ma. de.} q̄ ſub audiamus. {Confundant} pturbēt. {Sedes ſi.} inferorū. nā Æneas duce Sibylla ad inferos deſcendit, ut carmine Virgiliano ēt pueris eſt notum. {In me acui} in Iuliū Cæſarem ē ſanguine meo pcreatū. {Cæde ſa.} pōtificis Cæſaris. {Flāmas extin. Ve.} religionē oēm atq; pietatē ne deſtruatis. ad id uero alludit poeta, qđ perpetuus ignis in Veſtæ templo ſeruabatur. {Nequicquā} fruſtra. neq;. n. phibere potuit, qn Iulius Cæſar cōiuratis trucidaretur. {Superos q; mouet} deos ad miſericordiā cōmouet. {Qui rū. quā. ter.} quia quāuis, inquit, duras fatorū leges mutare nō poſsint, multis tn̄ ſignis declararunt hoībus, ſe ualde Cæſaris cæde mœrere. {Ferrea dec.} duras & immutabiles leges. {Veterū ſor.} Parcarū & fatorū. {Signa tn̄ luct.} Cæſaris cædē euidentibus prodigiis, quæ etiā enumerantur, denunciatā fuiſſe mortalibus, apte poeta ſcribit. {Luctus fuit.} mœroris toti terrarū orbi futuri, pp Iulii Cæſaris cædē. {Arma ferunt inter nig.} prodigia enumerat poeta, quæ ante cædē Iulii Cæſaris apparuiſſe, Tranquillus quoq; & Plu. ſcribūt. {Arma crep.} ſtrepitū emittētia. {Præmonuiſſe} pnūtiaſſe. {Nefas} nefandā ac impiā Cæſaris pōtificis maximi cædē. {Lurida lu.} pallida. {Solicitis ter.} Anxius mortalib', neqd. magnæ calamitatis ſibi impenderet timētibus. {Sæpe fac. uiſæ} ſæpe, inqt, faces ardētes in cælo ante cædē Iulii Cæſaris uiſæ fuerūt. {Sępe int. nimb.} ſæpe, inquit, ſanguinē pluit. {Cærulus lucif.} obſcurus, cū alioqui nitidiſſimus ſoleat eſſe. {Sparſus uult.} Reſpſum & tectū os habēs. {Atria ferrug.} nigro colore. {Sparſi lun. ſā. cur.} Luna ipſa ſanguineis guttis reſparſa uidebatur. {Stygius bu.} Funeſtus. eſt. n. auis peſsimi ominis. ea uero apparuiſſe portēta, ait poeta, quęcūq; maximorū malorū pnūtia ſolent eſſe. {Mille locis} multis in locis. finitus eſt numer' p infinito poſitus. {Ebur} eburneæ deorū ſtatuæ. {Sanctis lu.} ex ppoſito & uenientia ſubaudiātur. ſancti uero luci dicūtur, q diis cōſecrati cædi iure nō poſsūt. {Victima nul. lit.} nulla, inqt, hoſtia deos ſignificat eſſe placatos. id uero Cæſari eueniſſe, quo die fuit trucidatus, ſcribit Tranquillus. nā pluribus hoſtiis cęſis, cū litare nō poſſet, introiit curiā ſpreta religione. {Magnos tu.} magnā rerū mutationē. {Inſtare} imminere, impēdere. {Fibra m.} extra ſignificāt. {Cæſumq; ca.} Reciſum. nā exta ſine capite ſignificāt, mortem alicui imminere. {Nocturnos cā. ul.} nocte canes ululatibus luporū ſimiles uoces emiſsiſſe, id qđ peſsimum eſt omē. {Vmbrasq; ſil.} mortuorū aīas. {Motamq; tre. ur.} terræ motu urbem Romā fuiſſe cōcuſſam ait. {Præmonitus deū} prædictiones, pdigia & portēta deorū. legē. n. fatorū ne dii quidē perrūpere poſſunt. fata uero magis præuideri, q̄ uitari pn̄t. {Strictiq; fer. in tē. gl.} In curiā Pōpeii, in qua ſenatus habebatur. diu aūt cōſultarūt cōiurati, utrū illum in cāpo p comitia tribus ad ſuffragia uocantē, patribus diuiſis è ponte deiicerent, atq; exceptū trucidarent, an in ſacra uia, uel in aditu theatri adorirentur. poſtea quam uero ſenatus idibus Martiis in curia Pompeii fuit edictus, facile tēpus & locum prætulerunt.

Quinq; Cæſaris triūphi. natus.

{Tum

Tum uerò Cytherea manu percuſsit utraque
Pectus: & ætherea molitur condere nube,
Qua prius infeſto Paris eſt *arreptus Atridæ, *ereptus*
Et Diomedeos Aeneas fugerat enſes.
Talibus hanc genitor: ſola inſuperabile fatum
Nata mouere paras? intres licet ipſa ſororum
Tecta trium: cernes illic molimine uaſto
Ex ære, & ſolido rerum tabularia ferro,
Quæ neque concuſſum cæli, neque fulminis iram,
Nec metuunt ullas tuta, atque æterna ruinas.
Inuenies illic *inciſa adamante perenni *incluſa*
Fata tui generis. legi ipſe, animoq; notaui:
Et referam, ne ſis iam nunc ignara futuri.
Hic ſua compleuit, pro quo Cytherea laboras,
Tempora, perfectis quos terræ debuit annis.
Vt deus accedat cœlo, templisq; colatur,
Tu facies, natusq; ſuus: qui nominis hæres
Impoſitum feret unus onus, cæſiq; parentis
Nos in bella ſuos fortiſsimus ultor habebit.
Illius auſpiciis obſeſſæ mœnia pacem
Victa petent Mutinæ: Pharſalia ſentiet illum.
Emathiiq; iterum *madefient cæde Philippi: *madeſcen*
Et magnum Siculis nomen ſuperabitur undis,
Romaniq; ducis coniux Aegyptia tædæ
Non bene fiſa cadet: fruſtraq; erit illa minata,
Seruitura ſuo Capitolia noſtra Canopo.
Quid tibi barbariem, gentesq; ab utroque iacentes
Oceano numerem? quodcunque habitabile tellus
Suſtinet, huius erit: pontus quoque ſeruiet illi.
Pace data terris, animum ad ciuilia uertet
Iura ſuum, legesq; feret *iuſtiſsimus auctor, *mitiſſimi*
Exemploq; ſuo mores reget: inq; futuri
Temporis ætatem, uenturorumq; nepotum
Proſpiciens, prolem ſancta de *coniuge natam *uirgine*
Ferre ſimul, nomenq; ſuum, curasq; iubebit.

RAPH. TVM ue. Cyth.} Mulieris imminenti piculo territæ geſtum exprimit poeta. ſolēt.n. mulieres in magnis doloribus, utrisq; manibus pectus pcutere. {Molitur cōd.} pparat ut abſcondat. {Qua pr. inf.} Paris ut narrat Hom. Iliad. 3. cū Menelao cōgreſſus, ope, & auxilio Veneris, quæ nube ipſum opuit, manus illius fugit. {Et Dio.} Æneas cū Diomede cōgreſſus, facile interfectus fuiſſet, ut eſt apud Hom. Iliad. 6. niſi a Venere fuiſſet liberatus. {Tali hāc g.} alloquitur. {Sola inſup. fat. na. mo.} cū interrogatiōe illuſionis plena, hæc a Ioue Veneri dr̄. {Mouere} mutare. {Intres licet ip.} tu ipſa, inqt, intrare potes parcarū & fatorū ędes. {Triū ſo.} Triū parcarū, quas Erebi & Noctis filias Heſiod. fingit pp cauſarū obſcuritatē. Pōt Lycophrō, qa ſunt inexorabiles, ea rōne, qua Cyclopes, aliiq; immani crudelitate Neptūni uocātur. Vn̄ & parcæ, qđ nemini parcāt, per contrariū dictę, Martia. Capella, parcas deorū ſcribas eſſe ait, quæ Iouis cæleſtisq; ſenatus decreta pſcribant. uitę aūt mortisq; oīum pſides finguntur eſſe, ac uitam nēdo producere. unde & lanificæ ſorores dicuntur, Clotho, Lacheſis & Atropos: nā Clotho fuſum torquet, ἀπὸ τοῦ κλώθειν qđ eſt torquere dicta. Lacheſis filat, ἀπὸ τοῦ λαγχάνειν, quod cuiuſq; uitā ſortiatur. Atropos, quod immutari non pōt, quin filū truncet, fuit appellata. nam ipſa uitæ humanæ finem imponat, neceſſe eſt. {Rerum tab.} tabulæ ære, in quibus immutabilia fatorū decreta ſunt inciſa. ad id autem alludere uidetur Ouid. quod diximus, Parcas deorum ſcribas eſſe, quę Iouis & cæli decreta, quæ mutari nō poſſūt, in tabulis habeant deſcripta. hæc uero ēt fata uocantur. {Vaſto moli.} Vaſtæ magnitudinis. {Cōcuſſum cæli} concuſſionē, eſt aūt tonitru periphraſis. {Adamante peren.} perpetuo, incorruptibili. {Incluſa} ſculpta, inciſa. {Fata tui gener.} ea oīa quæ tuo generi neceſſario ſunt euētura. {Et referā} pulchra phantaſia ad laudes Auguſti Cæſ. referendas ingreditur poeta. {Hic ſua cōple.} ſextū & quinquageſimū ætatis annū agēs Cæſar, in ſenatu fuit interfectus. {Natusq; ſuus} Octauius, quem ex dodrante hæredē Cæſar reliquit, & in familiā nomēq; adoptauit. {Impoſitū onus} imperii adminiſtratiōnē. {Cæſi parē. nos in bel. ſu.} nos ſibi in bellis fauētes, nam bella ciuilia quinq; geſsit Auguſtus, Mutinēſe, Philippēſe, Peruſinū, Siculum, Actiacū, quorum quattuor priorū initium & cauſſam a cæde Cęſaris ſumpſit, nihil cōuenientius ducēs, q̄ necē auunculi uindicare, illiusq; acta tueri. {Illius auſpiciis} illius ductu. nam cū D. Brutus Mutinæ a M. Ant. obſideretur, iuſſus eſt a Senatu Octauius, cōparato exercitu proprætore præeſſe, & Hirtio ac Pāſa conſulibus D. Bruto opē ferre. {Petent pacē} quærent pacem & liberationem. {Pharſalia ēt ſentiunt illum} Pharſalus urbs eſt Theſſaliæ a Pharſalo Acriſii filio dicta, unde Pharſalia declinatur, ac pro Theſſalia ponitur, in qua bis Romani exercitus conflixere, ducibus primum Pompeio, & Cæſare, deinde Octauio & Anto. contra Brutū & Caſsium, eſt etiam Pamphiliæ urbs Pharſalus. {Emathii Philippi} Macedonici. nam Philippi urbs eſt Macedoniæ quæ prius Crenides uocabatur, a Philippo rege cognominata. nam Crenitis a Thracibus oppreſſis, cū opē tuliſſet Philippus, urbē eorū de ſuo noīe Philippus appellauit, bellū aūt Philippenſe, inita cum M. Ant. & Lepido ſocietate aduerſus Brutum & Caſſiū, Octauius geſsit. {Et magn. ſic. no.} Sextus Pōpeii magni Pompeii filius, cū diu piraticam exercuiſſet, magna claſſe præparata, Siciliā occupauit: ac ſæpius prælio nauali cum Auguſto congreſſus, uictor euaſit, tādem uero magna edita pugna ab Auguſto ſuperatus, Mitylenas aufugit: ubi a Titio quodam fuit interfectus. [Auctor, Apianus lib. 5. bellorū ciuil.] {Romaniq; du. cō. Ægyptia} Cleopatræ eſt periphraſis, q̄ cum M. Ant. duxiſſet uxorē, Italiā inuadere tētauit, ſed Auguſtus illis occurrens, apud Actiū promontorium nauali pręlio deuicit. Alexādria deinde potitus, quo Ant. cū Cleopatra confugerat, cū Ant. ipſum ad mortē adegiſſet, Cleopatrā, cum maxime cuperet, ad triumphū ſeruare non potuit, aſpidis nanq; morſu ante interiit. {Tædæ non bene fi.} non bene confiſa nuptiis M. Ant. nā & regnū & uitam amiſit. {Noſtra ca.} nobis dicata: unde & capitolinus Iupiter fuit appellatus. {Suo ca.} ſibi placēti ac grato. eſt autem Canopus urbs Ægypti, a Canopo nauis Vlyſsis gubernatore cognominata. {Ab utroq; Oceano} oriētali, & occidentali. prædicit aūt Veneri Iupiter, Auguſtū cæſarē totius orbis terrarum imperio potiturū. {Pace dat. ter. ani.} ut Trāquil. narrat, Auguſtus pleraq; peſsimi exēpli correxit, q̄ in pniciem publicā, aut ex cōſuetudine licentiaq; bellorum ciuiliū durauerāt, aut per pacē ēt extiterant. leges pterea retractauit & quaſdā ex integro ſanxit, ut ſumptuariā, de adulteriis, & de pudicitia, & de maritādis ordinibus. {Prolē ſan. de cō. na.} Tiberium dicit. q ex Liuia natus ab Aug. adoptatus ex dimidia ſextanteq; & noīe hæres fuit relictus. [In quibuſdā editionibus legitur, prolē ſancta de uirgine natā, qđ ſi ita ab Ouid. ſcriptū eſt, eodē referendū erit, quo & Virgilianū illud in Bucolicis, Iam redit, & uirgo redeunt Saturnia regna, &c. ut accipiamus hoc ita dictū eſſe in gratiā Liuiæ, quā Auguſtus ita amauit, ut & pgnatē a marito priore Nerone abduxerit, Vt Suet. & cæteri tradunt. trāslata aūt talia ex carminibus Sibyllæ uidentur, q̄ cū p ea tpa Chriſtū ex uirgine natū iri ceciniſſet, potæ nō intelligentes rē, quæcunq; de Chriſto & eius tpibus dicta eſſent, ad Auguſtum & ipſius felicitatem retulere.] {Curasq;} imperii adminiſtratione.

{Nec

Nec, niſi cùm ſenior ſimiles æquauerit annos,
Aethereas ſedes, cognataq; ſidera tanget.
Hanc animam interea cæſo de corpore raptam
Fac iubar, ut ſemper Capitolia noſtra, forumq;
Diuus ab excelſa proſpectet Iulius æde.
Vix ea fatus erat, media cùm ſede ſenatus
Conſtitit alma Venus, nulli cernenda, ſuiq;
Cæſaris eripuit membris, nec in aera ſolui
Paſſa recentem animam, cæleſtibus intulit aſtris.
Dumq; tulit, * numen capere, atque igneſcere ſenſit,
Emiſitq; * ſimul: ſimul euolat altius illa,
Flammiferumq; trahens ſpatioſo limite crinem
Stella micat, natiq; uidens benefacta, fatetur
Eſſe ſuis maiora, & uinci gaudet ab illo.
Hic ſua præferri quanquàm uetat acta parentis,
Libera fama tamen nulliſq; obnoxia iuſſis
Inuitum præfert, unaq; in parte repugnat.
Sic magnis cedit titulis Agamemnonis Atreus:
Aegea ſic Theſeus, ſic Pelea uincit Achilles.
Denique ut exemplis ipſos æquantibus utar,
Sic & Saturnus minor eſt Ioue. Iuppiter arces
Temperat æthereas, & mundi regna triformis:
Terra ſub Auguſto eſt: pater eſt, & rector uterque.
Dij, precor, Aeneæ comites, quibus enſis, & ignis
Ceſſerunt, dijq; indigetes, genitorq; Quirine
Vrbis, & inuicti genitor Gradiue Quirini,
Veſtaq; Cæſareos inter ſacrata penates,
Et cum Cæſarea tu Phœbe domeſtice Veſta,
Quiq; tenes * altus Tarpeias Iuppiter arces,
Quoſq; alios uati fas appellare, piumq; eſt,
Tarda ſit illa dies, & noſtro ſerior æuo,
Qua caput Auguſtum, quem temperat, orbe relicto
Accedat cælo, faueatq; precantibus abſens.

*lumen* — *ſinu:* — *altius*

RAPH. NEC niſi cum ſenior} 6. & 10. ætatis anno Auguſtus uitam in oſculis Liuiæ expirauit. in numerum etiam deorum illum fuiſſe receptum, poeta ait. {Similes annos} Epithethon annorum proprium. nihil enim eſt ſibi ſimilius annis, qui ſemper in ſe reuertuntur. {Cognata ſidera} ad Romuli & Cæſ. ſtellas aſcendet. {Hanc animam interea} hortatur Venerem Iupiter, ut Iulii Cæſ. animam in ſtellã commutet, quod quidem iccirco fingitur, quia ludis, quos illi primo conſecratos hæres Aug. edebat, ſtella crinita per ſeptẽ continuos dies fulſit, exoriens circa 11. horã. creditumq; eſt eſſe animã Cæſ. in cælũ recepti. & hac de cauſſa ſimulacro eius in uertice additur Cometes, qui ut ſcri. Plin. in uno totius orbis loco colitur Romæ ad modũ fauſtus Diuo Aug. qui his uerbis ſuum gaudium prodidit. his ipſis ludorum meorum diebus ſidus crinitum per ſeptem dies in regione cæli ſub ſeptentrionibus eſt conſpectum. id oriebatur circa undecimam horam diei, clarumq; & omnibus terris conſpicuum fuit. eo ſignificari uulgus credidit Cæſaris animam inter deorum immortalium numina receptam, quo nomine id inſigne ſimulacro capitis eius, quod mox in foro conſecrauimus, adiectum eſt. {Iubar} ſtellam. {Ab excelſa æde} ab alto cælo. {Numen capere} diuinitatẽ contrahere. {Flammiferum crinem} cometæ exprimit definitionem. cometes enim ſtella eſt crinita. {Micat} ſplendet. {Hic ſua præferri} quamuis, inquit, Auguſtus uetet ſua geſta referri, meritis Iulii Cæſaris ſui parentis, fama tamen illum anteponit inuitum, atque in hoc uno populi iudicio Auguſti ſententiæ repugnat. {Vna in parte} in hac una re. in reliquis enim morem Imperatori Auguſto gerit. {Sic magnis cedit titulis} Iulium Cæſarem gaudere ſe, rerum geſtarum magnitudine a filio Auguſto ſuperari, accommodatiſsimis probat exemplis poeta. notius eſt autem, quam ut hoc loco exponi debeat Agamemnonem cuius ductu Troia fuit euerſa, multo quàm Atreus pater maiora geſsiſſe, nec nõ Theſeum atque Achillem parentes ſuos Ægeum & Peleum uirtute & rebus geſtis longe ſuperaſſe. {Denique ut exemplo} tria quæ adduxit exempla Ouid. uirorum quidem præſtantiſsimorum fuere, ſed Iulio & Auguſt. Cæſaribus, qui in numerum deorum relati fuere, accommodata minus eſſe uidentur, eoq; deorum exemplis illud inde poeta demonſtrat. {Exemplis ipſos æquantibus} æqualibus ipſis Iulio & Auguſt. Cæſaribus. {Temperat} moderatur & regit. hoc autem eo ſpectat, ut oſtendat poeta, ſe merito Auguſtum Ioui comparaſſe. {Arces æthereas} cælũ. {Mundi triformis} ex cælo æthere & aere conſtantis, horum enim regnum Ioui attribuit poeta, Terram autem ſub Auguſti imperio eſſe ait. {Pater, eſt & rector uterq;} Iupiter & Auguſtus. Iupiter quidem ſuperiorũ mundi partium, Auguſtus uero interiorum terræ mariſq;. Sic Virgilius in Auguſti gloriam:

Nocte pluit tota redeunt ſpecula mane:
Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet.

{Dii precor Æneæ comites} deos penates Veſtamq;, & Romulum & Martem, Apollinem, & Iouem, alioſq; precatur poeta, ut diuus Auguſtus in terris maneat. ſero autem in cęlum recipiatur. ſic & Horatius in primo carminum libro, Serus in celum redeas, diuq; Lætus interſis populo Quirini. {Dii comites Æneæ} Periphraſis eſt penatum deorum, quorum ope, Æneas ex hoſtium enſibus & Troiæ incendio fuit liberatus. {Diiq; indigetes} qui ex hominibus dii ſunt effecti, indigetes a Latinis fuerunt uocati. uidetur autem poeta inuocare Aeneam, quem paulo ante in deum indigetem mutatum fuiſſe ſcripſit. {Genitorq; Quirine Vrbis} Romulum qui & Quirinus fuit appellatus. urbis Romæ fuiſſe conditorem, ne admonendum eſt quidem, cum ſit uulgatiſsimum. {Et inuicti genitor gradiue Quirini} ex Marte qui & gradiuus dicitur, Romulũ natum eſſe pauloante ſcripſit poeta. {Veſtaq; Cæſareos} templum deæ Veſtæ in palatio erat, ubi habitabant Imperatores. {Phœbe domeſtice} ut ſcribit Tranquillus Apollinis templũ in ea parte Palatinæ domus excitauit Auguſtus, quã fulmine ictam deſiderati a deo haruſpices pronunciarunt, addita porticu cum bibliotheca Gręca & Latina. {Quiq; tenes altus Tarp. Iup. arces} altus quidem legitur in omnibus, q̃ mihi uidere contigit exẽplaribus. ſed latus magis ſenſui poetæq; eruditioni cõuenire uidetur. nam Latialis Iupiter in Capitolio colebatur. {Quoſq; alios uati} omnes deos in homines beneficos complectitur hoc uerſu poeta. {Qua caput Auguſtum} hoc eſt qua Auguſtus in ſedes deorum cœleſtes, orbe terrarum, quem gubernat, relicto, transferatur. {Abſens} in cælum receptus. Tunc enim præſens ſupplicibus fauebat. optat autem poeta, ut diutiſſime uiuat Auguſtus, præſens'q; Romanis oppituletur.

{Iam'q;

RAPH. IAMq; opus exegi} moris eſt ferè poetarum, ut in ſuorum operum fine aliquid de ſe dicant, ſic Virgilius quarto Georg. concludit:

Hæc ſuper aruorum cultu pecorumq́; canebam.
Et ſuper arboribus Cæſar cum magnus ad altum Fulminat Euphratem.

hanc conſuetudinem Ouid. in fine operis imitatus, nonnulla in commendationem operis ſui ait.

IAmq́; opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere uetuſtas.
Cùm uolet illa dies, quæ nil, niſi corporis huius
Ius habet, incerti ſpatium mihi finiat æui.
Parte tamen meliore mei ſuper alta perennis
Aſtra ferar, nomenq́; erit indelebile noſtrum
Quaq́; patet domitis Romana potentia terris:
Ore legar populi, perq́; omnia ſæcula fama,
Si quid habent ueri Vatum præſagia, uiuam.

ſic Horatius: Exegi monumentum ære perennius, Regaliq; ſitu pyramidum altius. quod non imber edax, non Aquilo impotens Poſsit diruere, aut innumerabilis Annorum ſeries & fuga temporum. uerisſimus autem fuit uates Ouidius. cum enim hactenus tot bellorum incendiis, quibus priora ſecula arſerunt, abſumptum nō fuerit, uero ſimillimum eſt, tam facili præſertim deſcribendi libros arte excogitata, ſemper eſſe duraturum, ac elegantiſſimo cuiq; ingenio maximæ uoluptati futurum. quanti uero hoc opus faceret poeta, hinc facile apparet, quod nulla ui ipſum unquam interitum ſibi perſuaſit. {Exegi} perfeci. {Iouis ira} aſpera tēpeſtas, fulmen. {Edax uetuſtas} omnia rodens & corrumpens. {Abolere} delere, ad nihilum redigere. {Cum uolet illa dies} de morte ſe nihil curare ait, quando ſuum & opus & nomen immortale ſit futurum. {Parte tamen meliore mei} ingenio, quo nihil melius cōtingere homini poteſt. nam ut Cicero in Bruto ſcribit, hominis decus eſt ingenium. ingenii uero ipſius eloquentia. {Perennis} immortalis, ac per omnes annos duraturus. {Indelebile} incorruptibile, immortale. {Quaq; patet domitis} per totum orbem terrarum ſuum opus lectum iri colligit, cum illo tēpore totus orbis Auguſto pareret, ac ubiq; latina lingua in uſu eſſet. {Vatum præſagia} poetarum diuinationes.

## IACOBI CONSTANTII FANENSIS.

FLetq́; Milo ſenior, apoſite Milonis Crotoniatæ exemplum adducere Pythagoram facit. quia moraretur Crotonæ. de hoc & quibuſdam aliis: quibus nomen Milo, uel Molo: alibi copioſe dicemus. {Aeraq́; humor abit. magis placet adit, ut nonnulli codices habent, quia eadem ſententia dicta eſt ſuperius. nam tenuatur in auras humor, & humor abit in aera, idem eſt penitus. {Eſt lacus Arcadiæ, Pheneum dixere priores. Pheneus nunc primā & ſecundā corripit, ut hoc loco nunc producit, ſed triſyllabum ſemper eſt. dicitur enim φενεὸς, φεναιὸς, φενικὸς, φενεάς. de quo in ſecūdū huius operis etiam aliquid diximus. {Cithereidasq́; columbas. lego Cythereiadas. quia primam ſyllabam ſemper breuem inuenio. licet non ignorem υ eſſe bitemporeum. {Nec non & Cecropis. in manuſcripto codice ſic lego. Nec non Cecropos, ut ſit Grecus genitiuus a nominatiuo Cecropeus. nam ut Epops & Epopeus dicitur, ita Cecrops & Cecropeus. {Vrbem etiam cerno Phrygios debere nepotes. Ordo eſt: Cerno urbem debere Phrygios nepotes .i. debitam eſſe Phrygiis poſteris. {Verum etiam uolucres animæ ſumus. animas uolucres, ideſt uolātes interpretor: hoc eſt de corporibus in corpora tranſmeantes. {Nec formidatis ceruos includite pennis. Qui formidantes legunt, poetæ non intelligunt ſenſum. tangit enim uenantium ceruos morem, qui rubras funibus pennas ſuſpendunt, quacunq; retia non locantur: ut earum formidine cerui ad illa ſe recta proripiāt. Eū morē tangit Virg. 3. Georg. de ceruis loquēs his uerſib⁹,

Hos non immiſsis canibus non caſibus ullis
Puniceæ'ue agitant pauidos formidine pennæ.

Legimus tamen & alias feras his artibus capi. Seneca in Hippolyto,

Picta rubenti linea penna Vanno claudat terrore feras.

Et in ſecundo de Ira,

Cum maximos ferarum greges linea pennis.
Diſtincta contineat, & ob inſidias agat: Ac paulo poſt:
Vmbra ab infantibus, a feris rubens penna metuitur.

{Vnde Coronidē &c. diximus in Sarritionibus in Ibin Coroneum Aſteriæ a Phœbo dilectæ patrem fuiſſe: indeq; Coronidem penultima producta, ideſt Coroniden patronymicum deduci. neque id diximus, quod neſciremus, Priſcianum, patronymicum hoc a matre deflectere: Coronis fuerit appellata (ut Seruius in ſextum Æn. & Iſter auctore Higino uoluerūt) ac Phlegyam patrem habuerit. ſed quod formationem hanc generalem ſequi patronymicornm regulam agnoſceremus. fabulas autem uariari notius eſt, quàm ut debeat demonſtrari.

# HENRICI GLAREANI,

## *annotationes in librū decimumquintum.*

*Micyllus illius diis acceptiſsimus æui.*

HVnc Myſcelum uocant Græci auctores, & nominatim Strabo lib. 6. & 8. dictus, ſic ob crurum exilitatem, quæ habebat murinis ſimilia, ut ait D. Eraſ. in Adagio: donum quodcunq; dat aliquis, probato. Geminatur ll metri gratia, Micyllus quid ſit ego neſcio.

*-Vtq́; peracta eſt. Cauſſa prior, crimenq́; patet.*

Cauſſam priorem intelligo accuſationis, & crimen migrationis, alioqui cur prior dicatur, haud equidem ſcio. Commentatori autem hoc explicandum erat.

*Thurinosq́; ſinus, Temeſenq́;, & Iapygis arua.*

Cum hic Myſceli nauigatio ex Græcia Crotonem uerſus deſcribatur, neceſſe eſt non hanc eſſe Temeſen, quæ ad inferum eſt mare Brutiorum urbs, poſtea Tempſa dicta, auctoribus Plinio, Strabone, atq; Ptolemæo, immo hoc noſtro etiam poeta, hoc adeo libro poſtea de Æſculapio, Hippotadeq; domos regis, Temeſesq; metalla. ego ſuſpicor aliud poſitum fuiſſe a poeta nomen, ſed nihil aſſeuero.

*Inſicit in liquida præuiſos forſitan unda.*

Præuiſos intelligo in ictu ipſo, aut cum iacerent in unda, quaſi boues ſciuerint ad ſuam paratos necem. commentator talia negligit, ac alia exponit, longe tamen minoris momenti minus remorantia lectorem.

*Nuper Abanteis templo Iunonis in Argis.*

In Argis regnauit Abas, unde Argiui Abantei dicuntur, hæc Raph. ueriſimiliter. nam Acriſius Abantiades dicitur libro quarto. Et Perſeus in fabula Andromadæ alter filius, alter nepos Abantis. nam quod quidam ad Abas referunt, oppidum in Phocide, cuius multi eximii meminere auctores, non uideo ut quadret. cum omnes id Apollinis oraculo clarum dicant, hic autem Iunonis in Agris autem neutiquam legam.

*Si creſcit, minor eſt; maior, ſi contrahit orbem.*

Si contrahit orbē, Raphael exponit, ſi circulum efficit, & rotunda eſt, quod diſplicet: ſed exponendum eſt, ſi contrahit orbem, ideſt, ſi diſcreſcit.

*Labitur occiduæ pariter decliue ſenectæ.*

Idem exponit labitur decliue, ideſt, aſsidue, tanquam fluuius per loca decliuia currit. hæc ille, decliue putauit aduerbium, ſed unde tum regeretur genitiuus occiduæ ſenectæ? ergo uel ipſum decliuæ occiduæ ſenectæ labitur, uel homo per decliuæ occiduæ ſenectæ labitur, exponendum.

Admotis

*Admotis Athamantis aquis accendere lignum.*

Athamantis legendum cenſet Rapael. quod ſi eſt, uicinam regionem poeta accepit pro regione, hoc eſt, Athamantini pro Theſprotide, in qua Dodone.

*Eſt lacus Arcadiæ Pheneum dix. pri.*

Plin. lib. 4. Amnes in Arcadia, inquit, Ladon è paludibus Pheneus & Erimanthus è monte eiuſdem nominis in Alpheum defluens. hæc uerba ut culpauerit, aut tractauerit Raphael, hercle non intelligo.

*Ponderibus nidi ramus leuat arboris altæ.*

Leuat, alleuat, ac leueis reddit. i. exponit idem quod placet hoc ſenſu, Cum rami antea nido grauarentur, recens natus Phœnix aſportando nidum, alleuat.

*Mente memor refero, cognataq; mœnia letor.*

An cognata, quia olim Euphorbum ſe fuiſſe gloriabatur, an quia etiam Aſiaticus, quod non admodum arridet.

*Fando aliquem Hippolytum ueſtras ſi contigit aureis.*

Eleganter de fama loquens, ueſtras, inquit, pluraliter, deinde addens miraculũ, ſingulariter, mirabere, inquit, tanquã notitia ad omneis, miraculum uero maxime ad Ægeriam.

*Cum colla feroces Ad freta conuertunt.*

Colla, ideſt, capita, quanquam ſi capita conuertunt, etiam colla conuertunt, ad quæ capita conſiſtunt. eſt autem ſecũdum naturam deſcriptus equorum horror.

*Excutior curru, loriſq; tenentibus artus*

Eodẽ modo ẽt hoc loco uidetur artus pro pedibus uſurpaſſe, quanquã & ad aliud quoduis membrũ ſenſus eſſe poteſt, potiſsimum autem ſi de pedibus intelligamus.

*Et dempta capiti populo prohibente corona.*

Mirum quomodo aut quid prohibuerint. coronam enim de fronde intelligo, qua cornua tegebantur, quàm ut demeret, cur prohiberet quiſquam? & populis ei non impoſuerat, quin poſtea coronant eum uerſu ſexto, feſta corona, quæ cur ita dicatur, adhuc quæro. hæc & huiuſmodi quæ remorantur lectorem, Commentatori explicanda erant, ſed alia agunt.

*Vnde Coroniden circumflua Tybridis alti.*

Non eſt dubium Coronidem patronymicum eſſe a Coroneus, ſiue ille pater fuerit eius, quam Apollo uitiauit, ſiue eius, quam Neptunus. nam in hoc grammatici uariant. Æſculapius enim filius eius fuit, quam Lariſſeam uocat lib. 2. cuius quis fuerit pater, ignoro, ſed exiſtimo etiam Coronea, ut alterius, quam in Phocaica tellure genitam dicit, eodem libro ex Coroneo, niſi quis nominum uicinitate confuſa, a poeta putet adiectiua.

*Quod petis hinc propiore loco Romane petiſſes.*

Hic certe locus mihi inexplicabilis uidetur. nam è Roma nauigatio per Corinthiacũm ſinum Delphos longe breuior eſt, q̃ ad Epidaurum Peloponneſi urbem ad latus orientis. Nec enim alia eſt Æpidaurus Æſculapio ſacra.

*Certant addicere ſortes.*

Raphael exponit, ſuis dictis Apollinis reſponſa conſentire, & ſibi Æſculapium adiudicare contendunt. quidam adiicere legunt, non minus congruente ſenſu, ſi carmen pateretur. ſi locus corruptus non eſt, certe obſcure dictum merito uideri poteſt.

*Io ium Zephyris ſextæ Pallantidos ortu.*

Zephyrum pro quouis uento poſuit, ut ſuus poetis mos eſt. nam ab Epidauro in Italiam nauigantibus Zephyrus contrarius erat.

*Linquit Iapigiam, leuibuſq; Amphiſia remis.*

Ab hoc carmine deſcribitur litus eius Cherroneſi, quæ eſt a Scyllaceo ſinu ad Hippomate, de quo lib. 6. Strabo copioſe. ſed nomina trium carminũ quædã ſunt, quæ nuſquã alibi temere reperias, ut Romechium, quædã quæ corrupta uideri queant, ut Celennia & Amphiſia, quædam quæ lõge alio tractu, ut Caulon & Narſtia. mihi carmina uidentur adulterina tria prima, aliorum autem ratio bene conſtat.

*Signa tamen luctus dant haud incerta futuri.*

Significat ſigna hæc ante cædem facta, quæ ſint futuræ cædis, ex qua luctus.

*Illius auſpiciis obſeſſæ mœnia pacem.*

Paucis uerbis magnam hiſtoriam attingit, aut perſtringit uerius. tertio porro deinde carmine madefient legendum, non madeſcent propter carmen.

*Nec niſi cum ſenior ſimiles æquauerit annos.*

Hæc multis annis ante Auguſti obitum ſcripta uidentur, & ante Ouidii exilium. Auguſti enim anni quibus uixit, ſuperant Iulii uitæ annos uiginti. at cum hæc ſcriberet Ouid. Auguſtus nondum tot habuit annos, quot C. Cæſar Iulius cum in Senatu occideretur.

*Cum uolet illa dies, quæ nil niſi corporis huius,*

Volet ambiguũ a prima'ne coniugatione, an a tertia: ſed uidetur a tertia potius, ut ſit concedentis, Veniat mors quandocunque uolet, & finiat mihi ſpatium æui incerti, hoc eſt, huius miſeræ uitæ. parte tamen meliore mei ſuper alta perennis Aſtra ferar. quæ tametſi de ingenii fama intelligi poſſunt, uidetur tamen, Platonicorum dogma ſecutus, animæ immortalitatem aſſeruiſſe. cuius ueræ opinionis duces ante ſe habuit, eiuſdem tamẽ ferè ætatis uiros duos eximios Ci. ac Ma. ut pudeat quoſdam inueniri Chriſtianos, qui in re, fide noſtra, certa, dubitationem mouere audeant, quę apud plurimos Ethinicos, quibus Chriſtus nullam fecerat fidem, indubitata fuit. ſed hæc tractare non eſt huius loci.

## *P. Ouidij Naſonis metamorphoſeon finis.*

*Series chartarum.*

a A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X.

Quaterniones omnes, præter X qui eſt quinternio.